


NARRATIO
RERVM GESTARVM
Canonicorum Regularium.
IN PLVRES LIBROS DISTRIBVTA,

IN QVA, PRAETER EORVM ORIGINEM, Antiquitatem, Nomina, Præcellentiam, Habitum, Reformationes in Vniuersum: præcipuè, & perspicuè recensetur

REFORMATIO EIVSDEM ORDINIS CANONICI In Can. Reg. Congregationis S. Saluatoris, Ord. S. Augustini.

Necnon Priuilegia, Leges, Magistratus, Loca, Viri Clari, Progressus vsque in præsentem diem, & id genus alia exarantur.

Ex probatissimis tùm Antiquis, tùm Nouis Auctoribus collecta

AB ADMODVM REV. D. IOSEPH MOZZAGRVGNO Neapolitano Canonico Regulari S. Saluatoris, & Abbate.

AD ILLVSTREM, ET REVERENDISS. PATREM

DONNVM ALPHONSVM BAVOSIVM Bonon. eiusdem Congr. Abbatem, siue Priorem Generalem.






VENETIIS, Apud Alexandrum Polum. MDCXXII.

Superiorum Permissu, & Priuilegijs.





ILLVSTRI, ET REVERENDISS. PATRI

DONNO ALPHONSO

BAVOSIO BONONIENSI

Abbati, seu Priori Generali Canon. Regul. Congreg. S. Saluatoris, Ordinis S. Augustini,

D. IOSEPH MOZZAGRVGNVS NEAPOLITANVS eiusdem Congregationis indignus Abbas. F.



Agnam prouinciam aggreditur, qui res gestas narrat. Exponit enim aliorum facta, opus olim maximorum Pontificum refere, scilicet, in tabulas gestorum memoriam. Et ita exponere debet, ac si vera res sit, non quòd sit necesse narrata cernere: neque enim Liuius, & & alij scriptores fuißent veri, qui non omnia, quæ calamo scripserunt, oculo conspexerunt. Sed, quemadmodum scitè intelliguntur visa, & clarius, quàm audita, ita proposita debet spectare, inquirere, interrogare, discere dicenda. Imò verè & grauiter explicare ea acta, historia dicitur ex Budæo; quod difficile esse à nostra, scilicet, memoria ætatis remota reuocare, Cicero ait. Est enim historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra

vitæ, nuncia vetustatis. Hæc rerum consilia, actiones, exitus, cum temporum, ac locorum ordine, & personarum descriptione, tanquam viuam quandam picturam ante oculos rectè proponit. Hæc ex benè, vel malè actis optimos quosque ad immortalem gloriam ob præclara quæque facinora accendit, impios perpetuæ infamiæ metu à vitijs deterret: hæc rem, neque maiorem, neque minorem reddit, quàm est, non vt vmbra in Ortu, & Occasu Solis longissima, in meridie propè nulla. Huius Narratoris iudicium, si vitio laborat, perinde fit, vt cum vinum ex se generosum, & nobile, graueolentiam, vel è vase contrahit, vel alioqui lenocinio deprauatur: quæ res, vel impostura, vel inscitia maxima est, & intoleranda. Hæc non fabulosa profert, neque veras, neque verisimiles res continentia: quapropter Musæ apud Hesiodum in Theogonia dicunt: scimus falsa quidem narrare simillima veris, scimus item, quoties libitum est, & vera fateri. Maximum igitur est Opus rerum gestarum Narrationes intexere: sed habet cum difficultate vtilitatem, & delectationem: nihil enim vtilius, iucundiusq; cogitari potest, quàm in humanæ vitæ Theatro, quod historia partibus omnibus miré instituit, cedentem periculis aliorum sine suo periculo cautum, sapientemq; fieri, exempla capere ad vsum suum vtiliter, qualibet in re traducta interesse, maximorum hominum de summis rebus, optimis consilijs, euentibus; & quod per angustiam vitæ hominum impossibile est alioqui, sæcula tota memoria coniungere, causas rerum cognoscere, qui in quocunque arduo ante se periclitatur, in discrimine præcedentem habere; è retroactis, quod proprium sapientis viri est, futura scienter in omnibus perspicere, præsentia iudicare: quæ omnia optimè Diodorus Siculus phylosophatus est. Nullis ex libris plus vtilitatis capi potest, quàm ex eorum monumentis, quæ res publicè, priuatimq; gestas bona fide posteris tradiderunt. Ex bonæ enim fidei scriptoribus, super alias innumeras, hæc præcipuè

capitur

capitur utilitas, quòd experimenta nostra accedunt ætati, & rerum actibus, vt meritò Sacerdos Aegyptius Solonem, & Græcos, recordationem priscæ memoriæ non tenentes, pueros appellarit: Historia, si adsit, ex pueris facit senes: sin absit, ex senibus pueros. Delectat me hæc mea Narratio, Amplissime Pater, quòd proponuntur ante oculos res gestæ Patrum nostrorum, in tenebris iã sepultæ, vt nedum in lucem prodire eas gaudeamus, verùm vt reuocemus ad parentes, & benefactores nostros animum, & alacritatem. Quod bona fide scripsimus, vtpotè litteris Apostolicis innixa maximè ea, quæ ab alijs sumpsimus, & fidelium auctorum testimonio, ac proinde vera. Quòd utilitatem capimus ex nostrorum Maiorum simplicitate, humilitate, & sanctimonia nobis imitanda, dum continuationem Ordinis Canonici nunquam intermissam in vniuersum habemus, hic, vel illic post aliqualem dormitionem expergefactam, magno totius Ordinis fœnore; dum bona eiusdem Ordinis, & Canonicorum pullulare cernimus innumerà, pauca mala, si quæ fortaßè fuerunt, superexcedere. Quòd non doctas fabulas secuti sumus, sed nudam, & veram Narrationẽ descripsimus, quòd puro, & simplici loquendi modo nostræ, scilicet, menti proprio, humili, & imbecilli vsi sumus, præter ea, quæ ab alijs ad uerbum inseruimus ex necessitate, tũ Augustino Mãphrido Mantuano quædam, cuius Epitome, & Commentarios in vnã formam colligere præcepisti, quod fecimus tantùm in lib. 1. & 5. alia enim, quæ scribit, in aliam partem Narrationis nostræ distulimus colligenda, quod faciendum eße necessarium duximus, siue à Nobis, prout libuerit, siue ab alijs, qui meliori calamo exarabũt: tùm Petro Michaeli Veneto antiquis nostrarum rerum scriptoribus: cùm etiam Jo. Baptista Signio recentiori; pauca tandem eò magis delectatione tangimur, quò minus hæc nostra Narratio delectabit: si enim ueritatem obnixè inquirimus, cum uerum sit, illam non parituram delectationem legentibus, gaudebimus verum eſſe, quòd

nos in nullo delectamus Optamus autem, si ex nostro quis non accipiet unde delectetur, ex his, quæ dicimus, absque delectatione, sed cum delectu, non ex modo dicendi, vt delectetur. Poterunt etiam aliqui non delectari, quia non sibi consona legent; at videant summam esse delectationem in dissonantia consonantiæ coniuncta, & ad consonantiam directa. Hinc enim orta est maxima omnium difficultatum, quæ ab hac prouincia me retardabant, sed iam confecta est, & Narratio ad finem perducta, in qua quædam tibi notanda ob oculos simplicissimos, & subtilissimos proponimus in legendo, atque alijs, videlicet, cum aliqua verba in gloßatorem dicuntur, uel textus exponentem, vel propositiones enarrãtem, non detrahimus, sed alia ratione asseritur posse, quæ dicit, intelligi, quàm sua, cum animaduertitur uarietas elocutionis purè, & simpliciter uerba transtulimus, ut puritas, & simplicitas eorum, ex quibus excerpimus, appareat, præcipuè in attestationibus Iurium, quorum notitiã non adamussim profitemur, sed, quæ ipsi scripserunt, quantum potuimus, collegimus, aliorum, & præcipuè Alphonsi Comij nostri Canonici, mei comitis in huius Narrationis peregrinatione, diligẽtia. Cum distinguuntur Canonici Regulares, & Sæculares in primitiua Ecclesia, non auferimus sæcularibus suos honores, laudes, encomia, profectus miros in Ecclesia, neque eorum optimum statum à principio ita institutum: adeo enim elucent, & per omnes Christiani orbis partes resplendent, ut quamuis uiuant de suo, & eis tradito ab Ecclesia beneficio; quia tamen sibi, propinquis, pauperibus, Ecclesiæ ipsi impendunt, manente eadem charitate, non tanquam sua, sed Ecclesiæ bona dispensant, cui maximè conuenit ea possidere, ijs rationibus, quas Pontifices tradiderunt, ut in progressu Narrationis. Hinc cum dicitur, quòd deformaretur status Ecclesiæ, si uiuere in communi præciperetur, quod ex Mãphrido negamus, intelligimus ad mentem glossatoris deformationem pro uariatione, quæ utilitati, & necessitati Ecclesiæ posset derogari, ut 17.

q. I.

q. 1. cap. 1. &, quæ minus laude digna dicuntur, de illis quidem intelliguntur, qui à primo proposito alieni facti sunt, de quibus intelligunt iura, & D. Augustinus. Cum Congregationem Illustrissimã Canonicorum Regularium Lateranensium summis labijs transiuimus, & paucos eius riuos nominauimus, ratione proposita, scias in alia parte huius Narrationis à nobis compellendos, cum eiusdem laudibus: nunquam satis explicatis: innumeri quippe sunt, vt stellæ cœli, & arena maris, in quarum rerum multitudine benedicuntur. Nam, si in vltimo libro aliqua perstrinximus in aliquot eius Congregationis viros, aduertas coactos nos fecisse, neque personis, quas in immensum veneramur, sed rebus, vt ibi etiam innuimus, respondere. Quòd enim nostra mens sit cum illis pacatissima, hoc præ alijs testari debet, quòd cum per centenos annos aliquis scripserit contra nos, nos semper tacuimus, supportauimus, tulimus, gnari rerum, sed ignari iurgiorum, vt ipsius Mãphridi nostri responsiones iam centum, & vltrà ab hinc annis scriptas, in obscuro occultauerimus, sola soluta Apologiola illa sua, nè videremur penitus extincti, & eiecti ab hominum, nedum Canonicorum Regularium consortio: sed neque hic describimus, nisi maximè moderata illa solùm, quæ ad nostram defensionem pertinent. Cum in quarto libro, singillatim recenseantur Pontifices nostri, Cardinales, Episcopi, & alij viri Sancti, ac præclari, superfluum duximus eosdem repetere in libro de Viris claris, & locis. Duo post hæc excusatione indigent, Pater humanissime, primum, qui digni laude publica viri clari sub silentio prætermissi sunt (teste Deo) ex obliuione factum putent, & quia non habuimus præsentem notitiã, cum non omnia vni soli, nisi ab alijs suggerantur, occurrant; præsertim cum, te scribente, ad singulos nostrorum locorũ Prælatos pro hac re, & aliis, quæ fuissent huic Narrationi adiumento, à paucis acceperimus, vt elaborare nobis fuerit necessariũ in illis ad memoriã reuocãdis, quorũ singulos nõ potuimus. Tu, si qui dixerint, Cur

non

non ego, me excusa, & tuere. Alterum, errores pro posse corrigēdos curauimus cum summa diligentia, & labore assiduo, Alphonsus Comius paucos imprimendos procurauerit. Verùm Pater Illustris, & Reuerendissime, ille error, qui in fine Narrationis positus est, dū tu Illustriß. pro Reuerendiß. diceris, correctus est quidem, verùm Dei prouidentia, omnia dirigentis id scriptum erat, nec errabatur; tùm vt tua merita Illustrissima esse viderentur, sicuti ita videri deberent omnium; tùm, vt titulo Illustrissimo cernereris dignus, vt etiam alij; qui si apud homines excellentem dignitatē indicat, apud Deum pro illustrissima fama operum clarissimorum accipitur: clarissima enim est hæc lux, & illustrissima, quæ nunquam marcescit. Hæc, & omnia alia difficile fuit prospicere, tamen adiutus à te, Præsul Amplissime, qui me ad hoc opus perficiendum coegisti cum tuis præclarissimis Collegis, Andrea Petraculo Cortonensi, Hieronymo Canauario Rauennate, Aloysio Beccario Ferrariensi, Jo. Alberto Lauredano Veneto, Visitatoribus, per tuas litteras, feci quod potui, si perfeci, nescio. Debebatur hoc onus humero fortiori, ingenio clariori, viro eruditiori: nō enim deerant centum in nostrâ Congregatione, quibus demandata hæc res potuerat fælicius consumari: ego minus in hac re assuetus, nisi quantùm curiosa mens antiquas historias perlegere ad gustum solùm curauit, ineptum me fuisse ad illud fateor: iußisti, obtemperaui, mandatum tuum curaui, si diligenter, ignoro. At, si bene acta res est, tibi ascribenda laus: tibi enim, & hoc tuum opus, non meum, nam tua ope elaboratum est, quemadmodum cætera mea cuiuscunq; generis, iuncta animo, obsequio, sensui, dico, voueo, appendo. primum respicit finem Te meorum; secundum, adiutorium in me tuum; tertium gratias tibi meas, post illas tamen, quæ decent cum silentio Sanctos, Virginem Deiparam Mariam, & IESVM DEVM SALVATOREM.

Venetijs. In Die Annunciationis B. Virg. Mariæ 1622.

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in hoc Opere continentur.

Primus numerus Librum, secundus Paginam, Littera A, paginæ faciem priorem, B, posteriorem indicabit.

A



Abbas Canon. Regul. est Canonicus Cathedralis.2.19.a
Abbas est nomen officij, non Dignitatis.2.30.b.1.39.a
Abbas præstabat obedientiam Ostiario.2.32.b
Abbas Dignitatem hēt à Clericatu.2.32.b
Abel habuit habitum lineū Iustitiæ.3.24.b
Abel obtulit primogenita.3.24.b
Abdi sub ficu quid significet.3.3.a
Abnegatio voluntatis duplex est.1.22.a
Adam experimentaliter nouit motum carnis.3.3.a
Adā utebatur ratione ante esū ligni.3.1.b
Adam sacrificauit in habitu pænitentiæ.3.24.a
Adam docuit filios Deum colere.3.24.b
Adeptus dignitatem alios se meliores putet.2.44.a
Alexander Magnus veneratur habitum Pontificis.3.30.a
Alex.V. eligitur à Concilio Pisano.5.21.b
Alex.III. confirmat priuilegia Canonicæ Rhenanæ.4.11.b.12.a
Albertus de Fagnano Can. Rhen. fuit Cardinalis.4.4.a
Almutiæ dantur Can. Reg.1.36.a
Almutiæ quid sint.3.34.a
Amabilis Sanctus ferrebat cilicinam vestem.3.13.a
Amor est duplex.1.29.b
Ananiæ, & vxoris pprietas.1.15.b.20.b
Anastasius II. confirmat priuilegia Can. Rhen.4.10.b
Angelorum ratio dicitur lex.6.1.a
Angelorum nouem sunt ordines.1.5.b
Apostoli indigentes fuerunt.1.18.a
Apostoli vouerunt.1.20.b
Apostoli non meruerunt suam electionem.1.30.a
Apostoli emiserunt tria vota.2.41.a
Apostolis maior copia Spiritus Sancti data est, quam alijs.2.41.a
Apostatæ qualiter recipiendi sint.6.34.a
Arcanum quid sit.8.49.b
Arctitudo vitæ non est ratio transeundi ad aliam Relig.2.27.b
Asperitas vitæ B. Laurentij Episc.3.14.a
Auctor Canonicorum S. Saluatoris quis fuit.8.19.b
Augustinus S. reformauit clericos.2.14.b
August. S. fecit tres Constitutiones.2.9.b
August. S. fuit ante D. Benedictum.2.27.b
August. S. fecit mentionem de tunica linea.3.31.b
August. S. Decorator Regulæ Apost.1.43.a
Austeritas vitæ nō dat præcedētiā.2.36.b
Azurini vtunt Cottis, nō Rocheto.3.23.a

B

BAptismus est ianua ad sacrum principatum.2.7.a
Baltheus Sacerdotis significat ignem.3.29.b
Basilicæ Lateranensis primus Præpositus quis fuit.4.2.b
Basilica D. Potentianæ, & Praxedis vniuntur Can. Rhani.4.6.a
Benedictus XII. vocat Rochetum Habitum Can.3.31.b
Benedictio mensæ quomodo facienda.6.26.b

b *Bene-*

Benedictio Fratrum, quo pacto facienda. 6.36.b
Benedicti XII. electio. 5.1.b
Bissus genus est lini candidissimum. 3.26.b
Bissus significat terram. 3.29.b
Bibliotheca erigi debent. 6.12.a
Bona externa quanti facienda sint. 3.9.b
Bona, quæ recipiant mutationem. 6.5.a
Bonum est in re, verum in intellectu. 1.1.b
Boni nomen ortum est à malo. 1.14.b
Bonifacij IX. electio. 5.1.b
Bonfilius Venetus Reformator Ordinis Canonici. 1.62.a
Bulla Sixti IV. quod Fratres S. Salu. sint Can. 2.49.a
Bulla Reformationis datur à Pont. 5.11.b

C

Canonici Regulares sunt Clerici. 2.9.b
Canonici, quare dicantur Reg. ibid.
Canonici Regul. dicuntur Clerici Religiosi. 2.10.a
Canonicus Reg. potest fieri Archidiaconus. 2.12.a
Canonicus quando debeat ferre memoriale signum. 2.12.b
Canonica sub Abbatissa. ibid.
Canonia est spiritualis fraternitas. 2.10.b
Canonici Saeculares non habent Abbatem. 2.12.b
Canonici Reg. repræsentāt communitatem Apostolorum. 2.16.a
Canonici Reg. ordinantur in processionibus propè Can. Saecul. 2.17.a
Canonici Saeculares cedunt locum Reg. ibi.
Canonici Reg. induunt se habitu Canon. Saecul. 2.18.a
Canonicus unus Reg. est principalis in Choro Saecul. 2.18.b
Canonici Reg. ordinarunt officia Diuina. 2.19.a
Canonici Reg. habent Dignitates Abbatis, Episc. &c. 2.32.a
Canonici, & Monachi non semper habent Abbatem. 2.31.b
Canonici Reg. à quib. cæpe. ūt. 2.33.b. 34.b
Canonici Reg. sunt successores Apostolorum. 2.35.a
Canonic. Reg. S. Saluatoris præcedentia 2.46.b
Can. Reg. Charitatis ibant sub Cruce S. Saluatoris. 7.13.a
Canonici Reg. S. Saluatoris præcedere debent Monachos. 2.47.a
Canonici Regul. cur semper deferant habitum. 3.19.b
Canonici non debent occultare lineas vestes. 3.21.a
Canonici Reg. deferebant scapulare nigrū. 3.21.a
Canonici Rhenani vsi sunt Rochceto absq. Cuculla. 3.23.a
Canonici notantur in Rochceto. 3.33.a
Canonici Rheni gestabāt Almutias. 3.34.a
Canonici debent habere vestes pœnitentiæ. 3.34.b
Canonicus Ordo reformatus à B. Aug. adhuc viget. 4.2.a
Canonica Rhani à quo instituta fuit. 4.2.b
Canonica Rhani, & Lat. idem habent symbolum. 4.6.a
Canonicus Ordo confirmatur in æde Rhan. 4.8.a. 9.b
Canonici Rhani dicti fuerunt Domni. 4. 15.a
Canonici non eant ad funera. 6.24.b
Canonicus Ordo Clericalis dictus est. 1.3.b
Canonici Reg. sunt Clerici. 1.8.b. 9.b. 11. a. 13.a
Canonico Reg. non licet transire ad Monachatum. 1.9.a
Canonicus est species Clerici. 1.11.b. 13. b. 14.a
Canonici, quare dicti sunt Reg. 1.12.b. 27. a. 31.a
Canonici Reg. dicuntur Fratres. 1.36.b. 5. 40.b. 41.a
Canonici Reg. habent Dignitates Ecclesiasticas. 1.36.b. 37.a
Canonica multis in locis reperiuntur. 1. 58.b

Cano-

Canonici omnes sunt tales natura. 8.7.b. 12.a
Canonici de Frigdionaria, an sint veri Canonici.8.9.b
Canonici omnes sunt eiusdem Ord. 8.11. a.14.a
Canonici S. Saluat. sunt vniti Rhenanis. 8.12.a
Canonicæ Rhæni antiquitas. 8.14.b.18.a
Canonici S.Sal.non sunt reformati ab Arnulpho. 8.22.b
Canonici S.Sal. dicti sunt fratres constantes.8.31.b
Can. Frigdionarij non possiderunt Can. Rhæni. 8.37.a
Can. Frigdionarij non possiderunt Mon. S. Sal. Venet.8.50.b
Can.S.Sal. eijciuntur ab Ilicæto. 5.19. b
Canonici sex reassumunt habitum Eremitarum.5.20.a
Can.S.Sal. errauerunt quattuor annos. 5. 21. a
Can. Eugubini vsi sunt collobio. 1.35.b
Cappa nigra cur deferatur. 8.7.b.12.a
Capitulam primum Generale.5.63.a
Capitulum Generale qualiter celebrandum sit.6.38.b
Capitulum de culpis, quando tenendum sit. 6.36.b
Capitulum quando sit habendum. 6.21.a. 27.b
Cantationes præcipit D.Aug. 6.7.b
Cardinales plures ex Can.Rhæni. 4.29.b
Carolus V. dedit priuilegium Can. Rhæn. 4.26.a
Capite cooperto orabant in veteri lege. 3. 35. a
Cappa communis est Monachis, & Can. 3.17.a
Character quid sit.1.31.b
Cœnobium an distinguatur à Canonica. 1. 11.a.58.a
Cibis quibus, & quando vtendum. 6.19.b. 24. a
Cilicium intolerabile S. Eduardi. 3.13.b
Cilicia ad quid inuenta.3.12.a
Cilicium vestis est pœnitentiæ. 3.11.a
Cilicio vestiri ad pœnitentiam vnde ortum habuit.3.5.a
Clerici sunt digniores Monachis. 2.9.a
Clerici quomodo sint Clerici, aut Sæculares. 2.11.a
Clerici primitiuæ Ecclesiæ emitttebāt tria vota.2.14.b
Clerici, Monachi Laici originem ducunt ab Apostolis.2.23.b
Clerici Sæcul. quare præcedant Can. Reg. 2.39.b
Clerici, quare dicti sint Sæculares. 2.41.a. 1.14.a.16.b
Clericus quid sit.1.6.b
Clericus docendi habet officium. 1.8.b
Clerici multipliciter nominantur. 1. 9. b. 11. b
Clerici Sæcul. sunt genus mixtum. 1.12.a. 28. a
Clericus duas res profitetur. 1.12.b.16.b
Clericorum Sæcul. distinctio. 1.15.b
Clerici omnes seruabant Regul. Apostolorum.1.17.a
Clerici in quo distinguūtur à Laicis.1.24.a
Clerici omnes profitebantur.1.26.a
Clerici tenent locum Leuitarum. 1.28.a
Clerici elegerūt vitam Monachalē.1.56 a
Clerici Reg. à quo dicti sunt Can.1.59 a
Clementis VII. electio.5.1 b
Clemens tertiùm cōfirmat priuilegia Canon. Rhæn.4.14 b
Concordia de ordine Angelorum.2.3.b
Controuersia de præcedentia in quo consistat.2.9 a
Concilium Calcedonense fuit ante ortum S. Benedicti.2.21 a
Conuersi laici veniunt appellatione Monachorum.2.42 b
Corona in Monachis quid significet. ibid.
Collobium lineum potest vsurpari à Monachis.3.18 b
Color hyacinthinus, qualis sit.3.29.a
Coccus quid sit.3.29 a

collobium quid sit.1.57 a.
Color habitus fuit ad libitum institutoris. 3.33 a.
comes Vrbini dubitat de veneno.5.34 b
cõio Generalis quibus dieb. sit faciẽda.ib.
cõmutatio ieiunij sex dierum.5.26 b.27 a
concessio Eugenij IV.5.66.b.
concilium Pisanum conuocatur.5.21 a.
Concordia quid sit.6.6 a
confessiones quis possit audire.ibid.
confirmatio omnium priuilegiorum Can. S. Saluat.5.40 b
confirmatio vnionis. Can. S. Saluat. cum Rhenanis.5.64.a.
Congregationes nullæ fuerũt ante Martinum. V.4.1 b
congregationes institui non possunt Pont. inconsulto.1.45 b
Congregationis excellentia.6.4 a
congregatio scopetinorum melius dr S. Saluatoris.8.3 a 13 a 16 a 18 a
congreg. S. Saluat. est antiquior frigdionaria.8:12 b 14 a 18 b 42 a
Constitutiones, sunt à Pont. ordinatæ.6. 15 b 5.16 b
const. primæ congregationis S. Saluatoris.6:16 b
constitutionum reordinatio cui reseruetur.6.22 a
constitutiones nõ obligãt, ad culpã.6.24 a
continentia perfectior est voto.120 b
continentium tria sunt genera.1.21 b
continẽtia est annexa ordini sacro.1.25 b
conuersi Rochetum non portent.6.20 b
conuersi quid soluere debeant pro Officio Diuino.6.25 b.
Correctionis fraternæ modus.6.10 a
culpa leuis quæ dicatur.6.32 a
culpa grauis quæ sit.6.32.b
culpa grauior quæ habeatur.6.33 a
culpa grauissima quæ dicenda sit.6.34.a

D

DAlmatica habet formam scapularis. 3.38 a
Dauid fugiens quid figuret.3.7 b
Decimę non sunt exigendę à Canon. Reg. 2.10 a
Delictum personæ non derogat toti ordini. 2.25 b
Delusio demonis fit per pęnitẽtiam. 3.8 b
Deprecatio. B. Stephan. ad Deum. 5.9 b 10 a.
Deus, quare fecit homini tunicas pelliceas.3.4 b
Deus diuisit sacerdotium à dignitate Regali,3.27 b
Deus potest pręcipere aliquid supra virtutem.1.22 b
Deus nos piè corrigit.8.1 b
Diaconi septem electi sunt ex populo.1.5 b
Dictum notabile Clementis VIII.3.20 a
Differentia inter Monachos, et Eremitas. 2.22 b
Differentia clericatus inter Can. Reg. & sęc.2.13 a
Diffinitores quomodo sint eligendi. 6.38 b
Dignitas clerici suprà Monachos.1.60 b
Dignitates quomodo appetendę sint.2.1 b
Dignitas nullá comparatur sacerdotio. 2. 16.a
Diuersitas nominis indicat rei diuersitatem.1.16 b
Doctores, & magistri plures ex Can. Rhen.4.30 a
Dominium quale sit in Ecclesiastica hierarchia.2.6 a
Dominium quale fuit in statu innocentię. 2.5 b
Domni prius dicti sunt monachi laici.8. 6.a.

E

ECclesia Taraconensis fuit Canonicorum Regul.2.10.a
Ecclesię multę Canon. Reg.2.11 a
Ecclesia Hierosolymitana fuit Reg. 1.37 b
Ecclesia Lacranensis à quo erecta fuit. 1. 40.a
Echlimiga Ducissa Polonię piè illudebat. 3.14 b
Aedes Rhęni à quo cõstru. fuit.4.5 b 24 b

Aedi-

Aedificatio S. Saluat. de Bonon. 4.25 a
Edmundus S. puer vsus est cilicio. 3.13 b
Eleazarius Comes ciliciũ ferrebat. 3.14 a
Electio Prioris, & aliorum ad quos spectat. 6.31 a
Electio Generalis qualiter facienda sit. 6. 37 b
electio fidelium duplex. 1.29 b
electio Apostol. variè interpretatur. 1.30 a
electio Prælatorum quomodo sit facienda. 6.14 b 19 a 34 b
electio Martini V. 5.46 a
elia, & Eliseus non fuerunt Monachi. 2. 22 a
Eligius S. ornamenta corporis dedit paupe ribus. 3 13 b
Elisabeth filię Regis Vngariæ vitę asperitas. ibid.
Enos cępit inuocare nomẽ Domini. 3.25 a
episcopi Religiosi quem habitum deferant. 2.41 a
episcopi Can. Reg. quomodo induãtur. ibi.
episcopi quando Rochetum deferre possint. 3.19 b
episcopi, & clerici possũt habere propriũ. 1.23 b
episcopi primitiuę Ecclesię, quomodo imitati sint Apostolos. 1.25 a
episcopi plures, ex Can. Rhęn. 4.33 a
ephod erat lineum. 3.28 b
ephod duplex fuit. 3.29 a
error Volateran. 3.17 a 8.19. a
error in particularibus à quo procedat. 6. 2 a
error de pręcedentia Monachorum. 1.44 b
error Tycinensis. 1.55. b 8.10 a
error propugnaculi. 8.3 b
error Sirenij. 8.15. a
error Roderici. 8.21 a
error Maurolici. 8.26 b
error Azorij. 8.52 b
error confectij. 8.53 a
error Abrahami Bzonij. 8.55 a
Esaù quid significet. 3.5 b
Esaù fuit primus sacerdos. 3.28 a
eßentialia quę sint Monachis, & clericis. 1.50 b
euangelij, & legis differentia. 6.3 a
eugenius, III. confirmat ordinem Can. in ęde Rhęn. 4.10 a
executio litterarum Gregorij XII. 5.15 a
executio litterarum Martini V. 5.49 b
exempla pęnitentię. 3.13 a

F

Facultas qualis detur conseruatoribus Canon. Reg. 5.42 a
Falsitas sententię Ioseph Historici. 3. 1 a
Fascia pectoralis vbi ponitur, ibi ciliciũ. 3.12 b
Finis vltimus hominis excedit facultatem naturæ. 6.2 a
Finis professionis distinguitur. 6.16 b
Franciscus Ghisilerius 14. *Prior Canon. Rhæni.* 4.22 a
Fratres ad negotia egredientes ad quid teneantur. 6.25 a
Fratris nomen non affert rationem Canonici. 8.88.14 a
Fratris Io. Dominici Florentini vita. 5.5 b
Fundamentum non fit in obseruatis vario modo. 2.28 b

G

Gelasius Põtifex ex ordine Canonico fuit. 4.2 b
Gemmæ Rationalis quid significet. 3.29 b
Genus triplex ordinum initandorum. 2.8 b
Gherardus Caccianimicus Card. fuit Can. Rhęn. 4.4 a
Gherardus. 2. *Prior Can. Rhęni.* 4.12 a
Glossatoris error. 1.28 a
Gratiolus. 9. *Prior Can. Rhęni.* 4.20 a
Gratuitum dicitur dupliciter. 1.22. a
Gregor. VIII. Confirmat priuilegia Can. Rhęn. 4.14 b
Gregor. X. restituit sedem Rom. Curię. 5. 1 b
Gregorij XII. electio 5.2 a.

Grego-

Gregor. XII. Institutor Can. Reg. S. Saluat. 5.13 b
Greg. XII. cedit Pontificatui. 5.44 a
Gregor. XII. moritur. 5.46 a
Guarinus Fuscherarius Card. fuit Canon. Rhen. 4.4 a
Guezus. 7. Prior Can. Rhen. 4.18 b
Guido Primus Prior Can. Rhen. 4.9 b
Guido Antonius Comes Vrbini benemeritus Congr. S. Saluat. 5.37 b

H

Habitus duplex homini datus à Deo. 3.4 a
Habitus pœnitentialis peccato commensurari debet. 3.6 a
Habitus pœnitentię, quid significet. 3.13 a
Habitus Monachalis est pœnitentię, 3.16 a
Habitus non idem est in omnibus Monachis. 3.16 b
Habitus Monachorũ lugubris qui sit. ibid.
Habitus Ordinum quare diuersi. 3.23 b
Habitus Canon. diuersus ab illo Monachorum. 3.24 a
Habitus deseruientium Deo qui sit. ibid.
Habitus sacerdotalis intelligitur per lineas vestes 3.31 b
Habitus clericalis est institutus ab Apostolis. 3.32 a
Habitus Can. qualis esse debeat. 6.8 b
Habitus nobilium Venetorum sapit Religionem. 6.9 a
Habitus Nazareorum qui sit. 1.10 b
Habitus Canonicorum essentialis, qui sit. 1.34 a
Habitus qualis sit Can. S. Saluat. 5.51 a
Habitus qualis sit Can. de Rheno. 5.53 a
Henricus IV. Imp. recipit in protectionẽ Can. Rhen. 4.14 b
Hierarchia non est in diuinis. 2.4 b
Hierarchia Ecclesiastica tres ordines habet. 1.14 a
Hierarchia nostra quid sit. 2.6 b
Hilarion vestiebatur folijs Palmarum. 3.16 b
Hildebrandus Crassus Car. fuit Can. Rheni. 4.5. b
Historia inutilis est sine veritate. 1.3. a
Homo ante peccatum vnum opus operabatur erga Deum. 3.4. a
Homini ad quid data fuit potestas occidendi animalia. 3.4. b
Homo pœnitens quando acquirit magis meritum. 3.7. a
Homo iudicat de exterioribus tãtum. 6.2. a
Homo potest assumi ad ordines Angelorum. 2.5. b
Honor debetur Prælatis. 6.14. b
Hospitale S. Iob à quo fuit erectũ. 4.5. a
Hospites quomodo tractandi sint. 6.21. b. 29. b
Honorius III. confirmat priuilegia Can. Rheni. 4.15. b
Honorius II. fuit Can. Rheni. 4.22. b
Humilitas commendatur. 2.1. a
Humilitatis actus quàm sint meritorij. 6. 11. b
Hunericus Vandalorum Rex. 1.40. a
Hyacinthus significat aerem. 3.29. b

I

Iacob tectus pelliculis quid significet. 3. 5. b
Iacobus Apost. lineis vestibus vtebatur. 3.30. b
Identitas votorum non facit identitatem Relig. 2.23. b
Ieiunium signum est pœnitentiæ. 3.11. b
Ieiunia Regularia optimè instituta sunt. 6.7. b
Ieiunij effectus. 6.8. a
Ieiunia Ecclesiæ non dispensantur à Prælato. 6.8. a
Ieiunia quę obseruanda sint. 6.20. a
Immobilia cur non possidebant Apostoli. 1.19. a
Infimi persępe sunt meliores. 2.44. a
Inferiores discant à Superioribus. 2.44. b
Infirmi quomodo tractandi sint. 6.8. b. 21. b. 29. a
Indumentum primum Adę non fuit perfectę pœnitentię. 3.3. a

Inno-

Innocentius II. muniuit priuilegio Can. Rheni.4.7.b.9.b
Innocentius IV. plures litteras dedit in fauorem Can. Rheni.4.18.b
Innocentius II. fuit Can. Rheni.4.23.b
Innocentius III. fuit Can. Rheni. 4.28.b
Innocentij VII. electio.5.2.a
Instructio Nouitiorũ qualiter fieri debeat. 6.18.a
Inobedientia dupliciter summitur. 1.13.a
Institutum quale sit Can. Reg.1.31.b
Inuidia est filia superbiæ.8.2.a
Institutio Can. S. Saluat. 8.15.b.18.a
Initia rerum maximarum sunt parua. 8.17.b
Insignia S. Saluatoris Bononiensis.8.32.a
Insidię parantur Gregorio XII. 5.23.b
Indulgẽtia plenaria datur in articulo mortis.5.25.b
Indulgentia plenaria datur in die professionis.5.30.a
Indumentum innocentię quale fuit. 3.2.a
Inclinationes quomodo faciendę sint. 6.17.b.25.a
Ioannis XXIII. electio.5.24.a
Io. Trulli dicta de Arnulpho.8.23.b
Io. Trulli dictorum correctio.8.32.b
Iob sanctificabat filios. 3.25.b
Io. Valentini 8. Prior Can. Rheni.4.19.a
Io. Columna Card. 11. Prior Can. Rheni. 4.21.a
Ioseph Leuites Cyprius.1.15.a.20.b.
Isaac Monachus.1.13.a
Itinerantibus quid sit agendum.6.24.b
Iulius II. vocat Fratres S. Sal. Can. Reg. 1.52.a
Iudei ferebant in Synagogis vestes pretiosiores.3.26.b
Iudiciaria cognitio quę sit.6.1.b
Iudicium rei à quo summatur.1.1.b
Iura duplicis sunt generis.1.15.a
Iuo Reformator fuit Ordinis Canonici. 1.62.a

L

LAicus non potest canonicari. 2.11.a
Laicus poterat esse Abbas. 2.30.b
Laici vno tantùm gradu constant.1.5.a
Laicus quis dicatur.1.6.b
Laici in primitiua Ecclesia vouebant paupertatem.1.25.a
Laneis vestibus vtuntur Canonici per accidens.3.19.b
Lapides Onichini quid significent. 3.29.b
Leuitę multipliciter dicti sunt.1.9.b
Leuitę ad quid sint instituti.1.7.a
Lex Nazaręorum qualis.3.31.a
Lex ęterna quę dicatur.6.1.a
Lex naturalis pendet ex lege ęterna. 6.1.b
Lex Diuina cur fuit homini necessaria. 6.2.a
Lex humana non potest prohibere omnia mala.6.2.b
Lex Diuina est duplex.ibid.
Lex ad duplex bonum ordinatur. ibid.
Leges humanę vnde ortę sint.6.3.a
Lineę interulę prohibentur Monachis. 3.20.a
Lineis ad carnes non vtendum est. 6.27.b
Litterę Hadriani IV. de vnione aliquarũ Ecclesiarum cum Can. Rhen. 4.11.a
Litterę Gregorij XI. eligentes Priorẽ Rheni.4.22.a
Litterę non scribãtur sine licentia.6.29.a
Litterę Martini V. 5.47.b
Lites non sunt tractandę à Religiosis. 6.13.a
Lucius II. confirmat Can. Ordinem in Canon. Rheni.4.10.a
Lucius II. fuit Can. Rheni. 4.4.a.23.b

M

MAgistri, & patres quomodo dici possimus.2.2.b
Mala punica quid significent.3.30.a
Marcus Apostolus dedit clericis lineas vestes.3.30.b
Mala fiunt triplici occasione. 6. 10.a.
Magister Nouitiorum ad quid teneatur. 6.30.b

Mat-

Mare Magnum Martini V.5.58 a
Martinus S. pœnitentia humiliauit Valerianum.3.13 a
Matthias Apostolus ex quo ordine sit electus.1.5 a
Mendicantes sumpserunt Regulam B. Augustini.1.45 b
Mendicantium Ordines sapiunt monachatum.3.19 b
Mercurius quare dicatur Trimegistus. 3.28 a
Michael.5. Prior Can. Rhen.4.17 b
Michael 13. Prior Can. Rhen.4.21 b
Ministerium Nazareorum quale sit.1.10 b
Minores natu poterant esse Sacerdotes.3.27 b
Misericordia in infirmos habenda est. 6.11.a8 a
Mitra Sacerdotis quid significet.3.30 a
Miraculum Icone in Berito.4.25 a
Miracula insignia duo.5.63 b
Moises Archiepiscopus cõfirmat Ord. Can. in ęde Rhen.4.10 a
Monachorum dignitas qualis sit. 2.8 b
Monachus potest esse absq; clericatu.2.10.a 1.9 a
Monachi erant sub foro sęculari. 2.11 b
Monachus, & Reg. Can. ad paria censẽtur. 2.15.b.1.9 a
Monachi repręsentant communitatem laicalem.2.16 a
Monachi nomen quale sit.2.26 b
Monachus nisi efficiatur clericus non est capax Abbatiæ.2.33 a
Monachi quomodo figurant Apostolos.2.34 b
Monachi non profitebantur.2.42 a
Monachi non veniunt appellatione Clericorum.ibid.
Monachalis Habitus quando determinatus fuit.3.16 b
Monachi in initio dicti sunt cultores.1.4 a
Monachi esse cæperũt post Apostolos.1.4.b
Monachus non est doctor sed plangens.1.8 b
Monachi sunt clerici per Accidens.1.9 b 15 a
Monachi Seitię.1.13 a
Monachi quomodo inclinantur in clericis.1.27 b
Monachi, & canonici variant in Habitu.1.34 b
Monachi quomodo imitentur Apostolos.1.48 a
Monachorum, & laicorum differentia. 1.49 a
Monachorum duplex est genus.1.56 b
Monachi quando effecti sunt clerici.1.57 a
Monasteria cur aliquibus non vtilia. 6.5 b
Monasterium primum Can. Reg. S. Saluat. 8.16 b
Monasterium S. Ambrosii de Eugubio dat. Can. S. Saluat.5.31 b
Monialiũ cura non est suscipienda. 6.24 a
Motues Monachus.1.13 a
Mulieres quare velent caput.3.35 a
Mulieres non ingrediantur septa monasterij.6.22 a
Munditia vestium est necessaria.6.11 a
Mũdus includit malos, & pręde stinatos.1.29 a
Muzzeta quid sit.3.37 a

N

Nazarei non semper sunt Leuitę.1.10 a
Nazarei non figurant Can. Reg. ibi.
Nazarei quem statum figurant.1.11 a
Naucleri dicta de Arnulpho.8.23 b
Nobilitas quid sit.4.15 a
Nomine Canonicatus venit Reg. Canonicatus.2.11 b
Nomen Fratris est Apostolicum.1.37 a
Nomen Monachi quid significet. 1.48 a
Nomen Religiosi accipitur pro Regulari. 1.25 b
Nomina Can. Reg. & sęcul. quando cæperunt.1.39 b
Nomine presbyteri, & prępositi quis intelligatur.6.13 b

No-

Notabile de Venetorum Stola.3.34 b
Notabilia Epistolę Mamphridi. 8.17 a
Nouitij quomodo sint recipiendi. 6.27.b 29 b.
Nuditas est indumentum innocētia.3.1. b

O

Obedientia fuit in Apostolis.1.21 b
Obiecta Sirenij ad dicta signij.8.47 a
Occisio facta à Moyse an fuerit iniusta. 1. 30 a
Officiales quales esse debeant.6.11 a
Officium Diuinum quomodo sit persoluendum.6.17 a 24 a
Officium prædicandi non negatur Canon. Reg.1.58 a
Officium Prælati circa obseruantiam Regulæ.6.14.a
Oliuerius Can. restaurauit ædem S. Saluat. Bonon.4.9.b
Opinio auctoris de Cuculla Monachali. 3. 22.b
Opera pœnitentiæ sunt tria. 6.6.b
Opinio Roderici de Can. Lat. & S. Saluat. 8.20.b
Opinio Io. de Nigraualle de Ordine Canonico. 8.25.b
Opus ex voto non est semper inuoluntarium.1.21.a
Orandum est debitis horis.6.6.n
Orationes à quo sint institutæ. 6.7.a
Orbis totus erat in veste poderis.3.29.b
Ordinarium SS. cuius industria actum est. 6.44.a
Ordo quis sit in Trinitate, Angelis, & Hominibus.2.3.a
Ordo principatus sacri quid sit. 2.7.a
Ordinis Pontificij, & Sacerdotalis quæ sit potestas.2.8.a
Ordo Canonicus cœpit ab Apostolis. 2. 14. b
Ordo totus Clericalis intelligitur per Sacerdotium.2.19.b
Ordo Monachalis quomodo sit primus. 2. 23.a.42.b
Ordo littera non sēper est seruādus.2.24.a
Ordo quis in destruenda veste innocentiæ. 3.2.b
Ordines maiores à quibus sint recipiendi. 1.3.a
Ordo quid sit.1.5.b
Ordo quotupliciter accipiatur.ibid.
Ordo Leuitarum erat Clericalis.1.7.a
Ordo Clericalis quot modis dicatur. 1.13.b
Ordo Canonicus est duplex.1.14.a
Ordo canonicus cœpit à Leuitis. 1.31.a
Ordo can. non mutauit speciem. 1.33.b
Ordo can. non cœpit à D. Aug. 1.39.b
Ordinis canonici quis institutor in Alexandria. 1.43.a
Ordinis canonici, & monastici distinctio. 1.46.a
Ordinis canonici continuatio.8.7.b
Origo Monasterij S. Ambrosij de Eugubio. 5.36.a
Origo Monasterij de Sylualacus. 5. 6.b
Origo Presbyterorum S. Georgij de Alga. 5.4.b
Origo schysmatis 22.5.1.b
Origo canonicorum S.Petri.1.65.b
Origo canon. S.Spiritus.1.63.b
Origo canon. de Frigdionaria.ibid.
Origo canon. D.Marci.1.58.b
Origo Societatum induentium se sacco. 3. 16.a
Originalis iustitia quid sit.3.2.a

P

Pallium Rebeccæ quid fuerit.3.17.b
Pallium Archiepiscoporum vbi bene dicatur.3.37.b
Papa potest dispensare in omni solemni voto.1.25 b
Patri Stephano datur facultas recipiendi alios Religiosos.1.60 a
Pauperes in Religiones superbire non debent.6.5 b
Pelagiæ qualis fuit Habitus.2.14 b
Pellis aīalis holocaustum cuius erat. 3.7.a
Pelles ædorum quid significent.3.5 b
Pelles quæ extendā sunt ante pœnitentiā. 3.9 a

Perfectio religiosa in quo consistat. 1.17 a
Petrus Damianus fugit ad solitudinem. 1.60 a
Petrus Damianus conscripsit duas Regulas. 1.60 b
Petrus Damianus dedit clericis Almucias laneas. 3.33 b
Petrus Rauennas dedit Canonicis lineam Cottam. 3.31. b
Pœnitentia Maiorum qualis esse debeat. 3.6. b
Pœnitentia quorum sit irrita. 3.10 b
Pœnitentia debet esse continua. 3.15 b
Platinæ, & Panuini opinio de schysmate. 5.2 a
Pontifices III. confirmant priuilegia can. Rhæn. 4.13. b
Pontifices II. confirmant priuilegia can. Rhæn. 4.17 a
Pontifices multi can. Reg. 1.39 b
Possessiones habere cur liceat Ecclesiæ. 1.24 a
Potestas Inferioris continetur in superiori. 1.3 b
Practica cognitio quæ dicatur. 6.1 b
Præcedentia can. Reg. ad quæ reducatur 2.19 a
Præcepti de non seruanda pecunia intelligentia quæ sit. 1.18 b
Præceptum datum Apostolis fuit concessionis. 1.24 a
Prælatio vera in quo sita sit. 2.5 a
Prælatio, & Dignitas à Deo est expectanda. 2.42 b
Prælatus in quibus possit dispensare. 6.11. b. 23 b
Prælati prudentia qualis in corrigendo. 6.13 a
Prelatorum infœlicitas. 6.14 b
Prelati uiuant, vt alij Canonici. 6.15 a
Presbyter idẽ erat quod Episcopus, 1.16 a
Primiparentes nudi non erubescebant. 3.1 a
Primogeniti sacerdotio fungebãtur. 3.25 b
Primogenita Esaũ quę fuerint. 3.27 a
Prior in Cathedralibus non est nisi Regularium. 2.11 b
Prior in canon. est Regul. 2.13 b
Priores can. Reg. sunt vt Abbates. 2.32 b
Prior canon. Reg. præfertur Abbati Monachorum. 2.33 a
Priores duo in can. Rhæn. 4.21 b
Prior electus quid agere debeat. 6.35 b
Prioris Generalis quæ sit potestas. 6.38 a
Priores Generales congregationis S. Saluatoris. 6.41. a
Prior, & Frater in Regularibus reperitur. 1.40. b
Prior potest sibi eligere confessarium. 5.27. b
Priuilegium Calixti III. declarans veros esse canonicos S. Saluatoris Fratres. 2.48. b
Priuilegium Caroli V. pro canonicis Rhæni. 4.26. b
Priuilegia Henrici, & Federici pro can. Rhæni. 4.27. a
Priuilegium de reformandis constitutionibus. 6.16. a
Priuilegiorum communicatio quomodo intelligatur. 8.41. a
Priuilegia Greg. XII. 5.12. b. 22. b. 24. a. 25. b. 26. b. 29. a. 30. a. 32. b. 35. a. 38. a. 40. a. 42. a
Proemium constitutionum reformatarum. 6.39. b
Professio canonicorum non est in Scapulari. 8.51. a
Professionis expressa forma à quibus tradatur. 1.26. b
Professiõ Nouitiorum qualiter faciẽda sit 6.18. b. 30. b
Protectores Cardinales congreg. S. Saluat. 6.44. b
Psallendum in choro quomodo sit. 6.7. b
Purpura quid sit, & significet. 3.29. a

Q

QValitas requisita in stratibus. 6.21 a. 28. a
Qualitas aeris non fuit mutata per peccatum.

tum.3.4.b
Quæ probant præcedentiam canon. Later. dictorum, faciunt pro canonicis S. Sal. 2.45.a

R

RAsura quo tẽpore fieri debeat. 6.21.a
Rationale quid manifestet. 3.30.a
Ratio agendorum præexistit in mente gubernantis.6.1.a
Ratificatio reformationis constitutionum. 6.41.b
Raynerius Prior 4. canon. Rhæni. 4.15.a. 17.b
Raynerius 12. Prior can. Rhæni. 4.21.a
Refectio Fratrum qualiter fieri debeat. 6. 26.a
Reformatio duplex Monachorum.1.63.b
Reformatio generalis Ecclesiarum Cathedralium.1.28.b
Reformatio quid sit.1.33.b
Reformationes canonicorum plures fuerunt.1.53.a
Reformatio canonicorum facta à D. Augustino.1.55.a
Reformatio canonicorum facta in Anglia. 1.59.a
Peformatio generalis canonicorum, & monachorum.ibid.
Reformatio canon. facta ab Episcopo Besuntino.1.61.a
Reformatio vltima canon.1.63.b
Regula D. Aug. quando fuit approbata. 2. 20.a
Regulæ quomodo intelligebantur approbatæ.2.27.a
Regula canon. S. Sal. in initio reformationis.6.3.b
Regula D.Aug. est circà spiritualia.6.4.a
Regula non est tantùm legenda, sed obseruanda.6.14.a
Regula in quibus obligat ad peccatum. 6. 15.a
Regula Apostolica consuetudine seruabatur.1.26.b
Regula Augustini quando cępit nominari. 1.41.b
Regulæ Benedicti, & Basilij sunt Monach. 1.44.b
Regulæ quæ fuerint approbatæ.1.46.b
Religionis nomen triplex.6.6.a
Religiosi proprietarij carent sepultura Ecclesiastica.1.15.b
Religiosi inquieti qui sint.6.15.a
Reprehensio ad Demophilum Monachum. 1.4.a
Res communes quo pacto sunt tractãdæ. 6. 10.b
Rex erat maximus Sacerdos.3.27.b
Rocheto non opponitur Scapulare.3.20.a
Romana Ecclesia fundata est à Regula Apostolica.1.37.b
Ruffus Reformator Canonici Ord.1.62.a

S

SAcerdotiũ præponitur Imperio.2.16 a
Sacerdotes publica auctoritate fiebãt. 3.27 a
Saccis affinia sunt Cilicia.3.15 b
Saccus habitus est pœnitentię.3.15 a
SS.Plures.Can.Reg.2.41 b
Sãctimoniales dicuntur Canonissę. 3.23 b
Sanctum quid dicatur.3.26 a
Sacrificare quid sit.ibid.
Sacrificandi modus qualis fuit in statu naturæ.3.25 b
Sandalia Apostolis concessa quid significent.1.18 b
sapientia, & sanctitas plurimùm habent authoritatis.6.3 b
sarabaitarum genus.1.15 b
saul figura humilitatis.2.43 b
scapulare differt à Cuculla.3.17 a
scapulare quomodo sit Monachorũ. 3.18 a
scapulare est indumentum Clericorum. 3. 19 a 20 b 34 a
scapulare non dicitur superuestis. 5.21 b
scapulare non auferendum à Canon. Reg. 3.23 a
scapulare est indumentum Claustralium. 3.33 b
scapulare ferebant Can. Alexandriæ.ibid.

scapulare quare laneum, & Album.3.36 b
scapulare datur Can.S.Sal.5.14 a
scapulare cum Rocbeto non facit habitum mixtum.8.18 a
scapulare cur deferant Can. sancti Saluat. 8.4 a
Scbariot non fuit verè Abbas.2.22 b
sententia de præcedentia Can. sancti Saluat.2.51 b
Sermones D. Aug.3.de communi vita Clericorum.1.41.b
Sessio significat humilitatem. 3.11.a
Signij defensio.8.48.b
Silentium quibus horis, & locis est seruandum. 6.20.a.28.a
Similitudo Ordinis Leuitici cum Clericali. 1.15.b
Sirenij dictorum correctio.8.33.b
Societatis vtilitas. 6.9.b
Socius conuētualis quō sit eligēdus. 6.38.b
Sors duo significat.1.7.b
Statua Dauidis cuius fuit figura. 3.7.b
Status Religionis duplex.6.3.b
Status in Cella optimus. 6.9.b
Statutum quando vim habeat. 6. 24.a
Statutū generale immutari nō pōt. 6. 39.a
Stephanus S.addit Pont. 5. 10.b
Stephanus S. induit Fratres Habitu Canonicorum. 5.18.a
Stephanus S.cedit Monasterio de Syluulacus.5.22.a
Stephanus moritur.5.65.a
Studia quō colantur à Can. S.Sal. 6.12.b
Superbiæ effectus. 6.6.a
Suphumerale ex qua materia erat. 3. 28.b
Suphumerale quid significet.3.29.b.36.b
Superhumeralis forma quæ.3.35.b
Superiores ament inferiores.2.44.b
Superstitio Ægyptiaca. 3.26.b
Syluestri Maruli dictorū itelligētia.8.24.a
Synodi Tycinensis Decretum.4.3.b
Synodus Constantiensis confirmat acta Greg.XII.5.44.b
Synodus Constant. damnat Benedictum XXIII. 5.45.b

T

Tabula officiorum quando sit legenda. 6.27.a
Timor duplex est.1.23.a
Titulus Congregationis vnde sumēdus sit. 8.13.b
Tonsura Monachorum quæ fuerit. 1. 57.b
Tristitia de alieno bono dicitur inuidentia.8.2.a
Tunica linea est indumentum Canonic. Reg.2.15.b
Tunica primi Sacerdotis cuius materia erat. 3.28.b
Tunica linea Sacerdotis quid significet. 3. 29. b
Tycinensis dicta de Arnulpho.8.23.a

V

Varietas in pellibus Tabernaculi quid significet.3.8.a
Vbaldus Caccianimicus Card. fuit Can. Rhæni.4.4.a
Vbertus 10.Prior Can. Rhæni. 4. 20.b
Vestes sunt adinuenta propter peccatum. 3.1.a
Vestes primi Sacerdotis erant singulares. 3.28.b
Vestes albæ lineæ quid significent. 3.32.b
Vestes quæ sint in Canonico ad decorem.3. 33.a
Vestes Sacerdotales induendæ sunt supra Rochetum.3.37.a
Vestes in communi habeantur.6.20.b
Vestes cuius coloris, & formæ esse debeant. 6.27.b
Vestes plures sunt communes Can. & Monachis.1.36.a
Vestibus D.Pauli Eremitæ quando vtebatur D.Antonius.3.16.b
Vestimenta Apostolis negata quid significent.1.18.b
Vestis prima Adæ non fuit ex ligno, de quo comedit.3.3.a
Vestis linea qua ratione coaptetur Monachis,

chis,& Can.3.18.a
Vestis Aaron erat linea. 3.25.b.26.b
Vestis exterioris mutatio quid significet. 3.26.a
Vestis Aaron quare dicatur sancta.3.29.a
Vgo 3.Prior Canonicæ Rheni. 4.15.a
Vgo Pisanus Reformator Can.Ordinis.1. 62.b
Vgo Doctor celeberrimus fuit Can. Regul. 1.39.a
Vicarius generalis quis censeatur. 6. 37.a
Vice Prior quo casu,& modo eligendus sit. 6.36.a
Virga concessa Apostolis quid significet.1. 18.b
Viri Illustres Congreg.S.Sal.7.per tot.
Vita communis est Apostolica Regula. 2. 13.b
Vita Eremitarum non est Monachalis. 2. 34.a
Vita Monachorum nō est arctior vt prius. 2.37.b
Vita Eremitica fuit ante Monasticam.2. 42.a
Vita Anacoritica quando cœpit.1.58.a
Vita Gregorij XII.5.3.b
Vitę sanctitas Guarini Fuscherarij. 4. 4.b
Vnio Canon. S. Sal. cum Rhenauis. 8.45. a. 5.47.a
Vnio Monasteriorum Congr. S. Sal.7. per totum.
Vota non destruunt Dignitatem Clericalem.2.42.a
Voti continentia triplex distinctio. 1.25.a
Votum Nazaręorum quale sit.1.10.a
Votum duplex est.1.22.b
Votum quid sit.1.25.b
Votum Pont.Greg.XII.5.11.a
Vrbani VI.electio.5.1.b
Vrbanus III. confirmat priuilegia Canonicę Rhęni.4.14.a

Z

Zelus,& sanctitas B.Stephani. 5.8.a

FINIS.

Errata	sic	Corrigito
In Epiſtola pag.2. cedentem.		ſedentem.
In ead.pag.5. eius riuos		eius Viros
In ead pag.5. compellendos		compellandos
lib.1.cap.1.a. Niſi effectum		niſi effectu
lib.1.c.7.a.deorſumitum		deorſum tum
lib.1.c.54.a.perfectioni omnino		perfectiori omnino
lib.2.c.47 a. quintam Inſtitutionem		ſanctam Inſtitutionem
lib.3.c.29 a.Ciclæ		Cæilæ
lib.4.c.13.b.in monaſterio		dele in
lib.4.c.14.b.ac reuocat		ac renouat
lib.4.c.16. b.ordinis tenet		ordinis tenor
lib.5.c.26.b. ab ipſos ex		ab ipſo ſex
lib.6.c.2.b quæ Dña		quæ differentia
lib.6.c.6.a. ea que erant		non ea quęrant
lib.6.c.9.b. arbiter		alter
lib.7 c.12.b.conditionis		conditoris
lib.7.c.17.a. Veragus		adde prius Ioannes
lib.7.c.23.b. refertus		adde Prior dictæ Canonicæ
lib.7.c.24.a. ſtellanum		Sezzanum
li.7.c.21.b. colligendæ memoriæ impreſſæ		colligendas memorias impręſſas
lib 8.c.5.b. profeſſione		profeſſionis
lib 8.c.9.a. titulum aduerſus		dele aduerſus
lib.8.c.11.b. noluerunt		voluerunt
lib 8 c.38.a. Priores gubernari		per Priores gubernari
lib.8.c.56. Illuſtriſs:		Reuerendiſs:

Reliqua Errata, ſi quę ſunt, iudicio lectoris relinquuntur.

Nos D. Alphonſus Bauoſius Humilis Prior Canonicorum Regularium Congr.S.Saluatoris Ord.S.Auguſtini Dilecto Nobis in Chriſto Fratri D.Ioſeph Mozzagrugno Neapolitano Abbati ſalutem in Domino.

MOnumenta rerum geſtarum ſunt Hiſtoriæ, vel Annales, quæ memoriam eorum ab interitu vindicant, quorum Poſteri exempla imitari debent. Sanè fuit olim mentis Noſtræ conſilium, vt Canonicorum Regular. & præcipuè Congr. Noſtræ ædderetur Hiſtoria, tùm vt in hanc Lucem, quæ Nobis Maiores Noſtri memoriæ prodiderunt, ad hunc vſque diem emortua penè, reuocarentur, tùm vt etiam Poſteris Noſtris ipſi conſuleremus. Quam Prouinciam tuæ Doctrinæ, Prudentiæ, ac Diligentiæ fiſi, tibi libenter demandauimus, & eam libenti animo à te ſuſceptam, ac Diuino ſuffragio ad finem perductam, viſa atteſtatione dilecti filij Noſtri D. Marci Antonij de Philippis ſcientiarum profeſſoris, necnon in Canonica Noſtra Venetiarum Lectoris, qui eam de mandato Noſtro totam perlegit, ſeruatis prius ſeruandis, quæ in Sacro Concilio Tridentino decreta ſunt, typis mandandi facultatem tibi elargimur.

Dat.Romæ ex Aedib. Noſtris Canonicalib. S. Petri ad Vincula in die Conceptionis Virg.Mariæ 1621.

D.Alphonſus Bauoſius Bon.Humilis Prior Gen.

D.Io.Vincentius Bonon.Congreg.Not. de mandato.

Locus Sigilli.

NArrationem rerum geſtarum Canonicorum Regularium collectam, & in plures libros diſtributam ab Ad.R.P.D.Ioſeph Mozzagrugno Neapolitano Canonico Regulari S. Saluatoris, & Abbate, ſumma diligentia perlegi, ipſamq. non ſolum ab omni labe fidei Catholicæ, ſacriſq. legibus repugnantem, abſolutam conſpexi; verùm quamplurib. documentis, ac eruditionibus veritati conſentaneis, ac proindè cunctis legentibus admodum perutilem exiſtimaui, ac probaui.

Venetijs Die 10.Aprilis 1622.

Fr.Io.Ludouicus Secch. Rauen.Sac.Theol.Lector Ord.Prædic. Commiſſ.Inquiſ.Venet.

EGo D.Marcus Antonius de Philippis Venetus, Canonicus Regularis Congregationis S.Saluatoris, Ordinis S. Augustini, Phylosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Professor,& Lector in Canonica Nostra S. Saluatoris Venetiarum vidi, & attentè perlegi (sic præcipiente Reuerendissimo Domino Priore Generali Nostro Alphonso Bauosio Bononiensi)Histo riam Canonicorum Regul.in primis Reformationem eorundem Canonicorum continentem in Congregatione S. Saluatoris, sub hoc titulo, Narratio rerum gestarum Canonicorum Regularium in plures libros distributa &c. Collecta ab Admodum Reu.P.Ioseph Mozzagruno Neapolitano Canonico Regulari S. Saluatoris, & Abbate. Quod opus mira industria elaboratum,innumerisq; sententijs refertum, ac veritate vndique redundans,Catholicum, pium,lectu dignissimum,vt in lucem prodeat, typis mandandum iustum esse censeo, ac ex animi sententia affirmo.

Dat.Venet.1621. in die Præsentationis Virg.Mariæ.

HAS Narrationes rerum gestarum Canonicorum Regularium ab Admod.Reu.P.D.Ioseph Mozzagrugno Canonico Regul. Congr. S.Saluatoris,Ordinis S.Augustini, & Abbate, singulari ingenij dexteritate, è tenebris antiquitatis erutas, vt pietate, ac eruditione commendabiles,ita & luce dignas censeo.

Dat.Venetijs 1622. In die Purificationis Virg.Mariæ.

D.Georgius Polaccus Venetus D.

NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium

LIBER PRIMVS.

De Ordine Canonico in generali.





Vicunque intellectu prædití sunt, ab ipso Initio, cum ipsius opera exercere cœperunt, rerum intellectarum veritatem consequi conati sunt: Nam cum sæpius non secundum ea, quæ in rebus sunt, traxerint Ideam, & Cognitionem, quod ex eo probabant, quia mutari illa ab eorum concepta apprehensione, siue abstractione videbant; dolentes ferè in prima animaduersione rem, sicuti est, non assecutos se; iterùm pro veritate rerum percipienda nouæ cogitationi, cur ita res sit, quo modo, quæ, & qua ratione sic, vel alio modo operaretur, vt tandem cognoscerent, vacauerunt. Admiratio sanè illa, quæ phylosophandi tradidit occasionem ex non cognita, nisi effectum causa processit; Itaque hac incognita, & ille planè non plenè perceptus, adhuc laboraturam intelligentiam illorum Sapientum incusabat; & vt amplius haud in huiusmodi labore perdurarent; ipsam veritatem conati sunt adipisci. Maximè cum per ipsam ad eius cognitionem ducamur, qui se esse fatetur Veritatem, & Patrem Verum appellat: Ego sum Via, Veritas, & Vita; Est Verus qui me misit, quem vos nescitis. Io.4. Quoniam verò ab eo, quòd res est, etiam operatur, nil aliud Io.7. nisi Veritatem se facere, & dicere asseuerat: Si Veritatem dico vobis; quare non creditis mihi? Io.46. Quam quidem si moratus esset ali-

quantisper Pilatus ad audiendum, quod de quidditate Veritatis interrogauerat, libentissimè, & in persona, & suis operibus aperuisset. Deus namque est Veritas, à qua vera sunt quæcunque sunt, vtpote assecuta similitudinem specierum, quæ sunt in Mente Diuina. Dicitur enim verus lapis, qui assequitur propriam lapidis naturam, secundum præconceptionem Intellectus Diuini, vt hinc probetur Veritas esse præcipuè, in intellectu, postmodum in rebus, quia comparantur ad Intellectum, vt ad principium. Alia ratio est appetitus, alia intellectus, sicuti alia veri, alia boni; bonum id iudicat, in quod appetitus tendit, verùmverò in id, quod Intellectus. Differunt autem, quia cognitio est secundum quòd cognitum est in cognoscente, appetitus secundum quòd appetens inclinatur in ipsum, quod appetitur. Quare terminus appetitus, qui bonum, est in re appetibili, sed cognitionis terminus, qui verum, est in ipso intellectu: Sicut autem bonum est in re secundum quòd habet ordinem ad appetitum, & ideo ratio bonitatis à re appetibili in ipsum deriuatur, secundum quòd appetitus dicitur bonus, quia est boni, ita cum verum sit in intellectu secundum quòd conformatur rei intellectæ, necesse est rationem Veri ab Intellectu ad rem intellectam confluere, vt res etiam intellecta vera dicatur secũdum quòd habet aliquem ordinem ad intellectum. Hic autem ordo, vel existit, vel accidit: existit quidem ordo rei intellectæ ad intellectum, à quo dependet secundum suum esse; accidit autem secundum quòd ab intellectu cognoscibilis tantum est, non dependens, vt domus ad intellectum facientis eam ordinem existentem habet; ad omnem autem intellectum, à quo, quamuis cognoscatur, non dependet, accidentem tantum habere ordinem dicitur. At iudicium rei non à quocunque, quod accidit, sumitur, sed ab eo, à quo causatur: artificialia quippe vera sunt, quia ab Artificibus, ita vt sunt, elaborata sunt; & vt dicebamus, quæcunque sunt vera sunt, quia ab Intellectu Diuino pendent eo modo, quo sunt; & ideo D. Augustinus dicit in libro de vera Religione. Veritas est, qua ostenditur id quod est; & item idem: Veritatem rei, prout comparatur ad Intellectum, à quo dependet: veritas est summa similitudo principij, in quo nulla dissimilitudo est. Hilarius: Verum est declaratiuum, & manifestatiuum esse. Anselmus: Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. Rectum enim est, quod principio concordat. Et Auicenna:

Aug.

Hilar.

Ans.

cenna:

cenna: Veritas, inquit, est vniuscuiusquē rei proprietas sui esse, quod stabilitum est ei:ex quibus omnibus vna Veritatis descriptio colligitur, tùm ab intellectus cognitione, tùm ab ipsius intellectus dependentia, quæ aliter quasi vtrumque complectens, concluditur esse adæquatio rei ad Intellectum. Veritas igitur hinc sumenda rei, vnde pendet, non autem ab inde, vnde potest haberi cognitio, sed non sumi ipsius deriuatio rei secundum Aug. in lib. Solliloquiorum, non verum est quodcunque videtur. Lapides enim qui sunt in abditissimo terræ sinu, non essent veri lapides, quia non videntur, neque illud, quod ita se habet, quod videtur cognitori, si velit, & possit cognoscere; cum nihil esse verum ita possit, si nullus posset cognoscere: in his namque veritatis declarationibus accidentia solùm veritati ponuntur, à quibus non est iudicium de re, an vera sit vel ne, facere: illam autem veritatis descriptionem probat, quæ est: verum est id, quod est. Nos igitur Historiam Canonicorum Regularium scripturi nihil Nobis ob oculos ponēdum iudicauimus, nisi quod est, quod quidem primum à Deo petimus scire, & implorамus, vnde eorum, quæ dicturi sumus, Veritas emanauit, & secundum eius prescriptum, & præfinitum vera esse credimus, quæ dicemus; deinde ab illis Viris, & Auctoribus probatissimis, à quorum vel intellectu, vel opere dicenda sumpsere Esse, ac Veritatem. Neque tamen, vt multi faciunt, etiam circà Nostra, quia non videmus aliqua, putamus non esse, vel quia fingimus, vera asserimus; cum præsentium veritatem à præsenti intellectione dependere sit certum, & præteritarum ab ijs intellectibus, qui vel fecerunt, vel præcognouerunt. Quare hortamur, & monitos volumus omnes, vt has Nostras lucubrationes non putent à Nobis vltrò dictas, atque dictatas; sed à quibuscunque, quos præ manibus habuimus Auctoribus, Superiorum, & eorum, quorum interest, diligentia (quorum nomina in manifesto ponam, vt cuique sua laus ex veritate tribuatur, ne dum veritatem ædificare studeo, falsitatem astruam) deprōptas esse, atque desumptas: si quidem si alij non vera his, quæ vera esse iudicamus, adiunxerint, sciant ab ipsa veritate non vera esse, quæ dixerint, demonstranda; ita Policarpo Pont. D. Dionysius scribit: cum Apolophanem contrà ipsum multa iactitare iudicauerit, asserens non debere, quiqui fuerint, falsa dicere, si ipse vera dixit, his verbis. Equidem haud scio me dixisse in Græcos, aut in alios,

Auic. *Aug.* *Polic.* *D. Dion.*

(quod putem) bonos viros, contentos esse debere, si verum ipsum per se, & sciri, & dici possit, quatenus verè habent. Hoc enim quicquid est de lege veritatis, rectè demonstrato, & integrè stante omne, quod aliter se habet, verique speciem præ sè fert,& aliud esse atque id,quod verè est,& dissimile, & videri magis quàm esse coarguetur.Superuacaneum est igitur veri Interpretem cum his,illisve pugnare. Ait.n.vnusquisque Regium se numũ habere, & habet fortassis adulterinum quoddam, particulæ alicuius veræ simulacrum;quod si hunc conuiceris,alter,& rursum alius de eodem contendet. At verò posita rectè verè ipsius defensione, imprimisq; ita constante,& manente,vt refelli non possit, omne, quod omni ex parte ita se non habet,ipsum per se inuictæ stabilitati eius,quod re ipsa uerum est,concedit. Hæc Dionysius. Quo cũ mihi cõcludendum esse statuo, tediosũ futurum cum alijs aliter,q̃ nos sentientibus,antequam vniuersam Historiæ Nostræ seriem cõpleamus,disputare,sed satis erit Nobis id(quod vtinam Deus det) primum id,quod verum est,scire,deindè cum intellexerimus,vt decet,scribere,& manifestare.Ea enim veritatis natura est,vt bona cũ sit,semper sit,cui cedit Vinum, Rex, & Mulier. Iniquus.n.est Rex, Iniquum Vinum, Iniquæ Mulieres. Multi.n.Reges, Mulieres, & Homines fecerunt iniquitates, nedum crimina enormia,vt per Hiperbolem dicatur, sed in vniuersum iniqui sunt,excepto Christo, & Virgine benedicta,de quibus non loquebatur Zorobabel;& iniqua omnium illorum opera, quò ad ipsos tantum. Deo namque tribuendum,quicquid in humanis operibus inest. Veritas autem manet, & inualescit in æternum,& viuit,& obtinet in sæcula sæculorum, & non est Iudicium eius iniquum, sed fortitudo, & Regnum,& Potestas,& Maiestas omnium æuorum. Quæ omnia intel
3.Esd.4 ligit Zorobabel pro veritate rerum ad similitudinem primæ Veritatis,non in se inualescentis proficiendo,quæ minui non põt, nec augeri, sed in effectibus suis videntis tamen per essentiam suam, quæ vita est, & iniustitia in ea non habet locum; iusta omnibus facientis, siue puniendo, siue multò fortius præmiando, in qua fortitudo est stabilitatis Regnum, Dominationis,& Potestas, cui non põt resisti;suo item modo rerum humanarum veritas sup oẽs alios liquores enatat vt oleũ,amputat omnia Hidræ capita, si ignẽ adijcias, quæ prima veritatis est conditio adeo vera, vt interclu-

sum

sum iter in Paradisum homini peccanti flammeus glaudius custodire dicatur. Nam sagittæ potentis acutę cum carbonibus desolato rijs; ferrum absq. igne seccat, cędit, trūcat, verùm renascitur caput: Ps. 119.
propositio contraria propositioni ipsam vincit, sed si falsa est, resurgere item prospicit; si autē vera est, mortificat. Verè.n. per ignē, & gladium patet Nobis aditus in Cœlum, verùm quippe dicit Saluator. Non veni pacem mittere, sed gladium: ignem veni mittere in terram. Non amat Veritas angulos, inquit D. Ber. non ei diuersoria placent. Talis est conditio falsitatis, vel erroris, vt etiam nullo sibi assistente consenescat, ac defluat. Talis autem è diuerso veritatis status, vt etiam multis impugnantibus suscitetur, & crescat. Dicant quæ velint non vera qui dicunt, vera, quæ dicemus illorum, non vera non timebunt. Nihil.n. Nos à Veritate dicenda alienos faciet, scientes non solùm proditorem esse Veritatis, qui mendacium pro veritate loquitur, sed qui non liberè pronunciat Veritatem, quam pronunciare oportet. Imitandi sunt magno, & excellenti ingenio Viri, qui cum se doctrinæ pœnitus dedissent, quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus, & publicis, & priuatis actionibus, referente Cassiodoro, ad inquirendæ Veritatis studiū se contulerunt; existimantes multò esse præclarius humanarum, diuinarumq. rerum inuestigare, ac scire rationem, quàm aut struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærrere; quibus rebus, quoniam fragiles terrenæq; sunt, & ad solius corporis pertinent cultū, nemo melior, nemo iustior effici potest: erant quidem illi veritatis cognitione dignissimi, quam scire tantopere cupiuerūt, atque ita, vt eam rebus omnib. anteponerent: nam & abiecisse quosdam res suas familiares, & renunciasse vniuersis voluptatibus constat, vt solam, nudamq; veritatem nudi, expeditiq; sequerentur, tantumque apud eos Veritatis nomen, atque authoritas valuit, vt ipsam summi Boni præmium iudicarent. Quòd si ad primam Veritatem, quæ Deus est, referamus, veritatem sapit; Nos verò de Historiæ veritate id confirmamus, quod à Polibio dr.s. perindeac si aliquos animanti oculos foderit, quicquid superest corporis fit inutile, ità, dempta ex Historia veritate, narratio omnis inutilis est, & quòd idem veritati maximæ vires additæ sunt, quoniam etsi ab omnibus impugnetur, nonnunquam & omnis generis suadellæ vnà cum mendacio aduersus eam armentur, nescio quomodo ipsa per se animis mortalium illa-

Mat. 34
Bernar.
Cassiod.
Polibio.

illabatur, & nonnunquam confestim vires suas exerat; aliquandò verò, vt multùm temporis in obscuro destituit, tãdem per se ipsam emergat, & mendacium manifestet. Quare hanc Veritatem Nostrarum rerum præ oculis habentes, ad ea, quæ verá sunt, descẽdẽtes, primum in genere de Ordine Canonico differendum putamus. Canonicus igitur Ordo, qui nunc Regularis, & S. Augustini appellatur, principiò Clericalis dumtaxat dictus est. Canonicus n. Ordo dr̃ Canonicorum, sicut Ordo Episcopalis, Episcoporum, Sacerdotalis, Sacerdotum, Clericalis, Clericorum, & non est hic Ordo de illis Sacris per se, quæ sunt Sacr̃a in quolibet indiuiduo, quorum aliqui ẽt magis sacri sunt ob actũ, circa quem versantur, seu circa Corpus, & Sanguinem Domini, seu circa vasa consecrata, de quibus B. Tho. in 4. à quibus deductum dicitur Ius Canoniæ, quod non cadit nisi in existentibus in Sacris. Quãuis enim Ordinis caracter sit quædam spiritualis potestas, et quidem Ordines non ordinent̃, nisi ad quosdam actus corporales .s. Hostiarij, vel Acolythi, nihilominus quilibet Ordo vel habet actũ circa ipsum Sacramentum, vel ordinatum ad Sacramentorũ dispensationem; sicut Hostiarij habent actũ admittendi homines ad Diuinorum Sacramẽtorum inspectionem, et sic de alijs: ideo in omnibus Ordinibus requiritur caracter, idest specialis potestas, per quam fiunt suscipientes, & agentes sacri; magis autem, & minus, prout qui ad actus Ordinis inferiores, & qui ad superiores, illi minus, hi magis sacri censeantur. Hinc enim cum in primitiua Ecclesia aliqui ordinarentur in Presbyteros non susceptis prius inferioribus Ordinibus, & tamẽ poterant omnia, quæ poterant inferiores Ordines, comprehensa inferiori potestate virtute in superiori, sicut sensus in intellectu, & Ducatus in Regno: postea per Ecclesiæ Constitutionem, quòd ad maiores non se ingerant præceptum est, qui prius in minoribus officijs se non humiliauerint: ex quo patet humiliationẽ fieri circa inferiores gradus sanctitatis Ordinis. Ordo enim sacer dicitur dupliciter secundũ se, & sic quilibet Ordo est sacer, cũ sit Sacr̃m quoddã, & rõne materiæ, circa quẽ aliquẽ actũ hẽt, & sic Ordo sacer dr̃, qui hẽt actum aliquem circa rem aliquam consecratam, & sic sunt tres Ordines sacri, Sacerdos, & Diaconus actũ circa corpus Chr̃i, & sanguinẽ consecratum hñtes, & Subdiaconus circa vasa cõsecrata, quib. ẽt indicit̃ cõtinẽtia, vt magis sacri, & mundiores sint, qui

sacra

Sacra,& Sancta tractant. Dicimus tamen sacrum etiam pro simpliciter Religioso, cuiusmodi sacrum nuncupabamus Ordinem Iesuatorum, licet extrà omnia sacra fuerit iam essentialiter constitutus: nunc autem intrà, cum ad Ordines suscipiendos coaptauerit eum Sancta Sedes Apostolica, qualis à principio fuit Monasticus: Dictus autem sacer eò, quòd Religio ordinatur ad Diuinum Cultum, vt notatur ab eodem D.Thom. 2. 2. quæst. 99. artic. 1. *D.Tho.* Sicut autem ex eo, quòd ordinatur in finem bonum, sortitur rationem Boni, ita etiam ex hoc, quòd aliquid deputatur ad Cultum Dei, efficitur quoddam Diuinum, & sic ei quædam reuerentia debetur, quæ refertur in Deum; vnde reuerentia rerum, & personarum sacrarum pertinet ad Religionem, & irreuerentia ad sacrilegium, idest ad ablationem, & collectionem sacri. Hinc 17.q.4 cap. Si quis suadente; committunt sacrilegium, qui de Iudicio Principis disputant, dubitantes an dignus sit honore quem Princeps elegerit: secundum enim Phylosophum in 5. Ethic. Bonum commune *Phyl.* Gentis est quoddam Diuinum, & ideo antiquitus Rectores Reip. Diuini vocabantur, quasi Diuinæ Prouidentiæ Ministri, secundum illud: Cum essetis Ministri Regni illius, non rectè iudicastis, & sic *Sap.6.* per quandam nominis extensionem Principes, Sacri dicuntur: Similiter omnis Populus Christianus sacer dicitur per Fidem, & Sacramenta Christi sanctificatus, dicente D.Paulo: sed abluti estis, *1.Cor.6.* sed sanctificati estis; & D.Petro: Vos estis Genus Electum, Regale *1.Pet.2* Sacerdotium, Gens Sancta, Populus acquisitionis: sic de vniuerso coetu fidelium hæc verba interpretatur idem Doctor, vbi suprà: Hinc Monachi in suis exordijs, cultores nuncupati fuere; vt loquitur D.Dionysius in Eccles. Hier. cap. 6. à sincero, videlicet, Dei famulatu, & cultu: Vnde scribit ad Demophilum Monachum, eum, *D.Dion.* Monachum, & Cultorem appellans: Grauissimè quidem arguens, quia non imitatus sit Mosis clementiam, ob quam meruit famulus Dei dici, Dei aspectu dignari: In indignatione proteruorum cum ipso, & Aarone de Sacerdotij, & Gentis Principatu contendentium, ad Deum tantum rogãdum accessisse, vt sibi saluti esset: quod non item Dauid, Iob, Ioseph, Abel clementissimus secutus: quod neque denique Deum, quæ non sunt, facientem, vt sint, eius desertoribus amanter hærentem, rogantem, non expellentem, reuertentibus accurrentem, colligentem ouem ab errore reuocatam in humeros

meros impositam deducentem, ad gaudium Angelos inuitantem: Quòd virum errantem ad Sacerdotem submissum, eiusq; genua abiectum calce detruserit: quòd Sacerdotem benignè peccatorem recipientem reprehenderit, expulerit: quòd adyta sacra intrauerit, sacra sacrorum violauerit non Sacerdos, non, vt ille, sacer: quòd non debuerit Sacerdos à Ministris eo Demophilo Superioribus, vel Demophili Ordinis Monastici corrigi: quòd distinctionis, & ordinis in Diuinis Institutio à Deo non debuerit ab eo euerti: quòd Sacerdotes post Pontifices, Nuncij, & Interpraetes Diuinorum Iudiciorum sunt: & ipse Demophilus ab eis rectè, & ordine per intermedios Ministros, cum tempus postulauerit, Diuina discere debuerit, à quibus etiam, vt Monachus esset, habuit: Erudiensq; illum, quòd non omnibus planè ad Sancta Sanctorum aditus interdictus est, sed proximè ad ea accedit Pontificum Ordo, deinde Sacerdotum, tùm post hos Ministrorum: His autem, qui Monachi instituti sunt, valuae adytorum occlusę sunt, ad quas & initiantur, & assistũt, non vt eas custodiant, sed vt agnoscant & se, & ordinem suum propius ad populum accedere, quàm Ecclesiastici Ordinis homines: quòd ille non habeat vllam particulam eorum, quae digna sunt Sacerdotibus: quòd vnusquisque Ordo, qui est circà Deum vt Sacerdotum, qui illustrandi vim habet, diuinior est eo, qui ab eo longius distat: Clariora enim & illustrandi maiorem vim habent ea, quae verę luci propinqua sunt: ex quibus omnibus concluditur qui Monachus, & Cultor, idest, sacer dicitur, ea sacri significatione, qua diximus longè diuersi ordinis esse hos, ac hi, qui circà Sacra, & Sacramenta versantur. Duo enim tantum Ordines Christianorum fuerunt in exordio nascentis Ecclesiae, Clericorum, & Laicorũ: vt patet ex Act. 5. vbi sortitus Matthias ex reliqua Plebe Christiana, annumeratus est Vndecim Apostolis cap. Cleros, dist. 21. Hieron. cap. Duo sunt, 12. q. 1. Duos hos Christianorum Ordines duo Genera ipse compellat: quorum primum mancipatum asserit Diuino Cultui, & huic indidit sui temporis Ordinem Monasticum sub nomine Deo Deuotorum: quos Glossator hallucinatus interpraetatur pro Conuersis: nam Monachi illi ex eo Textu non comprehensi inter haec duo Genera excluderentur ex Christianis: Monachos autem emersisse statim post Apostolos haud dubium est, quorum propterea meminit D. Dionys. vbi supra pro tertio Ordine. Animaduertendum

Act. 5. *Hieron.* *Glos.* *Dionys.*

uertendum autem est in Electione facta ab Apostolis Matthiæ, & Ioseph: dum dicitur, & statuerunt duos: Patres aliquos sentire, de numero septuaginta duorum Discipulorum selectos esse: Beda inquit Clementem hoc asserere in Glossa ordinaria Act. 1. Et quoniã ex illo loco manifestum est, & veteres non fugit auctores voluisse Christum in Ecclesia sua aliquod personarum esse discrimen, & nõ solùm Ecclesiasticos Ministros, puta Clericos, & altioris Ordinis, hominibus Laicis inferioris Ordinis: Sed inter Ministros etiam ipsos alios alijs esse Superiores: nec enim eosdem, nec eodem tempore, neque numero, neque gradu eodem Apostolos, & Discipulos elegit: Indicat Apostolorum paucitas eos Discipulis maiores esse: Hinc facilè persuadetur inter altioris Ordinis Ministros, idest inter Clericos fuisse etiam tunc gradus, & distinctiones, nunc quoque alij Apostolorum, alij Discipulorum locum tenent. Cõmunis opinio est Episcopos Apostolis, Presbyteros Discipulis septuaginta duobus successisse: Anacletus Epist. 2. & Hieron. ad Marcell. aduersus Montanum, & Bedam in Comment. Alij Episcopos Christo, Presbyteros Apostolis, Diaconos septuaginta duobus Discipulis similes faciunt. Ignatius in Epistola ad Sonitrenses: fuerunt etiam qui dicerent Episcopos Dei Patris, Presbyteros Christi, Diaconos Apostolorum personam gerere. Clemens d. 2. const. c. 30. & Ignatius Epist. ad Trall. & ad Magnesios: vtra harum opinionum sit verior, non est nostrum, qui Historiam scribimus, explicare: Satis sit hinc elici Clericorum Ordinem, iuxtà etiam D. Dionys. vbi suprà, mentem, diuersos gradus Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum &c. habere: Laicorum vno tantum gradu constare, quos Plebem Christianam appellauimus: Sed si D. Matthias ex numero septuaginta duorum assumptus fuit ad Apostolatum tanquam ex Diaconis, siue Presbyteris, ad Episcopatum, prout ex persona Dauid, gradum illum Apostolicum D. Petrus nuncupat: & Episcopatum eius accipiat alter: non videtur quidem à reliqua Laicorum Plebe selectos esse, sed Ordinis Clericalis ab inferiori ad superiore partem (ita enim interpraetatur sortem partem Apostolorum Lyr. in verba: Sortitus est sortem ministerij huius) euectos. Nihilominus de turba, quę erat simul hominũ centum viginti, aliqui erãt de laicali, & Plebeio Ordine suprà septuaginta duos, & vndecim Apostolos, qui duo numeri faciunt octoginta tres; qui ad Clericalem

Beda. Anac. Hier. in Luc. Ign. Cle. Ign. Dion. Act. 1. Lyr.

pertinebant. Vtcunque de horum numero Matthias acceptus fuerit, reliquos triginta septem de Plebe, & sacro fuisse asserendum est, quod non voluntariè dicimus: mulieres.n.non concurrebant ad has electiones: nam in eisdem Actibus Apostolorum cum septem Diaconi præstituti essent ministerio mensarum ; de reliqua Plebe electos asserit Beda in Acta, non sorte, sed electione Apostolorum, quorum oratione, & manuum impositione sunt ordinati, & de laicali ordine ad Clericalem deducti ; & Clemens loco citato innuit Epm suprà nos sedere, vt qui Dei Dignitate ornatus est, quatenus Clero præest, & omni populo imperat: Ordines hos duos Clericalē, & Popularem vsq. ad Apostolorū tpa constituens.

Bed. *Clem.*

Et quoniam duos Ordines diximus fuisse Christianorum, videndum qui, qualesve faciunt huiusmodi Ordines. Ordo diffinitur à D.Aug.19.de Ciuit.Dei. Parium, dispariumq; rerum sua tribuens vnicuiq. loca dispositio, & est naturalis in omnibus, quod ipse testatur. 33.q.5.c. est ordo. Grues iterato ordine vnā sequūtur, & Apes Regem obseruant. 7.q.1.c.in Apibus, & ibi: Omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nititur, ne quid videlicet in domo Domini sit inordinatum, atque præposterum. d.61.c. miramur. Sed relictis pluribus Ordinis significationibus, quas vide apud D.Bonauenturam, pro instinctu naturæ, apud Apostolum pro Harmonia, & rerū correspondentia: Siue apud eundem pro consilio, & ratione animi bona: siue pro respectu ad res honestè gerendas: omnia honestè, & secundum ordines fiant in nobis: siue pro debita habitudine, & relatione apud Durandum: siue apud Gabrielem pro ordine naturę, & temporis: siue apud D.Bonauenturam pro ordine secundum potentiam superioris ad inferius, vel in loco, vel in dignitate, vel secūdum antecessionem prioris ad posterius siue duratione, siue tempore; vel secundum originem producentis ad productum, dicimus ad Nostrum propositum, quod etiam accipitur Ordo pro situ ipso, gradu, & respectu rei. Gradus enim, verbi gratia, honoris habet inferioritatem, & superioritatem; gradus igitur superioritatis additus communi statui, dicitur Ordo, & constitutus in eo dicitur ordinatus, siue in statu sæculari, siue in Ecclesiastico. In Ecclesia Triumphanti sunt nouem ordines Angelorum sub nouem Ordinibus, i. generibus. De pœn. dist.2.c.vlt. nempè Cœlestium militiarum Ordo nobis est exemplo; quia dum Angelis præsunt Arcangeli, liquet

August. *Act.3.* *Col.2.* *1.Cor.4.* *Duran.* *Gabr.* *D.Bona.*

quet

quet eos non æquales,ſed ſua quoſuis loca ſeruare,& ordine,ac po teſtate eſſe diſtinctos.In Eccleſia militanti nouem aſſignantur Ordines Altiſſimo famulantes.21.d.Neque.n.Vniuerſitas, inquit Bonifacius Papa, alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differētiæ Ordo ſeruaret.89.d.c.ab hoc,ob id etiam Diui na Prouidentia Gradus,& Ordines voluit eſſe diſtinctos,vt,dum re uerentiam minores Superioribus exhiberent, potiores minoribus virtutem dilectionis impenderent; & ſic veræ cōcordiæ fieret ex di uerſitate connexio, & rectè officiorum generaretur adminiſtratio ſingulorum. Denique in fine omnium, cū Deus tradiderit Regnū filio ſuo Ieſu Chriſto,ſcribitur.Vnuſquiſq. reſurget in Ordine ſuo, 1.Cor.14
Vbi Doctores dicunt:Non erit ordo temporis, quia in ictu oculi, ſed Dignitatis, quia Apoſtolus vt Apoſtolus, & Martyr vt Martyr reſurget.Hoc etiam modo in Repub.ciuili Gradus,& Ordines aſſignantur.Ampliſſimus quidem,vt Senatorius;Medius,vt Equeſtris; Infimus,vt Plebeius. In Ciuitate benè diſpoſita,in ſuperiori gradu ſunt Nobiles,in poſteriori autem ſunt Artifices. Ariſt. in Metaph. Ariſt.
dicit,ꝙ omnia ſunt aliqualiter ordinata; & declarat,quòd hoc mō ē accipitur Ordo in Politijs benè diſpoſitis, vbi perſonarum parium, diſpariumq; in illa Politia congrua diſpoſitio dicitur illius Politiæ ordo,à quo etiam ipſa ordinata dicitur. Aliò modo Ordo dr̄ gradus præeminens in tali Politia,& ſic in perſona,in gradu præ eminenti conſtituta,dr̄ habere ordinem, ſicut dr̄ habere gradum, quaſi antonomaſticè:quia,qui ſunt in gradu inferiori, non dicunt̄ habere gradum.In Militia ſimiliter,vbi Pedites, vbi Alæ, cæteraq; omnia ſuo quæque ordine collocantur,primùm Equites, deinde Pedites numerantur. Et tunc vnumquodq. iſtorum benè ſe habere creditur,cum ſuum ordinem ſeruat vnuſquiſque miles,quemad modum obſidētibus Hierico dicitur.Vnuſquiſque maneat in Ordi Exo.16.
ne ſuo,ideſt,ſitu,loco,gradu.Accipitur Ordo pro actu obedientię, & ſic domus benè ordinata dicitur, vbi quælibet perſona promptè,ac benè ſeruit in officio ſuo,& vbi Dominus debitè dominat̄, ſeruiq; debitè famulantur.Sic omnis vita,anima,& conſcientia hominis tota dr̄ benè ordinata, quando vnaquæq. potentia, vnumquodque membrum ad Dei laudem ſuo vtitur officio, & caro animæ ſubijcitur,& corpus ſpiritui ſubiugatur. Ita profectò de domo Salomonis legitur:& ordines in ea miniſtrantium admirante Regi 3.Reg.4

na Saba. Sumitur ordo pro Sacramento quodam in Ecclesia nota-
Magist. to, de quo Magister Sent. & S. Tho. in 4. distin. 24. est quoddã signa-
Sent. culum, in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium, vt
S. Thom. diximus. Aliquando refertur Ordo ad ipsum genus vitæ, accipiturque pro ipso viuendi modo, & hoc est propositum nostrum. Quare duos Ordines Christianorum intelligimus duas viuendi rationes, atque institutiones: quorundam. s. qui in sacris initiati non sunt, quorundam verò sacro ministerio fungentium. Et illi quidem laici appellantur, quòd Christianè profectò viuunt, sed communi, ac laxiori quadam ratione. Hi verò arctiori vitæ obseruantiæ ob præcipuam voti professionem, Religiosi dicuntur. Laicus dr̃, secundum Communiorem Canonistarum expositionem, à Laòs Græcè, quòd est Latinè Populus, c. duo sunt. 11. q. 1. Laicus est sæcularis, & de Po
Glos. pulo, & qui non habet sacros Ordines eo. c. 22. q. 11. Gloss. in c. de
Brulef. Procu. in 6. Duobus modis capitur Clericus, inquit Brulefer. d. 5. q. 1. lib. 4. vno modo pro viro docto, graui, & scientifico, secundo modo capitur pro viro habente aliquod officium in Ecclesia, vnde Clericus est homo in Ecclesia Christi secundum Ordinem Sacramentalem deseruiens. Et sic nec Angeli, nec Dæmones, nec Saraceni, nec Hæretici propriè dici possunt Clerici, sed ille, qui habet officium Ostiarij, vel vnum de septem ordinibus alijs. Tonsura. n. propriè non est ordo: laicus item accipitur duplici modo, primo pro homine indocto, insipiente, atque imperito, & sic dicitur laicus à Litos Græcè, quod est Latinè lapis: secundo modo accipitur pro homine, nullum Sacramentalem Ordinem in Ecclesia Christi habente. Præterea Ordo ab ore dicitur, quia ore pronunciatur, & disponitur, qui cuiq. locus esse debeat. Vt enim, inquit Nazianzenus in
Naziã. oratione funebri in laudem Basilij: Nauta prius Gubernatori remum in manus dat, deinde in proram deducit, & vlteriora concredit, itaq; tandem super gubernacula cum multa maris experientia, & ventorum statuit cognitione: & vt bellaturus miles sub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in Ducem euadit: sic Chr̃s ex Piscatoribus Apostolos constituit: Et in Ecclesiastica Hierarchia, quemadmodum Ordines in Angelica, gradus distincti sunt, vtrumq. quod in vniuerso Christianorum cœtu reperitur concludentes: qui in suo quiq. Ordine, & statu manentes dignam Deo fabricam constituunt, quia lapides, & lateres, & tegulæ in-

ordinatæ

ordinatæ,& ligna proiecta ad nihil vtilia sunt:cũ verò ordinant sur sum,& deorsum itũ demũ benè constructa domus dr̃.inquit Xeno- *Xenoph.* phon.& hoc aduertit D. Petrus,cum nos lapides viuos coædifica- *1. Pet. 5* tos appellat ordine,vnionem , & conuentum operationum , & ad inuicem communionis proportionem,& contemperationem vicis *Pseusip.* situdinis præseferente,teste Pseusippo. Itaque hi duo Ordines Cle ricorum,& laicorum sub hac Ordinis diffinitione, & declaratione concluduntur, qui Ordo in alteram partem Clericalem.s.extenditur,de quo dicitur:Sacerdotes quoque, & Leuitæ tandem Sancti- *2.Para.* ficati obtulerunt holocausta in domo Domini,steteruntq; in Ordi *30.* ne suo iuxtà dispositionẽ, & legem Moysis hominis Dei,& alibi de his:dum stabant iuxta Ordinem suum in Ministerio. Erant.n.Leui- *1.Par.6* tæ instituti à Dauid,vt cantarent in tabernaculo, vbi erat Arca Do mini ab ipso Rege deportata , & postquam in templum Salomonis deducta fuit,in ipso templo suum cantandi ministerium exercebãt iuxta Ordinem suum , tùm quia Heman cum societate sua erat in medio,Asaph ad dexteram,Ethan ad sinistram(sic erant ordinati) tùm quia in genere Leuitarum quidam erant simplices Leuitę,qui dam ẽt cum hoc, Sacerdotes : de simplicibus autem Leuitis aliqui erant Cantores ad cantandum Diuinas laudes,vt hi: alij, de quib. eo.c.fratres quoque eorum Leuitæ,qui ordinati sunt in cunctum ministerium Tabernaculi Domus Domini,qui aliqui erant Ianito res,alij custodes vasorum,alij ministrantes Sacerdotibus in oblatio nibus sacrificiorum,& aliorum officiorum, quæ ibi non exprimun tur,benè tamen in eodem primo libro à cap.23. vsque ad cap. 26. prout eò ad videndum remittimus: cum autem itidem dr̃ Aaron , & filij eius adolebant incensum , describuntur breuiter officia Sacerdotum:Leuitarum ergo Ordo erat in genere Clericali,quemad modum ẽt in alio loco 2 Paral.ex quo clarissimè patet Ordinẽ Sa- *2.Parã.* cerdotum,& Leuitarum dispositione Mosis.i.ore ipsius,& Dei fuis se ordinatum,atque decretum,& institutum. Et hæc est illa institu tio in veteri testamento inchoata, & in nouo plenius consumata, neque alia poterat Vniuersitas,vt inquit Vrbanus,rõne subsistere, *Vrban.* nisi huiusmodi magnus eam differentiæ Ordo seruaret ,& propte- rea ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos,& Ordines con stituit esse distinctos,vt,dum reuerentiam minores potioribus ex- hiberent,& potiores minorib.dilectionem impenderent, vna con-

cordia

cordia fieret, & ex diuersitate connexio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum, dist.89.c.ad hoc.Quamobrem potiores Vrbanus inter Ordinem Clericorum constituit, Minores Laicorum:Quòd ad Clericos spectat: Matthias propterea Clericus est appellatus,quia sortitus in sortem Apostolatus,quo nomine ipsi omnes Apostoli nuncupati sunt, & ab eis Ordo is initiatus: Petrus enim primus Clericus creatus est,vt habetur in Rationali Diu. Offic.l.2.c.1.Cleros Græcè sors dicitur d.c. Cleros,d.21.& 12.q.1. cap. Clericus. Vltrà hoc d. Rationale, quòd Iginius Decimus à B. Petro Papa composuit Clerum, distribuit Gradus; ex quo habetur Ordo Clericalis fuisse in primitiua Ecclesia non solùm quò ad nomen, vt Apostoli, sed quò ad Gradus, & Ordinem: Sors autem duo dicit, vel Dignitatem Clericalem, & Ordinem potiorum, vt dictum est suprà, vel Minorum, & Laicalem. De prima sortis significatione,inquit D.Paulus, in quo & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis, vt simus in laudem gloriæ eius, & quæ sequuntur: quo loco sorte vocati dicuntur Apostoli, Diuina Electione prius præparati per interiorem gratiam, non per merita etiam in ipsis, qui qualiter magis ipsi electi sint ad Officium Apostolatus,nesciunt,sed consilio,& voluntate Dei, quæ est cum ratione, vt per eos alij.i. Minoris Ordinis laudent Deum, inquit Glossa:sorte vocati, inquit Lyranus, electione Diuina, quæ dicitur sors,quæ non accipit personam,sicut nec sors:ad Apostolatum præordinati secundum dispositionem æternam Dei, vt per nos alij laudent Deum,qui per prędicationem nostram conuertuntur ad ipsum:quamuis .n.ex d.Glossa ord. sors dicatur gratia, quia non est hominis electio, sed voluntatis Dei, vnde Tunica inconsutilis desuper texta,quæ charitatem significat, sorte prouenit: quia Gratia,& Charitas datur omnibus, & singulis Ordinibus Clericorum,& Laicorum;tamen hic distinguit eadem Gloss. statum Apostolorum,ne Apostoli, in quibus superabundat gratia, viderentur melius meruisse alijs, ostendit eos ita gratis vocatos ad Apostolatum nempè,non meritis,sicut fuerunt,& alij ad inferiorem Gradū: De secunda:Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine: Sanctitas enim, & lumen,& pars datur omnibus Christianis, Iudæis, & Gentilibus indifferen-

Vrban.
Rat. offi. diu.
Igin.
Eph.1.
Glos.
Lyran.
Glo.ord.
Glos.
Colos.1.

ter per gratiam baptismalem in partem sortis Sanctorum, quia gratia baptismalis dignum facit hæreditate æterna, quæ in clara Dei visione habetur: & hoc est lumen, & pars, & sanctitas omnibus proposita: Laicalis autem Ordo antè omnes conditus est ab omnipotenti Deo in deliciarum Paradiso, cuius fuerunt Patriarchæ omnes, & Prophætarum Plerique in vtroque Testamento, & ex hoc nascitur Christus de Virgine, nata est Virgo, nati Clerici cum suo hoc omni ordine, nascimur omnes. Quamuis enim & Aaron Sacerdos, & Samuel habuerint filios, non propterea de Clericali Ordine dicuntur propriè nati, sed de Fratribus vt Laicis: nam dum officiũ Sacerdotale, & Clericale exercebant, ab vxoris tactu abstinebant, & commercio: ideo.n. Aaron, & Maria soror murmurauerunt aduersus Mosen propter vxorem eius Ethyopissam: & quòd se separauerat ab illa quò ad thorum, & quòd frequenter loquebatur cũ Domino, & ideo volebat semper esse paratus, cum vocabatur ab eo, ad quod requiritur munditia carnis, etiam ab actu matrimoniali: vnde refert Lyranus Sanctos dicere, quòd spiritus Prophætiæ non tangebat corda Prophætarum, cum erant depressa ex actu matrimoniali, & Sacerdotes veteris legis diebus, quibus ministrabant, ab vxoribus se continebant, quibus in illo actu, ministerioq; Sacerdotali Deus sæpè loquebatur per Angelum, vt Zachariæ Patri Io. Baptistæ, & sæpius alibi, & alijs: Ergo differt in eadem persona status gignendi filios, vt Laici, & ministrandi Deo, vt Clerici. Describitur hic Ordo à Dionys. vbi suprà, pro Populo, siue pro Plebe Sacra, & Hieron. d. cap. duo sunt: Clericali opponit, vt diximus, Laicalem, & vtriusque exhibita Ethymologia docet Monachos Deo deuotos cẽseri, & Glossatorem vanum haberi, qui parum ea animaduersa non intellexit, neque Conuersos fuisse ea tempestate, quos interprætatur, neque Monachos pro Clericis, neque pro Laicis ibi posse designari. Clerici igitur ita dicti sunt, quia de sorte Domini Laici, quia de Populi Vniuersitate nuncupati sunt. Hæc habes in d. cap. duo sunt; & in d. cap. Cleros; & d. cap. Clericus. Erant. n. Clerici principio, quòd paulò post fuerunt Canonici absolutè, & quòd nunc Canonici Regulares, vide Hieron. in d. cap. duo sunt; & c. Clericus. Clericus, inquit, qui Christi seruit Ecclesijs, interprætetur prius vocabulum suum, & nominis diffinitione prolata nitatur esse, quod dicitur: lege omnia, & vide, vtrum tibi hæc diffinitio qua- dret

Lyran. *Dionys.* *Hieron.* *Glos.* *Hieron.*

dret sæcularibus Clericis. Quòd autem Canonici Regulares sint
D.Tho. Clerici, abundè declarat D.Tho. contrà Impugnantes Religionẽ: vbi dicit, quòd quamuis Augustinus reuocauerit hoc interdictum, vt nullus Clericus esset, nisi suo proprio viueret, de quo habetur c.certè, 12.q.5.non reuocauit tamen, quin illi Clerici essent, qui se
Aug. cum sine proprio degerent, & 2.2.q.189.art.8. concludit Canonicis Regularibus competere per se esse Clericos. Nam de primo, Impugnatores Religionis negabant Religiosos docere debere, quod D.Hieron.ad Riparium, & Desiderium contra Vigilantium, & ha-
Hieron. betur 16.q.1. Monachus non Doctoris habet, sed plangentis officium, & 7.q.1.c.Hoc nequaquam, dicitur: Monachorum vita subiectionis habet verbum, & disciplinatus, non docendi, vel præsidendi, & pascendi alios, & ita cum, secundum illorum opinionem, Canonici Regulares, & alij Religiosi Monachorum iure censeantur, vt dicitur extrà de postul.c.ex parte; & de statu Mona.c.Quod Dei timorem, asserebant nulli Religioso docere licere: ad quod mirè re-
D. Tho. spondet D. Thomas, & libet hic eius verba sigillatim inserere pro Nostro Instituto ad differentiam Monachi, & Clerici ostẽdendam.
Hieron. Hieron.vbi supra, ostendit, quòd Monacho ex hoc, quòd est Monachus, competit pœnitentiam agere, nõ docere, sicut illi sibi vsurpabant, quod ex hoc, quòd Monachi erant, docere volebant: vel intendit ostendere, quòd Monachus ex hoc, quòd est Monachus, non obligatur ad docendum: Sic.n.Hieron.inducit hoc in Episto-
Hieron. la contrà Vigilantium, non autem sequitur, si Monachus non habet officium docendi, quòd accidere non possit, vt habeat: Sicut non sequitur: Si Subdiaconus non habet officium legendi Euangelium, quòd ad hoc officium assumi non possit, & hoc est, quod Gratianus dicit 16.q.1.Superiori. Voluit ergo Hieron. distinguere inter personam Monachi, & personam Clerici, ostendens quid cuiq;
Grat. ex proprio officio conueniat: aliud.n.conuenit cuique ex eo, quòd Monachus est, aliud ex eo, quòd Clericus est: ex eo, qđ Monachus est, sua, & aliena peccata deflendi habet officium: ex eo, quòd Clericus est, docendi, & pascendi Populum: ex quo etiam patet intel-
Grat. lectus alterius Capituli supradicti, in quo Gratianus in illa quæst. loquitur de Doctrina prædicationis, quæ ad Prælatos pertinet, nõ autem de Doctrina Scholastica, cui Prælati haud multum intendunt: Sed dato, quòd Monacho docere non liceat, non sequitur,

quòd

quòd Canonicis Regularibus non liceat docere,cum Canonici Re gulares inter Clericos computentur,de quibus August. in Sermone de communi Vita Clericorum, & habetur 12.q.1.c. nolo. Qui habuerit proprium,& habere voluerit, & de proprio viuere, parũ est,vt dicam:non mecum manebit,sed nec Clericus erit: ex quo pa tet,quòd illi,qui sub B.Aug. sine proprio viuebant, inter Clericos computabantur:Hæc D.Tho.antè verba superius citata, post quæ subiungit:quòd autem obijcitur,quòd Canonici Regulares,& Monachi ad paria censeantur,intelligendum est in illis,quæ sunt com munia omni Religioni,sicut viuere sine proprio, abstinere à nego tiationibus, & ab officio aduocandi in causis, & huiusmodi, alias posset similiter cõcludi, quòd Canonici Regulares tenerentur abstinere à lineis indumentis (de quo inferius, tanquam de proprio Canonicorum Habitu,differemus Deo adiuuante) quia Monachi ad hoc tenentur.Et inferius exponens D.Dionysium 5.cap.Eccles. Hier. distinguentem vtramq; Hierarchiam in tria.s.in Sacras actiones,in communicantes eas,& in recipientes solùm;actiones autem Sacras diuidentem in tria.i.in purgantes, quod est Diaconorum, in illuminantes,quod est Sacerdotum, & in perficientes, quod est Episcoporum: recipientes etiam secantem in immundos, qui purgantur per Diaconos, in Sacrum Populum,qui illuminatur per Sa cerdotes,& in Monachos,qui sunt altioris gradus, qui perficiũtur per Episcopos; asserens, quòd D. Dionysius distinguit Monachos contrà Diaconos,Presbyteros, & Episcopos, & quòd loquitur de Monachis, qui Clerici non erant tempore Ecclesiæ Primitiuæ, vt patet 16.q.1.superiori. Monachos vsque ad tempus Eusebij,Zosimi,& Siricij Clericos non fuisse Ecclesiastica testatur Historia. De secundo autem,in disputatione;an liceat de vna Religione transire ad aliam, erat ratio contraria: Professio Monachorum est arctior, quàm professio Regularium Canonicorum, & habetur extrà de Statu Monach.& Can.Reg.c.quod Dei timorem:Sed non licet trãsire de Statu Canonicorum Regul.ad Statum Monachorum:Dicitur.n.in Decretis,19.q.3: c.mandamus, & vniuersaliter interdicimus,ne quis Canonicus Regularis professus,nisi (quod absit) publicè lapsus fuerit,Monachus efficiatur. Responsio. Vtraque Religio Monachorum,& Canonicorum Regulariũ ordinatur ad opera vitæ Contemplatiuæ, inter quæ præcipua sunt ea, quæ aguntur

Aug. Aug. D.Tho. D.Dion. D.Dion. Euseb. Zosim. Siric.

in Diuinis Mysterijs, ad quę ordinatur directè Ordo Canonicorum Regularium, quibus per se competit (vt suprà citatum est) quòd sint Clerici Religiosi, sed ad Religionem Monachorum non per se competit, quòd sint Clerici, vt habetur in Decretali, 16. quæstione 1. cap. nemo potest, & capitulo, alia causa; & ideo, quamuis Ordo Monachorum sit arctioris obseruantiæ, si essent laici, liceret transire ab Ordine Monachorum ad Ordinem
Hieron. Canonicorum Regularium secundum illud Hieron. ad Rusticum Monachum, & habetur 16.q.1.sic viue in Monasterio, vt Clericus esse merearis, non autem è conuerso, vt habetur in Decreto inducto: sed si Monachi sint Clerici sacris Mysterijs obsequentes, vt modò excellentissimæ Monachorum Religiones vacant, habent id, quod est Canonicorum Regularium cum maiori arctitudine, & iō transire licitum erit de Ordine Canonicorum Regularium ad Ordinem Monachorum seruatis seruandis; vt 19.q.3.cap. statuimus. de qua re etiam inferius aliqua tangemus in libro de Præcellentia. En quàm latus Campus clarissimè cernendi differentiam Monachorum, & Canonicorum Regulariū, ex qua Prælatio iure his ad illos tribuenda censetur, & multa alia, quæ excellentiam vlterius præseferunt. His dictis vltrà progrediendum est ad Clericorum varium statum, & nomen ab Antiquitate designatum, & per sequentia tempora indagandum. Clericorum igitur nomen diuersis temporibus, vti Christianorum in suis initijs, & Leuitarum in sacris Antiquis variatum est: nam illi Discipuli, & Fideles, & Fratres prius, quàm Christia
Act. 9. ni, dicti fuere; & Gloss. c. Sacrosancta, dist. 22. Saulus adhuc spirans
Gloss. minarum in Discipulos Domini. Lyranus in credentes in Christū,
Lyr. qui Discipuli vocabātur tunc, & probatur per sequentia: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres ex omnib. credentibus; ergo non tm̄ de Discipulis; ibidem: eum accipientes Discipuli eius, nocte per murum dimiserunt, &c. quos Discipulos suos Fratres appel
Act. 10 lat: & à Fatribus per murum demissus sum. De nomine, & Appellatione fidelium patet Act. 10. & obstupuerunt ex circuncisione fi-
Isid. deles. De his. i. de Leuitis. Isidorus c. Cleros. 21. dist. de Leui exorti sunt Leuitæ, à quibus in Tēplo Dei mystici Sacri mysteria explebantur, qui passim cùm in libris Mosaicis, tùm in cæteris veteris Instrumenti, Nazarǽi nuncupantur; & Ministri Templi, & Ministri sacrificiorum. Hinc enim Leuiticus liber dicitur, vbi de sacrificiorum

obla-

oblatione, nam verbum Hebræum, Vaieora, offertorius, vel sacrificatiuus interpretatur, quæ sacrificia offerre ad Sacerdotes Leuitici generis pertinebat. Hinc Deut. 17. Veniesq. ad Sacerdotium Leuitici generis; & 24. facies quę docuerint Sacerdotes Leuitici generis, & 27. dixeruntq. Moses, & Sacerdotes Leuitici generis: quòd ministri templi, & sacrificiorum vocati sint, patet. Num. 4. Tolle sũmam filiorum Caath de medio Leuitarum, vt stent, & ministrent in Tabernaculo fœderis, & Num. 3. Applica Tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron Sacerdotis, vt ministrent ei, seruientes in ministerio eius: quòd ad nomen Nazaræi pertinet, non semper Nazaræi erant Leuitæ: nam lex Nazaræorum ad Cultum Dei per tempus dedicantium se, per omnes vicos, & quascunque tribus extendebat, vt patet Num. 6. et quò ad mulieres, & applicabantur diuino Cultui per deuotionem, & orationem. Lyranus ibidem: non autem ad exercenda Sacerdotalia, quod solis Leuitis permittebatur. Nam Sanson, qui Nazaræus describitur ex vtero matris suæ, erat de stirpe Dan, non autem Leui, & fuit consecratus Deo, vt cæteri Nazaræi per totum cursum vitæ suæ. Samuel verò, qui conseruatus fuit à Matre, vt ministraret templo iuxtà ritum Nazaræorum, sicut de Sansone per verba, & nouacula: non ascendet super caput eius: nihilominus vltrà conditionem Nazaræorum ministrabat templo, & Heli tanquam Leuita, qui accinctus Ephod lineo, quod erat tñ Leuitarum, & ideo Helcana Pater eius erat de tribu Leui, vt habetur 1. Paral 6. qui memoratur inter filios Chore: nec obstat, quòd dicatur Ephrathæus, non quòd fuerit de tribu Ephraim, sed quòd morabatur in monte Ephraim, ita Lyranus ibidem: quamobrem nomen Nazaræi non conuenit Leuitis simpliciter, sed, vt dictũ est, vniuersaliter, imò quacunque seruitute ad cultum Dei pertinẽte. Nazarę i enim nõ sunt repręsentãtes, & figurantes, & inceptores Can. Reg. vt putat Tycinensis in libello reformato par. 1. pag. 1. ex Ioanne de Deo Hyspano in lib. de dispensatione. & par. 5. fol. 27. vbi dicit, quòd repræsentant strictè Nazaræos voto Deo dicatos, & Leuiticos Sacerdotes, & alij. Hi enim antiquiorem originẽ, quàm par est, expiscantes, pro vnionibus lapides colligunt: Leuitæ, & Sacerdotes vestiti lineis, quod ad seruitium, & famulatum sacrificiorum spectat, Can. Regul. figurant, & parturiunt; Nazaræi autẽ neutra, vel nulla ratione: tùm propter votum, quod non erat perpetuũ,

Deut. 17 & 24 et 27. Num. 4 Num. 3 Num. 6 Lyran. Iud. 3. 1. Reg. 1. 1. Par. 1 Lyr. Tycin.

tùm propter ministerium, quod non erat offerre sacrificium, tùm propter Habitum, quia nunquam in lineis comparebant. Primum Nazaræi.i.segregati, & deuoti, & consecrati, ideo poterant esse vir, & mulier, quia non importabat ordinē, vel ministrationem specialem, aut Prælationem, quamuis strictiorem modum viuendi, vt in Religiosis omnibus est nunc separatis à sæculo: Nam hæc ad virum solum pertinent: Nulli fœminæ caracter Ordinis imprimitur, nec eis administratio permittitur, & in veteri testamento non erat propriè ordo; ipsæ tamen administrationes Sacerdotales, & Leuiticæ sub viris committebantur: status Prælationis nulli fœminæ in vtroque testamento conceditur. Nam Claues ligandi, atque soluendi non fuissent datæ B.Petro, sed B.Virgini, quæ erat excellentior, & sanctior omnibus Apostolis, si fœminis id licuisset. extra de pœn.& remiss.c.noua quædam. Vbi Papa dicit se mirari de quadam Abbatissa, quæ Monachas sibi confitentes absoluebat, cum fœminis non data sit potestas absoluendi, sed nec B.Virgini, sed Petro. Nazaræorum votum non dicebat aliquam potestatem, sed tantùm abstinentiam ab aliquibus. Secundò, cum dicebatur Nazaræus se sanctificare, & applicare se ad cultum Dei. Hæc Applicatio non erat vt Sacerdotū, & Leuitarū. Nā illi applicabant ad offerendū sacrificium, incēsum adolēdū, & similia, q̄ solis Sacerdotib. cōueniebāt; & si quis
Num.3 & 18. accessisset ad hæc facienda, occidebatur. Nu.3.& 18. isti ad speciales ministrationes, vt nu.1.3.& 4. Applicatio aūt Nazaræi non erat ad
Num.1. 3. & 4. specialē ministrationē Sacerdotū, & Leuitarū, sed ad abstinentiam aliquorū propter Deū, quib. licebat vti reliquis, de quib. Num. 6.
Num.6 & infrà: & nihil de his pertinebat ad ritum Sacerdotalē, vel Leuiticum: sed ipsi Sacerdotes, & Leuitæ poterant hoc vouere; vn̄ Sacerdotes, & Leuitæ poterant esse Nazaræi. Nazaræi autem non erant Leuitæ. Tertiò, cum aliquis vouebat se Deo, aut erat ad Actum particularem, vel simpliciter. Si primo, aut erat actus ille conueniens omnibus Sacerdotibus, & non Sacerdotibus, & sic quilibet tenebatur illum exequi, vt votum Leuitici; & sic erat votum Nazaræorū ad actum licitum ciuiliter: vel ille actus solùm conueniebat Sacerdotibus, & Leuitis, & sic nō poterat vouere nisi Sacerdos, & si quis alius vouisset, non tenebatur, quia erat illicitum, vt nunc Laicus vouens se hodie ad dicendum missam. Si verò actus ille erat simpliciter, videlicet, Ego voueo me Deo, nihil addens: Sacerdos quidem

strictius

ſtrictius manebat in ſuo Miniſterio,ideſt,cunctis diebus non ſtatu tis:ſi Laicus, dabat certam pecuniam, quia non poterat tranſire in aliquod Miniſterium Dei. At votum Nazaræorum non erat mutan dum in pecuniam,quia non erat ſimpliciter, ſed ad talem Actum .ſ.abſtinentiam aliquorum. Quartò poterat eſſe ſtrictior ſtatus Na- zaræorum,quàm Sacerdotum primorum, & minorum, quia toto tempore cauebant à vino, quo durabat votum. Sacerdotibus autẽ interdicebatur in tempore Miniſterij: Vinum non bibetis,quando intratis Tabernaculum Domini. Vinum nõ bibet omnis Sacerdos, quando ingreſſurus eſt Atrium interius,& etiam in tangendo mor tuos. Quintò,quamuis præciperetur etiam Aaron, & filijs eius nõ tangere mortuum,ſicut Nazaræis; Diuerſæ tamen ſunt cauſæ,quia Deus nedum volebat in Miniſtris ſuis munditiam;ſed etiam in alijs applicitis ad Deum. Vnde nullus nedum Miniſtrorum, ſed etiam aliorum de Iſraelitis poterat accedere ad Sanctuarium,aut aliquas res Sacras,quando erat immundus. Leu.15.Num.19. Sextò,cũ dr̃ quia conſeruatio Dei ſui ſuper caput ipſius eſt,non per hoc dicen- dũ,quòd vngeretur caput Nazaræi,vt Sacerdotis Magni, vel aſper- geretur oleo mixto ſanguine,vt in Sacerdotib.minoribus.Exo.29. Leu 8. Sed dicebatur cõſecratio ſuper caput eius, quia illud caput erat applicitum ad cœremonias cultus Diuini,.ſ.quòd non radeba tur,nec tondebatur, ſed apparebat creſcens capillatura. Septimò, figurabant Nazaræi ſtatum perfectorũ,.i.oĩum Religioſorum,Mo- nachorũ,vel aliorũ Sęculariũ ſtrictius ꝓmittẽtiũ obſeruare aliquã ob ſibi factã legẽ.i.conſilia:nõ aũt Can.Reg.& Clericos:q̃a ẽt in le- ge veteri Deus volebat,vt quiſq.poſſet ꝑfectionẽ acquirere,vt lice- bat. Clerici aũt primum dicti ſunt: Vide Gratianũ in principio cau ſæ 19.vbi præmittit caſum duorum Clericorum,quorum alter di- miſſa Eccleſia propria, alter dimiſſa Regulari Canonica in Cœno- bium ſe contulit: Vtrumque.n.pariter Clericum ſimpliciter appel- lat,quamuis alter eſſet Canonicus Regularis, vt patet: cum eos itẽ diſtinguit per profeſſum,& non profeſſum: & de vtroque agit per totum titulum ſub hoc nomine Clerici:vbi quoque videtur Cęno- bium diſtinguere à Canonica Regulari, quod nõ ſatis videtur pro batum:nam ſi Canonica dicitur Monaſterium, imo,antequam hoc nomen Canonica manaret,ea Monaſterium appellabatur, vt colli- gitur ex Calced.Conc.c.quidam,18.q.2. & ex Auguſtini Sermoni- bus

Leu.10
Eze.44
Leu.15.
Nu.19.
Exo.29.
Leu.8.
Grat.
Cõ.Calc.
Aug.

bus Canonicis de Cõmuni Vita Clericorum, & Possidonio in Vita Augustini;qui Clericorum Monasterium toties repetũt (vt alia loca innumera in Decretis, & Decretalibus omittam) quantò magis Cœnobium huic Canonicæ conueniet ex diffinitione Cassiani asserentis illud significare eius professionem, qualitatem, & disciplinam, cuius cohabitantium degit Vnita Cõio?hoc habetur, vbi agit de tribus generibus Monachorum c.10. Huc adde,quòd Doctores Monachale hoc Verbum extendunt ad omnes Regulares, vt in Gloss.c.sicut nobis, de Reg. & multò clarius in c.post translationem, de Renunc. vbi pariter horum Canonicorum appellatur vita Monachalis,& Monastica,& ocium Monachale, pro quo allegatur Conc. Constantinop. vnum ex quattuor principalioribus. Adde insuper titulum ne Clerici, vel Monachi, vbi decernitur de omnibus Clericis,& Regularibus, & Sæcularibus nominatis in prima Decretali pro Ministris Altaris, quib. mox subijcit Monachos, qui non ministrabant Altari,alioquin excluderentur alterutri, vel Clerici Regulares,vel Sæculares, quos complectitur pariter, cum dicit:Nemo militans Deo implicat se &c.Quod verbum vbiq.vsurpatur in antiquioribus Decretis,Clementis,Vrbani,& aliorum 12. q.1. pro Clericis ducentibus vitam communem, & sic pro Regularibus, nec dicendum est Concilium hoc magis intendisse reformationi Clericorum Sæcularium,& Monachorum, quàm Canonicorum Regularium,cuius est illud c.in omnib. de Consecr.d.5.quod pro ipsis tantum Regularibus manauit Aliquando autem dicti sũt Canonici,quod nomen reperio primum prodijsse in Decretis à D. Greg c.dudum, 18.q.2. Habeturq; in Rub.Tex.& Glos.d.c.in omnibus,de Cõsec.& alijs pluribus in locis:Canonicus autem ad Clericum, est tanquam species ad genus: vnde Abbas in c.Bonæ 1.de postul. præl. omnis Canonicus, inquit, est Clericus necessariò, sicut necessariò omnis homo est animal, & dicit, quòd Canonicus est fraternus Clericus, hoc est in Canonijs sub fraternitate aggregatus, ex quo ritè Canonicos Regulares Fres ab Antiquis prænominatos legimus: Quid autem dicatur Canonia, infrà videbimus. Aliquando Clerici Religiosi: Lege c.Præter,dist.32. vbi agitur de vita Communi inter eos,ad quod alludit D.Tho. vbi suprà, 2.2.q. 189.art.8. Canonicis, ait,Regularibus competit per se esse Clericos, Religiososq; Monachis autem per accidens; & contrà Impugnantes,

Possid. *Cassian.* *Glos.* *Concil. Constãt.* *Clem. Vrb.* *D.Greg. Rub. Text. Glos. Abb.* *D. Tho.*

gnantes Religionẽ dicit,dato quòd Monacho docere non liceat, non ſequitur, quòd Canonico Regulari non liceat docere, cũ Canonici Regulares inter Clericos computentur, vt ſuprà citatũ eſt: Religioſi autem opponuntur Clericis ſæcularibus in c.licet.de off. iur.or.vbi Abbas aſſerit Clericos,inquantùm Communes, eſſe propriè Clericos; inquantum habent propria,ſæculares: Ergo neceſſe eſt Canonicos Regulares eſſe Clericos,& quia ſunt Religioſi, non eſſe ſæculares,& inquantùm communes,eſſe propriè Clericos, ex quo ſæculares non ſunt Religioſi in hoc ſenſu, neque communes. Religioſos quoque exponit Gloſſ. ideſt Regulares Canonicos, vt mox.c.præſens.20.q.3.& illud notabile eſt Ioan.And.ſuper eodem loco,quo dicit Clericos ſæculares eſſe genus mixtum pro ſentẽtia Hoſtienſ.cum,inquantùm participant Religioſis, Clerici ſunt: inquantùm verò laicis,ſæculares:& allegat De Sum. Trin. c. 1. ſuper Verbo,Communem:nam,Communem, omnes in creatura humana exponunt mediam,quia hæc condita eſt media inter Angelicã, & Mũdanam,hoc eſt,Brutam:vel quia vtriq.eſt conformis,cum inpluribus ſe conformet cum Angelis,ratione videlicet,& diſcretione.In multis autem cum inferioribus Creaturis,cum quibus ſentimus.Qua comparatione conſtat, quantùm potiores ſunt Canonici Regulares Clericis ſæcularibus,cũ illi emulentur naturam Angelicam in ſtatu perfectionis, quo hi excluduntur, & quicquid boni habẽt,eſt ex hac participatione cum illis,qui,vt Religioſi,cum Epiſcopis militant in eo ſtatu.Quandoque Canonici Religioſi,d.c.præſens,20 q.3,vbi non placet ſecunda expoſitio Gloſs.in Verb. Religioſos, cum textus ipſe per ſe clarus ſit de Canonicis Regularib. tantum,vbi dicit in Canonica degere vita:nec putamus Canonicos Religióſos à Sanctorum Monachorum conſortio eſſe ſeiũctos:Habes in cap.d. 81.diſt.& cap.ſicut nobis, de Reg. veram interpretationem huius ſententiæ,vbi tractatur de Canonicis Regul.Prætermitto quantum hæc ſententia Canonizetur apud Doctores, cum uolunt inter Canonicos Regulares, & Monachos paria cenſeri, quibus & aſtipulatur Innoc.III.c.quod Dei timorem,& in Glo.de ſtatu Monach.ſub eiſdem verbis dicti Decreti.Quòd ſi etiam tẽpora conſideraueris, agnoſces inter Concilium Maguntinum, cuius eſt illud cap. d. & Nicolaum primum, à quo hoc Decretum manauit,non multum temporis fluxiſſe intra videlicet Annum ſalutis octo-

Abb. *Gloſſ.* *Io. An.* *Hoſt.* *Innoc.* *Gloſ.* *Concil.* *Mag.* *Nic.I.*

octogentesimum,& nongentesimum. Et Clerici professi: nam D.
D. Aug. Aug.inquit:Clericus duas res professus est,sanctitatem,& Clericatum,professus est sanctitatem,professus est communem viuendi societatem,professus est quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum:quæ habentur in dicto sermone de Communi vita Clericorum:de quorum professione scribitur. Dist. 28. c.de his. & 19.q.3.c.Nullus;& c.statuimus: Mentio est de Canonica professione.c.Mandamns:dicitur Regulariter professus.Habes & c.quam causam,de elect vbi tractatur de Clericis professis, & non professis:& professi appellantur Canonici, quid verò distet inter tacitè professos,& expressè,constat.c.Nullus Religiosus,& c.ex eo quod. & c.indemnitatibus,de elect.in 6.de cuius forma professionis pro
Pet. Da. Canonicis Regularibus legitur in Regula B.Petri Damiani confir-
Pasch. 2 mata per Paschalem II. De Clericis verò non professis manarunt,
Abb. inquit Abbas,Iura nouissima,c.Episcopus,de præbend. Stant ergo iura antiqua pro professis,& sic his posteriores non professi:& Clerici Canonicam Vitam professi prout dicuntur, c. obseruandum, 15.q.2.§.Hoc autem:& Clerici communiter viuentes: Sermones.n.
Grat. Canonici D.Aug.intitulantur ēt à Gratiano de Cōmuni vita Clericorum super c.Nolo. 12. q. 1. & de hoc agitur per totam qōnem
Glos. d.c.Decimas,16.q.1.sancitur de Clericis viuentibus iux. Gloss. & Clerici Catholici:ita denominatos legi in dicta Regula Damiana, & authoritate Augustini allegata ibi de Verbis Domini. c. 19. frequentiusq; & hoc postremò Clerici,seu Canonici Regulares,& sæculares denominati fuere. Clerici Regulares habentur, c.plerią.extra de pact.Regulariter viuentes,c.1.de fil.presb. Canonici Regulares scribuntur principio.q.3.causæ.19. & tribus primis Capit. tàm in Rub.quàm in tex.& c.vt lex.27.q.1.& alijs pluribus locis in ipsis Decretis,& eorum Glos.ac passim in Decretalibus. In Clericis Regulares,& sæculares sunt correlatiua. Regulares dicuntur respectu sæcularium,& è conuerso, appellati autem sæculares, quia naturæ
Io. An. sæculari cōicant ob proprietatem,c.licet.de off.iu.ord. Io.Andr.&
Host. Hostiensis in principio summæ. Vide & c.Pleriq de Pact. Dictum etiam Cap.licet: Clerici propterea Regulares præponuntur sæcularibus tàm in textu,quàm in Gloss.Ita tamen, vt quocunque nomine vocati,oēs semper Clerici per se sub sua principali, videlicet,appellatione,vt inquit D.Tho. hoc est, essentialiter procreati intelligantur

gantur:Habetur.n.hoc,vbi ſuprà,2.2.q.189.ar.8.Canonicis Regularibus competere per ſe eſſe Clericos, Monachis autem per accidens, quod etiam allegatur ab Archidiacono in c.mandamus, 19. q.3.quod autem per ſe dicitur,naturale eſt,& eſſentiale;& propterea,vt dicit Phyloſophus:Magis tale quàm quod per accidens,ff.de tut.l.qui habet,§.1. facit ad hoc argumentum Abbatis ſuprà deductum, quòd neceſſariò omnis Canonicus eſt Clericus, quòd non infertur de Monacho:nõ.n.dicitur Monachus, ergo Clericus Arg. c.generaliter,16.q.1.& c.obſeruandum,15.q.2.vbi interdicitur,ne Clerici aduocent; Gratianus intelligit ſolùm de Canonicis Regularibus, quòd verò per accidens Monachis, & non per ſe competat Clericatus. D.quoque Tho.probat per c.diem,q.16.& Io.Andreas in l.ſanè,de Reg.Sunt ergo Monachi ad Canonicos Regulares pro Clericatu inſtar filiorum adoptiuorum ad legitimos, & naturales, & inquilinorum ad Ciues, ſeu eorum, qui quotidie ex Paganis ad Ciuilitatem ex Decreto Principis admittuntur. Et ſicuti Ordo Ieſuatorum vſque dum ex Priuilegio Pontificis Noſtra tempeſtate fuit ad Clericatum euectus: Eradius teſtatum reliquit in Vitis Patrum lib.3. In Eremo Scitiæ Monachos conſuluiſſe Iſaac item Monachum,vt ad Presbyteratum proponerẽt:quem in Aegyptum fugientem, & inter herbas latitantem, & frondium ramos Aſini exonerati ad illas frondes currentis indicio inuentum eum vi ducere renitentem decreuiſſent,liberè, & voluntariè euntem ſumma lætitia voluntati Dei,cedentemq́. reuocarunt. Idem lib.2.in Mõte Nitriæ innumerabiles Monachos vidiſſe ſe ſcribit ſuis temporibus, ſingulos in ſuis Cellis parùm inter ſe diſtantibus alta voce laudes, & officia celebraſſe, vt vnus Conuentus putaretur, & Chorus, & ad Eccleſiam ſtatutis diebus confugiſſe, in qua erat flagellum, flagrum dictum,quo vel latrones, vel Monachi peccantes verberabãt: & ſeptem Sacerdotes pro Sacramentis illis adminiſtrandis, ex quibus habetur, & de Monachis ad Sacerdotium promotione, & de inter Monachos,& Sacerdotes diſtinctione, & horum illis ſuperioritate: Motuem item Monachum Gebulenſis Epiſcopus inuitum Presbyterum ordinauit,& cum emollire vellet eius animum, audiuit ab eo:Ego Diſcipulum hunc ita meum diligo, vt non relinquere poſſim, & ſolus neque dicere præces: quare cum eũ Diſcipulum proponeret Epiſcopus ordinare,& diceret,ſi dignus eſſet: Reſpon

Archid. *Ariſt.* *Abb.* *Grat.* *D.Tho.* *Io. An.* *Erad.*

dit Motues: Si dignus sit Sacerdotio, nescio, meliorem autem me esse scio: nihilominus, quamuis sic vterque institutus sit Presbyter, nunquam ille celebrauit, cum obiurgantibus responderet vi se talem factum, & sine culpa debere tales esse, quod in se non cõspexerat esse. Vnde primùm Ordo Clericalis, & dehinc Canonicus nomen sumpsit, perinde verò, vt hic ad illum referatur, tanquam suæ species ad genus: Ordo.n. Clericalis appellatur etiam Militia Clericalis in Clemen.de celebr. Miss.c.1.sicut.n.in Militia Mundi Imperatores Ducibus, hi Tribunis, hi Centurionibus, & hi Decurionibus præsunt, & singuli in suo Ordine iubentur stare pro victoria obtinenda; ita omnes, qui in Militia Spirituali ad victoriam Sathanæ pro gloria Dei Summi Imperatoris, & Ducis exercentur, alij alijs Superioris Ordinis obediunt, & eorum nutu, Regulis, & exemplis ad militandum prouocantur viriliter. Sicuti autem dicitur Ordo Leuiticus in veteri Instrumento, ita Ordo Clericalis, & Ordo

Hieron. Canonicus in Nouo: Hier.ad Paulinum: Vestes Aaron, & totus Ordo Leuiticus spirant cœlestia Sacramenta: totus Ordo inquit, videlicet Sacerdotum, & Ministrorum, qui pariter in Ephod lineo oẽs Altari seruiebant, reliquis licet vestibus differrent: quod & imitatur Ordo Clericalis, cuius Sacerdotes in Sacris alijs vtuntur, & alijs Ministri, cum ibi tamen omnes lineam vestem pariter induant: Ordo quandoq. accipitur hic pro quodam Cuneo Religiosorum, seu Agminum Deo militantium sub diuersis titulis, & Rectoribus iuxtà illud Apostoli: Nemo militans Deo negotijs sæcularibus sese im-

2.Ti.2. plicat; & 11.q.1. c.Christianis de Cleric.ægrot. c.1. Ne Clerici, vel

Veg. Monachi, cap.1. Nam sicuti in militia sæculari, de qua Vegetius, & alij scribunt: Milites sub suis Tribunis seruant Ordines suos, ita in Ecclesiastica sub suis Rectoribus, quorum perturbatione res vtrobique sæpenumerò in periculum ducitur, vnde, vti suprà Hieron.

Hier. oĩs Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nititur, congruit illud Vrbani c.præmissum: ad hoc, dist.89 sub hunc intellectum venit etiã

Vrb. Ordo Episcoporum, quando dicitur quadripartitus, vt c.Cleros, dist.21. & Ordo Sacerdotalis in eo, c.In nouo, & hic Clericalis, de quo agimus, & de quo Dion.c.6.Eccles.Hier.& Aug.16.q.1.c.legi,

Dion. & perinde venit Ordo Monasticus Charthusianus, & qui post hos emerserunt Mendicantium, & non Mendicantium quorumcunq. qui vulgò etiam appellantur Religiones, vt passim in Clem. Et Cõgre-

gregationes,vt infrà:circumſcribuntur quoq.tres Ordines in Hier. Eccleſ.Clericorum,Monachorum,& Plebis Sacræ,& in ſupra Mundana Nouem, quibus cum agminibus colligitur Militia Cœleſtis, *Luc.2.* de qua Lucas 2.vide Greg.in Homil.ſuper hoc allegantem,& Dio- *Greg.* nyſ.Et nouem illi Ordines connotantur ſub nouem generibus lapi *Dion.* dum præcioſorum,de pęnit. d.2. c.vltimo,facit ad hoc illud Ioānis 14.In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, repetitum de pęni. *Io. 14.* d.4.In Domo; Ordo etiam notatur pro Sacramento quodam in Eccleſia,de quo iam diximus. Quòd autem Ordo Canonicus ad Clericalem referatur tanquam ſpecies ad Genus, patet ex Abbate *Abb.* vt ſuprà c.Bonæ,de poſtul.Præl. Ordo prærerea Canonicus ſubdiuiſus eſt in Regularem,& ſæcularem: Regularis modò S.Aug.vulgò nuncupatur, vt etiam dicemus,cuius multiplicis nominis varietatem ſub diuerſo euentu paucorum culpa principiò cōtigiſſe colligimus,cum aliqui eorum à Regulis primis Apoſtolorum deficiētes declinabant,vitam communem degebantque proprietarij non cedentes bonis, verumtamen nihil de communibus, niſi indigētia preſſi, participantes: Et quidem mutatio nominis videtur ſuſpecta quaſi in fraudem facta ob aliquam culpam,& ſapit inconſtanriam l.in cauſæ,ff.de minor. videturq. arguere diuerſitatem rerum Arg. l.ſi ijdem Codicilli, C. de Codic. Sed hoc magis haberet locum in p rimis Clericis ſæcularibus ſua culpa ſic denominatis ob ſuam incontinentiam, cum facti principiò proprietarij ceciderint ab illa ſua eſſentia communi Clericali; In qua omnes in ſuis exordijs creati ſunt.Nam & Angeli ſuo vitio facti ſunt Cacodæmones, qui non permanſerunt in ſua præexiſtenti natura bonitatis,in qua Deus eos condidit.D.Aug.de Ciu. Dei,lib. 12.c.9. de Angelis bonis,& malis *D.Aug.* diſſerit,omnes bonos creatos fuiſſe, & naturæ bona voluntate,malos autem factos mala eorum propria voluntate, quam non fecit bona natura,qua creati fuere,niſi cum à Bono ſpontè defecerūt,vt mali cauſa non ſit bonum,ſed defectus à Bono. Sunt ergo eſſentialiter creati omnes Angeli boni. Et ſic dicimus eſſentialiter creatos omnes Clericos,Canonicos,ſiue Regulares,quod idem eſt.Hęc licet nomina in ipſis initijs non eſſenr bonorum in Angelis,nunc Canonicorum, ſiue Regularium in Clericis:Sicut igitur Angeli effecti ſunt mali cum à Bono ſuo eſſentiali vltrò defecerinr; ira Clerici ſpontè deficientes à ſua Regularitatis eſſentia in Sæculares de-

clinauere. Iura tamen illa potius intelliguntur in nomine proprio, & quãdo mutatio fit eodem tempore,& loco. Verùm varietas hęc fit in Agnomine,quod imponitur ab euentu,quod plerumque honorificum est,vt Aphrycanus, Asianus, Germanicus, Gothicus, & Augustus in plerisque Imperatoribus; & in Romanis Quirites, & fit diuerso tempore,& loco,& ratione; Nam diuerso tempore, & loco colligitur ex littera sequenti,Ratione autem,nõ quòd hi Clerici Canonici præstiterint causam illam huius varietatis, nisi fortasse perseuerantia in priori proposito perinde, vt boni Angeli sint nuncupati,non quia boni cœperint esse,sed quia perseuerantes in bono,in quo creati fuerunt:Sed culpa aliena id potius contigit;cũ deficientibus nonnullis eiusdem generis hoc consecutum dicitur, vt tùm Canonici,& Regulares appellati sint,quando illi ad sæcularitatis rem,& nomen deuenerunt,communionem bonorum abnegantes,proprietatem retinentes:quod & de Angelis bonis concluditur id nominis tunc sortitos fuisse, quando aliqui generis sui ab ea communi bonitate in malitiam, vitio vtique suo conuerti maluerint,dicti propterea Angeli mali:vt,qui vtrobiq; vel in Angelis, vel in Clericis constanter perseuerauerint, pro illorum constantia alij Boni,alij Canonici, & Regulares, nouo Agnomine Iure decorati,sicut illi è contra pro sua inconstantia mali,& Sæculares eodẽ Iure dehonestati videantur.Sic Homines Boni non illicò dicti sũt boni, etsi boni principiò conditi fuerint, sed quando mali erupe-runt;Sic liberi,quando aliqui in seruos damnati sunt. Aug.lib.19. de Ciu.Dei,c.12.Nusquam scripturarum legimus seruum,antequã

August. hoc vocabulo Noè Iustus vindicaret peccatum filij, quod nomen meruit culpa, non natura: neque filij legitimi, & naturales auditi fuerunt prius,quàm ex damnato coitu spurij subiere.Abbas in cap.

Abb. Deus qui de vit.& hon.Cler. In multis,inquit,Clericis sæcularibus status relaxatus est,& non sunt sub illa districtione,qua erant Apostolorum tempore; nam prohibebantur vti proprio,hodie secus, in multis Clericis sæcularibus, expone tu, In multis Clericis ob eã relaxationem nuncupatis sæcularibus: non.n.erant Apostolorum tempore nec re,nec nomine Clerici Sæculares, quod ipse testatur cum dicit:prohibebantur vti proprio. Erant ergo tùm omnes re ipsa Regulares, quamuis nomen ipsum nondum inoleuisset; & in c. Episcopus,de præb.asserit, quòd antequã haberent Clerici benefi-

cia

cia separata,non poterant viuere de redditibus Ecclesię,si illis esset sufficiens patrimonium,quia illa bona erant deputata pro indigẽtibus solùm 12.q.1.c.videntes,& paulò infrà subdidit,quod præmisimus:Manarunt Iura nouissima pro Clericis proprietarijs,quia nẽpè, & hi nouissimi prodiere, & Iura antiqua stabant pro communibus,vt iam probatum est.Potiores ergo sunt Clerici communes, quàm proprietarij, cum etiã dictis Iuribus antiquis caueretur sub sacrilegio,ne Clerici, quibus sufficerent propria, vel affinium acciperent,quod pauperum esset 1.q.2.c.Clericos, & 16.q.1.c.vltimo. Res autem Ecclesiæ erant pauperum,& Clericorum communium dumtaxat d.c.videntes & c.expedit eiusd.q. Hanc nominis varietatem paucorum culpa diximus cõtigisse; rari.n.erant principiò,qui Clericis non renunciarent bonis:quod notat Abbas,vbi suprà d.c. Episcopus,de præben. quod videlicet Clerici occultè possidebant propria,quos propterea Aug.Hyppocritas appellat.Erat.n.illis admodùm dedecorosa proprietas, saltem quia prohibita: & propterea neque de omnibus,neque de maiori parte,sed de paucis dumtaxat intelligendum est, Iuribus præsertim,vt fatetur Abbas,reclamantibus:quod & colligitur ex præmissis Aug.Sermonibus Canonicis,& dictis Vrbani Papæ,c.scimus,12.q.1. Quod primũ in Actis Apostolorum describitur circà hanc culpam factum Ananiæ fuit, & vxoris:nam Ioseph Leuites Cyprius vocatus Barnabas alius ab illo Ioseph cõcurrente cum Matthia in electione Apostolatus, qui vocatur Barsabas filius Alphæi:igitur Galileus:Hic autem Cyprius habebat agrum non in Iudæa,quia Leuitæ non possidebant,poterant tamen possidere in alia terra :Parentes autem istius tempore Antiochi,vel alterius Tyranni, vt inquit Lyranus,fuerant ad Insulam Cypri translati, vbi agros licitè poterant habere,& vendere:& attulit præcium ante pedes Apostolorum totum:quia sic erat Regula tũc:Habebant.n.omnia communia:Beda,inquit,Græcè Chinos, vnde Chinouoræ.i.cõiter viuentes,& Chinouion,Habitaculũ eorum; qui.n ita viuunt, vt sint eis omnia communia,in Domino Cęnobitæ vocabantur, nondum distincta ratione habitationis Monachorum,& Canonicorum in Cęnobia,& Canonicas:quæ vita tantò est fœlicior, quantò statum futuri sæculi imitatur, vbi oĩa communia, quia Deus oĩa est in omnibus,& quia ibi summa pax, & securitas:Ciuitas, in qua Typus huius vitæ præcessit Hierusalẽ.i.

Abb. *Aug.* *Abb.* *Aug.* *Lyran.*

visio

visio pacis dicta est; contrà verò Ananias cũ vxore sua sicut verbo viri consentiente,ꝙ tanti vendiderint, ita animo,& voluntate fraudauit de prætio agri,quod fraus fuit, quia vouerant totum sicut cęteri;promiserant enim omnes de illa societate viuere absque proprio;retinere autem sibi soli quod est cõmune,& occultare, est in cõitatem fraudare.Antè.n.votum manebat in sua potestate,nec aliquis coegit eum votum facere,& in cõitatẽ intrare.Ergo votum faciebant,qui de illa multitudine credentium erãt.Hinc aliqui dixerunt,quòd ideo Iuuenes efferentes sepelierunt, quia Ananias audiẽs verba Petri pęnituit se,& mors illa pro culpæ expiatione fuit: nam Petrus præuidit,ꝙ Religiosi morientes proprietarij,essent Ecclesiastica sepultura carituri,& sic non permisisset Ananiam sepeliri,nisi pœnituisset,cum esset ordinator Ecclesiæ:sed quicquid sit ꝓ hac veritate,non dicitur,vbi fuerit,vel in sacro,vel in loco nõ sacro sepultus,& videtur magis,ꝙ in non sacro,& occulto;si enim portatus fuisset ad cœmeterium commune,probabile videretur, ꝙ vxor sua sciuisset. *Beda.* Beda ait,ꝙ seueritas hæc mortis non causa quæstus facta fuit à Petro:sed præuidens futura,& zizania, quæ simplicitatẽ Ecclesiæ prauis moribus adulterarent: ex his.n.Sarabaitarum genus exortum dicitur,qui,reb. suis nequaquam derelictis, Apostolorum districtionem se custodire simularunt;& ideo nulla reos passus est pœnitentia curari;in hac vita intellige; sed ad timorem posterorum noxium germen radicitus amputauit. Et quidem de his, qui à cõi illa vita desciuerunt post illam inchoatam, loquitur D. *Aug.* Aug. Hyppochritas appellans:qui cũ à Clericali, & Canonicali lege aberrassent,& sęculares effecti essent,non tñ Canonici sæculares propriè appellandi cẽsentur,vt hi,qui à principio nolentes sub cõi vita viuere,sed propria possidere,& Ecclesiasticas pensiones,& Canones habere,Canonici sæculares dicti postea sunt,vt infrà: sed nõ ideò mali,vt illi:inter enim hos sæculares bimembres distinctionẽ, & separationẽ vniuersalẽ ponimus à Canonicis Regularibus,culpã tantum Apostatis tribuentes:statum alijs ab alio seiunctum absque culpa in posterũ,imò cũ magno merito, & laude, vt dicemus, statuentes. Hi pauci,& aliqui deficiebant à Regulis primis Apostolorum,de quibus Clemens c.dilectissimis.12.q.1. Consilium,inquit, *Clemens Possid.* dantes,hortamur,ne ab Apostolicis Regulis recedatis.Possidonius Aug.Clericus,& postea Calam.Episcopus,scribit de Augustino factus

ctus ergo presbyter Monasterium intra Ecclesiam mox instituit,& cum Dei seruis viuere cœpit secundùm Regulam sub Sanctis Apostolis constitutam;idem testatur Vincentius Historicus; & ipsemet Aug.hunc modum,& Regulam ex Actionibus Apostolicis formatam appellat in dict.serm.de com.vit.Cleri.quam desideramus,ait, implere,etc.nam de his regulis inferius longè plura. Dapes enim in conuiuijs, quæ suo loco obiter propinantur,auidius sumuntur, & magis iuuant, inculcatæ autem,vt plurimum, fastidium generant.Non solùm autem degebant hi proprietarij,sed non renũciantes proprijs,cæci, & claudi appellantur ab Aug.cedentes verò, & tamen proprietarij,dicũtur Hyppochritæ, & mortui dict. ser. Can. & 12.q.1.c.nolo,vbi cæcos, & claudos Doctores interpræțant imperfectos,Hyppochritas verò,& mortuos intelligimus iam damnatos:Hi,nisi indigentia pressi, de cõibus nihil participabant, q̃a res Ecclesiæ pauperum sunt,23.q.7.c.quod autem,& dispensantur inter agentes vitam cõem,& per eos oĩbus indigentibus,d.c. videntes,& 10.q.2.c.Episcopus,sed maximè Clericis,intellige extra eam vitam cõem,vt ibi.& Glos.c.Decima.16.q.1.c.vlt.vbi S.Hieronym. Quicquid habent Clerici, pauperum est, quod arguit multò magis,subueniendum Clericis in necessitate depressis,quibus etiam,vt diximus,impertiebantur ea,quæ pro viuentibus in Communi clericis tantum,& laicis seruabantur,d.c.videntes,12.q.1. & ex iurib. nouissimis,vt Abbas sup.c Episcopus,de præb. per totum titulum, & alibi passim. Quamobrem subdiuisi sunt,vt æquiuocũ inter eos deuitaretur in posterum,& Apostolicam Regulam seruantes, Catholicos prius,& Canonicos,& Religiosos, communiterq; viuẽtes dixere:Nam vt de æquiuoco dicamus:Olim idem erat presbyter, q. & Episcopus,vt inquit Hier.dist.95.c.olim,& c.legimus, distin.93. Isidorus d.c.Cleros ait.Vnde,& apud veteres ijdem Epi,& presbyteri fuerunt. Præpositus autem postea fuit vnus inter eos, vt qui prius conueniebant in nomine,& re,in vtroque dehinc discreti forent ex noua consuetudine Ecclesiæ,vt d.c olim, & Glos.& d c.legimus;vbi,quamuis præseruatum videatur vtrisque aliud nomen cõe (ergò cõiter appellantur Sacerdotes)eiusdem tamen nominis, nõ eadem vis est,in qua alteri ab alteris quamlongissimè distant, eod. c.cleros.Id quod de Clericis omnibus pariter pro præsenti distinctione ita colligimus. Nam sub Apostolis olim concordabant, & in

Vincen. *Aug.* *Aug.* *Glos.* *Hieron.* *Abb.* *Hieron.* *Isid.* *Glos.*

in nomine,& in re pro eius nominis essentia in sui diffinitione, de qua Hier.scribit.c.Clericus.12.q.1.& Ambrosius ibi: c. Cui portio: quæ est illa generalis Clerici professi o,quam Augustinus dictis sermonibus Canonicis contestatus est, Clericum duas res profiteri, intus sanctitatem,foris Clericatum. A qua essentiæ diffinitione, & professione cum desciuissent nonnulli (neque.n.ea diffinitio Clericis sæcularibus competit)nomen quidem illud Clericorum,vel ipsis Epis cõe: d.c. Cleros,& c.legi.16.q.1.quod & in Apostolis celebre fuit,vt ostendimus supra. In omnib.tñ æquè cõseruatum est, duobus his postremò agnominibus,Regularium,& sæcularium,ex eadem Ecclesiæ noua consuetudine realiter diffidentibus. Nec te moueat,ꝙ inter vtrosq; inferri vr̃ quoddam essentiale ex præmissa sententia Diui Thomæ 2.2.q.189.art.4. quoniam duo essentialia innuit in eis Augustinus,vt vides,Clericatum,quæ est ipsa administratio Sacramentorum, quæ necessariò inest vtrisque & sanctitatem,hoc est,viuere in communi sub tribus votis,à qua sæculares defecere.Hinc propterea dicti sæculares,vt suprà disseruimus,& è cõtra hi Regulares suam hanc sanctitatem sectantes.Ex quo argui potest,in Clericis Regularibus,præter eam sanctitatem trium essentialium cõium inter oẽs Religiosos Claustrales, esse hoc quartum essentiale Clericatus,commune tantum etiam Clericis sæcularibus: cæteris verò participatum per accidens,vt ibi connotat D. Thom. Dicimus autem In posterum: Nam neque semper homines fuerũt dicti Patres,& filij,sed postquam genuerunt, duobus his correlatiuis discreti sunt; fuerunt tñ semper homines,& sic Clericos nõ semper Regulares,& sæculares nuncupatos legimus: sed,postquam aliqui eorum proprietatem arripuerunt, id nominis non sine cã pro sententia Augustini de vita Christiana sortiti sunt, Clerici tamen semper extiterunt.Commodius namq; est singulas res singulis nominibus distingui.Inst.quo mõ Test.Infor.§.Sed.Cum.n.re iam distinguerentur, meritò quidem & nomine distingui debuere sub diuersa,videlicet,appellatione; quia distinctio nominum differentiam rerum declarat.21.dist.d.c.Cleros.12.q.1.Clericus.16.q.1. si cupis;& 18.q.1.c.Pudenda.cum alijs Iuribus ibi allegatis:subdiuisi autem ab illa primaria cõione bonorum,à re ipsa Regulares,& sæculares appellati sunt,retento nihilominus nomine Clericorum in sæcularib.ob illam administrationem Sacrorum, quã intulit Aug.

Hieron. Ambr. August. D.Tho. D. Tho. Aug.

profi-

profiteri quemcunq. Clericum, cũ dixit omnibus, esse magis onus, q̃ honorem. Vbi aduerte, præter illam diffinitionem huius nominis Clerici factam suprà à Hier. & Ambrosio, hanc alteram ab Aug. describi, rata tamen ea diffinitione, sub noĩe sanctitatis, quam vnà cũ eo nomine profitentur soli Regulares, quæ distinctio contingit in his, perinde vt contingeret in aliquibus Religiosis, si pro parte red ditus haberent, quamuis oẽs dicerentur eiusmodi Religiosi: quemadmodum fit inter Conuentuales, & qui dicuntur Obseruãtes, cũ tamen omnes, Prædicatores, Seruitæ, & huiusmodi compellentur. Quòd autẽ ad nomina pertinet, dictos asserimus & Canonicos, & Religiosos. Catholicum interpretatur Isidorus in lib. Ethymo. pro generali, seu vniuersali. Principiò omnes Clerici, præsertim apud Iudæam, generaliter seruabant Regulam Apostolorum: paulatim autem ab ea nonnulli decidere. Qui perseuerabant, hac item appel latione Catholici nuncupati sunt. exponitur quoque Catholicus pro perfecto, vide Gloss. in Extrauagante Bonifacij VIII. de maio. & obed. Ex Græco Canon. dicitur Regula: vt dist. 3. cap. Canon. siue Ordo, vt vult Albericus. Clericos seruantes Regulam, & Ordinem Apostolorum, Canonicos, i. Regulares nominauere; vt eos videlicet discernerent ab inobseruantibus. Græcè autem primum ap pellati sunt sicuti Clerici: Et quia etiam Græcè Apostolorum Canones dicebantur, & dicuntur adhuc. Canon ergo dicitur quicqd deliberatur pro statuto in Concilio Generali, aut Prouinciali, cuius quattuor asseruntur species. 15. quæst. 2. capit. Si quis. Religiosi autem, hoc est perfecti, seruantes Regulam Apostolicam, perfecti dicuntur, sicut non obseruantes, Imperfecti, quos, vt præmisimus d. cap. Nolo. Augustinus claudos, & cæcos perstrinxit. D. Thom. contra retrahentes à Religione statuit perfectionem in tribus votis essentialibus, quæ sunt dumtaxat Religiosorum, sine quibus negat vel Apostolos perfici potuisse, & sequitur. Talis (inquit) in primordijs suis fuit Ecclesia; qualis postmodum fuisse apud perfectos quosque inuenitur. Gratia enim à perfectis initium sumere debet; & allegat Diuum Hieronym. de vir. Illustr. sub hanc sententiam. Hic modus viuendi perfectioni congruus fuit apud primos credentes, in Iudæa sub Apostolis, & apud Aegy ptum sub Marco Euangelista. Disseritq; alia plura de statu huius perfectionis, 2.2. q. 186. art. 1. vide etiam eius opusculum de statu

Hier. *Ambro.* *Augus.* *Isid.* *Glos.* *Alberi.* *Augus.* *D. Tho.* *Hier.*

perfectionis. Apostoli.n.fuerunt in statu perfectionis super statum omnium Religiosorum, quia immediatè fuerunt à Christo vocati tàm ad statum Religionis, quam Prælationis: magnæ tamen præsũptionis esset dicere, vt alicuius Religionis perfectio posset Apostolorum perfectionem attingere. Habuit enim Apostolici status perfectio singulariter tria. Primò singularem vocationem: Fuerunt.n. ipsi immediatè à Christo electi, & vocati. Vnde super illo verbo Mat.4. Ambulans Iesus iuxtà Mare Galileæ, dicit Chrys. antequam Christus aliquid dicat, vel faciat, vocat Apostolos, vt nihil illos lateat, nec verborum eius, nec operum: vt postmodùm fiducialiter dicere possent: non possumus quæ audiuimus, & vidimus non loqui. Quantæ autem efficaciæ fuerit ista à Christo immediata vocatio, Gregorius ostendit super illo verbo: At illi relictis omnibus secuti sunt Dominum: dicens, quòd tanta ab Apostolis Christum sequentibus dimissa sunt, quanta à non sequentibus concupisci potuerunt. Secundò habuit singularem remunerationem. Petro nãq; & alijs dicentibus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? singulariter responsum est. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super Sedes duodecim, iudicãtes duodecim Tribus Israel: Alijs autem relinquentibus domum, fratres, vel sorores, vel agros, dictum est: Centuplum accipietis. Super quo verbo dicit Chrysostomus: quòd Apostolis Christus promisit futura: quia excelsiores erant, & sic iam perfecti, vt nihil præsentium quærerent. Alijs autem, quæ sunt hic, Saluator repromisit, quando ait: Centuplum accipietis. Tertiò habuit singularem cum Christo præsentialem conuersationem. Vnde super illo verbo Lucæ 22. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, dicit Glos. Quòd sicut Iudæ proditori Dominus pronunciauerat væ: sic Apostolis remanentibus bona pronunciauit: quia non inchoatio pacientiæ, sed perseuerantia cęlestis Regni gloriam donat: Vnde Apostoli cum Christo conuersantes, & in tentationibus permanentes æternum Regnum adepti sunt, cum eis dixit: Ego dispono vobis Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. Et quamuis videatur primò, quòd non fuerit status Apostolorum sic, quia de Apostolis scribitur Act.4. quòd nec quisquam erat egẽs inter eos, sed inter Religiosos multi sunt indigentes, potissimè illi Religiosi, qui nihil habent proprium, nec in communi. Præterea status perfectio

Margin: *Mat.4.* *Chrys.* *Act.4.* *Greg.* *Mat.4.* *Mat.19.* *Chrys.* *Luc.22.* *Glos.* *Luc.22.* *Act.4.*

fectio consistit in abdicatione,& dimissione temporaliũ. Sed multi sunt Religiosi, qui plura temporalia dimiserunt, q̃ Apostoli. In perfectiori ergo statu sunt tales, q̃ Apostoli fuerunt. Præterea perfectionis status consistit in Voti obligatione. Sed de Apostolis nõ legitur, ꝙ Voto se astrinxerint ad perfectionis statum, sicut Religiosi faciunt; tñ quia causa semper excedit suum effectum,& status Apostolorum fuit causa perfectionis omnium Religiosorũ, vt nulla Religionum perfectio potuerit æquari illorum perfectioni, ideo dicendum: quòd illud verbum intelligitur de indigentia prouisionis: prouidebatur.n. vnicuique non secundum personas,& munera gratiarum, sed secundum maiorem, vel minorem indigentiam, vt Glos. dicit: Non aũt intelligitur de prouisione sufficientię, vt, quod vnicuiq. prouideretur, ꝙ sibi sufficeret, & non indigeret aliquo: cũ Apostolus dicat. In fame,& siti, in frigore,& nuditate: & eadẽ Epistola: In tribulationibus, in necessitatibus, & in angustijs, in plagis, in carceribus,& in laboribus, in ieiunijs: & multa ibi enumerãtur, quæ sonant Apostolos habuisse non temporalium sufficientiam, sed quamplurimam indigentiam. Similiter Origenes in Math. 19. dicit: quòd si Petrus cum fratre suo minima reliquit, non minima tñ sunt æstimata apud Deum considerantem, qm̃ ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt; vt etiam si multas habuissent possessiones, omnia reliquissent,& puto, vt dicit, quòd magis Petrus confidens de affectu suo, q̃ de ipsa quantitate rerum relictarũ fiducialiter interrogauit, qñ dixit: Ecce nos reliquimus omnia; Et proinde Apostoli voto se Christo in sacrificium obtulerũt. Hoc .n. est voto offerre aliquid, non reseruare sibi libertatem retroire, quod Apostoli fecerunt. Dicit .n. Paulus: Si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas.n. mihi incumbit,& statim subdit. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. Et quò ad paupertatem: fuit interdicta eis possessio pecuniæ,& rerum mobilium, & stabilium: Nolite possidere aurum, argentum, pecuniam, neque duas tunicas. De primo, hanc quæstionem mouet Augustinus in 2. lib. de consensu Euangelistarum, dicens: Matthæum,& Marcum contrarium loqui de vestimentis,& calceamentis. Nam Matthæus dicit calceamenta in via non esse portanda, neque duas tunicas habendas, neque virgam ferendam. Marcus verò ait, quòd Sandalib. debent esse calceati,& nihil aliud deberent portare, nisi virgã. Ad

Glos. *2. Cor. 11* *2. Cor. 6* *Orig.* *1. Cor. 9.* *Mat. 10* *Aug.* *Mar. 6.*

D. Aug. hoc ergo respondet Aug. quòd Dominus nũquam prohibuit Apostolis vitæ necessaria in victu,& vestitu hr̃e: Sed vnde talia habituri essent,& à quibus recepturi,ostendit. Nam statim cum dixit: Nolite possidere aurum,vel argentum,neque pecuniam in zonis,neq; calceamenta,neque duas tunicas,neque virgam, immediatè adiecit. Dignus est.n.operarius cibo suo. Voluit ergo Christus suos Apostolos, & alios suæ doctrinæ Prædicatores ab oĩ Mundi sollicitudine esse remotos,& necessaria vitæ quæcunque, siue magna, siue parua,ab illis,quibus prædicabant, pro stipendijs esse ministranda. Calceamenta verò,& sandalia,vel virga per Matthæum Aposto-
Aug. lis prohibita,& per Marcum concessa secundum Augustinum,ibidem non sub eadem significatione accipiuntur, sicut aliter accipi-
Gen.22 tur tentatio cum dicitur. Tentauit Deus Abraham: & aliter cũ dr̃.
Iac.1. Deus neminem tentat: quia primo modo sumitur pro tentatione probationis, secundò pro tentatione seductionis: sic cum dicitur:
Ps.42. Iudica me Deus, intelligitur de Iudicio discretionis: cum verò
Io.5. dicitur; Resurgent impij in resurrectione Iudicij, intelligitur de Iudicio condemnationis. Eodem modo cum prohibet Matthæus calceamenta, & virgam portare, intelligit etiam minima necessaria à subditis eis esse corporaliter ministranda. Cum verò Marcus concedit sandalia, & virgam, intelligit per virgam Apostolicam potestatem,qua liceat eis necessaria sumere: per Sandalia vero intelligit, vt pes Apostolorum neque sit tectus, vt Euangelica doctrina occultetur, neque nudus ad terram, vt terrenis commodis innitatur. Sed si dr̃,ꝙ non fuerunt maioris perfectionis Apostoli,q̃ Christus,sufficit discipulo,si sit sicut Magister eius. Mat.10.
Mat.10. Sed Christus pecuniam seruari fecit, & loculos Iudæ commenda-
Io.13. uit,vt patet Io.13. Ergo possessio pecuniæ,& aliarum rerum mobilium Apostolis interdici non debuit. Præterea Apostoli dimiserũt
Mat.19 omnia temporalia propter Christum. Ecce nos reliquimus omnia. Si ergo non potuissent seruare pecuniam à fidelibus eis oblatam, non habuissent necessaria,quę Deus ẽt animalibus brutis non sub-
Ps.146. trahit:iuxtà illud Psalmi. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Præterea cibaria sunt necessaria ad victum:calciamenta,& tunicæ ad vestitum:possessio ergo talium non debuit esset prohibita Apostolis,tamen Dominus non mandauit Apostolis pecuniam non esse expendendam ad necessariorum

emptio-

emptionem,sed non esse possidendam ad thesaurizationem, & superfluam retentionem. Vnde secundum Aug.sic praeceptum fuit Apostolis pecuniam non esse ferendam in zonis, sicut praeceptum fuit in crastinum non esse cogitandum,vel seruandum.Planum est autem non sic praeceptum esse in crastinum non esse cogitandum, quòd pecunia ad vsum necessaria à Sanctis non seruaretur, sed ne propter hoc Deo seruiatur,& ne propter temporalia bona iustitia deseratur.Hieron.autem dicit;ꝙ qui diuitias detruncauerant, quae per aurum,& argentum,& pecuniam designantur,et vitae necessaria propemodùm amputant,vt Apostoli, qui verae Religionis Doctores instituebant omnia Dei prouidentia gubernari, & in seipsis ostendebant nihil cogitandum de crastino.Tantò enim,vt dicit Beda,debet esse Praedicatori de Deo fiducia,vt praesentis vitae sũptus, quamuis non prouideat,tamen hos sibi non deesse certissimè sciat, ne dum mens eius occupetur ad temporalia,minus alijs prouideat aeterna. Amplius,sicut dicit Chrysostomus, per duas tunicas duplex vestimentum intelligitur.Vnum,quo homo induatur, & reliquum,ꝙ in futurum reseruetur. Praecepit ergo Christus,ne quisq̃ praeter eam tunicam,qua esset indutus,aliam portandam putare esset sollicitus:cum ex potestate data omnia necessaria magna, & minima à fidelibus essent ministranda.de secundo.i de stabilib. Quot quot erant possessores agrorum,vendebant,& prçcia ponebant ad pedes Apostolorum: quod non fecissent,si licitum fuisset Apostolis possessiones tenere.Non est dubium,secundum doctrinam Sanctorum, Apostolis interdictum fuisse,ne agros, vel vineas, vel alia immobilia possiderent ꝓꝓ tria.Primò ꝓꝓ temporalium sollicitudinem remouendam:multò ergo maior sollicitudo requiritur circà agrorum culturam,quam circà seruandam pecuniam, quia temporale adminiculum ex agris,vel vineis possessis maius est, quàm si bona mobilia habeantur, ad quorum culturam tota saecularis vita occupatur.Si ergo ꝓꝓ sollicitudinem temporalium remouendam prohibita fuit Apostolis possessiọ pecuniae,& aliarum rerum mobilium,multò magis intelligitur fuisse interdicta possessio agrorum, & aliarum rerum immobilium: Secundò,ꝓꝓ cupiditatis suspicionem tollendam.Dicit.n.Hier.in Mat. 10. ꝙ si Apostoli aurum, vel argentum,seu pecuniam habuissent,suspicio fuisset de eis,quòd nõ causa salutis hoĩum,sed causa lucri praedicarent.Manifestum est autem,

Marginalia: *Hier.* — *Bed.* — *Chrys.* — *Act.* 4. — *Hier.*

tem, ꝙ si ipsi possessiones accepissent non minus, imò multò magis suspecti fuissent, quòd ꝑꝑ quæstum prædicassent, quàm si aurum, vel argentum possedisent. Tertiò, ꝑꝑ eorum Magistri perfectionẽ imitandam. Quamuis.n.Chrs loculos habuerit, aliorum infirmitati condescendens, eos tñ non replebat de pecunia agrorum, vel possessionum, sed solùm de his, quæ à Christi fidelibus sibi erant oblata. Non ergo fuisent Apostoli Christi perfectionis imitatores, si possessiones agrorum, vel vineam habuisent. Et quamuis nõ sit asserendum interdictum, quòd non legitur in Scriptura sacra interdictum: sed non legitur de Apostolis, ꝙ possessiones habere fuerit
Mar. 14 eis interdictum. Præterea Apostoli fiendi erant Patres pauperum. Semper pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis poteritis illis benefacere: sed non potuisent pauperibus subuenisse, si nihil habuissent de mobilibus, vel stabilibus. Præterea si Apostolis fuiset interdicta possessio temporalium, mobilium, vel stabilium, coacti fuissent manibus laborare, & prædicationis officio non vacare: ꝙ tamen non legitur, nisi de Paulo, quòd manibus laborauerit: tamẽ dicendum, quòd legitur obseruatio, licet non legatur prohibitio.
Act. 4 Act.4.scribitur: quòd possessiones vendebantur, & ad pedes Apostolorũ ponebãtur ꝓcia. Similiter legit̃ prohibitio minorum, puta, pecuniæ, & rerum mobilium: ergo multò fortius maiorum, vt agrorum, & vinearum, & aliorum immobilium. & Apostoli efficiendi erant patres pauperum ꝑꝑ eorum commendationem. Commendabant enim eos in eorum prædicationibus Christi fidelibus, sic
2.Cor.8. patet de Paulo 2.Cor.8.& Gal.11. dicit tantum, vt pauperum me-
Gal. 11. mores essemus; quòd etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Et ꝑꝑ eorum sustentationem, quãdo facultas occurrebat. Dicit.n.Chry-
Chrys. sost.ꝙ per hoc, ꝙ Christus loculos habuit, exemplum nobis monstrauit, vt oẽm hominem quantumcunq. pauperem, & Mundo animam habentem, crucifixum oportet pauperum magnam curam, & valdè magnam procurationem hr̃e. Insuper Apostoli non indigebant manibus laborare eo, ꝙ ex seminatione spũalium vitæ necessaria debito Iustitiæ poterant recipere. Nec tamen Paulus, qui Iuri suo cessit, ne aliquando stipendia à subditis reciperet ꝑꝑ scãdalum Pseudo Apostolorum vitandum, semper, & vbiq. manib. laborabat. Vbi.n.Iudæis prædicabat, qui solùm diebus Sabbatis soliti erant prædicationes audire, alijs diebus manibus laborabat: sed

vbi

vbi prædicabat Gentilibus, quibus omni die verbum Euangelij nunciabat, manibus non laborabat, imò de ſtipendijs ſubditorum viuebat. Dicit enim ipſe. Scitis. n. vos, ꝙ in principio Euangelij, qñ profectus ſum à Macedonia, nulla mihi Eccleſia cõicauit in ratione dati, & accepti, niſi vos ſoli, quia & Theſſalonicam ſemel, & bis in vſum mihi miſiſtis; ex quo datur intelligi, vt Gl. dicit, ꝙ quando Paulus erat apud Theſſalonicam, manibus non laborabat, ne prædicationis officium detrimentum pateretur. Et quamuis videatur præceptum de non poſſidendis tpalibus fuiſſe à Chro totaliter remotum, non obſtante, ꝙ antea præcepiſſet cõtrarium: præcipit, qui nõ habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram &c. & pręcia agrorũ erant oblata à vendentibus illos Apoſtolis, & quia maioris perfectionis eſt poſſeſſiones in cõi habere, vt 12. q. 1. tñ in contrarium eſt: quia Chriſtus per illud præceptum voluit ſuos Apoſtolos à ſollicitudine temporalium eſſe retractos: ſed illud nunquam fuit reuocatum: ergo nec primum Ideo reſpondendum, ꝙ vel quæritur de illius pręcepti relaxatione, vel de eius totali amotione. Primo mõ planũ eſt, ꝙ imminente Paſſione Chri illud præceptum in ſuo rigore fuit relaxatum. Dicit. n. Beda in Luc. 22 ꝙ non eadem viuendi regula perſecutionis, quæ pacis tempore, Chrs Apoſtolos informauit: miſſis namq. diſcipulis ad prædicandum, nequid tollerent in via, præcepit: ordinans, vt qui Euangelium nunciat, de Euangelio viuat. Inſtante verò mortis articulo, & tota illa gente Iudaica Paſtorem ſimul, & Gregem perſequente, congruam Regulam tempori decernit: permittens, vt tollant victui neceſſaria, donec ſopita inſania perſecutorum tempus Euangelizandi redeat: vbi Nobis quoq. dedit exemplum, Iuſta cauſa nonnunquam inſtante, quædam de nri propoſiti rigore poſse ſine culpa intermitti. Sed ſecundo mõ planum eſt, quòd illud præceptum non fuit reuocatum, imò magis confirmatum, quod patet per Apoſtolorum obſeruationem, & ꝑ contrafacientium punitionem. Scribitur enim Act. 4. quòd multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quicquam eorũ, quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebant, ſed erant illis omnia cõmunia: & ne aliquis poſſet dicere eos habere poſſeſſiones cões, puta, agros, vel vineas, hoc per ſequentia excludit. Sequitur enim quotquot poſſeſſores agrorũ, aut domorũ erant, vẽdebant, & pcia ponebant ad pedes Apoſtolorũ. Ex quo patet ꝑ Apoſt. obſeruãtiã, quòd

Phi. 4.
Gloſ.
Luc. 22.
Act. 4

quòd illa solùm, quæ ad necessitatem vitæ pertinebant, cōiter habebantur, possessionibus omnibus oīnò abdicatis. Similiter patet hoc per contrafacientium punitionem. Scribitur enim ibi: quòd Ananias, qui fraudauit de precio agri, partem occultans, & partem offerens, audita reprehensione Petri, cecidit mortuus, quia contrà sñiam Domini fecit dicentis. Si vis perfectus esse, vende omnia quę habes: non dicit partem. Incœperat ergo Ananias perfectionem vendendo, sed non perfecit totum non dando, vt Glos. dicit. Barnabas verò, qui totum præcium sui agri obtulit, ad consortium Apostolorum est assumptus, & in societatem Paulo Apostolo assignatus, vt Glos. ibi exponit & suprà tetigimus. Ex quo expresè patet, ad perfectionem vitæ Apostolicæ pertinere nihil possidere præter illa, quæ sunt victui necessaria in prædicationis stipendium, nō præmium. Ideo, sicut dicit August. in illa relaxatione præcepti nulla fuit inconstantia præcipientis, sed iusta ratio dispensantis, ex qua pro temporum diuersitate præcepta, vel consilia, vel permissa mutantur. Vnde non fuit facta per Christum illius præcepti remotio, sed solùm pro tpe passionis aliqualis relaxatio: quo tpe Apostoli necessaria vitæ inuenire non potuissent, intus existentes congregati propter metum Iudæorum: Neque scribitur Apostolos possessiones habuisse, sed præcia in cōi seruata fuisse secundum indigentiam magis, q̃ secundum sufficientiam: in quo etiam aliquid de rigore vitæ Apostolicæ relaxatum est, quia Christus personam infirmorum assumpsit, qñ loculos habuit, quos tñ non replebat de pecunia agrorum, vel possessionum possessarũ per eos, vel per suos Apostolos, sed à Christi fidelibus oblata. Et adhuc maioris perfectionis est proprijs renunciare, & possessiones Ecclesiæ non habere in cōi: Modo hoc Apostoli non habuerunt. Quòd autem ad cōtinentiam, patet, quòd voto fuerunt astricti: quia perfectio Apostolorum fuit in obseruantia consiliorum, non solùm præceptorũ: sed consilium non solùm datur de continentia, sed de vouenda cōtinẽtia per Glos. super illo verbo. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Ergo continentia in Apostolis fuit ex voto seruata, & pro maiori intelligentia dicendum, quòd sicut dicit Chrysostomus, super Math. Disciplina Christi ex moribus suæ familiæ nobis demonstratur. Est autem talis Disciplina Domini, vt perfectior, & magis meritoria sit continentia seruata cum voto, quàm sine voto. Et

Mat. 19 *Glos.* *Glos.* *D. Aug.* *Glos.* *Chrys.*

ideo

ideo dicendum est, q̧ talis fuit mos suæ familiæ, puta, Apostolorum, vt continentiam, & alia perfectionis opera cum voto seruarēt. Quòd autem maioris perfectionis, & maioris meriti sit continentia cum voto seruata, q̄ sine voto, quantùm ad præsens spectat, ex tribus patet. Primò ex parte eius, quod vouetur: Quantò.n. aliquis plus dat alicui, tantò magis ab eo aliquid meretur: Qui aūt continentiam seruat propter Dei amorem, dat Deo solùm corporis cōtinentiam: sed qui voto se adstringit ad continentiam seruandam, dat Deo voluntatis potentiam: quia ex tunc facit se impotentem, vt aliud facere sibi non liceat. Plura ergo offert Deo continens cū voto, quàm sine voto. Secundò ex parte vouentis. Voluntas.n. vouentis firmatur in bono proposito. Vnde sicut ad augmentum culpæ facit voluntas obstinata, & firmata in malo, sic ad augmentum meriti facit voluntas firmata, & stabilita in bono. Tertiò ex parte ipsius Dei, cui votum redditur. Dicit.n. Augus. in lib. de Virginitate: Virginitas, non quia Virginitas, sed quia Deo dicata est, honoratur. Vnde ipsa Virginitas voto seruata ad cultum Latriæ pertinet. *Aug.*
Et quamuis videatur contrarium: tantò.n. opus laudabilius est, & magis meritorium, quantò est magis voluntarium: Sed votum quādam necessitatem, & coactionem imponit: diminuit ergo de merito, & per consequens de perfectionis statu. Præterea dicit Prosper in lib. de Vita Contemplatiua: Sic abstinere, vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Seruassent ergo Apostoli inuiti continentiam, si ex voto fuissent obligati. Præterea super illo Verbo Mat. 19. Sunt Eunuchi, qui de vtero Matris sic nati sunt: dicit Hier. quòd illi, qui non voluntate, sed natiuitate continentiā seruant, non merentur, nec præmiantur. Continentia ergo in Apostolis debuit esse cum voluntate, & non necessitate voto seruata: tñ opus ex voto factum non est inuoluntarium in omnibus. Multi.n. sunt, qui illa, quæ vouerunt, tàm prompta voluntate faciunt, vt si non vouissent, adhuc vouerent. Dato tñ, quòd in aliquibus opus ex voto factum, vt est in se consideratum, non sit voluntarium, respectu tñ obedientię, quam vult implere seruando, votum efficitur voluntarium, & magis meritorium, quàm si sola voluntate sine voto illud impleret. Prosper autem loquitur in illo casu, qñ quis nec voluntate bonum opus facit, nec retinet voluntatem votum seruā *Prosp.* *Mat. 19* *Hieron.* *Prosp.*

di, aut obediendi, sed tm̃ implet illud, quod vouit, vel quod ei præcipitur humano timore, vel pudore. Talis.n. quamuis apud Deum habeatur voti fractor, & obedientiæ præuaricator, tñ. ex quo ex charitate in principio vouit, meritum sibi reseruatur, si de ipsa cordis præuaricatione pœniteat. Et Saluator in loco citato distinguit tria genera continentium. Quia aliqui continentes sunt ex natura eo, quod ex frigiditate, vel natiuitate sic orti sunt, vt continentes sint. Aliqui verò violentia, & necessitate, sicut illi qui castrantur à Barbaris. Aliqui autem proposito, & voluntate; & istis solùm promittitur præmium. Et ratio huius est: quia quamuis in illis sit continentia corporalis, non tamen mentalis. Non.n. habentibus mem bra genitalia abscisa concupiscentia fit mansuetior, sed molestior: aliunde.n. habet fontes sperma, quod in nobis est: Sed si ipsa mens sobria fuerit naturalium motuum, nullum est nocumentum, vt di-
Chrys. cit Chrysostomus. Vltimò quò ad obedientiam: obedientia posuit Apostolos in perfectionis statu: iuxtà illud: Qui non accipit crucē
Mat. 11. suam, & sequitur me, non est me dignus; sed perfectio obedientiæ Apostolorum fuit hæc, sequi Christum vsq; ad mortem etiam Crucis, vt patuit de Petro, & Andrea, & alijs. Ergo talis obedientia posuit eos in perfectionis statu. Nam quantò aliquid magis naturaliter amatur, tantò perfectius contemnitur propter Christum. Nihil aūt est homini amabilius libertate proprię voluntatis, quia per hāc homo Deo suo superiore fruitur, sibi æquali vtitur, & suis inferioribus dominatur. Vnde sicut non est aliquid, ꝙ homo naturali affe ctu magis refugiat, quàm seruitutem, præter mortem, quæ est finis oīum terribilium. Sic homo non potest pro alio aliquid plus impē dere præter mortem, quàm seipsum eius seruituti subiugare. Pro-
Tob. 9. pter quod non inueniens Tobias aliquid maius, ꝙ Angelo offerret, quem hoīem putabat, dixit: Si me ipsum seruum tradam tibi, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Ista ergo obedientia, qua Apostoli seipsos in Christi seruitutem tradiderunt, propriam voluntatem abnegantes, posuit eos in perfectionis statu ꝑꝑ tria. Primò, quia in hoc fuerunt Christi imitatores, qui cum dixisset, Mi Pa
Mat. 26 ter si possibile est transeat à me calix iste, statim subdidit: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu; & alibi: Descendi de Cœ-
Io. 6. lo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Vnde sicut ipse Christus voluntatem humanam Diui-

næ

næ voluntati suppoſuit:ſic Apoſtoli propriam voluntatem abnegãtes, & ſe Diuinæ voluntati ſupponentes, Chriſti imitatores facti ſunt. Secundò, quia in ſe ipſis talis obediẽtiæ fuerũt obſeruatores. Dicit.n.Paulus. Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chrs: quaſi ſuam vitam non ſuam exiſtimans, ſed Chri;& alibi. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & nobis ipſis non placere, ſicut Chrs non ſibi ipſi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt: Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. Tertiò, quia ad hoc Apoſtoli fuerunt aliorum exhortatores. Dicit enim Paulus. Quoniam Chrs pro omnibus mortuus eſt, ſic qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit:& non ſolùm Chro, imò eius miniſtris hortatur eſſe obediendum. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Si dicis per illud, ꝙ quilibet tenetur ex præcepto agere, non ponitur in ſtatu perfectionis, ſed ex præcepto tenetur homo Chriſto obedire;aliter ponitur extrà ſtatũ ſalutis. Omnia, q̃ pcepit nobis Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ergo Apoſtoli per obedientiam, qua Chro ſubdebantur, non ponebantur in ſtatu perfectionis. Præterea, ꝙ naturale eſt, & debitum iuſtitiæ, vt inferiores ſuperioribus obediant. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Sed naturalia non ponunt hominem in perfectionis ſtatu. Inſuper, ꝙ continentia, & temporalium carẽtia ponant hominem in perfectionis ſtatu, patet Matth. 19. Sed ſi Chrs mandaſſet Apoſtolis vxores fornicarias accipere, ſicut mandatum fuit Oſeæ:& ſpolia aliquorum accipere; ſicut mandatum fuit Iudæis. Exo. 12. Talis obedientia fuiſſet contra perfectionis opera. Ergo ſimiliter contrà perfectionis ſtatum. Rñdeo ad primum, quòd abnegare propriam voluntatem per obedientiam, vno modo eſt de neceſſitate ſalutis, vt non admittat homo in ſua voluntate aliquid, ꝙ ſit contrarium Diuinæ dilectioni. Alio modo ſupererogationis eſt, & conſilij, vt homo ſeipſum neget quantùm ad illa, quibus licitè poſſet vti, in quib. alteri ſe ſupponere, perfectionis eſt, & conſilij, Apoſtoli autem non ſolum in illis, quib. poterãt vti, imò in propria vita ſe odio habuerunt, & ſeipſos negauerũt pp Chriſtum. Ad ſecundum, ꝙ aliquid poteſt dici gratuitum dupliciter. Vno modo ex parte operis: vt, quando ad illud non obligat ex præcepto. Alio modo ex parte operantis, quia dato, ꝙ ad illud teneatur, libera tamen, & prompta voluntate facit. Vtroq. autẽ mõ

Gal. 11.
Ro. 15.
Ro. 15.
2.Cor. 5.
Heb. 13.
Exo. 24.
Rom. 14.
Mat. 19
Exo. 12.

obediētia Apostolorum fuit gratuita,& perfectionis opus.Primò, ex parte ipsius obedientiæ: obedierunt.n.in abdicatione propriæ voluntatis per continentiam,& temporalium carentiam, & ex parte ipsorum,qui obediebant:quia cum feruore amoris,& prompta voluntate Christo famulatum exhibebant:ꝙ manifestum est in passionibus,quas constat naturæ esse contrarias,ad quas ipsi gaudentes ibant,quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati.

Act. 5. *D.Aug.* Ad tertium,ꝙ sicut Deus operatur suprà naturam,non tamen contra naturam,quia vt dicit Augustinus.Hæc est natura vniuscuiusq. rei,quòd in ea Deus operatur:sic Deus potest præcipere suprà virtutem ea, quæ secundū solitum cursum Virtus nūc appellant:non tamen pōt præcipere contrà Virtutem,quia in hoc cōsistit Virtus, & Rectitudo humanæ voluntatis,vt Diuinæ voluntati conformet, & eius præceptum sequatur.Si ergo Chrs præcepisset Apostolis homicidium,non fuisset iniustum:quia ipse est Dominus vitæ,& mortis:& si præcepisset spolia aliquorum recipere,non fuisset furtum, quia sua sunt omnia,& cui vult dare pōt.Similiter si præcepisset vxores fornicarias assumere,non fuisset fornicatio, quia ipse est humanæ generationis Ordinator, & ille esset debitus modus vtendi muliere,quem instituisset. Vnde talis obedientia non fuisset cōtra perfectionis opera,nec contra ipsorum perfectionis statum. Imò habuerunt obedientiam ex voto,quia vouere non est aliud,quàm quodam zelo,& feruore voluntatis seipsum negare, Deo subdere, & homini ꝓꝑ Deum.Sed hoc fecerunt Apostoli. Super illo .n.verbo.

Act. 5. *Glos.* Act.5.Respondens autem Petrus,& Apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis,quàm hominibus dicit Glo. quòd feruore, & zelo non patiuntur vnum pro omnibus loqui. Sed breuiter loquentes dant exemplum non vtendi verborum circuitu. Ideo di-

Ps. 75. *Aug.* cendum,quòd super illo verbo Psal. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Augustinus notat,ꝙ aliqua sunt vota communia, sine quibus non est salus:vt vouere fidem in Baptismo,& abrenunciare Diabolo,& pompis eius,non occidere,non superbire,& cętera alia, quæ etiam,si non promittimus,soluere debemus. De his enim, vt dicit,præcipitur omnibus.Vouete,& reddite. Alia verò sunt vota propria singulorum,vt Castitas,Virginitas,& Obedientia. Ad hæc enim vouenda nos Christus inuitauit. Non enim præcepit, vt talia voueamus,sed vt vota reddamus:quia vouere,voluntati consulitur,

litur,ſed,poſt voti promiſſionē,neceſſariò redditio exigitur.Vtro-que autem modo Apoſtoli vota promiſerunt. Primo,vota cōia in eorum baptiſmali regeneratione; tunc.n.Fidē promiſerunt,& Diabolo,& pompis eius renunciauerunt:Multò firmius,& feruentius, quàm alia Chriſti membra.Secundo,vota propria in eorū à Chriſto vocatione, qñ dixerunt. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.Ecce,inquam,nos caſtos offerimus per continentiam: reliquimus omnia, per temporalium carentiam; & ſecuti ſumus te, per perpetuam obedientiam.Et quamuis, quod non eſt ſcriptum de Apoſtolis, temerarium ſit aſſerere; ſed non eſt ſcriptum de eis, quòd ipſi obedientiam voto promiſerint; & vnus amicus non tenetur alteri obedientiam promittere. Importat.n.obedientia quādam ſubiectionem,& ſeruitutem inferioris ad ſuperiorem.Scribitur autem.Iam non dicam vos ſeruos,ſed amicos,quia omnia quę cunque audiui à Patre meo nota feci vobis; Et votum non eſt niſi de opere perfectionis,& ſupererogationis. Sed obedientia non eſt opus perfectionis,& ſupererogationis,quod patet per eius oppoſitum. Dicit.n.Ambroſius, quòd omne peccatum eſt præuaricatio legis Diuinæ,& cęleſtium inobedientia mandatorum,tamen,ſicut Auguſt.dicit ſuper illo verbo. Vouete, & reddite. Vouete inquam mente quodlibet bonum opus,& reddite opere neceſſario poſt votum.Ex quo dicto habetur, ꝙ vouere eſt mentis intentionis, quæ non ſcribitur,ſed voluntate ſola exprimitur.Redditio verò voti eſt operis executionis.Quamuis ergo de Apoſtolis non ſit ſcripta voti expreſſio de eorum obedientia,eſt tñ ſcripta voti redditio,& operis executio.Et Auguſt. in Io.15. dicit: quòd ſicut ſunt duo timores,ſic duæ ſunt ſeruitutes. Eſt n.timor,quē perfecta charitas mittit foras, in quo eſt ſeruitus ſeruilis ſimul mittenda foras cum ipſo timore.Eſt autem alius timor caſtus, permanens in ſæculum ſæculi, habens incluſam ſeruitutem filialem, ꝗ habuerunt Apoſtoli ad Chriſtum,eorum voluntatem abnegantes,& ſuæ voluntati ſeipſos ad obedientiam ſubdentes. Et ſicut duæ virtutes, cōis, & ſpecialis poſſunt verſari circà eandem materiam, diſtinguitur tñ ſub ratione formali ſpecialis obiecti:ſic duo vitia,cōe,& ſpeciale poſſunt verſari circà eandem materiam,diſtinguuntur tñ ſecundum rationem formalem obiecti.Inobedientia ergo,vt eſt cōe vitium,eſt præuaricatio legis Diuinæ,vt dicit Ambroſius;ſed ſecundum quòd opponitur

Mat. 19. Io. 15. Auguſ. Auguſ. Ambr.

nitur singulari virtuti,& operi singularis perfectionis est vitium spe ciale. Apostolos hos imitati sunt Episcopi,& Clerici omnes Ecclesiæ primitiuæ quò ad supradicta: & primum de non habendo proprio. Sed sciendum est,ꝙ in hac quæstione tria faciunt dubium. Primum, est dictum Hieronymi in lib. Illustrium Virorum,c.11. vbi dicit talem primò fuisse Ecclesiam credentiũ in Christo,quales nunc Monachi esse nituntur,& cupiunt,vt nihil cuiusquam propriũ sit, nullus inter eos diues,nullus pauper,patrimoniale gentibus,& pauperibus diuidatur,orationi vacetur,& psalmis, doctrinæ quoq. & continentiæ,quales & Lucas refert primũ Hierosolymæ fuisse credentes. Cum igitur Monachi proprium habere non possint, ex quo tales fuerunt in primitiua Ecclesia Prælati, quales nunc Monachi cupiunt esse,clarè patet,ꝙ illi proprium non habebant. Sequitur, ꝙ Epi in primitiua Ecclesia tenebantur non habere proprium. Secundum,est præceptum Dñi,qui mandauit Apostolis,vt nihil possiderent,non aurum,vel argentum,nec pecuniam in zonis. Si ergo Apostolis interdictum est habere proprium,intelligitur esse interdictum omnib. Epis, & Prælatis, qui sunt Apostolorum successores. Tertium,est opinio ferè cõis Doct.quæ nititur super nõnullis cap. cau.12.q.1.quæ expresè videntur prohibere Clericis, & Epis non hre proprium. Sciendum est ergo, ꝙ Epis, & Clericis non sunt aliqua prohibita exceptis his,quæ prohibentur alijs,nisi illa, ad quæ voto se obligant,vel ex propria voluntate, vel ex mãdato Ecclesiæ: non habere autem proprium cum sit consilij, & supererogationis, non interdicitur alicui,nisi ad hoc voto se astringat. Vnde cõmuniter Epis,& Clericis non interdicitur habere proprium. Istius tamẽ consilij,& perfectionis Epi, & Prælati Ecclesiæ primitiuæ fuerunt obseruatores,in quibus plenè Apostolica vita fuit obseruata. Processu verò tpis, quia multi intraturi erant Ecclesiam ab illa perfectione Apostolica deficiẽtes,prouidè ordinauerũt,vt Sancti Patres in multis Concilijs,vt Epi,& Clerici proprium possent habere, & illud relinquere hęredibus domesticis,& propinquis pro eorũ voluntate. Vnde dicit August. Certè ego sum, qui statueram nullum ordinare Clericum, nisi mecum vellet manere sine proprio, aut si vellet à proposito recedere,rectè ei tollerem Clericatum. Ecce in conspectu Dei,& vrõ muto consilium. Qui volunt hre aliquid proprium,quib.non sufficit Deus,& Ecclesia eius,maneant vbi volũt,

Marginalia: *Hier.* — *Matt. 10.* — *August.*

&

& vbi possunt,nō eis aufero Clericatum,vt sæpius dictum est à Nobis.Ex quo manifestè dedit intelligere,oēs habentes propriū à perfectione vitæ Apostolicæ deficere: præceptum verò Chri factum Apostolis,secundum Aug. non fuit prohibitionis, sed cōcessionis. Aug.
Concessit.n.Chrs vt Apostoli, & oēs prædicatores non de ꝓprio, sed de stipendijs subditorum,quib.prædicabant,possent viuere,nō tñ prohibuit,ꝙ si aliqui vellent de suo iure erogare,ꝙ eis non liceret:vt qui viuentes de proprio possent Euangelizare, & Sacra administrare. Aliàs,vt dicit Paulus,peccasset,qui de suis laborib.viuēs Euangelium prædicabat.Et cum dicit Clemens successor Petri, & Clem.
ponit 12.q.1. c. dilectissimis. Cōis vita oībus est necessaria,maximè his, qui vitam Apostolorum,eorumq. discipulorum imitari volūt. Sed Epi primitiuæ Ecclesiæ imitatores Apostolorum fuerunt,& eorum discipuli,Ergo tenebantur non hre proprium.Et Hieronymus Hieron.
ad Nepotianum.Clerici dñr,quia de sorte Domini sunt;vel quia ipse Dominus sors,& pars est ipsorum Clericorum:qui ergo Dominum possidet,& cum Propheta dicit.Pars mea Dominus est. Nihil Ps.72.
extra Dominum hre pōt: ꝙ si quis proprium aliquid habuerit pter Dominum,puta,aurum,vel argentum,vel possessiones, seu variam suppellectilem,cum talib. partib. Dominus non dignatur fieri pars eius.Ambrosius. Cui portio Deus est, nihil aliud curare debet nisi Deum,ne alterius impediatur necessitatis munere: quia hæc est vera Sacerdotis fuga,abdicatio domesticorum,& quædam alienatio Ambr.
charissimorum,vt suis se abneget,qui seruire Deo gestit. Et idem Hier.cum distinguit duo genera Christianorum Laicorum,& Clericorum,& per hoc debent esse distincta hæc duo gña:quia Clerici victu,& vestitu contenti nullā proprietatē hñtes debent hre omnia cōia:laici verò vxores ducere,& proprium hre pñt.dicta horū intelligunt vera esse more Prælatorū Ecclesiæ primitiuæ,per quos perfectio Apostolicæ vitæ de non habendo proprium seruata est. Similiter in quæstione de non habendo possessiones, planū est Prelatos, & Clericos Ecclesię primitiuæ possessiones nō habuisse. Sed,quare post modū ordinatū est, vt liceat oībus Ecclesijs possessiones hre, aliam rōnem assignat Augus.aliam Melchiades PP.& aliā Vrbanus. Hier.
Nam August.dicit hoc fuisse ꝑꝑ primitiuæ Ecclesiæ perfectionem. Aug. Melch.
Ait.n primò de Doctrina Chriana.cap. 11. Quanta vtilitas fuerit Vrb.
Iudæis sub Pędagogo custodiri per Iudæos,qui primò crediderūt, Aug.

ex quib.facta est Ecclesia prima Hierosolymitana, monstrātū est. Nam, quia illi sub Pædagogo,& sub Lege à Deo recepta viuebant, & vnum Deum colebant, tam capaces extiterunt Spiritus Sancti, vt oĩa sua venderent, eorumq́. præcium distribuendum indigentibus antè Apostolorum pedes ponerent,seq́.totos dedicarent Deo tanquam templum nouum,cuius terrenæ imagini, puta, templo veteri seruiebant. Et statim subdit. Non.n.hoc vllas Ecclesias gentium fecisse scriptum est,quia non tàm propè inuenti erant,qui simulacra manu facta Deos habebant. Erant.n.multùm remoti Gentiles à perfectione noui hominis Christi,ideo non fuerunt capaces

Melch. tantæ perfectionis, vt possessiones eorum venderent, & præcia ad pedes Apostolorum ponerent,sicut fecerunt Iudęi.Melchiades verò Papa dicit hoc fuisse propter Ecclesiæ translationem,sicut patet 12.q.1.c.futuram.Præuidebant.n.Apostoli Ecclesiam de Iudæa ad Gentiles esse transferendam, ideò in Iudæa possessiones, & prædia hrē noluerunt; sed postmodū de Iudæa ad Gentiles Ecclesia translata,inter turbines,& aduersa sic succreuit Ecclesia, & ad hoc vsq; peruenit,vt non solùm Gentes, imò Romani Principes,potissimè

Const. Constantinus licētiam dederit per vniuersum Orbem degentibus

Vrb. fabricandi Ecclesias, & prædia constituit tribuenda. Sed Vrbanus Papa dicit hoc fuisse ꝑꝑ Ministrorum gubernationem, & pauperum,& peregrinorum sustentationem.Nam si in Matrice Ecclesia, & in alijs particularibus Ecclesijs sunt aliquæ possessiones in cōi, melius & vtilius potest prouideri Ministris Ecclesiæ præsentibus, & futuris:& peregrini,& pauperes commodius recipi,q̄ si oēs redditus in pecunia,& rebus mobilibus haberentur, de quibus quandoq́. ꝑꝑ malitiam ministrantium magna distractio fieri solet.Et iō cum dr̄, quòd nullus punitur pœna mortis,nisi ꝑꝑ transgressionē

Act.4. Diuini præcepti. Sed scribitur, quòd Ananias punitus fuit pœna mortis,quia fraudauit de præcio agri:non ergo licebat tunc possessiones habere. Præterea Apostolorum successores sunt Episcopi, Sed ipsi possessiones non habebant.Ergo nec ipsi ēpi habere potue

Act.4. runt.Et quod non conueniebat Laicis conuersis ad fidem, multò magis non conueniebat Epis,& Clericis. Sed scribitur: Quotquot .n.erāt possessores agrorum,& domorum,vendebant,& præcia ponebant ad pedes Apostolorum.Non ergo licebat Episcopis,& Clericis possessiones habere,Intelliguntur hęc, ꝙ Ananias non fuit pu

nitus

nitus morte,vt non liceret ei agrum, & pecuniam receptã in agro, & de agro tenere,sed quia voueret totum dare, & antè pedes Apostolorum ponere: Vnde mentitus fuit Spiritui Sancto pręcium.s.totum vendendo,& postea partem occultando,sicut dicit Gl. Act.5. Epi autem primitiuæ Ecclesiæ fuerunt Apostolorum imitatores in non habendo possessiones,sicut & in non habendo proprium. Alij autem successores Apostolos in hoc imitati non sunt, vel quia ab illorum perfectione defecerunt,vt dicit Aug. vel pp alias rationes superius assignatas. Laici verò,qui in primitiuã Ecclesia ad Christianam Religionem veniebant,voto se astringebant possessiones non hre,& proprio carere,sicut expresse dicit Glo. Act.5.sicut nunc de sæculo venientes ad Religionem votum paupertatis emittunt. Vnde expresse dicit Hieron. Talem primò Ecclesiam credentium in Christo fuisse,quales nunc Monachi esse nituntur, & cupiunt. Similiter tandem in voto continentiæ,de qua tractamus,quia Epi in eorum consecratione votum continentiæ emittunt. Sed in primitiua Ecclesia fuit Ordo Episcoporum. Ergo tunc tenebantur in voto continentiæ Apostolos imitari. Sed dicendum,ꝙ de voto continentiæ Clericorum triplex distinctio est necessaria. Prima est,quia Clerici Orientales,& Occidentales in minoribus Ordinibus constituti licitè possunt contrahere matrimonium, & vti contracto. Secunda verò est, quia constituti in Sacris Ordinibus,puta,Episcopatu,Sacerdotio,Diaconatu,& Subdiaconatu, nec apud Græcos, nec apud nos possunt matrimonium contrahere, nec vnquam potuerunt à tempore Apostolorum,sicut patet 84.dis.c.cum in præterito. Tertia est, ꝙ constituti in sacris apud Græcos,& in Ecclesia Orientali licitè vtuntur matrimonio contracto. Vnde si sunt coniugati,ad sacros Ordines possunt promoueri, continentia nõ promissa,sed apud nos, & in tota Occidentali Ecclesia ad sacros Ordines promoueri nequaquam possunt, nisi promissa continentia. Et si sunt coniugati,exigitur,vt ipsi,& eorum vxores profiteantur continentiam,aliter repelluntur, nè ad sacros Ordines promoueantur. Votum ergo continentiæ vitæ Apostolicæ in Prælatis primitiuę Ecclesiæ plenè fuit seruatum,non quidem per ipsius Christi, vel Apostolorum præcepti coactionem,cum sit cõsilij, & supererogationis opus,sed per ipsorum Apostolorum imitationem. Ex quo patet,ꝙ quamuis de continentia seruanda sit consilium, & non præceptũ.

Glos. *Aug.* *Glos.* *Hieron.*

1. Cor 7. Matt. 19. 1. Cor 7. Matt. 19. vnde nec Epi, nec alij in sacris constituti tenebantur ex præcepto Apostolos in continentia imitari, quia non ꝑ præcepti Christi coactionem, sed per ipsorum Apostolorum imitationem, vt dictum est, plenè hoc votum seruatum est. Et quamuis, si continentia esset annexa Epatui, & alijs Ordinibus sacris Iure Diuino, vel naturali Papa dispensare non posset. Sed hoc vr̄ falsum, quia in omni voto solemni Papa dispensare pōt, tamen vita Apostolica prius fuit in Ecclesia Hierosolymorum, & postea in Ecclesia Græcorum obseruata; sed Græci constituti in sacris contrahunt. Scribit. n. 21. dis. c. aliter, ꝙ Sacerdotes, Diaconi, atq; Subdiaconi Orientalis Ecclesiæ matrimonio copulantur; tamen est dicendum, ꝙ continētia annexa est Ordinibus sacris, non quidem ex natura rei, puta, ex ipsius Ordinis sacri susceptione, quia tunc quicunque acciperet Ordinem sacrum, teneretur continentiam seruare, quod est falsum, quia, sicut dictum est, Græci Ordines sacros suscipiunt, & continentiam seruare non tenentur, sed est annexa continentia sacris Ordinibus ex voti promissione: ꝙ quidem votum emittitur ab illis, qui ad sacros Ordines volunt promoueri ex statuto Ecclesiæ: nec tamē sequitur, ꝙ Papa in tali voto non possit dispensare, non obstante, ꝙ non liget iure Diuino, & naturali: quia, cum votum sit promissio facta Deo de meliori bono, & vtiliori, Papa loco Dei pōtest pro meliori bono, vel vtiliori promissionem factam de minori bono relaxare, non solùm commutare. Statutum enim Ecclesiæ de voto castitatis emittendo volentibus ad sacros Ordines promoueri, non fuit vniuersale, quia non extendebat se, nisi ad Clericos Occidentalis Ecclesiæ. Vnde scribitur 31. distin. quòd Occidentalis, non Orientalis Ecclesia castitatis obtulit votum: posset tamen Papa, si vellet, statutum vniuersale facere, vt nullus posset ad sacros Ordines promoueri, nisi continentiam ex voto promitteret; & tunc omnes vniuersaliter per vniuersum Orbem essent ad hoc astricti. Ex quibus manifestè patet perfectio status in Apostolis, & in reliquis primitiuæ Ecclesiæ Clericis, quare vocabantur Religiosi, quamuis id vocabulum non fuerit tunc in vsu. Religiosi n. nomen passim accipitur pro Regulari, & professo sub ea vita communi; vt de Regul. per totum titulum: & de Elect. c. si Religiosus; & sequen. & in 6. eod. tit. c. nullus Religiosus. Huius propositi professione Clericos professos, communemq; seu Canonicam vitam

professos appellauere; Clericos verò Regulares, quando illi, qui ab ea defecerunt, sæculares dicti sunt: Canonicos autem Regulares, cum illis Canonicatus præterea occupantib. nomen hoc Canonicorum Sæcularium vsurpatum est, quorum sanè Genus permixtū pro tertio genere Christianorum posteriorib. longè temporibus adinuentum dr̄, inter eos, videlicet, Regulares, & Laicos, quorum vtrumq. naturæ communicant; Hæc sigillatim examinanda: Nusquam legimus Apostolos, vel Clericos primitiuæ Ecclesiæ ad Augustinum vsque expresè professos fuisse, sed nec vlibi, Augustinū, aut Clericos eius: Et si non desint, qui malè sentiant Augustinum primum obligasse Clericos sub professione: Multa tamen, inquit D.Tho. in 4. dist. 17. per Apostolos facta fuerunt, quæ non reperiūtur scripta; & dist. 38. art. 2. q. 3. in responsione ad tertium Argm̄. Arguit, quòd antequam essent hæ Regulæ, quæ nunc sunt, erat aliquis modus viuendi ab Ecclesia probatus, quo aliqui ad tria essentialia se obligabant. Et tunc certi t̄pis obligatio ad talem modum idem operabatur, quod nunc obligatio ad certam Regulam, & 2. 2. q 88. ar. 4. in fine dicit; Apostolos vouisse pertinentia ad statum perfectionis, quando Christū relictis omnibus secuti sunt. De qua Cardinalis quoque 17. q. 1. in Summa; Dare, inquit, & se, & sua, vt fecerunt Apostoli, & postea multi, ad perfectionem pertinet; Et vr̄ Glos. fin. c. dilectissimis, 12. q. 1. sentire cum B.Tho. quòd Apostoli se astrinxerint ad tria essentialia; Petrus idem de Palude asserit, vt B. Tho. quòd erat in Ecclesia quidam modus approbatus, qui idē faciebat, quod nunc emissio trium votorum in Regulari professione, & Nos supra. Pro quo tenore hæc eadem, & longè plura legis apud Alexandrinum in suo apparatu, dist. 44. c. 1. Augustinus testatus est in Sermonibus Canonicis, Clericum duas res esse professū, Sanctitatem, & Clericatum: Professus est, inquit, Sanctitatem, professus est viuendi societatem, professus est quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. De omni Clerico generaliter locutus est, perinde vt de omnibus decreuerat Clemens d. c. dilectissimis; & Vrbanus c. scimus, & c. videntes; ead. q. Quæ si ad lancē expenderis, reperies Augustinum hinc ea mutuatum pro sua hac Clericali professione, & Sanctitate. Cuius tamen professionis, vt dicimus, nusquam præfert aliquam formam, quæ cum nihil aliud sit, nisi propositum vitæ communis sub propriorum abdicatione,

D. Tho.
Card.
Glos.
Petr. de Pal.
Alex.
Aug.
Clem.
Vrb.

quod est ipsa Regula Apostolica, quæ magis more, & consuetudine, quàm scripto cauebatur, iuxtà illud ibi Beati Clementis. Ipsius .n. consuetudinis more retento etiam Apostoli, eorumq. Discipuli vnà nobiscum, & vobiscum communionem vitæ duxerũt, ausim affirmare huiusmodi propositum fuisse sub tacita professione, quę in Clericis tunc annectebatur promotioni Clericatus absque alia expressione verborum, sicuti modo paupertas, & castitas connectũtur sub obedientia, quamuis non exprimantur: & sicuti continentia in assumptione Ordinis, quam notat Io. Andr. c. legebatur, de maior. & obed. & allegat c. Diaconi, dist. 28. & hic erat ille modus approbatus vniuersaliter ab Ecclesia, de quo B. Tho. & Petrus de Palude attestantur, qui non incongruit modernæ tacitæ professioni perinde obliganti, vt expressa: de qua Glos. c. porrectum, de Reg. & transf. ad Relig. cum nihil referat, vtrum quis dictis, aut factis declaret voluntatem suam. Glos. c. quem progenitores, 21. q. 1. & de appellationibus, c. dilecti, 2. Huc adde, quod antequam Aug. eos Sermones, seu Regulam conderet, vixerat prius regulariter cum suis Clericis per multos annos; Nam senem ibi constat illos ædidisse; ne fortè ab his opineris (quod inficiantur nonnulli) Regularitatem in Augustino, & in eius Clericis occæpisse. Nam factus Presbyter Monasterium Clericorum mox instituit, & cœpit viuere secundũ Regulam sub S. Apostolis constitutam. Vixit autem in Clericatu, & Episcopatu, vt innuit Possidonius, per annos 40. Cautum verò fuit postea de expressa professione, c. Vidua, 20. q. 1. & c. omnes fœminæ, 27. q. 1. & Glos. c. nullus Religiosus: de elect. & tex. pariter cum c. indemnitatibus, in eod. in fine: & Glos. in c. ex eo. Quibus ita cautum fuit de expressa, vt nihil propterea eleuaretur de tacita. Quæ nihilominus, vt olim, circa rem hanc militare vr̃ adhuc. Nihil itaq; antiquius lego pro forma huius professionis expressę apud Canonicos Regulares, quàm quod constat ex Regula Damiana. Cum tñ antè eam Regulam apud Canonicos Portuenses Rauennates, quibus nominatim data est, Regularis vita iamdudum duceretur sub nullo scripto, sed vsu tñ, vt ibi apertè innuitur, & cõsuetudine perinde seruatum aliquandiù apud Aug. & Augustinianos, & pro ea, snĩa suprà Clementis, apud primos Clericos sub Apostolis. Nõ mirum igitur, quòd diuersæ formæ verborum reperiantur, professionis expressæ apud vetustos Canonicos, & Monachos, & hmõi recẽtiores:

Margin: Io. An. — B. Tho. — Petr. de Pal. — Glos. — Glos. — Aug. — Aug. — Possid. — Glos. — Glos.

tiores: quæ vel in Regula Benedictina, vel hac Damiana permitti etiam videntur profitentium arbitrio. Nam & Mendicantium sicuti inter eos habentur quoq. diuersæ Constitutiones, ita diuersâ forma profitentur, omnes tñ vti & priores sub eodem sensu. Quod parum oĩnò referre vr̃, ex quo sine verbis etiã tacita professio tenet, vt probatum est. De professione tacita, & expressa agitur quoque c. vnico, de voto, in lib. 6. Cum autem Sæculares dicti sunt, ex hoc noĩs dehonestamento, deficientes à sua essentia primaria, & Apostolorum Regula, qui perseuerauerunt honorabiliori sp̃ titulo, denominati sunt: perinde vt Superiores Spiritus ex casu sociorum, qui desciuere à Maiestate Diuina; vt præmisimus. Nam illis nõ consentientibus eorum malitiæ, culpa aliena obesse non potuit, 1. q. 4. cap. iam itaque, & cap. crimen, tit. de pœnis, cum multis alijs ead. q. Sed inde magis vtrique honorati, & priuilegiati inueniuntur. Nam vt boni Angeli magis stabiles in malorum ruina redditi fuere, ita sp̃ amplioribus gratijs perseuerantes Clerici in suo Canonico proposito insigniti extitere, vt infrà docebimus. Cum verò appellauere Canonicos Regulares, fuit, ꝙ qui olim absolutè Canonici, nunc, sub hoc adiuncto Regulares, nuncupant̃ Canonici Regulares; Quæ duo nomina coniuncta idem important pro Ethymologia, vti videtur Abba, Pater: Marci. c. 14. & ad Rom. 7. Quod Isidorus in lib. Ethymol. asserit esse ex duabus linguis idem sonantibus, Syra, & Latina. Nostrum autem est ex Græca, & Latina, quod demùm irrepsit, cum illud nomen Canonici transiret æquiuocum ad Clericos Sæculares, de quibus mox dicemus. Et aduerte, quòd hi Clerici professi primò dicti sunt Regulares in differentiam illorum Sæcularium, & ab his nomen hoc deriuatum fuit generaliter ad quoscunque Ordinum professos: Quod notatur per DD. ext. de statu Monach. & argum. est Glos. super Rubrica de Regul. cum dicit. Visum est suprà de Clericis Sæcularibus, modò videndum est de Regul. & Titulus agit de quibuscunque professis. Olim ergo omnes Canonici erant Regulares, sed non è contrà. Nunc autem non sic, cum etiam Clerici Sæculares facti sint Canonici, de quibus subditur in textu. Sæculares autem etiam Canonicorum nomen vsurpauerunt: nam sicut abusiuè Clerici facti proprietarij continuabant nomen Clerici contrà vim, & diffinitionem eius noĩs, de qua sup. c. Clericus, 12. q. 1. quos propterea August. de

Mar. 14
Rom. 7.
Isid.
Glos.
Aug.

lere

lere voluit de tabula Clericorum,& priuare Clericatu,c.nolo,& c. certè,e.q. ita magis abusiuè ijdem Canonici nominantur cõtra expressum huius noīs significatum. Nam sicuti conueniunt hæc duo nomina in eodem sensu,Canonici Regulares,sic magis discordant, Canonici Sæculares, cum sæcularis opponitur hic directè contrà sensum Canonici, hoc est Regularis; Sæculares autem Clerici, & Regulares sunt correlatiua,vt præmisimus, & diuersa referunt; Appellantur autem hi Sæculares Canonici, cum non sint perinde, vt Doctores,& Theologi pleriq.nostri temporis, qui absque litteris, & Doctrina eos tm̃ nomine gradus occupant;Quorum nedum honorem,&Dignitatem,verùm ẽt sæpenumerò censum sibi vendicãt. Et ppea Clerici,& Canonici Sæculares illi appellantur, quasi non legitimi,& vt sequitur Genus permixtum; quod dicit Host.in principio Summæ,alludens ad illud Hier.c.duo sunt,12.q.1.Vbi aduerte Hier.(vt & hoc obiter hic declaremus,si tñ Hieron.est) in primo Genere Christianorum includere Monachos inter Clericos sub noīe Deo Deuotorum,qui malè à Glos.& Tex.exponunt pro Conuersis:Nam,sicut suprà attigi, excluderentur Monachi ex Christianis, cum minimè comprehendantur ibi in secundo Genere Laicorum ducentium vxores,& propria possidentium: Sicut.n. Dionys. in sua Hierar.Eccles.tres Ordines principales circumscripsit cap 6. Clericalis Monastici, & Plebis Sacræ, & Monastici Theurapeutas, seu Cultores Diuinis nominibus appellari dixerat,vt in inferiorib. dicemus;Ita Hier.eosdem Diuina appellatione Deo Deuotos pariter expressit,& tres Ordines ad duos reduxit,duobus in altero communicatis. Neque enim Conuersi tunc erant,de quibus intelligit Glossa subdistinguens, quòd aliqui possunt contrahere, aliqui non, contrà expressum ibidem Hieronymi sensum.Neque Hieronymus exposuisset se sub eo nomine Conuersorum, quo noua item expositione indigeret pro Monachis, de quorum Incunabulis ædiderat Opus ad Nepotianum 16. quæstione 1.capitulo, si Clericatus.Expungendum esset ergo illud in textu,Conuersi,quod minus etiam quadrat phrasi,& eruditioni Hieronymi:& in Glos.pro Deo Deuotis, exponẽdi Monachi,ne excludi videantur,vt dictum est,de genere Christianorum,præsertim cum etiam pro Deo Deuotis intelligantur,c.qui verè.e.q.vbi dr̄, qui Deo se deuouerint. Verùm,vt verum fatear,nescio,quid obstrepit auribus meis ex eo Hieronymi

Host. Hier. Glos. Tex. Dion. Glos. Hier. Glos.

ronymi

ronymi textu,vt suspicer satis non esse Hieronymi,sed reuertamur ad Clericos,& Canonicos sæculares,Genus permixtum.Ex Clericatu cõicant naturę Clericorum Regularium Clerici sæculares,seu Canonici,cum in ipso Clericatu,quantùm signat Sacramentorum dispensationem, vt prætulimus ex verbis Augustini, sint cum illis eiusdem essentiæ, quam principio cum sanctitate etiam profitebātur.Communicant item naturæ sæcularium laicorum ex proprietate,quorum est etiam,inter alia,propria possidere, vt vidimus mox supra d.c.duo sunt. Communicant aūt horum naturæ, renunciata sanctitate,quam exponit August cõiter viuendi societatem,& quā bonum,& quàm iucundum habitare fratres in vnum:cui præferūt hæc temporalia, quæ inhibentur vtriusque Instrumenti Ministris Templi,& Altaris.Hæc Leuitis,inquit Petrus Damiani in præmissa sua Regula,pro Canonicis,& hæc Apostolis mandata sunt. Vtrisq. enim vna Regula,& eadem lex præcipitur:vtrisq.possessio tollitur, terrena facultas interdicitur,subditq. qui ergo alij Regula, & lege ista tenentur,nisi Clerici,qui Leuitarum Domini,& Discipulorum Christi locum tenent,Ministerium implent,Vices seruant,ordines habent? & Abb.vbi sup in c.Deus qui.de Vit.& hon.Cler. Clerici, inquit,prohibebantur vti proprio Apostolorum tpe,hodie secus. Recusantes igitur Clerici illi sanctitatem Antiquam, & arripientes hanc nouam proprietatem,cõicant,contra eam primam legem, & Regulam,naturæ laicorum,& propterea dicuntur sæculares, possidentes,videlicet,bona huius sæculi.i.Mundi.Vide Glo. & Io.Andr. super c.licet de off.Iud. ord. Verùm tolerantur ab Ecclesia,inquit Abbas,in c.Eps,de præb.Credo,sed hoc verbum, toleratur, innuit aliquid,ꝙ omnino in tolerantib.non placet:Et Augustinus eos tolerabat,& pariter execrabatur.Placerent sanè magis,& laudaretur, si cum Clericatu seruarent suam sanctitatem. Tolerantur autē, ne, vt inquit Glos.super c.Dilectis.12.q.1. deformetur status Vniuersalis Ecclesiæ.O Catholicam sententiam Magni Glossatoris, & Patrocinatoris Ecclesiæ.Deformaretur ergo status Ecclesiæ, si sæculares Clerici fierent Regulares? si bonis cederent pro Doctrina Christi, & cõem viuendi societatem amplexarentur, cuiusmodi erat sub Apostolis? ò Grauissimum Glossatorem. An non fuit potius deformatus status Ecclesię, quando post omnem illis interdictam proprietatem oī proprietate,vt inquit Abbas,facti tñ sunt proprietarij?

D. Aug. Pet. Da. Abb. Glos. Io. An. Abb. Aug. Glos.

tarij? An non omnes laudibus celebrant illam Generalem Refor-
Sighib. mationem, quam Historici scribūt, Sighibertus, Vincentius, & Ar-
Vincen. chiepiscopus, factam intrà Annum Salutarem 1000. & 1100. quã-
Arch. do penè oēs Orientales, & Occidentales Ecclesiæ præsertim Cathe-
drales Regulares reformatæ fuerunt? Inter quas prima corruscabat
Abb. Lateranensis, sed, placuit Sedi Apostolicæ, pergit Abbas, ꝙ status
eorum sit idem primitiuæ Ecclesiæ, & gaudeat eorum priuilegijs,
ꝙ & refert in c. postulasti, de rescr. At Clerici primitiuæ Ecclesiæ
erant in statu perfectionis, in quo non sunt, nec esse possunt simpli-
citer Clerici Sæculares: Sunt autem Clerici Regulares continuan-
B. Tho. tes eumdem statum, vt testatur B. Tho. de perfectione vitæ Spiri-
tualis. Gaudeant modò illi quantumuis Priuilegijs, & excellãt prę-
eminentijs suffragatis per posteriores Pontifices, & Modernos Do-
ctores: Viderint ipsi. Sed dicant, quæ erant Priuilegia primitiuę Ec-
clesiæ? Num Vrbani? num Clementis? num aliorum, de quibus dr.
Vrb. 12. q. 1. Imo plura ammisere effecti Sæculares, quibus gaudent ad-
Clem. huc Regulares: vt de Sẽten. excom. c. Monachi, & c. ex tenore: & 16.
q. 1. c. decimas: cum alijs pluribus. Ea autem tolerantia perinde ba-
ptizatur, vt quædam dispensatio, qua quotidie Papa dispẽsat Clau-
dos, & Monoculos ad Ordines Sacros, & Dignitates Ecclesiasticas,
& illi tñ remanent perpetuò vitiati. August. vt diximus, hos Clau-
dos, & Cæcos dicit, quos tñ, licet tolerabat, ab eo non ꝓpea vitio
liberabat. Imo est eis protestatus apertè, vt, qui nollent suscipere vi-
tam socialem, seorsum manerent, seorsum viuerent, hoc est de suo,
non de bonis Ecclesiæ, vt attigimus suprà, & qũo possent, Deo vi-
uerent. Et tñ, inquit, antè corũ oculos posui, quãtùm mali sit à pro-
posito cadere. Pete Sermones de Cõi Vita Clericorum in fõte, vn-
de hæc omnia hauries limpidiora. Sunt igitur Clerici Canonici
Cypr. Sæculares huius sæculi, hoc est huius Mũdi. Vide Cyprian. de duo-
Io. An. decim sæculi abusionibus, quas repetit Io. And. in Clem. c. 1. de sta-
tu Monach. quamuis sæculum propriè signet ætatem centum an-
norum, vnde dicti erant ludi Sæculares. At hi Regulares non sunt
Io. 15. huius sæculi, hoc est huius Mundi: Vos non estis, inquit Dominus
Discipulis suis, de hoc Mundo: Sed ego elegi vos de Mundo; Si de
Io. 18. Mundo fuissetis, Mundus, ꝙ suum erat, diligeret, & alibi: Regnum
meum non est hic. Sunt ergo illud Genus electum à Christo, &, vt
1. Pet. 2. inquit B. Petrus, Regale Sacerdotium, quod iterùm suprà innuit

Io.

Io.Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos,& poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis,& fructus veſter maneat,vt,quodcunque petieritis Patrē in noīe meo,det vobis:Et hæc, inquit,locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit,& gaudium veſtrum impleatur. Vides Genus electum,ſincerum,legitimnm,& naturale, non permixtum,non biforme,non medium, à quo hoc ſui meliorem partē ducit.Nam ſi comparatione humanæ creaturæ mediæ inter Angelos, & bruta animalia,vt ſuprà notauimus, ex ſnīa Io.Andr.Clerici Sæculares mediant inter Clericos Regulares, & Laicos,participantes ex vtriſque:meliores aūt ex parte Regularium,deteriores ex parte Laicorum, tantò ſanè potiores concludemus Regulares Sæcularibus, quantò perfectiores ſunt Angeli humana creatura. Non per hęc autem putet quis Genus hoc mixtum extrà ſalutem eſſe,prout pōt ex illius ſnīæ Chriſti, Ego elegi vos de Mundo, & reliquorum interpræatione aliqua colligi. Primum.n. in vniuerſali ex illis verbis elici poteſt, quod exemplo Chriſti perſecutionem paſſi, & nos debemus eadem pati pro ipſo Domino non ſeruo,bono,innocenti,non malo,(ſaltem ex maſſa,vt inquit Auguſt.quæ tota in Adam perijt) membra.n non debent refutare conditionem melioris capitis;tùm ex conditione Mundi diligentis ſimile ſibi.Verùm ſicut,cū patiebatur Chriſtus, aliqui perſecutores erant mali ſemper futuri mali;aliqui mali futuri boni, vt latro prius conuicians, poſtea credens,& Centurio,& eorum aliqui,qui percutiebant pectus ſuum, & cæteri,qui ad Apoſtolorum prædicationem cōuerſi ſunt,prout in Actis;ita Apoſtoli poterant pati à Mundo: Vnde Mūdus in hoc ſenſu,& prædeſtinatos,& malos finaliter includit;ergo,qui ſunt in hoc Mundo ſic intellecto, poſſunt eſſe futuri boni. Deinde ſunt ali qui in Mundo,qui non diligunt,quod ſuum eſt:nam Principes mūdani, cum eſſent perſecutores Apoſtolorum, aliquos malos mundanos non diligebant,ſed magis perſequebantur,occidentes latrones,prædones. At malum non pōt eſſe futurum tale, quin habeat aliquod bonum, aliter ſeipſum deſtrueret ex Phyl.4. Ethic. Licet igitur Principes illi,& perſecutores Apoſtolorum eſſent mundani, & mali, quantùm ad ſuperbiam, & infidelitatem, tn̄ aliquid boni habebant,vt iuſtitiam, clementiam, vt de Traiano,& alijs multis, qui diſſimiles malis in bono iuſtitiæ perſequebantur illos malos: Perſequebantur aūt Apoſtolos,& alios fideles diſſimiles illis in in-

Io. An.

Aug.

Ariſt.

fidelitate, ex quibus innuitur, quòd per Mundum intelligitur Infidelis, non autem illud Genus mixtum, cũ sit intrà gremium Ecclesiæ, qua cum re etiam statuitur, quòd quamuis multi principes mali sint persequentes Apostolos, mali tamen possunt fieri boni, tùm quò ad opera, vt Augustinus disertè tradit super Psalmum disputans, nunquam diffidendum de salute persequentium, dum viuunt, tùm quò ad fidem, vt de Traiano, cuius Anima suspensa per actum DEI occultum à pœnis Inferni reuocata fuit in corpus, & baptizata, prout D. Thom. & alij multi censuerunt: Sunt autem aliqui Mundani, qui seipsos persequuntur, vt superbi superbos, & inuidi alios, sed est amor amicitiæ, in quo similitudo est causa amoris, quia Amicus vult Amico bonum, quia apprehēdit eum tanquam sibi vnum, quia Amicus est alter ipse, secundum Philosophum, non per identitatem, sed per conformitatem: non est autem sic in Amore cōcupiscentiæ, quo quis vult sibi ipsi bonum, & ideò quantò plus quis diligit se amore concupiscentiæ, quàm alium sibi similem in Amore amicitiæ, tantùm odit eum inquantùm impeditur per eum à consecutione boni Amati; & sic superbus odit alterum, inquantùm surripit sibi singularem excellētiam, quam cupit, & auarus auarum, inquantùm arripit sibi lucrum, quod desiderat. Secundum, vt enucleatius disseramus de statu mundi, quem intelligit Christus, a nobis statui Clericorum sæcularium applicato, vt omnis erroris tollatur suspicio. Duplex electio fidelium, vna æterna, quæ est idem, ꝙ prædestinatio Diuina, & hæc electio Apostolorum, & fidelium est à solo Deo ex mera liberalitate, quæ pōt omni statui Regulari, & sæculari conuenire, iuxtà illud: Crediderunt quotquot erant prę̨ordinati ad vitam æternam: alia est temporalis, s. vocatio ad gratiam, & Apostolatū: & ista est primæ effectus: quos prædestinauit, hos vocauit, & sic Apostoli electi sunt à Chr̄o tempore gratiæ. Hæc autem Vocatio, & Electio secunda pōt includere tùm vocationem ad fidem, tùm ad Dignitatē, vt in vocatione Pauli. Vocatus. n. fuit tùm, vt esset Christianus, ꝙ factum est per baptismum, tùm ad Apostolatum, prout dixit Dominus Ananiæ: Vas Electionis est mihi, vt portet nomē meum coràm Regibus, &c. Cū verò Chr̄s dixit Discipulis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, Innuit primò, vt Amorem suum confirmaret erga Discipulos argumento, ꝙ non prior ab illis amatus amaret, sed è contra: secundò, vt

Aug. *D. Tho.* *Arist.* *Act. 13.* *Rom. 8.* *Act. 9*

vt præueniat homines suam salutem, procurantes, quamuis socordes, & huic operi inconsideratos, sicut ipsi piscantes, & reficientes, vel lauantes retia, vocati sunt à Chro: tertiò, ne superbirent nimia lætitia perfusi ob tàm immensum beneficium ascribendi sibi eos in Amicos: quartò, vt indicaret eis, non ab eorum voluntate authoritatem pendere illis datam, sed à Chro; non vos, inquiens, me elegistis, vt Populus Ducem, & Regem, sed ego vobis authoritatē dedi: Electio autem hæc variè à sacris Doctoribus declaratur. Aug. ibidem, & Latini ferè omnes de Prędestinatione loqui dicunt Chrm, & inde eā non in nobis habere cām, alioquin nos ipsi eligeremus. At multi Patres de Electione ad Apostolatum declarant, vt eatis, & fructum afferatis, q̃ proprium est Apostolorum officium, & eos imitantium, sicut Ioan. 7. Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus est? nimirum si de Prædestinatione locutus fuisset, vnus non fuisset Diabolus: non.n. pōt, qui prædestinatus est, Diabolus esse, vel fieri finaliter, & sicut Lucę 6. vocatis discipulis, duodecim elegit ex ipsis, ita Chrysostomus, Cirillus, testificatur & Euthymius eo loci: at quēadmodū Apostolos, ita prædestinatos oēs eligit: itaque si nulla in Apostolis cā præcessit electionis suę, vt suprà in motiuis, ex quib. dixit Iesus; Ego elegi vos, dictum est, neq. in prædestinatis Prædestinationis erit: si Prædestinatio præparatio gloriæ diffiniatur, vt maior pars veterum Authorum diffiniunt, non eandem Prædestinationis, & electionis Apostolorum causam esse concedendum est. Nam Apostoli electionem suam non meruerunt: Prædestinati verò vitam æternam mereri possunt: si autem diffiniatur gratiæ præparatio, vt Aug. eadem quidem vtriusq. rō est. Sed, quamuis Apostoli suam non meruerint Electionem, tñ certè aliqua in ipsis causa fuit: nam si noluissent, electi vtique non fuissent, & fortasse quidem, antequam eligerentur, aliquid in illis erat, non quidem meriti, sed quam ob rem ipsi potius, quàm alij, electi sunt; q̃ si etiam Chrs ibi permanet in similitudine Vineæ, eo modo dicit: ego elegi vos: quemadmodum Agricolæ solent, cum Vineam plantare volunt, optimas quasq; & generosissimas Vites eligere: sanè Moses multoties recusauit Electionem Legationis, vltimò tamē libenter volens accepit, & in eo ipso, q̃ animosè occidit Aegyptiū iniustè opprimentem fratrem suum, Aug. dicit, quamuis putauerit alibi, i. in vita Patriarcharum aduersus Faustum, occisionem fuisse

August. *Io. 7.* *Chrys.* *Ciril.* *Euth.* *D. Aug.* *Aug.*

iniustam, q̄ extrà authoritatem, q̄ posuit semina futuræ culturæ, i. Præfecturæ, & Ducatus Populi, quemadmodum terra filicem habens, quamuis eradicandam, culturæ se præparat ad vitem feraciter producendam: & collis oleastris syluescens dispositum inde se præbet ad oliuas arbores excolendas: quemadmodum & animositas Petri in percutiendo gladio seruum, amore Domini incensi: resecanda quidem erat, q̄ prohibita gladij offensio, sed tàm magni cor tanq̄ terra frugibus, ita serendis virtutibus excolendum erat: multò magis cum q̄nibus in Exodum illam generositatem absq. peccato actā Aug. deliberauerit, quippequi, vt Stephanus in Actib. dicit, putauit tùm Moses intelligere fratres suos, quòd per illum Deus daret illis salutem: pôt ergo dispositio aliqua esse, vel moralis, vel virtuosa ad opus Electionis præcipuè Dignitatis, & excellētiæ peragendum in aliquo: fortaisse ex arte piscatoria Apostolorum oc

Matt.4. casionem accepit Christus dicendi: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: quod multam cum conuersione animarū

Hier.16 affinitatē hēat: mittā piscatores multos: præsertim cū est absq. peccato: nam vires hoīum ita promptè, & efficaciter ad aliqua obeunda proficiunt, quæ vel cū peccato, vel simpliciter in more fiunt p̄p humana: multò magis eradicato peccato eędē ad bona, & p̄p Deū opera facienda fortiores euadent, mutabunt fortitudinē, assumēt pennas, inquit Isaias: ex his omnib. manifestum fit, q̄ ille status medius, dum de Mundo ēt dr̄, tm̄ dignitate Apostolorū, & Canonic. Regularium cedit, vt non à prædestinatione, & fide, & statu salutis decedat eo, quia proprium habet, quod Canonicatus accipit, quia vitam laxiorem viuit, nisi à primo statu perfectionis, quam professus fuerat per Apostasiam abscesserit. Clerici ergo primi fuere Apostoli, & Discipuli septuaginta duo, & qui ab eis Leuitæ promoti leguntur, qui deinde Episcopos, & Presbyteros in singulis ciuitatib. ordinauerunt. Subdiaconos verò, & Acolythos cum alijs Ministris Ecclesia sibi postea constituit, quorum gradus, & nomina paulò ēt post seriatim distinxit. Ostiariorum, videlicet, Psalmistarum, Lectorum, Exorcistarum, Acolythorum, Subdiaconorum, Diaconorum, Presbyterorum, & Episcoporum. Hi omnes Ministri fuerunt Sanctorum Canonum (veri vtiq. Canonici) & Pontificalium Decretorum Doctores Sanctissimi: quorum Institutio est in veteri testamento inchoata, & in nouo plenius consumata. Nam Ordo huius-

modi

modi Canonicus à Leuitis cæpit, qui seruiebant Templo, quem propterea Tribus Leuiticæ in Ecclesia locum tenere, & Apostolicæ Dignitatis iura seruare, & officia gerere, nemo sanè sapiens (inquit Damianus) vnquam dubitauit. Habentur hæc omnia ex principio dist.21.& c.seq.& dist.93.c.A Subdiacono: præmisimus supra B.Petrum fuisse primum Clericum,& vnde dicti sint Clerici. Quòd aũt hi omnes Ministri fuerint Sanctorum Canonum, patet: Nam habemus Canones Apostolorum, habemus Clementis, Vrbani, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Prosperi, & aliorum, si Ministri Sanctorum Canonum nimirum, & Canonici, hoc est, Regulares,& eorum primi regulatores Obseruatores, quod probat Clemens c dilectissimis.probat Vrbanus,c.scimus,12.q.1.probant Ibidem oẽs.Alexandrinus in suo apparatu dist.44.c.1.dicit,ꝙ licet in primitiua Ecclesia essent Clerici cõiter viuentes,tamen nõ erãt Regulares,quia hoc nomen in vsu non erat.Sed rñdeat,quare postea dicti sunt Regulares?Non ne quia,ipsis perseuerãtibus in vita cõi, superuenere alij eam prorsus relinquentes,Genus biforme,seu permixtum,de quibus supra disseruimus?Dicere similiter potuisset de Angelis bonis,ꝙ quamuis principio fuissent stabiles, tamẽ nõ erãt boni,cum hoc nomine non fuerint nuncupati, nisi post instabilitatem illorum,qua vtrique boni,& mali discreti sunt. An non Regulares Apostoli?An non Clemens cum Iacobo,& Clericis omnibus Hierosolymitanis?Vide,quid testetur de omnibus Clemens ipse d. c.dilectiss.Quis negat Augustinum fuisse Regularem,siue Canonicum cũ suis Clericis? & tñ nec suo tp̃e audiebantur hæc nomina. Erant re ipsa oẽs Regulares,siue Canonici, siue accipias hoc nomẽ Regulares pro professis,vt in tit.sup.de Reg. cum ex præmissa Doctrina B. Thomæ ẽt Apostoli professi fuerint. Repete quæ scripsimus suprà expressius,seu intelligas vtrumq. nomen pro seruantib. Apostolorum Regulam,& Ordinem. Ab ipsa ergo re hi Clerici per tp̃a,& Canonici,& Regulares compellati fuere. Nam sicuti Angeli boni oẽs natura,vt p̃misimus ex sententia Augustini, creati sunt; ita Clerici in suis initijs omnes Regulares, seu Canonici procreati extitere. Quamuis ea nomina bonorum,& Regularnũ, seu Canonicorum in ipsis initijs non audirentur. Neq.n ex mutatione nominis mutatur rei essentia, alioquin Populus Castellanus, q̃ nunc dr̃, non esset idem, qui Tiphernas antiquitus appellabat: & Imolẽsis,

Dam. *Clem.* *Vrb.* *Hier.* *Ambr.* *Aug.* *Prosp.* *Clem.* *Vrb.* *Clem.* *B. Tho.* *Aug.*

qui

qui olim Forocornelienſis. Et in ipſis quoque ſupernis Flaminibus ſunt per tẽpa adinuenta noua noĩa: Imò (quod maius eſt) & ipſius Dei Opt. Max. multiplici quotidie nuncupatione vtimur, abſq. tñ pręiudicio Diuinæ eſſentiæ. Rem ergo magis perpendere debemus, ne videamur in re cõuenire, & in noĩe diſſidere, quod olim inter Stoycos, & Peripateticos ridiculè exploſum eſt. Nam & eò magis huc cõuenire debemus, quò nomen cõmodius deriuamus ex ipſa re, cui cõſonum eſſe dignoſcitur. ar. diſt. 21. c. Cleros. cum cęteris iurib. iſthuc ſpectantib. ſuprà allegatis. Verba. n. deſeruiunt rebus, nõ res verbis: præfertur. n. intentio verbis c. Marchion. 1. q. 1. Si itaque erant in primitiua Eccleſia cõiter viuentes, & ſequebantur Regulam Apoſtolorum ſub propriorum abdicatione, vt d. c. Dilectiſs. 12. q. 1. & c. Scimus, & c. Videntes. ea. q. hinc erant re ipſa Regulares, quippeq; ex ea cõitatis Regularitate perficiebantur, quod notauimus ſuprà, pro

B. Tho. ſnĩa B. Thomæ. Propria. n. temnere, & facultates Eccleſiæ ĩ cõi poſſidere, ad ꝑfectionem maximè pertinet, c. expedit. 12. q. 1. & Card. in Sum. 17. q. 1. Quòd autem Ordo hmõi Canonicus incęperit à Leuitis, & in Eccleſia eorum locum teneat, & Apoſtoli ẽt iura ſeruet, ex

Dam. Damiano, ſententia hæc eſt Ioannis de Deo collaudati à Io. Andr.

Ioan. de Deo. in proęmio Clementinarum. Vide eius Codicem de diſpenſatione in q. cum totum Regimen: & totum legitur in Regula præmiſſa Damiana pro Canonicis cap. 1. primi libri. A Leuitis quidem intelliguntur Canonicos Regulares procedere, quæ dicuntur ab his, nõ

Dam. à Nazaræis, vt dictum eſt ſuprà. Sumpſerat. n hoc Damianus ex Hieronymo ad Ruſticum, qui inquit; Et vt ad nr̃a tempora veniamus: Epĩ, Presbyteri, & Clerici hẽant ad exemplum Apoſtolorũ uiros,

Grat. quorum honorem poſſidẽtes hr̃e nitantur, & eorum propoſiti Clericalis initium. Gratianus in c. illi. 12. q. 1. ſcribit hoc idem de Clericis Regul. Neceſſe eſt ergo (ait) vt eorum ſequantur vitam, quorũ in Eccleſia gradum adminiſtrant. Hanc fęcundiſſimam familię Pro

Aug. Pſ. 44. Vrb. lem oſtendit Aug. ſuper illud Pſalmi: pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: Et ab Vrbano allegatur: diſt. 68. cap. quorum vices. Inſtitutum aũt horum Canonicorum Generale fuit in primitiua Eccleſia, pro fiteri tria eſſentialia ſub vita cõi. Nec refert, ſi alio modo tunc, vel ſub alio illorum noĩe, q̃ vſus Modernus ſit, cum & ille, quicunq. eſſet Eccleſiæ, ẽt tùm probarẽtur, illiq; ſemper nihilominus ijdem eſſentialiter Regulares fuerint. Durauitq; perpetuò ab Apoſtolis ad

hæc

hæc nostra tempora, relaxatum sæpenumero ab ea prioris vitæ districtione, sed desitum nunquam. Et licet multoties reformatum, eam tamen primogeniam naturam hactenus conseruauit, à Christo in selectis Apostolis originatam, nec speciem immutauit: Genus, videlicet, electum, Regale Sacerdotium. Examinanda aũt sũt, quæ dicimus sigillatim, professionem trium votorum intellige, ex doctrina B. Tho. & Petri de Palude, vbi suprà, super quarto, dist. 38. *B. Tho.*
Istius consuetudinis more retento etiam Apostoli, eorumq; Disci- *Petr. de*
puli vnà nobiscum, & vobiscum cõem vitam duxerant: Scribit B. *Pal.*
Clemens Clericis Hierosolymitanis; Et infrà: Quapropter præcipi- *B. Clem.*
mus, quatenus ab Apostolicis Regulis non recedatis, cõem vitam ducentes, 12. q. 1. c. dilectissimis, & c. scimus. Diuus Vrbanus ille se- *Vrb.*
nior, ad quem sponsum suum destinauerat Cæcilia. Scimus (ait) vos non ignorare, quòd hactenus vita cõis inter omnes Christianos viguit, & adhuc viget, maximè inter eos, qui in sortem Dñi vocati sunt, idest Clericos. Durauit ergo ab Apostolis vsque ad sua tẽpora hoc Institutum per annos circiter 200. illius Apostolicæ consuetudinis more retento, vitæ, videlicet, communis sub propriorũ abdicatione. c. verò Videntes ea. q. Vrbanus idem, pro eo instituto, *Vrb.*
etiam perpetuò cauit de facultatibus Ecclesiæ pro indigentibus, & vitam cõmunem ducentibus iuxtà eas Regulas Apostolicas. Pro cuius Decreti obseruatione exustus subinde Laurentius, dum eas Ecclesiæ facultates Decio prodere recusat, vt infrà: quod & refertur de Tito Diacono pauperibus Romæ distribuente pecunias, ꝓpterea interfecto sub Celestino I. Anno salutari 429. Vide Prospe- *Cæl. I.*
rum de Temporibus. Non defuere item extremis propè tpibus *Prosp.*
eiusdem Ordinis Canonici, & Propositi duo Thomæ (nã & Laurẽtium, & Titum huic Ordini pariter ascribimus) Qui sanguinem potius, & animam, vt illi, q̃ bona, & Iura Ecclesiæ profundere maluerunt: Ex quibus alterius qui fuerat Canonicus professus, & Prior in Abbatia S. Victoris Parisini Epi Cantuariensis diem festum cele- *Clem.*
bramus, quo passus est. Sed, quòd hoc Decretum Clementis, & Vr- *Vrb.*
bani maximè viguerit sub persecutionibus, fidem facit Hieron. *Hieron.*
de captiuo Monacho; Qui propterea ne Sanctissimum Institutum prorsus exolesceret, ad Nepotianum librum addidit, mores omnes Clericales pro hac Apostolica Regula complexus, vbi de se præ cæteris scribit. Si ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius,

non

tio fuit sub interminatione, vt viderent quantum mali sit recedere à proposito, & num possent sic consequi æternæ fœlicitatis hæreditatem: iussitq; eis, vt de bonis suis seorsum ab Ecclesia viuerent. Et aduerte, quod Sermo hic inscribitur de cõi Vita Cler. qui æditus est pro eam seruantibus, non pro inobseruantibus. Qui seruabant, degebant in Ecclesia cum Augustino in cõi viuentes de bonis Ecclesiæ, quæ res pertinet ad perfectionem, vt innuit B. Prosper ibi, c. expedit. Qui verò non seruabant, seorsum manebant ab Ecclesia, & de proprijs victitabant. Non fuit ergo statutum (quod Abbas inficiatur) vt quisquis Clericus ex hoc capitulo certè possideret propria: quod & exponit D. Tho. contrà Impugn. Relig. dicens: quòd, quamuis Augustinus reuocauerit hoc interdictum, quod fecerat d. c. vt nullus Clericus esset, nisi sine proprio viueret; non tñ propriè reuocauit, quin illi essent Clerici, qui sine proprio viuebant. Vides q̃ rectè impugnatur dictum Abbatis. Nam sp fuere Clerici seruantes hoc Institutum Apostolicum. Etsi non defuerint sp (vt reor) occulti prȩuaricatores: quibus demum permissum est ad euitandum Hyppochrisim, vt, qui ex Clericis nollent bonis suis cedere, ea sibi retinerent, & de illis viuerent. Et propterea factæ sunt distinctiones illæ Clericorum, de quibus suprà disseruimus, & Reformationes pro seruãtibus, quarum hanc sub præmissis Ecclesiæ Doctoribus primam esse contendimus post persecutiones. Nec Alexandrinus in dicta suprà dist. 44. c. 1. satis probat, quod asserit, præsuppositis diuersis distinctionibus Christianorum, singulos Clericos, & Laicos secundo loco cȩpisse per se sua retinere, pro quo allegat c. sint manifeste, 12. q. 1. quod Glos. præcisè deducit contrà Gratianum in principio eius tituli: dicens, eos tm̃ propria possedisse, qui proprijs non renunciassent: Et sic regeritur cõtrà Alexandrinum per ipsummet c. fuisse, qui renunciassent. Quod cum cap. illud sit Canon Apostolorum, non aduertit stare contra se tot Decreta: primum Clementis, qui fuit eius tpis, & Discipulus B. Petri, & cuius interpraetationi præ cȩteris fides abhibenda est; & dehinc Vrbani ex d. c. dilectiss. & c. scimus, & c. videntes, allegato ẽt per Abbatem dicto loco, de præb. aduersus suam sñiam. Quòd ad Reformationem attinet, in sequentibus differemus: originatam autem diximus à Christo in Apostolos, vnde Anacletus: in nouo Testamento post Christũ Dominum à Petro Sacerdotalis cȩpit Ordo, quia ipsi primò in Eccle-

Aug. *B. Pros.* *Abb.* *D. Tho.* *Alex.* *Glos.* *Clem.* *Vrb.* *Abb.*

ſia Chriſti datus eſt. Hinc in Ration. Diu. Offic. Petrus Clericus primus dr̄, quod ſuprà etiam innuimus. Vide c. in nouo; & ſeq. diſt. 21. Vbi dr̄: hanc eandem formam Apoſtoli ſecuti in ſingulis Ciuitatib. Epiſcopos, & Presbyteros ordinauerunt, & Leuitas; & in ſubſequēti deſcribuntur omnes hmōi Clericorum gradus, de quibus ſuprà. B. Iuo Carnothenſis Epiſcopus ſcribit, Saluatorem non Laicis perſonis, ſed ſolis Diſcipulis ſuis Sacra ſui Corporis, & Sanguinis cōmiſiſſe celebranda. Qui, cum Sacerdotium vetus transferre vellet in nouum, præcepit eiſdem, vt ſibi Paſcha pararent in Cęnaculo. Vbi ipſe manifeſtè nouo functus Sacerdotio, eos huius Sacerdotij conſtituit ſucceſſores, quibus, poſt miniſtratam Euchariſtiam, præcepit, vt id facerent in ſui commemorationem. Chriſtus. n. Dominus, quandiù fuit inter mortales, Sacerdos fuit vnà, & ſacrificium ſub obedientia Patris. Fuit igitur à Chriſto electus hic primus Apoſtolorum Cętus, quibus dixit, vt ſuprà: Nō vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, qui in nouiſſima cęna conſecratur ſub prima conſecrationis ſynaxi: Gloſ. d. c. in nouo, & Gloſ. c. in Chriſto. 1. de Conſecr. diſt. 2. Vbi aduerte in ipſa ſynaxi, dum Chriſtus nouo perfungitur Sacerdotio, Cœnaculum pro Templo, Menſam pro Altare, & illos antè conſecrationem pro ſimpliciter Miniſtris Leuitarum loco habuiſſe, quos præmiſerat, vt pararent Cœnaculum pro ipſo ſacrificio. Et ipſe (inquit) oſtendet vobis Cœnaculum grande ſtratum, ibi parate, & diſt. 93. c. Diaconi, vltimo dicitur: Leuitæ componunt menſam, & Leuitæ Sacerdotibus, cum Sacra benedicunt, aſſiſtunt. Amplius dicimus, quòd nec ſpeciem immutauit. In Reformatione. n. non mutatur ſpecies: Vide DD. ſuper c. relatum, extrà ne Cler. vel Monac. in verbo reformari. Nam Reformatio nihil aliud eſt, niſi collapſorum reparatio ad priſtinam formam. Pro qua Aug. adeo deſudauit in Clericis, quatenus occultè collapſi à Regulis Apoſtolorum, pro ſententia Abbatis, reformarentur in priſtinum ſtatum. Et ne tàm facilis lapſus in poſterum pateret, fabricauit eis Monaſteria, opuſcula ædidit, imitatus Hieronymum, de moribus, & vita eorum, quæ non faciunt nouam ſpeciem, vt inficiantur nonnulli, ſed reparāt antiquam in Apoſtolis inſtitutam, ſicuti fit de quibuſcunque alijs Reformationibus, d. c. relatum, & c. cum ad Monaſteria, de ſtatu Regul. & de eodem in 6. & Clem. pro quo facit ēt c. de lapſis, 16. q. 6. & c. ſicut nobis, de Reg. & alia plura. Huc adde, quòd

Rat. diu. offic. *B. Iuo.* *Gloſ.* *Gloſ.* *Luc. 22.* *Mar. 14.* *Auguſ.* *Abb.*

Ius Vniuersitatis cōseruatur nedum in paucis, sed ēt in vno l. sicut, §. fin. ff. quod cuiusque vni. Ius ergo propositi huius Clericorum Regularium ab Apostolis citrà sp conseruatum, nusquam desijt: Esto, quod præuaricatores per tempora fuerint, qui prius occultè propria possidebant, vt inquit Abb. Nam si generale in oībus hoc vitium reperisset, non fuisset opus, vt occultè notaretur ab Abbate. Non potest. n. esse occultum, quod vniuersaliter omnibus ratū est. At prius hoc propositum sub persecutionibus ad sanguinē vsq. defensatum, vt præmisimus, post persecutiones tot mox Clericos Sanctissimos Doctores Patrocinatores habuit in hūc diem, vt nullus iam dubitare possit absque vlla interpellatione ab eo suo exordio hactenus perpetuò viguisse. Quorum Habitus essentialis semper fuit vestis linea, quæ fuerat prius Leuitarū, & Ministrorū Tēpli in Veteri Instro. Et hanc Tunicam lineam, seu Togam, Superpelliceum, Collobium, Camisiam Romanam, Cottam, & Rochetum, per tpa (vt fit) vocari reperio. Birrum etiam pro vestimento superiori, pro Cappis, Mātellis, Rotondellis, & Elochijs talaribus lego, & hunc cęteris cum Indumentis tàm extrinsecus, q̄ intrinsecus fuisse diuersi coloris, albi, blaui, nigri, seu quasi nigri, grisæi, & mixti: Quibus & Cappa rubea promotis dumtaxàt ad Doctoratum aliqū concessa fuit. Capitia item deferebant, & Almutias, & has laneas de panno, siue de pellibus albis, nigris, & grisæis iuxtà omniū vbiq. diuersos ritus. Pro quibus etiam alicubi induebant Cappas amplas, & humiliores, & Superpellicea pariter, vel magis arcta, vel magis tēsa: Obtinueratq; interim vsus, vt Almutijs extrà Ecclesias, & Monasteria, de panno, intus verò de pellibus modestius vterentur. Pro quibus magis placuit plerisque Scapulare vti, Claustralis Sanctitatis Insigne, quos & æmulantur nonnulli ex recentioribus. Habitus in Religiosis dr̄ essentialis, per quem quilibet dignoscitur esse professus alicuius Ordinis, qui datur in professione, c. eos qui, in Clem. de stat. Reg. Vide ibi Clemen. 1. de elect. Io. And. in verbo Habitus; qui differit de substantia Habitus Canonici consistente in veste tm̄ linea: Et ibi de stat. Monac. In Monachis Habitum essentialem nuncupat Cucullam, & Floccum, singula tm̄ per se. Est & Habitus alter nō essentialis, essentiali verò interior, siue exterior. In quo dicit eadem Clem. 1. Io. Andr. variare Canonicos pro colore. Sed si benè aduertatur, in eo longè magis hodie variant Monachi, qui-

Abb.

Io. An.

Io. An.

nimò variant etiam longius in vtroque, & pro formâ,& pro colore. Cum Canonici vnica dumtaxàt perfruantur veste linea alba pro essentiali,hi autem tres habeãt sub diuerso colore,Nigro videlicet,
Io. An. & Albo,& Grisæo,& mixto:Et,vt ait Io.Andr. prout sibi placet de Cisterciensibus locutus:lege loca præmissa, & dispicies formas varias,& colores vtriusq.Habitus Monachalis. Vbi quoque aduerte nullos Regulatores circumscripsisse vestes sub certo colore,sed ne-
Basil. que sub certa forma. Basilius Manforium nominauit in operibus.
Bened. Benedictus designauit Cucullam,sed neuter de colore, aut forma aliquid constituit. Laudant eas Vestes, quæ vilius comparant. Nã de colore,aut crassitudine nõ causentur(ait Benedictus) Monachi.
Bened. Meliores tamen hr̃e voluit, qui in publicum quandoq. ad oppida
Basil. declinarent,pro eo dumtaxàt itinere. Basilius item ad Gregorium Nazianzenum: Tunica(inquit)ipsa cingulo sit astricta corpori. Erit autem is cingendi modus,vt nõ suprà lumbos,& latera cingamur, quod esset profectò muliebre,neq. rursum ita sinuatè, & molliter, vt vestes defluant,quod & ipsum lasciuiam argueret, & infrà. Neq. verò in colore flos,neque in præparatione tenuitas, atq. mollities diligenda,quin ea debeat esse Crassitudine Tunica,vt ad calefaciẽ-
Augus. dum consorte non indigeat. Augustinus, Birrum, & vestem lineam iussit Clericos suos secum habere communem,decentem tamẽ,nõ preciosam,notabilem vbiq.detestatus est, quam fortè sibi oblatã, vt Ep̃o decentiorem,vendebat,quatenus ea, quæ cõis esse nõ posset,eius precium fieret commune. Vestes autem Aaron, & totius
Hieron. Ordinis Leuitici,scribit Hier.ad Pauli.Spirant cœlestia Sacramen-
Exo.28. ta,Exod.c.28.Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis, vestiesque
Luc.17. his omnib.Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo. Et Leuitici
1.Rc.22 17.c.Inducturq; stola linea,& vestib.sanctis.lib.1.Reg.c.22. Truci-
Ezec. 9. dãtur octoginta quinque Sacerdotes vestiti ephod lineo. Ezechie-
Dan.10. lis. 9. c. Apparuit vir indutus lineis; & idem Daniel 10 c. Hic ergo Ordo Leuiticus suas Vestes seruauit ẽt in nouo Testamento. In quo Chr̃s quoq. tunicam lineam induisse volunt, veste inconsutili contexta per totum:ferunt & Apostolos ea vsos,& ꝓpea à Genti-
Egesip. libus appellatos Viros dealbatos: sed & Egesyppus de Iacobo fratre Domini testatus est,ꝙ tantum lineis induisset.His induebantur Monachi illi sub eo nomine primi apud Aegyptum ex Clericis con
Cassian. gregati,quos Cassianus c.5.primi lib.de instit.renunc. refert collo-

bijs

bijs lineis amictos. In ea stola Leuitici, quæ suprà, Iuuenis sedet ad sepulchrum Dominicum Marci c.16. Cuius vestimentum notatur *Mar. 16.* à Matthæo Album, sicut nix c.28. Et Maria Magdalene apud Ioan. *Mat. 28* 20. c. Vidit duos Angelos in albis sedentes. Actuum verò 1. c. Duo *Io. 20.* Viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis. Exo. 10. c. Ecce vir stetit *Act. 1.* coràm me in veste candida. Item quoq. Dominus glorificatus in *Exo. 10* monte sese exhibuit Discipulorum oculis in Vestimentis Albis. In *Apo. 3.* Apocalypsi: Ambulabunt mecum in Albis, amicti stolis albis. Et p.pea Nazaræi eius, i. Leuitæ facti sunt candidiores niue, nitidiores lacte. Nam huic Ordini Leuitico, & Clericali vestimenta hæc deputata fuerant in mortificationem, & munditiam Carnis, de quibus Cassianus d.c.5. & Eccl.9. Quæ autem dantur nuper baptizatis, so *Cassian.* lam munditiem signant. De consecr. dist.4. c. post baptismum; & se- *Eccl. 19.* quenti. Vnde dictum est Sabbatum in Albis. Augustinus verò in ser *D. Aug.* mone de com. vit. Cleric. Tunicam lineam appellat, iuxtà illud sup. Exodi; Tunicas lineas parabis. Nemo (ait Aug.) birrum, siue tunicam lineam, nisi in cõe, & de communi accipiat. Et nolo (inquit) vt talis mihi offerat sanctitas vestra, quibus ego solus decentius vtar. Talem volo habere, qualem potest habere Presbyter, qualem põt habere decenter Diaconus, & Subdiaconus. Vides Augustinũ Epm eadem veste linea fretum cum suis Clericis absq. vllo discrimine. Nec verum est hanc eum primùm suis Clericis Regularib. dedisse, quod aliqui malè sentiunt. Nam à principio vsque, vt præmissum est, Clericis oĩb. fuit cõis. Quod probat quoq. Hieron. de eorũ *Hier.* morib. scribens ad Nepotianum. Non absq. (inquit) amictu lineo procedere, sed vestium linearum prçcium nõ habere laudabile est; & ad Oceanum: Non vestis terrena (inquit) Clericum facit, aut Sacerdotem, sed castæ mentis intentio. Togam autem sic denominauit Io. And. vbi sup. Clem. 1. de Elect. quam vr̃ attestari esse propriũ *Io. An.* Habitum essentialem Canonicorum Reg. Et quamuis innuat inter eos magnam diuersitatem pro reliquis vestimentis, nihil tamen referre concludit, cum in essentiali hac omnes concordent. De Sup- *Glos.* pelliceo habes in Glos. c. Nullus. 21. q. 4. pro quo exponitur ibi stola. Habes & in Constitutionibus Benedicti Papæ XII. pro Canoni- *Ben. 12.* cis Regularibus. c. de forma, & honestate Habitus, & Vestimentorum, vbi etiam mentio est de Rochetis, & Camisijs Romanis: quas asserit Ioan. de Nigra Valle Bibliothecarius Apostolicus dari oĩb. *Ioan. de Ni. val.*

Epis in eorum Consecratione pro Habitu in signum suæ professionis:sed adde tu,carentibus alio Habitu alterius professionis. Nā nullis professis Religiosis datur creatis Episcopis, præterquam Canonicis Regularibus,quorum peculiaris est. Id quod facit indiciū, Cathedrales olim omnes Ecclesias fuisse Regulares, & hos Canonicos earumdem Clericos extitisse,quarum professionis Habitum adhuc retinent extra eas. De Superpelliceo quoque pro hoc Habitu

Archi. innuit Archiepiscopus in 2.parte 3.partis.c.3 Ambrosius refert ad-

Ambr. inuenisse corpora beatorum Martyrum Geruasij, & Prothasij sub collobij amictus genere inuoluta,& nomine,vt agnoscas etiā Sanctos Martyres meritò dignatos à Christianis hac sacra veste. Et, ꝙ

Cassian. Collobium hoc esset lineum,fidem facit Cassianus,vbi sup. de illis

Gratian. Clericis Aegyptijs Monachis primis.Gratianus.c.Perlatum.§.è cōtra.19.q.3.dicit,Paulum primum Eremitam in testamento Collobium legasse Athanasio Episcopo Alexandrino,quod reprobat ex-

Hier. presè Hieronymus in eius vita, dum scribit decessisse intestatum. Hieronymus autem erat Infans temporibus Athanasij,quò magis ipsi credas,quàm Gratiano.Non negauerim tamen Collobium vestem fuisse communem,apud Romanos sic appellatam, quòd Manicis careat,& hanc vsurpasse plerosq; Monachos etiam ex eo genere,qui laici erant,sed hi tantum laneam. Neque enim lineis vnquā vsi sunt,nisi in illis primordijs,vt præmissum, cum etiam Clerici essent.Saccis tamen plures vel laici pro cilicijs adoperti membra leguntur,vt de Hilarione scribit Hieronymus, quem & ipse æmula-

Hieron. tus est, sub illa vasta solitudine, quæ horridum (inquit) Monachis habitaculum præstat. Et Niniuitas prius his vsos cum suo

Io.3. Rege prædicat Ionas cap.tertio.Quatenus ex ea pœnitentia Deum sibi propitiarentur. Visi sunt etiam Canonici Eugubini, antequam eorum Cathedralis deformaretur, eo perpetuo Collobio absq.manicis amicti; & alij adhuc continuant apud Tiphernates.

Pet.Da. Petrus Damianus in Regula sua pręmissa Can.Reg.c.21.2.libri decernit Cottas lineas binas singulis Canonicis, quod nomen demū

Aug. resedit apud Clericos sæculares tm̄.Birrum nuncupauit August.in Sermone de Cōi Vita Cler.& est vestimenti Genus,quo cętera oīa cooperiuntur,inuentum,vt ferunt,primum à Gallis, quod Nostri

Io. An. Cappam dixerunt.Ducitur.n.Cappa,si Io.Andr.credimus, Clem. 1.de stat.Monach.à verbo capio,quòd infrà se capiat reliquas alias

vestes

vestes, seu totum hominem; siue à capite, cum & caput contegar. De Birris mentio est dist. 30. c. si quis 12. De Cappis aūt, Mantellis, Rotondellis, & Elochijs talaribus scribit Benedictus XII. in Cōstitutionibus præmissis. Sunt tñ harum vestium pleræque cōes etiam Monachis: super quibus idem Io. Andr. plura in dicta mox Clem. 1. de stat. Monac. De ijs, albo, nigro, blauo, & varijs coloribus idem Benedictus XII & Io. Andr. Clement. 1. Cappam Rubeam Benedictus XII. decreuit Doctoribus in illis Constitutionibus c. de pensione studentium. Vnde D. Tho. contrà Impug. Relig. c. 2. Sicut perfectioni (inquit) nihil deperit, si Sacerdos suprà Diaconum sedeat, & sericis ornetur vestibus, ita non obstat perfectioni, si quis Magistratibus insignibus vtatur. Hinc aduertere potes eas Constitutiones non fuisse ex ea Reformatione, q̄ Aug. sibi, & suis designauit, vt suprà Birrum cōem, quem vnà cum Tunica linea accipiebat de cōi, nec meliorem, nec decentiorem, q̄ sumeret suus Subdiaconus. In eius namque sodalitio inferiores erant Subdiaconi. De Capitijs, seu Caputijs habes pariter in illis Constitutionibus Benedicti XII. Io. And. in d. Clem. 1. de stat. Monac. facit drīam inter Rotondellos, & Cappas, q̄ illi non habent Capitium appensum, sicut istę. Et de Flocco, & de Cuculla pariter exponit, quid inter eos intersit, Floccum appellans cum Manicis, quibus caret Cuculla. Ex Regula illa Damiana consignantur singulis Canonicis Regularibus Almutiæ singulæ, s. pelles Agninæ, & singulæ Cappæ nullo carū circumscripto colore, præmisit tñ vestimenta eorum esse debere, quæ nec nimio decore, nec insolita vilitate Can. Habitū dehonestēt, q̄ vr̄ excerptum ex August. super Matt. c. 6. Vbi dixit: non in solo rerū corporearum nitore, atque pompa, sed in ipsis quoq. sordibus luctuosis esse posse iactantiam, & cò periculosiorem, quò sub noīe seruitutis Dei decipit. Vnde in Regula: Non sit (inquit) notabilis Habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus: q̄ quidem ipse faciebat, dum non alium indueret, q̄ decenter haberet Diaconus, & Subdiaconus suus, vt suprà. Benedictus magis laudat has Almutias de panno, q̄ de pellibus, & præsertim extrà Monasterium. Canonici Regulares, qui appellantur S. Marci, dicunt in ea sua Reformatione Mantuana, qua in libris Cameræ Apostolicæ Congregationis S. Marci de Mantua nominabantur, accepisse olim Scapulare Almutiarum loco, qñ sæculares Clerici Canonicatus quotidie occu-

Ben. 12
Io. An.
Ben. 12.
Io. An.
D. Tho.
Aug.
Ben. 12.
Io. An.
Pet. Da.
Aug.
Bened.

occupantes,eas quoq.pelliceas,& de panno inde sibi sumpserunt, quatenus sub eo Claustrales non sæculares dignoscerentur.Scapulare in Monachis, vti præmisimus, est Habitus essentialis perinde vt Cuculla, & Floccus, etsi de Flocco nulla mentio in eorum Regula est;vt dicit Io.And.in Clem.1.de stat.Monac.secus verò in Canonicis attestante eodem,vt suprà Clem.1. de Elect. Et vtrobique scribit de Cappa, quæ cōis est vtrisq.pro Habitu non essentiali. Est ergo pro simplici,vt Scapulare in Canonicis Regularibus,& Almutiæ,quibus Monachi quoq.vtebantur,vt ibidem constat de sta.Monach.Cappę etiam meminit Io.And.in Can.Reg.super c.innotuit, extrà de Elect. Claustrale aūt Scapulare datum fuit Monachis eo, ꝙ illo non vtebantur,nisi intrà Claustra Monasterij vice Flocci,aut Cucullæ,quò expeditiores redderentur ad labores. Vnde Benedictus dixit,vt suprà,ꝑ opera,quod puto,Mansorium appellatur in operibus eisdem à Basilio. Recentiores tandem æmulati sunt Scapulare, in quibus designantur Canonici Regulares Saluatoris, de quibus infrà. Nam & hi acceperunt Cappam, & Scapulare super Rocheto à Gregorio XII.& Martino V.quod patet ex illorum Priuilegijs, discreti tm̄ ab illis Antiquis S.Marci in colore Cappæ, vt dicetur.Sunt tn̄,qui scribunt hos retinuisse Scapulare in memoriā pristini Dogmatis Eremitarum, vnde eam Reformationem deducunt,quæ coniectura magis procederet, nisi in eo Ordine præmissi Canonici S.Marci extassent, qui illud ab Antiquis deferrent. Constat.n.vtrumq.Pontificem nihil in his pro vtriusq.Habitus essentialis,& nō essentialis forma,& colore decreuisse,ꝙ non esset antiquū eius Canonici Ordinis,cuius Reformationi intendebant.Comentatur aūt hoc à nonnullis in sui Dogmatis Eremitani gratiam excusabilioribus nempè ob eam rem, ꝙ absque vllo liuore scripserint, fuerintq. nonnihil in re sua, quo inuitarentur ad id cōiecturandū. Verùm ab aliquibus id postea inexcusabilibus,sicuti nulla authoritate,ita absque causa,& malè ad iniuriam eius Congregationis,hac veluti ab illis ansa præbita,falsò detorquetur, ꝙ infrà suo loco planius differemus,cum librum de Habitu Canonico scribemus.Hoc Prænomine Apostolico,Fratres, singillatim vbiq.cognominantur, vel in Priuilegijs,vel in Decretis,vel in Documentis Antiquis.Antistites habent sui Ordinis Patriarchas,Primates,Archiepiscopos, Episcopos,Archidiaconos, Prothonotarios,Abbates,Præpositos,

Io. An.

Io. An.

Bened.

Greg.12

Mart.5.

& Priores.Quod Apostolicum sit nomen:Cassianus lib.4.cap.5.de institutis renunc.Quorum Christus se fratrem non erubuit nuncu pari. Nam sub eadem noīs conformitate Christus,vt inquit Card. 9.q.3. in c.patēt: fuit nobis frater;cum dixit.Dicite fratribus meis, & allegatur ab Alexandrino dist.99. c.vlt. Vide Glos. c.Sacrosancta, dist.22: vbi dr̄,quòd fideles omnes appellabantur fratres antè Antiochenum Concilium celebratum sub Apostolis:dixerat Christus:Omnes.n.vos fratres estis;& propterea Io.subintulit: Exijt ergo Sermo iste inter fratres. Tertullianus in Apologetico c. 38. At tantò dignius fratres,& dicuntur,& habentur. Et Lactantius lib.5. Diuin.Instit.c.16.Nec alia causa est, cur nobis inuicem hoc fratrū nomen impertiamur. Singillatim verò imponitur, vt ibi Lactantius,in processu Constitutionum Benedicti XII.pro ipsis Canonicis Regularibus fulminato in Monasterio S. Petri in Cęlo Aureo Papiensi. Principium scribitur: Fr.Philippus Abbas eius Monasterij,& in fine inter testes subsignantur: Fr.Apollonius. & Fr.Gregorius Canonici eius Monasterij. In Regula autem præmissa Damiani lib.1.c.7.de Instit.Prioris,nouus Prior electus publicatur sub his verbis:Fr.N.iniungunt tibi ex obedientia fratres tui.Per totam autem Regulam generaliter appellantur fratres,& Canonici.Aug.pariter Clericos suos in Sermonibus de Cōi vita Cler. & Regula fratres appellat. Et quia(inquit)disponebam esse in Monasterio cum fratribus, & tunc cępi boni propositi fratres colligere. Passim etiā legimus in Monasterijs hmōi Canonicorum Priuilegia antiquissima,& Instituta sub hoc prænomine.Lapides quoq; peruetusti,quibus sua fides etiam hr̄.Glos.c.sanè, 24.q.2.hoc ostendunt. In Monasterijs Saluatoris,Bononiensi,& Veneto,de quibus infrà De Nomine,Antistites.Benedictus XII. in Constit.c.de Reliquijs, deniq; (inquit)soliciti sint Antistites,Abbates,Præpositi,Priores Religionis præfatæ.Et sub noīe Antistitum intelligit omnes gradus Cathedrales.De Nomine,Patriarchæ,Primates. Patriarchæ,,& Primates idem sunt dist.80.c.1.Iacobus frater Dn̄i fuit Primus Archiepiscopus creatus, dist.66.c.Porrò. Ecclesia autem eius Hierosolymitana,Patriarchalis est postea effecta, & ætate quidem cæteris prior, Dignitate tn̄ quattuor alijs Patriarchalibus posterior, Romana.s. Constantinopolitana,Alexandrina, & Antiochena; In quibus etiā Antiochena antiquior vltima reddita est,& Alexandrina cessit Cōstan-

Cass. Card. Mat.28 Alex. Glos. Mat.23 Jo.21. Tertull. Lact. Lact. Ben.12. Pe.Da. Glos. Bened.

ſtantinopolitanæ pro ſecundo loco. Nam primum ſp obtinuit Romana diſt. 22. c. renouantes, & ſeq. Hieroſolymitanam aũt primam Eccleſiam fuiſſe Regularem ſuprà ſatis diſputatum eſt, cum oſtendimus oẽs Clericos primitiuæ Eccleſiæ, etiam ipſos Apoſtolos profeſſos fuiſſe ſub Regula vitæ cõis in abdicatione propriorum. Repete, quæ ſuprà abſoluimus ex c. dilectiſſ. & c. ſcimus. 12. q. 1. & ex
B Tho. Doctrina B. Tho. & Petri de Pal. Id quod pariter concludendum vr
Pet. de Pal. de Antiochena, cui paulòpoſt primus præſedit Petrus: & ſubſequẽter de Romana, ad quam idem tranſlatus fuit, conſecrato Ignatio in ſuperiori diſt. 22. c. Sacroſancta. Argumentum huius Regularitatis pro his Eccleſijs in re, quamuis hoc nomen tunc non eſſet, eſt
Clem. Clementis d. c. dilectiſſ. qui fuit Diſcipulus Petri, & eius ſucceſſor, ſcribentis ad Conclericos ſuos Hieroſolymitanos, & Iacobo eorũdem ibi Antiſtiti, & recenſentis commune ſodalitium in ea Eccleſia Hieroſolymitana ſub vita communi, & propriorum abdicatione: quod & illis mandat perpetuò conſeruandũ. Eſt nec non & huius rei potiſſima ratio, d. c. ſcimus, & c. videntes, ead. q. ſed maximè hic quadrat, c. cum beatiſſimus, 24. q. 1. Vbi dicitur, quòd Marcus Euangeliſta Alexandrinam fundauit Eccleſiam eiſdem Regulis, & Traditionibus, quibus Petrus Romanam, cum ſine dubio de eodẽ fonte gratiæ vnius Spiritus, & Diſcipuli fuerint, & Magiſtri. Nec aliud ordinatus tradere potuit, quàm quod ab Ordinatore ſuſcepit. Et quibus Regulis, & Traditionibus intellexeris fundatam Romanam Eccleſiam, niſi de quibus apertè cauet Clemens alter eius Condiſcipulus ſub eodem præceptore. d. cap. Dilectiſsẽ quapropter (inquit) hæc vobis cauenda mandamus, & Apoſtolorum doctrinis, & exemplis obedire præcipimus: quæ verò eſſent hæ doctrinæ, & hæc exempla, ſuperius perſtrinxit. Iſtius. n. conſuetudinis more retento & Apoſtoli, eorumq; Diſcipuli, vt prædictum eſt, vnà nobiſcum, & vobiſcum communem vitam duxerunt. Et, vt benè noſtis, erat multitudinis eorũ cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum, aut noſtrum de his, quæ poſſidebat, ſuum eſſe dicebat. Et infrà concludit. Vnde conſilium dantes veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis Regulis non recedatis, ſed cõem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ benè noſtis, adimplere ſatagatis. Quadrat & illud B. Tho. pro ſententia Hieronymi, ꝙ perfectioni congruus fuit apud primos credẽtes in Iudæa ſub Apoſtolis, &

lis,et apud Aegyptum sub Marco Euangelista:ex quibus clarè elici tur has quattuor antiquiores Ecclesias Patriarchales fuisse nedũ Regulares,sed Regularissimas, à quibus Regularitatem reliquę sũpsere Arg.c.quia.12.q.1. Quid sibi igitur vult Alexandrinus ex illa sua assertione,ꝙ in primitiua Ecclesia Clerici nõ erant Regulares, quia hoc nomen non erat in vsu?Et qui erant(oro) sęculares? sed sæculares sunt proprietarij,& ꝑpea dñr sæculares, illi è contrà,cõmunes,& damnabant generaliter proprietatem in Clericis, quod supra ostendimus ex decretis Clementis,& Vrbani. Adde & illud, Duo sunt.12.q.1.An non Tyberinus fluuius erat idem,qui prius,q̃ in eo immergeretur Rex ille Aetruscus, Albula nuncupabat? An non Papia Ciuitas erat eadem,quæ olim Ticinum?de Aquileiensi Patriarchali,ad quam primus D. Marcus ordinauit Hermacoram; Hieronymus hanc fidem facit ad Historiam temporum:Aquileienses Clericos sua etiam ætate haberi quasi Chorum Beatorum.Nec mirum,cum Hermacoras ordinatus non potuit aliud tradere, quã quod ab Ordinatore susceperat.d.c.cum beatissimus. Sunt tamen qui sentiunt Marcum ipsum fundasse, ac instituisse ipsam Patriarchalem,in eaq. Institutione præsentem ibi ordinasse Hermacorã. Nam Petrus Damiani scriptum ita reliquit. Marcus ex Alexandria transuectus Venetias est Deo disponente, Vt,qui totum Orientem velut aureus Lucifer illustrauerat,nunc per plagas Occidui Climatis præsentiæ suæ radijs enitescat. Per Aegyptum quippe sibi dedicat Ortum,per Venetias tenet Occasum. Illic Alexandriæ sortitus est Ecclesiæ solium,hic renascentis Aquileiæ nouum statũ, & Principatum.Erat.n.tunc Aquilea, cum scriberet Damianus,dirupta à solo ex iterata sæpenumero barbarorum incursione.Qui dum prædæ Italicæ inhiarent, hanc veluti Italiæ ostium, quo excludi videbantur,subruendam duxere.De Nomine Archiepiscopi patet. Primum Archiepiscopum diximus modò suprà creatum Iacobum Minorem fratrem Domini, & hunc Archiepiscopatum suum Patriarchalem fuisse Regularem:in Archiepiscopatu Mediolanẽsi Io.And. scribit suo tempore fuisse Canonicos Regulares Clem. 1. de Elect. legimus B.Arnulphum, siue Ruphum reformasse Archiepiscopatũ Lugdunensem Regularem, & Auinionensem in Gallijs, & alias innumeras Ecclesias Cathedrales, & Abbatiales, ac ẽt inferiores huius Ordinis.Nec infœlicius laborauit in Italia,vbi ẽt in plurib. Mo-

Alex. Clem. Vrb. Hier. Marc. Pet.Da. Io. An. B. Arn.

nasterijs Canonicis illius adhuc Constitutiones seruātur. Auinionensem autem Archiepiscopatum nostris ferè diebus ad sæcularē
Innoc. 8 deformatum cognouimus ab Innocentio VIII. Instante Iuliano Cardinale S. Petri ad Vincula, qui illius tunc Archiepiscopatum gerebat. fuit hic Papa Iulius II. Quòd ad Episcopos pertinet Innocen
Inn. 3. tius III. scripsit Epo Achonen. de Canonicis Nazareth, quos innotescit esse professos: extr. de Reg. c. sicut nobis, & in c. cum super, de confessis: scripsit ad Canonicos Bethleemiticos, de quibus, & de suis attestat̄ Iacob. de Vitriaco, qui fuit tūc Eps ille Achonens. esse
Iaco. de Vitr. Regulares. apud quos Hier. degit ædificato Monasterio, & diuersorio, ne fortè, inquit, & modò Ioseph cū Maria in Bethleem veniens non inueniat hospitium, scribit ad Pammachium. Hic Petrus Da-
Pet. Da. miani in Regul. Canon. c. 3. tertij lib. dicit laudes matutinas fuisse
Ia. d Vi. institutas: Refert idem Iacobus de duabus Ecclesijs Regularib. Mōtis Syon; altera in Cęnaculo superius, & altera inferius. Refert & de illa in Caluario apud Dominicum Sepulchrum. facit .n. vnū opusculum de oībus Ecclesijs earum partium Iudeæ, quæ adhuc suo tempore perseuerabant Regulares sub illis primis Apostolorum Institutis. Nec omittit Ioppeñ. & duas in Monte Olíueti. Garopolitanum Epatum legimus Regularē. ext. de vo. & vo. red. c. Per tuas:
Glos. Idem de Aromatēsi. de Reg. c. sanè. vbi notatur in Gl. circà transitū de Canonicis ad Monachos, & è contra, pro laxiori, aut districtio-
Pet. Da. ri vita, quæ pro tpe sp consideranda est. Petrus Damianus innuit suo tpe reformatam Ecclesiam Besuntinam in Epistola, cū scribit
Vincen. ad eius Epm: Beluacensem, & Carnotens. Ecclesias refert Vincētius Historiographus. lib. 26. c. 60. reformatas à B. Iuone: In Cathedrali Vigorien. Canonici Regulares eligebant suum Epm. c. Innotuit. de Elect. Habes, & Episcopatum Eugubinum, & Tiphernatem, seu Castellanum cum alijs innumeris. In Constitutionib. Benedicti XII.
Ben. 12. de Archidiaconis, Prothonotarijs, & Abbatibus passim legere est. De Prothonotarijs, in illis Canonicis Constōnib. Benedicti XII.
Ben. 12. Sed hoc scio Nullum aliū Ordinē Regularem hr̄e posse Prothonotarios nisi hunc Canonicū. Abbates, pter ea, q modo diximus, legi in Const. Benedicti XII. Io. And in c. Innotuit, de elect. dicit, quòd
Ben. 12. Canonici Regul. habent Abbates, sicut colligit̄, inquit, ex c. Cuma-
Io. & In. na, in eo. tit. & c. pcedenti, & c. q to, de off. ord. & c Intelleximus, de æta. & quali. Sed hr̄ & alia Abbatia S. Victoris in Cella veteri apud

Parisium

Parisium celeberrima, ad cuius Abbatem scribitur c.cum dilectus, de Elect.& de Rescrip.c.ex insinuatione:& de testibus: Significauerunt. Cuius fuerat Prior Thomas ille, quem diximus exemplo B. Laurentij pro illius Iuribus, & facultatibus conseruandis martyrio coronatum. Fuerat & ille Vgo in ea Canonica Regulari Doctor celeberrimus, nunquam intermoriturus, vbi hoc obseruatum reperimus: in hmői Abbatialibus Canonicis Prioré esse apud Antiquos secundam Dignitatem post Abbatem, sicuti Prępositum inter Prioratus post Priorem, vbi Prior prima Dignitas est. Prępositũ tñ legis etiam post Episcopum in Cathedralibus Regularibus, vt in Sermone Augustini de Cõi Vita Cler. & in Regula. Prior quoque post Episcopum visus est in Ecclesia Eugubina, dum adhuc Regularis perseueraret. Factæ sunt quoque in aliquibus Ecclesijs Regularibus primæ Dignitates Præpositi, quæ adhuc continuant, & de quib. habetur in ipsis Constitutionibus Benedicti XII. in c.cum olim, de off.Iud.deleg. Inscriptio est Abbati S.Genouefæ, & c.P.& G. Idem in c.ex parte, de verb.signif.1.& c.licet, de præb. & c.ex litterarum, de Apost. Vrbanus scribit Abbati S.Ruffi apud Valentiã, 19.q.3.c.statuimus, & c.cum I.& A.de sent.& re iud. denotat Abbatem S.Dionysij Remens. & eius Canonicos. Attende, & de alia Abbatia Canonica in c.significasti, 2.de Homicid. Aduerte in cap. tuam, de æta & qual. Vbi notatur in Glos.ꝙ nomen Abbatis est potius solicitudinis, q̃ Ordinis, vel honoris, & officij, quàm Dignitatis, vt ibi Hostien.& Dist.50.c.accedens, in Glos. Nam Abbates principiò fuisse Laicos constat ex c.generaliter, 16.q.1.in §.ostendit. vbi dr̃ de B.Benedicto, & Arg. sumitur, à cap. à Subdiacono, 93.dist. Et quamuis Io.And. illud verbum, potius, in d.cap. tuam; exponat pro plus, asserens in eo noĩe etiam Dignitatem contineri; hoc tamen in Antiquis non verificabatur, sed tñ post nouam Constitutionem, qua cautum est, vt Abbas sit Diaconus, vel saltem in minoribus cõstitutus, vt in Glos.c.accedens, dist.50. quæ allegat d.c.tuam, & de hinc vr̃ etiam magis caueri, vt sit Sacerdos. Arg.c.Abbates, de Priu. in 6. quæ Decreta accipias pro Abbatibus Monachalibus tñ. Nam de Canonicis, Canonia non cadit nisi in existentibus in Sacris. Et sic nec Laici vnquam, nec in minoribus constituti potuere præfici in Canonicos Abbates. Pontificalia aũt, vt dicit Io.And. In nouella, c.vt Apostolicæ, de Priuil. aut sunt nullius, aut omninò parui momenti.

Aug. *Ben. 12.* *Vrb.* *Glos.* *Host.* *Glos.* *Io. An.* *Glos.* *Io. An.*

menti. De Præpositis, & Priorib.vbiq. legistùm apud Veteres, tũ apud Modernos; & nunc maior pars Monasteriorũ hmõi Canonicorum sunt in vsu sub his Prioribus,& Præpositis. Imo & Sanctissimi Pontifices Maximi fuerunt Canonici,cum suis Clericis sub persecutionibus in Cryptis, vel Speluncis latitantes, & post in Sacrosancta Lateranensi Ecclesia etiam Regijs infolis coronati cum suis Cardinalib.à principio vsque ad extrema quasi tpa huius sectę fuerunt.Quorũ vndecunq.triũphis Cęlestis Curia extrà oẽm Cathalogi numerum, ppea redundat, vel sanguine, vel Sacerdotio,vel vtroque longè corruscantiũ.Nam & in Patriarchatu Alexandrino, Hierosolymitano,Aquileiensi, & in plerisq; Metropolitanis Oriẽtalibus,& Occidentalib.Ecclesijs, vbique terrarum tandiù conseruati leguntur, quandiù partes illæ apud Christianos fuerunt. Nõnullæ tñ ex nostris Occiduuis,& ĩ primis ipsa Laterañ. Apostolica, olim deformatæ sunt ad Clericos sæculares,deformanturq.quotidie. Ex qb. vti pmisimus, Canonicatũ ẽt occupât deformatũ & nomẽ. Io.de Nigra Valle numerat 54. Pont.Max.ex hoc Ordine;à Formoso citrà,q fuit paulò antè Annũ 900.Numerat aũt ex quo tpe nomen hoc Ordinis Can.Reg.inualuit.Antea ea nomina Regulariũ, & Sæcularium non audiebantur,vt præmisimus.Verùm multò plures extitere antè Formosum.Nam quotquot legis ex Ordine Clericali sub persecutionibus, & post per multa sæcula, huius Ordinis fuisse suprà ostendimus. Cum antè eam distinctionem nominum re ipsa pro sui nominis diffinitione Regulares essent, & idem professi,c.Clericus,12.q.1. cum omnib.quæ superius suggessimus. An non dicendi Regulares,Petrus Apostolus? An non Clemens? An non Vrbanus? An nõ tot alij intermedij,& successores Pontifices, a quibus omnia hæc Decreta Regularitatis emanarunt? Num hos Sæculares potius appellabimus? Sed hoc longius prosequi nimis ociosum est in re præsertim tàm manifesta.Etsi non desint,qui contendant hũc Ordinem in Aug. sumpsisse principium. Quod quàm
Aug. malè contendant,hinc saltem argumententur, quòd nusquam legunt apud August.nec de hoc Ordine Canonico, nec de Canoni-
Aug. cis,nec de Regularibus. Fuere.n.hæc noĩa, sicuti antè Aug. ita tẽpore August.& post Aug.per annos suprà centum nedum innata,
Aug. sed nec concepta.Erupere aũt nonnulla sub Gregorio;Et tñ ijdem,
Aug. qui contendunt, hoc attestantur D.Aug. Canonicum Regularem fuisse

fuisse cum suis Clericis: ꝑ qua attestatione euacuatur illa superior consequentia Alexandrini, ꝙ licet in primitiua Ecclesia Clerici essent cōiter viuentes, non tamen erant Regulares, quia hoc nomē in vsu non erat. Nam & Aug. cum suis Clericis fuit de illis cōiter viuentibus, quorum tꝑe non erat hoc nomen in vsu, & tñ ab omnib. appellantur Canonici Regulares. Sed nec Aug. aliam Regulam dedit in sua Reformatione nisi Apostolicam, quam seruauit & ipse cum Clericis suis. Nec dedit Habitum, quem probabimus fuisse antè Augustinum, ex testimonio Hieronymi, & multò minus professionem, de qua ēt suprà apertissimè disputauimus. Ex quo nihil habent, ꝙ hi somniāt pro huius Ordinis initio, in Augustino. Omnes Pontifices, & Antiqui, & Moderni accipiunt pro Habitu Camisiā Romanam in signum eius Antiquæ ꝓfessionis Canonicæ, qua olim constabāt vniuersa Ecclesia in Cathedralibus: quod certè verificatʳ in Pontificib. Maximis. Nam inferiores Pontifices si fuissent prius professi in aliquo Ordine, præterquam in hoc Canonico, non possent eum accipere. Primus verò B. Syluester cum illis suis Clericis, quos prius secum habuerat, latitans sub persecutionib. Ecclesiam Lateranensem erexit triplici Diademate (vt fertur) à Constantino Flauio mox coronatus. Inter cuius Ecclesiæ Clericos paulòpost Hieronymus adnumeratus est, nec longè post, Gelasius Apher Valerij Episcopi Hipponens. filius, qui promouit Augustinū in Presbyterum, & inde in successorem suum, à quo Aug. Presbyter dono acceperat Hortū, vbi fabricauit Clericorū Monasteriū. Gelasius aūt Clericus inde venit Romā, fugiēs fortasse ꝑsecutionē illā Vādalicā, sub qua Aug. obdormiuit. Marcellinus de temporib. scribit post Fœlicem fuisse coronatum Gelasium Aphrum. Fœlicis autem tempore factam illam stragem Aphrycanam sub Hunerico Vandalorum Rege: In qua effugatis, exulatisq; plusquam 334. Orthodoxis Episcopis, Ecclesijsq. eorum clausis, plebs fidelium varijs subacta supplicijs, beatum consumauerunt agonem. Hæc Marcellinus. Gelasius ergo profugus, & ipse fortasse ex eo turbine, Romæ tñ Clericus apud Lateranum seruiebat, quando in Pontificem Maximum sublimatus fuit. Præter numerum proindè fuerunt: nam Monachi suos, quos Ecclesia inter cœlestes retulit, numerant. Numerant & cæteri quorumcunq; Ordinum Religiosi. Verùm in hoc Ordine Clericali, & Canonico, cum tot innumerabiles comprehendantur,

in

Hier. *B. Sylu.* *Cōst. Fl.* *Hier.* *Gelas.* *Aug.* *Gelas.* *Marcel.* *Fęlic.* *Gelas.*

in Vniuerſo gradu, & per tot temporum curricula ab Apoſtolis in præſentem diem,omnem prorſus numerum excedunt.Quòd Me
Ben.12 tropolitanas Eccleſias poſſiderent. Vide Conſtões Benedicti XII. de Capitulis Prouincialibus,& pariter collige, quæ ſuprà præmiſi-
Ia.d Vi. mus de Patriarchalibus,& Archiēpalibus. In Orientalibus quidē (ſi leges libellum Iacobi de Vitriaco, de quo ſcripſimus ſuprà, qui fuit Canonicus Regularis, & Eps Achonenſ. tpe Innocentij III.) multas cognoſces Eccleſias,& Monaſteria præter ea,quæ ſuprà notauimus,inter eas partes,quæ adhuc ſua tempeſtate ſub hoc Ordine conſeruabantur.Fuit aūt deformata Eccleſia Lateranenſ. ex Ca
Bonif.8 nonicis Regul.ad ſæculares per Bonifacium VIII.cuius antea Regularitatis leguntur plura Priuilegia Pontificum Antiquorum;Et in-
Greg.9. ter alia(vt nouiſſima referam)Gregorij IX.ſub Dat. Laterani Anno ſuo primo,in quo nominatim ſunt, Prior, & Fratres. hæc duo noīa,quæ nuſquam deinceps legis in deformatis,quibus,cum ſcribitur,dr:Capitulo,& Canonicis.Nam Prior,& Fratres in Regulari-
Eug.4. bus tm̄ vbiq. leges,præſertim apud Antiquos.Eugenius quoq. IV. in ſua noua Reformatione antiquam eius Eccleſiæ Regularitatem recenſet anno ſuo 15. Et ꝙ quotidie deformentur Noſtris dieb. vt ſuprà teſtati ſumus,Eccleſia Auinionenſis,in qua olim Sedes Apoſtolica fuit per annos 70. facta eſt ſæcularis,ſicuti Eugubina antè paucos annos, cuius adhuc ſuperfuerunt nonnulli ex Antiquis Canonicis collobium lineum abſq. manicis geſtantib. more eius
B.Iuo. Eccleſiæ antiquo. Scripſit B. Iuo,de quo ſupra,aduerſus hmōi Eccleſiarum deformatores:ꝙ rectius facerent,ſi Clericos oēs ad Regularem vitam potius inuitarent,quàm Regulariter viuentes à Dominicarum ouium cuſtodia remouerent.Quibus tantò plus(inq̄t) diſplicet aliena malitia,quantò longius diſceſſerunt à ſua. Ex quibus ortum eſt,vt Ordo item Canonicus nouum in Regularib.Clericis Auguſtini titulum ſub hoc additamento ſumpſerit ab Inno-
Innoc.3 centio III.citrà. Nam ſicuti Ordo Canonicus fuit olim nomen nouum in Ordine Clericali, vt ex eo.ſ.diſtinguerentur cōiter viuētes Clerici à proprietarijs;ſic poſtea illis proprietarijs occupantib. Canonicatus in pleriſq̨ Eccleſijs,pro noua item diſtinctione adiectus eſt titulus Auguſtini, & appellatus Ordo Canonicus S.Auguſtini, ſed quare potius S.Auguſtini paulò inferius explicabitur. Quāuis innumera quoque interim legis Priuilegia pro antiquo Tenore,

Priorem

Priorem absolutè conseruantia. Quia non Ordinem Aug. sed Canonicum simpliciter legimus in Antiquis: Dicitur n̄ secundum Regulam Augustini sub hmōi verbis. Statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Aug. Regulam in vestrâ Ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem t̄pibus inuiolabiliter obseruetur. Quæ verba, B. Aug. Regulam, qm̄ non congruebant nisi Canonicis professis, ꝓpea tunc adiuncta fuere, qn̄ alij Canonici non professi subiere. Sed & post Innocentium hunc, vt dicitur in textu, leguntur quamplurima Priuilegia eiusdem tenoris Antiqui apud Monasteria, & Canonicas Antiquissimas eius Ordinis, in quib. scribitur Canonicus Ordo, & non Ordo Augustini, sicuti modò in oībus penè legitur ab eo tempore citrà. Verùm antè Concilium Lateranense sub eo Pontifice, quo cautum est, ne quis inconsulta Sede Apostolica erigat nouum Collegium, nulla prorsus de Ordine Augustini mentio reperitur. Habes hoc extrà de Relig. Domib. c. vlt. Nullibi inquam legitur Regula Augustini, nisi post annum salutarem 1000. præsertim in Decretis. Nec mirum cum auctor ipse, vt dr̄, Speculum non Regulam nuncupauerit. Nec Gratianus Decretorum, vltimus compilator sub hoc nomine Regulam, vsquam citauit, quamuis de ea plura Decreta collegerit; vt in c. non dicatis, 12. q. 1. & c. non vos iudicetis, 5. q. 5. & c. nec solo, 32. q. 5. & c. quando, dist. 86. ꝙ inscribitur de Vita Clericorum. Superius aūt in cap. nec solo: quod legitur de vita Christiana, calcographi magis error est, qui de vita Clericorum corrigendus erat', animaduersus etiam à Glossatore. Habes & illud (vt omnia eius Regulæ Decreta complectar) quod præmisi suprà dist. 42. c. in Oratorio; & si ea sn̄ia alijs descripta verbis videatur, q̄ Regulæ; antè August. non facilè succurrit hic Titulus Regulæ pro hoc subiecto Regulæ descripto. Nā Regula, siue Regulæ Apostolorum circà hoc magis constabant more, & consuetudine, vt innuit B. Clemens, c. dilectiss. 12. q. 1. Nec Vrbanus ibi c. scimus, & c. videntes, aliter scribit de vita cōi, nisi ꝙ nouit hactenus seruatum. Instituta potius, seu Cōstituta prætitulabant, exarata per modum Dialogi, aut Sermonum, aut Epistolarum, aut Collationum. Testes sunt Basilius, Eusebius, Pamphylus, Hieronymus; Hic noster August. Cassianus, & plures. Circa tempora B. Benedicti hic titulus maximè inualuit: Ruffinus Instituta Monachorum nuncupauit Dialogum illum Basilij, quem nobis fecit latinū.

Conc. Later.

Grat.

B. Clem. Vrb. Basil. Euseb. Pamph. Hieron. Aug. Cassian. B. Ben. Ruffin.

Euseb. Eusebius Constituta dixit, quæ tradita fuerant à D.Marco tàm in Alexandrina Ecclesia, quàm in Monasterijs,vbi inquit:Exigitur renunciare omnibus facultatibus suis,& bonis cedere,c.17.& sequẽ
Hier. ti.Ecclesiasticæ Historiæ,lib.2. De quibus ẽt meminit Hieron.dist. 93.c.Diaconi: vltimo Hieronymus, incunabula Monachorum, & dehinc omnem ætatem discutit ad perfectum in Epistola ad Rusticum Monachum:De moribus verò Clericorum, ad Nepotianũ
Cassia. Clericum.Cassianus renunciantium Instituta prætitulauit,& Col-
Aug. lationes Patrum. Aug. autem paulò antè ædiderat hos Sermones de cõi vita Clericorum,æmulatus(vt vr̃)Hieronymum: Quos po-
Concil. stea Concilium Rom.sub Leone Papa III.Astante Carolo Magno:
Rom. Et dehinc Aquense, & Maguntinum,indixit vniuersaliter seruan-
Aqu. *Magũt.* dos cunctis Clericis professis,citrà tñ nomen Regulæ.Nam eos Au
Aug. gustinus solis suis Hypponensibus tradiderat. Huc adde testimonium Petri Damiani, qui negat suo tp̃e aliquam Regulam reperiri
Petrus Ordinis Canonici pro Clericis in vnum commorantibus: Quæ si-
Dam. cut Monachis in Regulati Monachia,sic Clericis, & Ordini Canonico pro Clericis in vnum commorantibus modum conuersandi exhibeat.Quæ verba sunt Prologi Regulæ suæ ad ipsos Clericos,in qua tñ citat authoritates horum Sermonum Augustini. Natus est autem hic Petrus paulòpost Annum salutarem 1000.præmissum, vt inferius constat.Nec August.Regulam appellauit: siue quia du-
Aug. dum inuexerat contrà Thiconium Dõnatistam Regularum conditorem,contrà quem scripsit etiam eiũs Regulas lib.3.de Vita Christiana, de quo etiam refert Gennadius de vir.Illustr. qui fuit par-
Genna. tis Donnatianæ,siue quia non sit ausus Diuus Pater,ne fortè Apostolorum Regulas, quas vltrò adimplendas,decorandasq; suscepisset cum Clericis suis, dein quasi nouus Regulator,ex hac sua circũscribere,seu aliquatenus eleuare videretur,sed speculum,(si speculum tñ id nominis indidit) quo normam illam Apostolicã per oĩa diligenti studio ibi interfertam speculari possent,perspicatius oẽs, qui eam Clericorum cum maiori decore sequi voluissent sub vita
Aug. cõi.Clericis n.hmõi tm̃ ædita est,non alijs.Tres Sermones August. appellantur ab Antiquis de Cõi Vita Cler. quorum duos priores habuit ad plebem suam Hypponensem astantibus fratribus suis, ad quos etiam interdum verba conuertit.Habuit aũt, ductus quadam necessitate, q̃ ipse præfert in dãnationẽ vnius Clerici ex suis,

qui

qui moriens Testm̃ fecerat, ex quo plebs scandalizata erat. Neque .n. deerant detractores, vt ipse innuit, qui inde obstrepebãt vniuerso eius sodalitio, nacti præsertim occasionem contrà quosdã alios, qui nondum videbantur disposuisse de bonis suis, pro quib. laborat per biduum August. in eorum excusationem, de singulis differens. Præmonetq; plebem circà vitam, & mores, quos cum illis ducit in Monasterio; ne ignari eorum vitia (inquit) nutriatis circà me: Et propterea eos palàm cautos facit de pluribus, quæ de facili, & citrà tamen omnem eorũ noxam contingere possent apud inscios. Gazophylaziũ (inquit) habebimus: valdè me delectat, si ipsum fuerit Præsæpe nostrum, vt nos simus Iumenta Dei, vos Ager Dei: Et illud: prandium, & cœnam extrà nemo habebit. Quod dicit conuersus ad Fratres, quos subinde excitat ad Audientiam, quò hæc, & sequentia attentius percipiant, quib. inuehit contrà proprietarios Clericos, quos voluit etiam degradare, & priuare Clericatu, execratus tñ multò magis Hyppochritas, quos prorsus mortuos appellat, manifestos verò tm̃ claudos, & cæcos, differitq; longè, quid sit Clerici essentiale, quidve Clericus profiteatur. Quod & facit Hieronymus ad Nepotianum, c. Clericus, 12. q. 1. & Ambrosius c. cui portio, ea. q. sumpta ex Decretis Clementis, & Vrbani: ibid. c. dilectissi. c. scimus, & c. videntes. Vt scias, quicquid prodiderint Doctores pro reformandis Clericorum morib. sui tp̃is, non fuisse nouum dogma, sed primitiuæ Ecclesiæ. In tertio deinde Sermone apud ipsos dumtaxàt Fratres oĩa complexus est Aug quæ circà idem subiectum vitæ cõis ipsos tm̃ concernebat, summatim, & veluti per capita snĩas distinguens. Quibus sic vitam eorum, & mores ab incunabulis (vt ita dicam) Monasterij instituit, vt nihil pro obseruatione Regulæ Apostolicæ, cuius pro præscripto formã ponit in exordio, proq; eius decoro desiderari queat. Sed quòd tres Sermones Aug. sint sub hoc eodem titulo vitæ cõis Clericorum, & quòd tertius habeatur hic, quem Regulam prætitulauere, præter id, quod vulgò proditum est, sic ẽt testimonio Gratiani probãdum duximus, 13. q. 2. c. si quis. Gratianus citat hunc textum ex Sermone secundo, de vita Cler. Qui Sermo, si secũdus est, necessariò primus alter fuit, qui pariter apud plebem habitus est die præcedenti, vt patet ex principio huius secundi, cuius exordium legitur. Propter quod voluì, & rogaui externo die, vt hodie frequentius conueniretis. Nam

Hier. *Ambr.* *Aug.* *Grat.*

tertius ille non constat, quòd apud plebem habitus fuerit. Hæc igitur sunt (inquit in principio eius sermonis) quæ, vt obseruetis, præcipimus in Monasterio constituti. Ad Fratres ergo sermo tantum est, quem esse eiusdem tituli cum superioribus ostendimus mox suprà, vbi omnia inde memorata decreta digessimus. Fœlix autem ea necessitas, per quam hos sermones consecuta est Ecclesia. Necesse est (inquit Dominus Iesus) vt veniant scandala.
Luc. 17 Væ aũt homini illi, per quem hoc scandalum venit. Ille.n. damnatus est, multi per eum salui facti sunt. Contigit (ait August. in exor
Aug. dijs primi sermonis) quædam necessitas, vt diligentius hoc agerē. Qm̃, sicut iam nostis, Presbyter in nostra societate constitutus moriens testamentum fecit, quia habuit vnde faceret, & erat, q̃ diceret suum, & infrà. Hæc fuit necessitas, vt ad istam diligentiam veniremus. Senex, & Valetudinarius hos sermones de vi. cõi Cleric. reliquit, vt patet, cum dicit. Non decet hos canos, &c. & infrà. Ego, sicuti videtis, per ætatem modò senui, per infirmitatem corporis olim sum senex. Date Veniam loquaci senectuti, sed timidæ infirmitati. Senex ergo erat, cum hos sermones scriberet, & tñ triennio fuit in Monasterio cum Clericis, Presbyter antè Episcopatum, & post Episcopatum per annos suprà 30. Nam, sicuti Possidonius te-
Possi. statur, vixit in Clericatu per annos 40. & tñ absque his sermonibus, seu absq; alio id genus scripto vixit Regulariter sub Regula Apostolorum, vt ipse quoq; innuit in primo sermone, diuersis locis, & sequenti. Ea autem constabat eo more retento, & consuetudine,
B. Cle. de qua suprà B. Clemens. dicto c. dilectiss. 12. q. 1. & parùm abfuit, quin sub ea consuetudine prisca relinqueret Clericos suos. Adductus autem ea præmissa necessitate, quò de scandalo satisfaceret Populo, & in futurum caueret suo sodalitio, hos sermones habuit. Quos eodem Codice, quia eiusdem subiecti erant, comprehensos præcepit singula quaq; Hebdomada illis legendos, ne (vt inquit) per obliuionem aliquid negligatis. Nam in his (vt diximus) nihil noui erat, quò magis ex antè acta vita grauarentur, sed eosdē mores, eosdemq; ritus, quos antea secum voluntarij duxissent, veluti in tabella depicta, oculis eorum quotidie repræsentandos subiecit. Ita modò (inquit) quia placuit illis, Deo propitio, hæc socialis vita. Nam & illorum omnium assidua lectione, hoc præ cæteris cõsequebantur; quòd perpetuò admonebantur erroris, & scandali

Con-

Conclerici sui, quo compulsus fuit Aug.ad hos perscribendos, & propterea inquit. Vt autem in libello hoc, tanquā in Speculo, possitis inspicere. Argumentum, ꝙ pro eo libello de tribus omnibus sermonibus intellexerit. Est quoq; Concilium præmissum, quod omnes pariter collegit in eo Codice, qui aliquorum Capitulorum in Decretis nonnunquam citatur, appellatusq; est Liber Canonicus, cuius illud Decretum scribitur c.in omnibus de consec dist. 5. Adde, quòd nonnulla etiam in duobus prioribus sermonibus continentur, quæ non sunt in tertio, quæ non minus obseruanda præcipiuntur, cuiusmodi sunt illa de ægris Fratribus, & ꝙ nemo prandeat, vel cœnet extrà Monasterium: etiam (inquit) illud dico: si fortè in nostra Domo, in nostra societate æger est aliquis, vel post ægritudinem necesse sit eum ante horam prandij reficere, nō ꝓhibeo Religiosos, vel Religiosas mittere ei, quod eis videtur, vt mittant. Prandium autem, & Cœnam extrà nemo habebit. Hæc in 3. sermone non habentur. Taceo illa, quæ apta sunt magis excitare quoscunq. Clericos ad capescendam vitam Apostolicam, vbi admonetur generaliter suæ essentiæ, quidve profiteantur ex Clericatu tanta verborum exageratione, & interminatione Diuini Iudicij, vt legendo eorum nullus sit etiam ex bonis, qui ad æternam hęreditatem anhelet, quam ipse animis omnium suggerit, vt non maxime commoueatur. Pro verbo autem illo, Religiosos, & Religiosas, intellige quoscunq. bonos laicos vtriusq. sexus, ad quos sermo habebat. Decorabat autem Regulas Apostolicas: nam Eugenius IV. in Reformatione Lateranensis Ecclesiæ, quæ tamen parūm fausta fuit, & diuturna, sic exorditur. Huius profectò Sacri Ordinis (loquitur de Ordine Canonico Regulari in genere,) & Sācti Propositi post Apostolos, primum in Alexādrina Ecclesia Marcus Petri Discipulus fuit Institutor, & Conditor: & sanctæ memoriæ Vrbanus insignis Martyr & Pontifex Generalis decreti Ordine reformauit. At Gloriosus Doctor Aug. Diuinis Regulis, & doctrina decorauit. Decorator ergo fuit Aug. Regulæ Apostolicę non alterius auctor. Vis agnoscere Decoratorem? lege in fine eius sermonis, quas Regulas appellat Eugenius secutus Paschalem II. vbi dicitur. Donet Dominus, vt obseruetis hæc omnia tanquam spiritualis pulchritudinis amatores. Ex illis namq; exornauerat Regulam Apostolicam, reddideratq; multicoloris flosculis pulchriorem.

Eug. 4.
Marc.
Vrb.
Aug.

rem.

Hier. rem. In quo operc laborauerant prius & Hieron.& Ambros.ęmu-
Ambr. lati penicillum, vt suprà quoq; attigimus, antiquiorem antiquioris Ecclesiæ, & primitiuæ. Neq; enim refert si pictores diuersi alicuius Imaginem diuerso ornatu, diuersisq; coloribus semper venustiorem repræsentent, cum hac varietate in primis oblectetur natura, arrideatq; ea magis semper oculis nostris. Nec tantum decorauit, sed suscepit. In principio quippè eorum sermonum Aug.
Aug. præscripsit formam Regulæ Apostolicæ, pro qua eos sermones habiturus erat, vbi inquit. Hęc est forma, quam desideramus implere. Quę subinde ibi recitatur, & præscribitur ad verbum, nec ab ea vsquam recedit in singulis sermonibus, eam identidem repetens, & veluti ad præscriptum omnia retorquens quæcunq. in his elaborata fuere. Nihil enim illi essentiale immutatur ex his. Verùm huc omnia tanquam in suum scopum directè tenduntur. Essentiale autem id est: vita cōis sub propriorum abdicatione, & ꝙ omnium sit cor vnum, & anima vna; vniti.s. vinculo charitatis, vt exponit
Glo. Glos.c.dilectiss.12.q.1. quam cum Apostolus describat ad Corint.
1. Cor. 13. 1.c.13. Quòd non quærit quæ sua sunt, sic interprętatur August.
in tertio sermone: vt communia proprijs, non propria communi-
Aug. bus anteponanr. Sed omnia (inquit) opera vestra in vnum fiant maiori studio, atque frequentiori alacritate, quam si vobis singuli propria faceretis. Et ideo quantò amplius rem communem, quàm propriam curaueritis, tantò amplius vos proficere noueritis, vt in omnibus, quibus vtitur transitoria necessitas, supereminear, quæ permanet, charitas. Vides hic quantum exornat Aug. hoc essentiale Regulæ Apostolicæ. Erat cor omnium vnum, boni discipuli æmulatoris vice fungens, quatenus animorum non minus procedat communio, quàm bonorum. In hoc quidem essentiali consistebāt omnia essentialia, quibus perficiebantur illi Clerici primitiuæ Ecclesiæ, quibus absq; D. Tho. concludit, quòd perfici non potuissēt,
D. Th. sicuti modò in Obedientia connecti dicimus tria substantialia, &
Io. An. in quolibet sacro Ordine Continentia, vt notat Io. And. in c.legebatur, de maio.& obed. & hic erat ille modus perfectionis appro-
Petr. de Pal. batus tunc ab Ecclesia pro professione siue expressa, siue tacita; de quo allegauimus eum Doctorem cum Petro de Palud. Et de quo
Hier. etiam Hieron. de vita illustr. Vir. Apud antiquos Canon. Lucēses
Pasch.2 S.Phrygdiani seruatur Priuilegium Paschalis II. sub his verbis. Vitæ Re-

tæ Regularis propositũ in primitiua Ecclesia cognoscitur ab Apostolis institutum. Nemo.n.illorum quidquam proprium habebat, sed erãt illis omnia communia. Erat .n.illis anima vna,& cor vnũ. Audis essentiale præmissum Regulę Apostolicæ excerptum ex illo Decreto B.Clementis ad litteram,& ex actionibus Apostolicis qđ fuit thema præscriptum horum sermonum B. Aug. Audis & illud vitæ Regularis Propositum in primitiua Ecclesia, quod militat cõtrà Alexandrinum scribentem, vt suprà,ꝗ quamuis essent Clerici cõiter viuentes in primitiua Ecclesia, non erant tamen Regulares, quia hoc nomẽ in vsu non erat. Sequitur Paschalis:Hanc videlicet vitam Regularem B.Aug.tàm gratanter amplexus est.Vides,quòd Aug.amplexus est vitam Regularem, cum tñ id nominis neq. tempore Aug.audiretur,vt eam(inquit)suis Regulis informaret. Suprà Eugenius dixit suis Regulis decorauit: hic autem suis Regulis informaret. Nam his sermonibus informatur Regula Apostolica, & vita Regularis, cuius forma pro subiecto, vt dicimus,in ipsis sumitur,ac pariter decoratur. Speculum appellauit tñ, non Regulã. Vt autem in libello hoc,tanquam in Speculo(ait Aug.)in fine tertij sermonis. Possidius scribit de Aug. quiq. prodesse omnibus volens,& uolentibus multa librorum volumina legere, & non valentibus,ex vtroq; Diuino Testamento veteri,& nouo,præmissa Prętatione, Præcepta Diuina ad vitæ Regulam pertinentia excerpsit, atq; ex his vnum Codicem fecit:vt,qui vellet,legeret:Atque in eo, vel quàm obediẽs Deo, inobediẽsq; esset,agnosceret.Et hoc opus uoluit Speculum appellari.Hæc Possidius in vita Aug. Quidam dicit Possidium intelligere de tertio sermone vitæ cõis Clericorum, quem Regulam autumat. Et reor hoc magis sentire ex eodem, qđ Speculi nomen intulit in eo August. quàm quòd rectè perpenderit sententiam Possidij, quæ manifestè asserit, Codicem illum ad omnes pertinere. At titulus huius sermonis siue de vita,siue de Regula Clericorum(vt superius ostendimus) dicatur, compertissimũ est solos Clericos concernere;& non omnes,sed Monasteriales dũtaxàt,in cuius exordio ita legimus.Hæc igitur sunt, quæ, vt obseruetis,præcipimus in Monasterio constituti;Sed neque priores Sermones extendi possunt ad omnes,vt Possidius Speculum illud extendit; Sed ad suos tm̃ Hypponenses Clericos, etsi multa de omni gradu Clericali generaliter in illis complexus fuerit:Sed neque ex illis

Aug.

Possid.

illis verbis Augustini satis probatur, ꝙ voluerit hunc libellum Speculum nuncupare. Qđ si voluerit, alterum oĩnò fuerit ab illo ęquè Generaliori Possidij: Cum proindè Regulam Apostolicam in hoc Speculo interfertam diximus, intellige confirmatam, vt conuenias cum dicto Paschalis suprà, nihil elaboratum est in his Sermonib. nisi pro illo essentiali Apostolico, sicut Monachi Cluniacenses, Cistercienses, & Camaldulenses Regulę B. Benedicti suas Regulas, seu Constitutiones addidere, nihil tñ eius essentialis Benedicti immutantes, sed oĩa pro eius custodiæ maiori districtione. Quod & faciunt Modernæ omnium Claustralium Sanctiones, & citrà aliquã circumscriptionem Regulæ suæ. Nec minus desudarunt Doctores Sanctiss. pro conseruatione, & Reformatione Regulæ Apostolicæ in Clericis suis. D. Clemens, D. Vrbanus, D. Ambrosius, D. Hieron. Noster hic D. Aug. & D. Prosper (vt alios mittam) vt Clerici oẽs, & singuli sp cũ maiori decore obseruarent, Nam quicquid illi Regulę Apostolicæ adiectum est ab illis, ad decorem tm̃ elaboratum est, ex quo maiori studio essentiale Apostolicum seruari queat. Et hęc omnia supererogationes dicuntur, vt notant Doctores, quæ haud perficiunt, sed tendunt ad perfectionem vitæ Spiritualis. Vide D. Tho. de perfectione vitæ Spiritualis. Clericis autem, ꝙ tradita fuerit, titulus libelli hoc testatur; qui inscribitur de vita Cleri. vt suprà docuimus. Potest ẽt hoc probari ex c. perniciosam, 18. q 2. ꝙ solùm de Canonicis, & Monachis mentionem facit sub trib. Regulis, Benedicti, Basilij, & Augustini, cũ duæ Superiores dumtaxàt sint Monachorum: Manauit autem eo tpe, quo duo tm̃ hi Ordines Claustrales militabant in Ecclesia Dei. De alijs apud Decreta nusquam legendum est. Nunquam autem lego hoc Decretum absque admiratione. Ex eo n. nonnulli Doctorum argumentantur pro prærogatiua horum duorum Ordinum ab approbatione Regulæ, & ab Ordine litteræ, quasi in hoc Decreto Innocentij II. cuius ea sñia est, voluerint ostendere ex eo Ordine prius fuisse approbatam Regulam Benedicti, quàm August. & hinc contendũt Monachos pręponendos esse Canonicis, præsertim cum ex eodem Decreto præferant etiam multa plura loca apud Decretales, quib. innixi vterque Abbas scripsit Canonicos tm̃ Monachis proponi in Ordine litterali, vbi agitur de re vitiosa. Subit aũt maior admiratio, vbi in tãta oscitantia non videant ex eodem textu hunc sensum suum, & suo-

B. Ben. D. Cle. D. Vrb. D. Am. D. Hie. D. Aug. D. Prof. D. Tho. Bened. Basil. Aug.

rum Abbatum confundi. Nam sequeretur, ꝙ Regula B.Basilij posterius etiam approbata fuisset,q̃ tñ Benedictus infra c.vlt.reuerenter, & deuotè veneratur, & cuius mentio in Decretis Sacrosancta est,c.definimus,18.q.2.antequam Benedictus nasceretur.Pręterea non aduertunt in eodem Decreto Canonicos præpońi Monachis, & in altero item eiusdem Pontificis,in lege continentiæ, 27.q.1.c. vt lex.Ex quo manifestè elicitur eius mens. Item pro priore. Bart. in l.nec enim, ff.de solut. dicit, quòd non sp spectatur Ordo Scripturæ, sed sumitur de Iure, ꝙ vr̃, & ibi Imol. quòd si aliter constat de mente disponentis,non est attendendus ordo litteralis. Habes & Io.And.in c.statuimus,ext.de maior. & obed. ꝙ ordo litteræ nō est sp seruandus.Nam màior ordine, licet minor,& posterior tpe, præfertur,ꝙ D.Gregorius Canonicos, & Monachos sub eodẽ ordine verborum iampridem expresserat, c.dudũ, eiusd.q. Vt potius putes Innocentium ab eo,& hic verba, & eorum Ordinem mutuatum fuisse.Qui cum vellet cauere,quatenus Mulieres Cœnobiales, quæ & Sanctimoniales dicuntur, degentes sub quacunque trium Regularum cōiter residerẽt tàm in Ecclesia,q̃ in Dormitorio,atq. Refectorio,& non haberent Receptacula,& priuata Domicilia, in quib.sub Hospitalitatis velamine passim hospites minus Religiosos suscipiebant, nullum habens locum, quo melius suam hanc sniam tueretur,Regulam Benedicti proposuit, quia hoc in Monachis peculiariter cautum est.Nihil ex hoc sibi persuasus,ꝙ ipsi adeo oscitãter confinxere, non perpendentes finem Decreti pro hoc Ordine; quòd Decreto, vt lex continentiæ, Ordinem hunc litteralem pro oĩbus Ordinibus tunc militantibus sub recto Ordine disposuerit. Vbi,post Episcopos, Presbyteros, Diacones, Subdiaconés, statim subdidit Canonicos Regulares, & dehinc Monachos, atque Conuersos professos.Et vnde (oro) melius eam prærogatiuam expiscari poterant,q̃ ex hoc Pontifice sub hoc Decreto,quo declarauit ille,quantùm desipiãt hi litteratores,qui ex priore,& quibusq; alijs Antiquis eum ordinem litteralem detorquent ad hmōi nugas?Nã nugas esse ipsi præseferunt Canones Antiqui, & Orthodoxorum Sacrosanctæ Sanctiones,quibus legimus modò vnum, modò alterum Ordinem præscribi. Nam & Paulus Doctor Gentium hanc literam paruipendens Iacobum Cephæ præposuit, c. Sacrosancta, dist.15.Aug.præponitur Ambrosio, à quo baptizatus fuit.Epi post

Bart. *Imol.* *Io. An.* *D. Gre.* *Gal.5.*

ponuntur Abbatibus: ext. de cens. c. prohibemus. Canonicos prius nominat: c. dilecta, ext. de maio. & obe. & dehinc Clericos; Nec tñ Iacobus præponitur Cephæ, non Augustinus, Ambrosio, non Abbates Episcopis. A pari ergo minus præscribit Canonicis, qui ętate antiquiores, Monachis gradu priores extiterunt, vt supra satis elici potest, differeturq; latius infra in libro de Præcellentia; Quãuis ex eo Concilio Ordines plerique etiam Mendicantium, qui postea emerserunt sub ea Regula, vel Speculo militare compulsi fuerint. Habes hoc ext. c. fin. de Relig. Domi. Nam Prædicatores, Eremitani, & Seruitæ, qui vnà erupeÿant cum alijs Mendicantib. post dictum Decretum, sumpserunt Regulam Augustini, inter quos Prędicatores præmittuntur, quia, vt notat Io. And. c. quorundam, de

Io. An. elect. in 6. Antiquior fuit eorum Institutio. s. approbata. Nam Eremitarum, & Carmelitarum, c. vnico, de Relig. Domi. in 6. dr̃, quòd præcessit antè Concilium, quo dictum c. finale institutum fuerat. Vbi facilè constat hos duos Ordines adhuc suspensos fuisse apud

Greg. Gregorium X. qui, vt notat ibi Glos. cogitabat, horum omnes Or-

Glos. dines abolere, præter Prædicatores, & Minores. Legitur tñ Priuile-

Alex. 4 gium quoddam Alexandri IV. sub datum Anagnæ, 9. Cal. Iun. Anno 2. quo notat diuersas Congregationes Eremitarum sub diuersis Habitibus in vnum de mandato suo conuenisse, & vnitas fuisse sub eodem Habitu, & Titulo. Quarum aliquæ prius denominabantur S August: aliquæ S. Gulielmi; aliæ Frs Io. Boni apud Mantua-

Greg. 9. nos, aliæ de Fabali, aliæ de Britinis, & asserit Gregorium IX. Prædecessorem suum (Nam hic X. fuit eius Successor) nonnulla ẽt proui-

Fr. Io. disse circa eosdem. Legitur ẽt in quadam Apologia Fr. Io. Baptistæ

Bapt. Mantuani Carmelitæ defensio contra d. Glos. Innuens Institutio-

Glos. nem Antiquissimam sui Ordinis, & arguens approbationem ex ea Antiquitate, quæ præcessit d. Conc. cum illa Constitutio, c. fin. de Relig. Domi. respiciat tm̃ futura, vt ibi patet in verbo, de cætero; Et quòd notat generaliter de omnib. c. cognoscentes, de Constitutionibus. Non. n. videbantur pia Collegia Antiqua Religiosorum, & Congregationes subijci huic legi antè ipsum Concilium, vt approbarentur à Sede Apostolica. Nam satis eos approbabant Religio, & morum, ac vitæ Sanctitas, ff. de col. illic. l. 1. §. sed Religionis; Cũ autem in immensum succrescerent Ordines, cautum fuit ex eo Cõcilio, & Decreto: Ne nimia: Ne quis, in consulto Romano Pontifi-

ce, de

ce,de cætero fundaret nouum Collegium, aut Congregationem, sed quisquis conuerti vellet,vnam de approbatis Regulis sumeret. Quod item in 6.c.vnico,de Relig.Domi.repetitũ habetur. Et hinc est, quòd fuerunt compulsi, vt diximus, Ordines Mendicantes, cum approbarentur, militare sub vna Regularum approbatarum: possunt tamen Eremitani Patres summa gloria digni,& ipsi defendere se,vt Carmelitani,antiquitatemq; suam demonstrare, quam non reijcimus,sed neq.detrectamus.atq.tractamus, cum de Canonico instituto narrationem faciamus.Ex quib.illud quoq.cõtigit, vt,tot nouorũ multiplicatione Collegiorũ,MonasticusOrdo ita ab Antiquis,vt Ordo Canonicus absolutè nũcupatus sit.Et ipse S.Benedicti,& S.Basilij subdistingueretur,promulgata Generali Cõstitutione,vt Religiosi oẽs,qui Religionem nouam auspicarent, sub vna ex Regulis approbatis militarẽt.Quo factũ est,vt ab oĩb. quoque Veteranis,si hactenus fortasse nullam habuissent, aliqua earũ in posterum sumeretur,& qui inter Monachos Regulam Basilianã elegissent,Ordinis D.Basilij.Qui verò Benedictinam, D.Benedicti ꝓpea notarentur.Sicuti D.August. Cathedrales, & alij Monasteriales Clerici,seu Canonici vniuersi Regulares, ẽt illi, qui Ordinis tñ D.Marci intitulabantur. Quorum tametsi antea pleriq. sub Regula simpliciter Apostolica,suisq; tñ partim certis probatis moribus,partim ęditis statutis vixissent, hanc tamen Augustini omnes pariter iam vulgatam accepere. Ex Regula eundem simul Ordinẽ profitentes Canonicum Regularem,seruato illis duntaxàt D.Marci ẽt suo titulo,tùm ob reuerentiam Euangelistæ,tùm ob Antiquitatem:quippequi sub illo de primis exierint, vt inter hos Clericos Regulares idem Ordo Canonicus perinde bifariam diuisus generaliter constet,vt inter illos Monasticus. Inter quos hoc tamen interest, quòd binæ eos nunc Regulæ separant, ij oẽs vnica connectuntur.Appellatur Ordo Monasticus,vti Leuiticus dr̃, de quo suprà Hier.ad Paulinum,& sicuti Canonicus,Carthusianus, Camaldulẽsis,Prædicatorum,Minorum,& hmõi,& sunt in Ecclesia, ꝓut sui Ordines in qualibet militia, de tribus tamen intelligo militijs duntaxàt:de Cœlesti,quam Lucas,c.2.noĩat.De hac Ecclesiastica, quæ ẽt dr̃ Cœlestis.c.Christianis.11.q.1.& de qua sup. & de sæculari;de qua abundè scribũt Vegetius,& alij Historiographi: Habes & Dionysium de vtraq.militia:spũalis est,cuius meminit Apostolus 2.Co.10

us.In carne,inquit,non secundùm carnem militamus. Nam arma
Gal.5. militiæ nostræ non carnalia sunt.Et alibi. Caro concupiscit aduersus spûm,spûs aût aduersus carnem.Hæc.n.sibi inuicem aduersant.
Eph. 6. & alio in loco.Induite vos armaturam Dei.Non est nobis colluctatio aduersus carnem,& sanguinem, sed contra spiritalia nequitiæ
Iob. 7. in Cœlestibus: ꝑpea accipite armaturam Dei,vt possitis resistere: Huc accõmodatur snîa Iob. Militia est vita hominis super terram. Ad Ecclesiasticam illud quoq.detorquetur.Quis militat suis stipē-
1.Co.9. dijs vnquam?& 12.q.1.c.Dilectiss.& ibidem Glos.c.illi.vbi allegan
Glos. tur exempla longè plura.Nusquam aût legis in Decretis Ordinem S.Benedicti,sicut nec S.Basilij,nec Augustini. Hæc nomina noua sunt adinuenta post conditos Ordines primos Mendicantiũ, compellatos à suis Auctoribus,S.Dominici,& S.Francisci, In Antiquis Priuilegijs multis Monachorum, simpliciter, & absolutè scribitur Ordo Monasticus,sicuti diximus de Ordine Canonico,in pluribus tamen secundùm Regulam B.Benedicti, vt in illis B.Augustini. In dicto c.Ne nimia de Relig. Dom. inhibetur erigi noua Religio, & cauetur, q̃ Regulam, & Instõnem suscipere debeat, quisquisquis ad Religionem conuerti voluerit.Ꝭ quę approbata est:Doctores cõ mentantur approbatas esse, quarum duntaxat meminere Decreta, & Decretales.Et quia de trib.mentio tm̃ reperitur,Augustini.ſ.Basilij,& Benedicti:tres tm̃ aiunt esse, de quibus Decretum intelligit. Quod sanè minus probatur,cum videamus Petri Damiani, quam
Pasc.2. approbauit Paschalis II. Canonicis Regularibus Rauennatibus de Portu sub Datis Transtyberim 12.Cal.Ian. Indictione 10. Cuius approbationis Decretum in ea legitur ad verbum cum subscriptio
Genn. ne 14.Cardinalium,de more eius tempestatis.Gennadius de Viris illustr.scribit,Pachomium fundatorem Cęnobiorum Aegypti scripsisse Regulam vtriq.genti Monachorum aptam:intelligit de Regularib.Canonicis,& laicalibus Monachis.Item scribit,Vigilium Diaconum alteram composuisse ex traditione Patrum Monachorum, quæ in Cœnobio ad profectum Fratrum legitur.Isidorus quoq.de
Isidor. vir.Illustr.innuit de Eugippio Abbate, qui ẽt ipse ędidit Regulam Monachis S.Seuerini,q̃ eis testamentario quasi iure reliquit. Scribit ẽt de Ioanne Epo Geruden̄. qui condidit Monasterium in Hyspanijs, &, congregata societate Monachorum Regulam exarauit ipsi Monasterio profuturam.Quare & ipse Isidorus, cuius tot De-

creta legimus, & seruamus, aliam condidit decenter (vt dicitur) temperatam? Ildephonsus item Archiepiscopus Toletanus refert, Donatum professione Monachum, Aphrycanas Cladesfugientem in Hyspanias primum illius Monasticæ Obseruantiæ vsum,& Regulam adduxisse. Omnes hæ Regulæ fuere (vt vides) in vsu, & obseruantia ante dictum Decretum(Ne nimia) quod præcipit, vt vnam de approbatis suscipiat quisquis ad Religionem conuerti voluerit, Num potuit aliquis sub eam tempestatem conuerti, siue post in aliquo præmissorum Cœnobio, & profiteri vnam de his Regulis, vt puta, Petri Damiani in illa Canonica Portuerī.? Num negabitur vnam esse de approbatis,quia non hæ nominantur in Decretis? Et quis negabit alias fuisse quandoq; approbatas, q̃ tot Orthodoxorum Patrum auctoritate commendantur? Quis tàm hic exoculatus non videat,si huiusmodi nugas prosequamur, opus esse, vt omnia hæc magis debeamus Gratiano, quàm Pontificibus, quorum ea Decreta,quæ sibi placuit,digessit,quæ non placuit,omisit? Nam de Paschali multa excerpsit, & plura neglexit, prout ad rem suam faciebant,vel non. Nec solum excludunt ex ea denominatione præmissas omnes Regulas,dum ad tres numero coarctant, verùmetiā præferunt ex ipsis tribus alteram alteri,prout casus dederit, vnam prius denominandi,non expendentes ætatem Regularem, sed eorum Pontificum.Quorum Gratianus, extra hoc omne propositū scita retulit.Neque enim Gratianus has nugas prosecutus est,neq. vllus Doctorum ante ipsum.Omnes Regulæ tempore Gratiani,& post antè dictum Concilium Lateranense sub Innocentio III. ratæ erant, quæ non aberrassent extra Sanctorum Patrum documenta, & sinceræ fidei solidam doctrinam. Doceant (oro) vbi caueatur antè dictum Concilium de huiusmodi approbatione; Dicantque num Collegia Religiosorum inhiberentur? Diximus suprà omne Collegium Religiosorum fuisse licitum ob Religionem. ff. de Colle. illi. l. 1. §. sed Religionis. Cautum tamen fuerat tempore Augustini, & post; Ne quis Monasterium,aut Cellulas nouas,siue Ecclesias congregarent Monachorum iniussu sui Episcopi. Prius enim in Carthaginensi Concilio, cui interfuit Augustinus. c. Qui Religiosi, 18. q. 2. decernitur. Ne cui liceat incipere,aut fundare Monasterium absque Epi permissione.Et c.sequenti ex Agathensi Concilio dr̄.Monasterium nouū nullus incipere,aut fundare præsumat

Ildeph. *Gratia.* *Cō. La. Inn. 3.* *Concil. Cartha.*

sumat,nisi permittente,& approbante Epo.Vide & c.sequens,cellulas nouas, aut Congregantium Ecclesias Monachorum. Hæc,vt dixi,antè Augustinum non fuere,qui prius Presbyter Monasteriũ erexerat in horto Episcopatus, quem illi hanc ob causam donauerat Valerius Eps. Cui postea cum successisset in Episcopatum, auctoritate propria alterum fundauit in Domo Episcopi, vt ipse ait. Vtrumq; aũt sub Regula simpliciter Apostolica, quæ non scripto constabat,sed more solo,& consuetudine,vt præmisimus ex Decreto Clementis, 12.q.1.c.dilectiss. Nũm igitur hoc Collegium negabimus fuisse licitum,& approbatum,q̃ suprà annos 30 fuit,vt diximus,absque Regula scripta, & parùm abfuit, quin perpetuò relinqueretur suis tñ moribus,& consuetudine?Quòd si licitum,& sanctum(vti reor)prędicabunt,de quo plura leguntur in Decretis Decreta,quæ suprà digessimus; multò magis fateri cogentur,& Regulam eius,siue Instituta scripta,siue non,Sancta fuisse,& approbata, vel quæ nulla indiguerint approbatione. Ex quorum obseruatione Collegium dumtaxàt fidelib. omnibus hactenus ratum fuerit. Quod exemplo colligitur de omnibus Collegijs Antiquis, & de eorum Regulis præmissis.Atqui nullam Regulam habuissent,profectò compellebantur per illud Decretum aliquam earum in posterum sumere.Nam aliqui moribus suis tñ,seu suis æditis inter se statutis viuebãt.D.Vbaldus Eugubinus in Ecclesia Eugubina Prioratus curam suscepit antè Epatum: Vbi postea Episcopus Regulã, & Ordinem S.Aug.sumptum ex Monasterio Portuensi Rauennate instituit. Fuerat igitur in Ecclesia illa principiò Ordo Canonicus, ex quo erat Regularis. Neque.n.Prioratus tùm dabatur in Clericis sæcularibus, & non tñ fuerat secundum Regulam, & Ordinẽ S. August.sumẽdo Regulam,sumpsit Ordinem, vt credas, qui scripsit eius Diui Hystoriam,sua magis tempora respexisse. Nam, vt dictũ fuit,Ordo S.Aug.qui antea Ordo Canonicus simpliciter denominabatur,pro hoc noĩe in Canonicis Regularibus post Concilium Lateranense sub Innocentio III.subingressus est.Et Canonici ipsi Rauennates in Portu nullam per multa tempora Regulam habuere.Facit ad hoc fidem Petrus Damiani,cuius Collegij olim iuuenis fuerat,qui in Proemio eius Regulæ,q̃ eis postmodum compilauit iam fermè centenarius,& Monasticæ iamdudum professionis effectus,asserit ab eis iniunctum sibi opus, cum immemor suboriretur dubietas

Clem.

D. Vb.

Concil. Later. Inn. 3.

Petrus Dam.

dubietas super eisdem Decretis, quæ olim cōiter seruanda ibidem vnà decreuissent: Et in exordio præmittit eos nondum inuenisse certam, fixam, & sufficientem Regulam Ordinis Canonici, quę singularium varietatum negotia contineret, ac dictaret. Vbi, sicut Monachis in Regula, Monachia, sic Clericis modus conuersandi, & singula faciendi necessaria, ac quæq. debita Ordini Canonico cōgruētia exhibendi haberetur certissimus. Et hanc suam Regulam approbatam iri curauit à Paschali II. vt præmisimus. Regulam aūt Clericalem non inueniri hoc tempore, vel ꝑpea dixit, quia nondū erat satis euulgatus sermo ille Augustini pro Regula; Cuius nullam vsq; mentionem fecit sub hoc noīe. Nondum. n. constabat c. illud. Perniciosam. Innoc. I. 18. q. 2. quo primum fortasse Regula August. in Decretis legitur, vel quia August. non ea prosecutus est, quæ postea Benedictus: de diebus ieiuniorum, de cibis, & eorum qualitate, & quantitate, de lectisternijs, & hmōi multa, quæ Damianus quoq; examussim complectitur in sua. Cum aūt præmisimus inter Monachos, alios S. Benedicti, alios aliorum Sanctorum vocari; per Monachos intelligimus, quorum nomen dr̄ vnus, tristis, c. placuit, 16. q. 1. & 7. q. 1. c. hoc nequaquam. Scribitur: Monachorum vita subiectionis habet verbum, & disciplinatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi. Io. Cassianus de tribus generib. Monachorum opusculū ædidit. Et circà hanc eorum diuersitatem, Benedictus in principio Regulæ eum imitatus vr̄. Dionysius in Eccles. Hier. c. 6. Theurapeutas, & Cultores, Græcè. s. & Latinè eos appellat. Eusebius in sua Historia Ecclesiastica Cultorum Ethymologiam pro sensu Phylonis exprimit, quos & Cassianus Monachenses, Cœnobitas, Anachoritas, & Eremitas denominat; pro quibus & Isidorus de Ethymologia. Verùm Gregorius reclusos propriè Monachos putat, ad Secūdinum reclusum scribens sub his verbis. Vos, qui solitariam vitam ducitis, quid aliud, q̄ Monachos dixerim? Cur cum singulariter hostis non imperat, à quo se impeti singulariter spectat? Qui siue hi, siue alij fuerint, magis honorantur in Calcedonensi Concilio cap. qui verè, 16. q. 1. omnes autem laici fuere principiò, quocunq. noīe censebantur, arg. c. à Subdiacono, dist. 94. c. quidam, 18. q. 2. ex c. generaliter, 16. q. 1. iunctis Glos. Imitatores tn̄ Apostolorum, quoàd Renunciationem propriorum, & cōem vitam, vt indicat Glos. c. videntes, 12. q. 1. Et Sacerdotales Ordines sequentes, quantum fas

est,

Pasc. 2. *Inn. 2.* *Petrus Dam.* *Io. Cas.* *Ben.* *Dion.* *Eusеb.* *Cass.* *Isid.* *Greg.* *Conc. Calced.* *Glos.* *Glos.*

Dion. est,vt inquit Dionysius, vbi suprà,perindé vt iam antea Iesuati.Postea verò promoti ad Ordines Sacros figuram quoque tenuere Apostolorum, hoc est Septuaginta duorum Discipulorum, pariter cum alijs Clericis quòad Sacramẽtorũ dispensationẽ:q; exponitur *Glos.* per d.Glos.& in c.ex auctoritate, 16.q.1.& dist.21. c.in nouo. Ad hanc accersiti posteriori t.pe pro vtilitate Ecclesiæ in defectũ Clericorum:Et ex Monasterijs sublati ad Ecclesias, in quib.constituebãtur Clerici Cardinales,exempti.s.à Monasterijs, & deputabant peculiares Clerici,& Ministri earum Ecclesiarum,c.quorũdam, dist. 84.& c.priscis,dist.55.& c.si quis,dist.77.& 16.q.1. cap.Monachos quoque,& c.vos autem,& seq. Vt videas eos aliud repræsentare ex persona Monachi, quæ est eorum essentialis, qua cõicant Clericis Regularibus tm̃.Nam vtriq.sunt huius essentiæ. Et aliud ex persona Clerici,qua non essentialiter,sed per accidens communicant cũ illis,& cum quibuscunq; Clericis sæcularibus: qñ eam postea sum- *Hier.* pserint.Vnde Hieron.alia causa est Clerici,alia Monachi c.alia, 16. *Grat.* q.1. & ibidem Gratianus in §.Superiori, c.hinc est.Quod & testat̃ *D. Th.* D.Tho.2.2.q.189.quem sequitur & Archid.in c.mandamus,19.q. *Arch.* 3.Et p.pea Laici operibus quotidianis principiò deputabantur, à quibus ét ruralibus non excusabantur, 17.q.4.c.in venditionib. & D.Benedictus in Regula:quatenus,mendicitate seclusa,vescerentur *D.Ben.* in sudore vultus sui ipsorũ,c.nunq̃,de Cons.dist.5.vbi Hier.as- *Hier.* serit Aegyptiorum Monasteria hũc morem tenere, vt nullus absq; *Cass.* labore,& opere suscipiant.Et Cassianus de Institutis renunc.c.12. Nullum tps(inquit) ab operis exercitatione vacuum transire con- *Aug.* cedunt.Aug.ipse inuehit contrà Monachos, qui,cum nollent operari,mendicitate cibos quærebant.Mendicitas namq.reprobatur, *Io. An.* c.Diaconi,vlt.dist.93. vt notat Io.Andr.in Clem.de Relig.Domib. Permittebatur tñ Clericis,& opus rurale, & quodcunq; aliud honestum exercitiũ, quib. Ecclesia pauper non sufficiebat; quatenus inde victum tm̃, & vestitum quærerent, & non ob aliam causam : 91.dist.c.Clericus,& 21.q.1.c.1.& ext.de celeb.Miss.c.1.Quod igr̃ fuit Generale præceptum in oĩbus Monachis pro his laboribus(lege vtramque Regulam Monasticam)Hoc in pauperib.Clericis dũtaxàt vrgente necessitate fuit permissum.Operi aũt quotidiano mãcipabantur,cum de Ecclesiæ bonis nihil participarent; Clericis ét ex ipsis suis laboribus decimas impendere mandabatur,c.alia, 16.

q.1.

q.1.& arg.c.si Monachus cum seq.& c.reuertimini,& c.legi,ea.q.& c.qm:cum multis alijs per totum Titulum.A quibus postea liberati sunt,c.decimas,eiusd.q.Laicos tñ ita Monachos intellige, veluti principiò sacris simpliciter interdictos,pro Deo Deuotis, & Conuersis,de quib.suprà disseruimus pro c.duo sunt, 12.q.1. Quos ita inter alios Laicos,de quibus in eo.c.Et Clericos in Templo stātes, vt,iuxta Dionysij snīam ad Demophylum Monachum, nunquam intra adytorum fores admiseris,fuerintq; tunc,vt nostrates iam Iesuati: Vnde Chrysostomus contrà impugnantes vitam Monasticā lib.3.sola(inquit)ferè dria est inter Laicos,& Monachos:quòd illi matrimonij se vinculis constringunt, hi verò his liberi perdurāt. In reliquis cōis,atque eadem ab vtrisq.ratio totius vitæ requiritur: Eisdem pro culpis pœna vna oīb.debetur.Imò vr in eodem genere fornicationis sæcularem magis delinquere,& sine vlla veniȩ spē. Neque.n.par facinus admittere vr,qui vxoris solatio subnixus, decore mulieris irretitur. Atque is,qui eiusmodi auxilio, & infirmitatis remedio destitutus,hac interdum peste corripitur. Quantùm verò differat à Clericis ostendit Aug.c.legi,16.q.1.Nimis dolendū exclamans, si ad tàm ruinosam superbiam Monachos erigimus, & tàm graui contumelia Clericos dignos putamus,in quorum numero sumus. Cum aliqñ bonus etiam Monachus vix bonum Clericū faciat.Quem secutus B.Iuo Carnothensis Eps ad Petrum Pictauēsem his verbis scripsit. Clericorum verò Ordini publicam infertis iniuriam,qui Monachorum quietudinem ad tàm ruinosam superbiam erigitis,vt Clericos eis subiugare studeatis. Quorum tāta debent esse exempla,vt,secūdum B.Aug. vix etiam bonus Monachus bonum Clericum faciat.Et Chrysost.in Dialogo lib.6.Magnum est (inquit) certè Monachorum certamen, & multæ molestiæ labor. Extrà Monachos aūt eorum,qui D.Augus.dicti sunt,Cathedrales erant Ecclesiæ, & Monasteriales à principio. Per ea.n.tpa Ecclesiæ Cathedrales fuere,vt plurimùm vbiq. Regulares tàm in partib. Orientalibus, quam Occidentalibus, Aphrycanisq; Inter quas in primis connumeratur Sacrosancta Lateranensis. Nam,vt dictum est suprà, fuit hoc sæculum fœcundum pro his Clericis Regularib. infrà Annū Salutarem 1000.& 1100.Quo Eduense Concilium,& subinde Turonense cauit pro illis.Ne quisquam.f.eorum posset trāsire ad Monachos, quandiù sui Ordinis Ecclesiam inuenire posset,

Dion. *Chrys.* *Aug.* *B. Iuo.* *Aug.* *Chrys.* *Cō. Ed.* *Cō.Tur.*

&, qui transisset reuocaretur, essetq; perpetuò vltimus in Choro sub memoriali Cuculla, c.nullus, & c.mandamus,19.q.3. His nãq; temporibus floruere huius Ordinis Reformatores, illi præcipuè, de quibus diximus suprà,dicemus & infrà. Vbi aduerte, quòd nedum his, sed plurib. alijs multò antiquioribus Decretis celebrãtur hmõi Canonici Regulares,de quibus Titulus huius quæstionis agit sub hoc noĩe. Alibi appellantur Clerici Regulares, siue Clerici Religiosi,siue Professi, siue Catholici,siue absolutè Canonici,ꝑut disseruimus in superioribus.Et cum oĩa hęc Decreta lõgè anteriora,q̃ illud Innoc.Perniciosam,celebrent hos Canonicos, nonnulli tñ ex illis nostratibus Doctorib. quærunt, nescio q̃ huius Ordinis approbationẽ,q̃ dimetiũtur ex hoc c.vbi incidenter deRegula Augustini mentio facta est: Voluntq; suæ Institutionis prærogatiuam tenere, perindeac si hoc vltimũ Decretum præualeret antiquioribus,antiquiorumq; nulla auctoritas foret: quasi leges Populis potiores forent,& dicerent Municipales antiquiores fuisse, q̃ Municipia, vel Leges Imperatoribus prius ratas fuisse, quàm Populos. Leges.n.conditæ sunt pro Populis;nõ Populi ꝑꝑ leges creati. Absque legibus quandiù totus Orbis rectus est?De legibus scriptis intelligo. Nam lex est Constitutio scripta, dist.1. c.lex. Lex aũt non scripta,siue potius ius naturale, de quo etiam ibi, cum ipsis hominibus subortum dr̃. Sic Ordo Clericalis principiò Regulariter, & Canonicè erectus fuit sub Apostolis,morib. dumtaxàt, & vsu; Et hoc est, ꝙ dr̃ Regula Apostolica tradita à Christo suis Discipulis, non in carta,aut in tabulis incisa, sed exarata in cordib.eorum. Et, vt inquit Apostolus,non in tabulis lapideis, sed cordis carnalibus, non atramento,sed Spiritu Dei viui,qui & idoneos nos fecit Ministros noui Testamenti,non littera,sed spiritu. Litera.n.occidit,spiritus aũt viuificat. Et hanc dicit esse administrationem spiritus in gloria: Salomon item, Sapientiam,inquit, scribe in tabulis cordis. Et hæc Regula hac cœlesti Sapientia condita per manus Discipulorum Christi decucurrit in successores Clericos vsque ad tp̃a Doctorum Ecclesiæ,Hieronymi,Ambrosij, & Augustini Clericorum, vt notauimus suprà ex Decretis Clementis, & Vrbani,12.q.1. Sed hoc ridiculum est, ꝙ in Decretis hoc solùm nomen Regulæ quærunt, & in hoc titulo dumtaxàt laborant, quem Aug. auctor non dedit,posteritas commenta est. Snĩas autẽ Regulæ, ex quibus tot

Innoc. *2.Co.3.* *Ecc.38* *Hier.* *Ambr.* *Aug.* *Clem.* *Vrb.*

Decreta

Decreta congesta sunt, non attendunt, ac si Summi Pontifices, & Concilia, à quib. hæc nata fuerunt, & qui eos Sermones, ex quib. hęc Regula posteriorib. tpib. baptizata est, Clericis seruãdos, citrà tñ nomẽ Regulæ, indixerit, hos Clericos, & horũ Canon. Ordinem minus approbauerit, qa hũc titulũ nõdũ seminatũ nõ expresserit. De secundo, Monasteriales, vt illi Portuẽses Rauennates. Apud Cathedralem Besuntinam referuntur, & duæ aliæ Canonicæ ab ipso Episcopo Besuntino erectæ, & de pluribus ẽt Abbatialibus ibidem mẽtio est post Cathedrales. De Portuensib. dictũ est, quòd fuerint absq. Regula scripta per multa tempora, sicuti & Ecclesia Eugubina. Et sicut olim fuerant Monasteria Aphrycana Clericorum, de quibus Possidius scribit, ea erecta esse opera B. Augustini, & eius Discipulorum, inter quos se etiam connumerat. Apud quæ nullam Regulam scriptam legimus, nisi eos fortè sermones, quos suis Hypponensibus ędidit Augustinus iam senio confectus, citrà hunc tñ titulum Regulæ, vt præmisimus. Nec de Besuntinis aliquid asserere possumus, si sub alia Regula militauerint, quàm sub illa simplici Apostolica, de qua suprà, sed neq; de innumeris alijs vllam fidem habemus, in quib. tamen passim nonnulla scripta reperiuntur, seu ab eorum Reformatoribus, seu ab ipsismet Clericis exarata sub nomine Regulæ, seu Constõnum, seu Statutorum. ex quib. ausim affirmare antè hanc euulgatam Regulam Augustini, de cuius euulgatione suprà disseruimus, singula penè Monasteria sub suis perpetuis Prælatis tàm huius Ordinis Canonici, quàm Monastici habuisse tunc propria sua Instituta, quæ omnibus tunc licita erant volentib. piè viuere in Christo Iesu, de quibus superius etiam præmisimus multa. Quæ quid (oro) refert, cuius tituli fuerint, cum essent oĩa eiusdem propositi, vt districtius viuerent sub Regulari professione? Nã oĩa supererogationes à Doctorib. nuncupata sunt, sicuti & nũc singulorum Ordinum, & Congregationum Constõnes, ad quas non oẽs tñ tenebantur Ita. n. sequeretur Religionũ confusio, vt not. D. Tho. contra impug. Relig. c. 2. sed ad ea tm̃, quib. singuli in quolibet Monasterio se obligabant. Quæ supererogationes ascribuntur vbique consilio simplici, nõ pręcepto, & sunt Instituta, vt disserit Abbas Moyses in collationibus, quib. in statu perfectionis peruenitur ad ipsam perfectionem, quæ in ipsis principaliter non consistit. Nã ieiuniorum inedia, Vigiliæ, labores, corporis nuditas, lectio, cæte-

Poss. *D. Th.* *Abb. Moys.*

N 2 req;

rēq; Virtutes,non perfectio,inquit,sed Instrā perfectionis sunt,vt ipsis ad perfectionem charitatis possimus conscendere. Essentialia dumtaxàt veniunt sub præcepto,quę ēt tunc erant annexa cuilibet Religioso citrà oēm Regulam scriptam,nec erat opus,vt scripto aliquo notarentur.Nam sicut Clericus duo profitebatur ex Clericatu,Sanctitatem.s.& Clericatum; sic ex Monachatu Sanctitatem similiter,hoc est,statum Regularē. Incrantq. hæc essentialia cuilibet per se,reliqua veró non debentur sub præcepto,quia non sunt constituta per se,sed ꝑꝑ aliud,vt.s.ex his,quæ sunt sub consilio,cōmodius exequamur essentialia,quæ sunt sub præcepto,vti constituta, de silentio,de abstinentia carniū,de vigilijs, deq. ieiunijs quibusdā

Ioan.de Turrec. Regularibus,& hmōi,quæ,vt dicit Io.de Turrecremata,spectāt tm̄ ad macerationem carnis. Nec refert, ꝙ hæc, vel illa sint scripta, vel non.Nam istius consuetudinis more retento,& Apostoli,eorumq.

D. Cle. Discipuli,inquit D.Clemens vt suprà,vnà nobiscū,&vobiscū cōem

Pe. Da. vitam duxerūt.Et Petrus Damiani oñdit oīa illa, quæ descripsit in Regula pro illis constitutis Regularib. spectantib. ad eam macerationem carnis,sub consilio fuisse iampridem in vsu apud illos olim suos Conclericos. Scripsisse aūt iussu eorū, cū immemor dubietas suboriri cępisset.Et D. Vbaldus,postq̄ Eps creatus est,sumpsit Regu

D. Vb. lam Aug. cum tm̄ à puero Clericus educatus fuisset in Canonica Secundina, quæ adhuc extat apud dictam Ciuitatem Nostris Canonicis vnitam,& postea Prior antè Episcopatum in Canonica Cathedrali,et cum Episcopatus ipse ab initio sꝑ fuisset Regularis.Nec August.quod suprà quoq.attigimus,nisi senex Sermones illos Regulares ædidit, qui tm̄ à iuuene vixerat cum Clericis suis secūdum illam Regulam sub S.Apostolis cōstitutam. Quicquid statuebatur vel in cōi,vel à Superiore apud vel inter Religiosos,sicuti principiò constituta inter Apostolos,vel Discipulos, Regula,vel Regulæ ap-

Clem. pellabantur,vel scriptæ,vel non.Regulis, & doctrinis Clemens præ-

Pasc.2. cepit Clericos obedire,c.vt suprà dilectiss. 12.q.1.Paschalis II. Regulas dixit Sermones illos Aug.de cōi vita Cler.In Priuilegio allegato suprà Canonicorum Lucensium S. Phrygdiani, quem Euge-

Eug. 4. nius IV. secutus est in sua Reformatione Lateran.Constituta autē

Euseb. Pāphil. hæc eadē appellauit Eusebius Pamphylus, q̄ fuere tradita à D.Marco in Alexandrina Ecclesia, & Alexandrinis Monasterijs Clericorum.Quæ non aliter probant,nisi ex antiquo vsu; sicuti de Electio

ne

ne Epi eius Ecclesiæ, q̃ Hieron.93.dist.c.Diaconi,vlt. quæ tñ nulla lege pręscribitur.Neque.n.legimus à D.Marco aliquid præter Euã gelium. Nonne incunabula illa,quæ Hieron.Monachi nominauit ad Rusticum Monachum,Regulam dixerimus,quibus adeo ad per fectum regulantur Monachi?Præter hæc oĩa(inquit) ad illud tendit oro,vt doceam te,non tuo arbitrio dimittendum;Et infrà. Nõ facias quod uis:Comedas,ꝙ iuberis:Habeas quãtum acceperis:Vestiaris,ꝙ datur: operis tui pensum persoluas: Subijciaris, cui non vis:Lassus ad stratum venias:Ambulansq; dormites: Et nedum expleto somno surgere compellaris.Et in eadem Epistola: Nũquam de manu tua,vel oculis tuis liber Psalterij discedat:Dicatur ad verbum oro sine intermissione;Vigilet sensus:& reliqua repetita c.nũquam,de Cons.dist.5. Et vnde(oro)vel ex qua scripta Regula hæc Hieronymus excerpserat?Et quæ item de moribus Clericorum ad Nepotianum? Annon Regula Collationes Patrum, & quæ de Institutis renunciantium disseruit Cassianus?Quid igitur interest,an noĩe Regulæ,an Statuti cuiusuis quicquid id genus scriptum legimus?Quod quidem numerosissimum est.Nam & Canonici D.Marci in posterioribus hanc Augustini Regulam susceperunt, de quorum Ordine mentio est in additione Glossæ, c.ex eo,de elect.lib.6. De his quoq.intellexit Io.Andr. Clem.1 de elect. dum dicit, ꝙ aliqui Canonici Regulares deferunt vestes sub colore albo: Antea.n. vt prædiximus, vixerant pleriq. antè Concilium illud Lateranense sub Innocentio III. suis moribus, & suo quodam vsu inter se facto,vel ex auctoritate Diuinarum Scripturarum,seu Sanctorũ Cõciliorum,vel ex consuetudine Regularium locorum,siue virorum, vel propriæ deuotionis Religioso affectu, aut prouido arbitrio. Quæ omnia legimus in Proemio Regulæ Damianæ: vbi aduertendum est,ex huius Regulæ testimonio,Monasteria multa antiqua erecta fuisse,vt præmisimus,diuersis modis. Nam aliqua absq. scripto aliquo degebãt sub proprio deuotionis Religioso affectu, aut prouido arbitrio, vel ex consuetudine locorum Regularium, siue virorum. An hæc Monasteria erant tunc approbata sine aliqua Regula?Certè Damianus hic intelligit nedum sufficientem Regulam tùm Clericorum reperiri, verùm etiam multa Monasteria quorũcunque Regularium recta fuisse proprio arbitrio. Nostrates verò Doctores colligunt tres tm̃ Regulas ex Decretis:Vnam pro Clericis:

D.Hie. *Hier.* *Cass.* *Glos.* *Io. An.* *Inn. 3.* *Petrus Dam.* *Petrus Dam.*

cis:Duas reliquas pro Monachis.Contenduntq; de his tribus cap. ne nimia:de Relig.Domi. sentire dumtaxat pro approbatis:Asserẽtes ab earum priori approbatione Ordines suæ Institutionis prærogatiuam tenere.Et cum minimè inueniant vbi approbentur,pro approbatione comminiscuntur omnia Decreta,quæ de illis vtcũq; mẽtionem faciant, Et quæ antiquiora vnam nominant,hanc prius approbatam iurant.Quasi in auctoritate,& potestate Gratiani fuerit,nedum alteram alteri præponere, vt ẽt præmisimus, verũ etiã aliquam earum pro improbata prætermittere, omissis illis Decretis,vbi hanc,vel illam incidenter nominari cõtingit:vel potius fortuita fuerit hæc approbatio, cum inciderit casus Summis Pontificibus,præter tñ alicuius nouæ approbationis intentionem, eas nominandi.Nam satis eas approbatas habuisse dignoscuntur,cum earum auctores inter Diuos retulerint,easq; inter cętera eorum opuscula,generaliter approbauerint, commendauerintq; Annon satis approbatam dicemus Regulam Benedicti, q̃ nominatim D. Gregorius adeo laudat,& extollit in suo Dialogo? Annon satis prius approbatas illas Basilij, & Augustini à D. Gelasio antè Ortum Benedicti?cum oĩa vtriusq.Doctoris Græci, & Latini opuscula comprobentur,c.Sacrosf.Rom.Eccl. dist.15. Negant tñ nonnulli Regulam August. comprehendi sub hac generali approbatione opusculorum,quia non fuit specialiter nominata: Et non intendit Gelasius,vt dicunt,approbare ibi nisi ea,quæ pro fide facerent,non quę instituerent nouum Ordinem.Dicunt.n.& hunc Ordinem Canonicum nouum,& ex Regula Augustini institutum. Quod approbauit Gelasius in August.approbauit pariter in Basilio: & vtrumque pariter diligere debuit. Hunc,quia suæ nationis Doctor Sanctissimus fuit. Habuit .n.Gelasius Valeriũ Prẽm natura Græcum:illum, quia à Patre Presbyter primum ordinatus est, dehinc successor in proprio Ep̃atu, quæ res rara prædicatur, inhibuitq; in posterum, vt Ep̃s viuens successorem sibi crearet. Et quòd sit simile verò,multi opinantur Gelasium fuisse vnum ex Conclericis Aug. adhuc viuente Patre. Si ergo Gelasius non approbauit Regulam Augustini,quia eam nõ nominauerit,neque approbauit illam Basilij, imò nec erit approbatum vtriusq.aliquod opusculum,cum nullum nominetur. Quod & colliges de illis Hieronymi, Ambrosij,Chrysostomi,& aliorum.Illud adde, ꝙ non rectè potuit horum nominare

Grat.

D. Gre.

D. Gel.

Regulam,

Regulam, quia neuter sub hoc nõie reperitur Regulam compilasse, vt ostensum est suprà. Et vbi Ordines institutos reperies ex aliqua hmõi Regula antiqua? Nam longè antè Basilium Monachos passim legimus, vt in Decretis dist.93.c.à Subdiacono: ꝙ est Syluestri, qui fuit antè Basilium, & vt suprà ostēdimus ex testimonio Eusebij, Hieronymi, Cassiani, & aliorum. Aug. Presbyter ordinatus cœpit viuere cum suis Clericis secundum Regulam sub S. Apostolis constitutam, quib. postea in senectute adidit eos Sermones, ex q. bus posteri Regulā Augustini baptizauere. Sed multò minus Monasticus Ordo ex Regula Benedicti institutus dr, qui fuit post Basilium Annis suprà centum. Qui & ipse à Romano Monacho accepit habitum S. conuersationis. Sed dicant: Si Gelasius cõprobauit opuscula horum duorū Regulatorū, & ex alteris eorū instituti fuerunt isti duo Ordines: Canonicus, & Monasticus, q iam tūc militabant in Ecclesia Dei huius approbationis tpe: Quare non multò magis dixerimus, vel salrem consequenter comprobasse ipsos Ordines? Nonne Titulus Regulæ Basilianæ est de Institutis Monachorum? Nonne Sermones illi Augustini inscribuntur de cōmuni vita Clericorum? Annon potius sub Apostolis, vt fidem faciunt Clemens, Vrbanus, Gregorius, & alij 12.q.1.de quibus disseruimus sup? Si sunt approbata illa Instituta, & hi sermones inter alia opuscula: non ne in gratiam harum Cōitatum Clericorū, & Monachorum, pro quib. dumtaxàt elaborata fuere? Nonne his illi tm̄ condiendi erant, qui in alium nullum vsum fabrefacti sunt? An sal catins, gratiusve esse pōt, & nobis magis approbatū, quàm ea, ad quo tū solum vsum repertū est? Num pōt Imperator aliquas leges municipales vnius Coloniæ approbare, non approbata simul ipsa Colonia? & qūo dixerimus Gelasium rata habuisse Instituta Monachalia, & non Ordinem Monachalem? Ridiculum ergo est, Iesu bone, ꝙ tot concertationib. diglandianē, vel vsq. ad conuicia super harū Regularum Antiquarū approbatione, retorquētes Iura nouissima ad Antiquiora, quasi ignari ea futura prospicere, non præterita, c. Cognoscentes, de Constit. Nam ꝙ sancitum volunt circà Mendicātes, qui extremis tpibus erupere, vt inter eos prior approbatio Ordinis præualeat, hoc vr̄ cautum post illius Concilij Lateranens. determinationem, ne noua Religio erigeretur incōsulto Rom. Pont. vt ext. de Relig. Dom. c. fi. & in 6. eo. tit. c. 1. Sed in his Ordinis hr̄ rō, non

Euseb. *Hier.* *Cassia.*

D. Cle. *D. Vrb.* *D. Gre.*

Conc. Later.

non Regulæ, alioquin Eremitani, & Seruitæ præcederent Minores, qui Regulam Aug. profitentur Minoritana multò Antiquiorem. Quos verò mores pro tpe seruabant non scriptos, sed suo ꝑpetuo vsu, & consuetudine scriptos postea, Statuta, & Constões, & hmôi diuersis titulis cõpellauere, quas, vti ẽt nunc Moderni arbitrio suo, rogabant, abrogabantq;. Essentialia tm̃ perpetuò fixa nunquã immutant, & sunt astricta sub præcepto, vt dictũ est, & hæc sub cõsilio dumtaxàt: vetustiores aũt circa tpa B. Benedicti quicquid ꝗdebant pro hoc proposito, Regulam nũcupabant. Quarũ tñ nr̃i Doctores, vt præmisimus, nullam admittunt, prꝗter illas tres, quas vniuersales appellant, alias putant peculiares, & proprias fuisse eorum Monasteriorũ, quib. priuatè scriptæ referunt, vt illa Petri Damiani Clericis Portuensibus, & Eugippij Abbatis Monachis S. Seuerini. Verũ
Petrus Dam. decipiuntur. Nam Aug. vt mittam Basilium, pro Clericis tm̃ suis,
Eugip. Abb. quib. Ep̃s præsidebat, sermones eos Regulares descripsit, non alienis, vnde ait. Parùm est, vt dicam. Non mecum manebit: & mox: si
Aug. nollet suscipere socialem vitam mecum. Et illud, ꝙ multò clarius est. Noui. n. ꝙ si aliquem hoc facientem degradare voluero, non ei deerunt Patroni, non ei deerunt suffragatores, qui dicent. Quid mali fecit? Non põt tecum tolerare vitam istam: extrà Ep̃atũ vult manere, de proprio viuere. Ideone debet perdere Clericatum? Et D. Benedictus suis tm̃ Monachis Regulam dedit. Neq. n. eius Regulam admisere illi, qui alterius Monasterij eum in Patrem petierũt loco defuncti, cuius postea electionem ægrè ferentes interimere
Greg. Ben. parauerunt sub ferali Calice, vt innuit Gregor. Ruralibus aũt suis, inquam, & Campestribus Regulam dedit Benedictus, vt constat ex ipsa Regula, non vrbanis his, & plusquam ciuilib. 16. q. 1. c. Iuxtà. Plures & post Regulas suis Monachis, vt prꝗmisimus, compilauere: vt ausim dicere, vt suprà, singula penè Monasteria singulas Regulas sub suis perpetuis Abbatib. habuisse. Quòd si vniuersales quꝗrunt, quæ nam fuit vniuersalior illa Pacomij fundatoris Cœnobiorum
Pacom. Genna. Aegypti, quæ, vt refert suprà Gennadius, erat apta vtriq. genti Monachorum? Nam vnde plures Greges Monachorum habemus (lege Antiqua Patrum monumenta) q̃ ex Aegyptijs? Et hic Pr̃ dr̃ fuisse multorum millium, quare hanc recusent nostri Doctores inter approbatas, non video, q̃ cæteris vniuersalior, cũctis tunc Monachis Cœnobialib. fuit cõis, Clericis. s. Regularibus, & Monachis laicalibus.

bus. Erant.n.oẽs sub hoc noĩe Monachi, quia hoc propositũ erat cõe vtrisq Vnde, sicuti præmisimus, Monachari, & ocium Monachale ad vtrosq.refertur in discretis, & extrà, ad hos.s.tm̃ Clericos Monachos, & ad hos laicos Monachos, c.Post translationẽ. de Renũc. & Glos.c.sicut nobis, de Regu. Neq.alijs Ordinib. Cœnobialib. ibi legere est. Vellem aũt mihi dicerent Doctores illi: An hæc vtraque gens erat approbata vel ne? cum tñ nusq̃ de hac Regula legimus, sub qua militabant, inter Decreta. Ij proinde, qui D.Marci dicti sunt, s℘ ab Antiquis sub hoc titulo D.Marci compellati sunt: q̃a in Alexandrina Ecclesia sub eo Euangelista primi exorditi sũt in hũc Ordinem, & his postmodum dispersis intra Aegypti Deserta, Regulam scriptam Pacomius eorum cõis Pater, & Monachorum Laicorum dedit, q̃ illi non scriptam seruarunt iuxta Instituta, & Traditiones D.Marci; Vsu solo, & consuetudine per manus Anteriorum suorum Patrum, veluti Iure hæreditario, susceptas. D.verò Marcus hoc Institutum ex Iudæa mox transtulerat in Aegyptum. Oẽs verò Canonici Regulares militant modò sub eadem Regula B.Aug. Cũ Monachi duas habeant, Basilianam.s.& Benedictinam. Reformationes aũt in hoc Ordine plures conijcimus, multas legimus, pro quibus s℘ Doctores Sanctissimi laborauere. Marcus Euangelista hunc viuendi modum perfectioni congruum primus transtulit in Aegyptum, quem apud Iudæam Iudæus didicerat sub Magistro. Cuius & Discipulus Hermacoras mox seruauit primus apud Aquileiam. Hunc modum Clemens Marci sub eodem discipulo Condiscipulus, & eiusdem Apostoli in Apostolicam Sedem postea successor, ex Decreto suo sanxit primus in Clericis, quibus scribit vitam cõem esse omnibus necessariam, sed in primis cupientib. Deo militare, cohortaturq; eos ad eam prosequendam iam susceptam, vt ait, & ne ab Apostolicis Regulis deuient. Vrbanus senior ille testificatur vitam cõem in Clericis maximè ad sua vsque t℘a per annos circiter ducentos viguisse, vigereq; Et cauet sub Anathematis spiculo, quatenus suscepta (vt & ipse dicit) perpetuò conseruetur. Leuita Laurentius, pro eius Decreti obseruatione, dum Ecclesię facultates apud se repositas Decio prodere recusat, non longè post exuri maluit, paulò antè Flauij Constantini Imperium. Cuius t℘ibus natus Hieronymus, de eorundem moribus Clericorum pro hoc proposito vitæ cõis plura perscripsit ad Nepotianum. Ambro-

Pacom. *D. Ma.* *D. Ma.* *Herm.* *B.Cle.* *Vrb.* *Laur.* *Fl. Cõs.* *Heri.*

D. Am. sius idem attigit in lib. de fuga sæculi, Hieronymi coætaneus. Aug.
Aug. necnon ab Ambrosio baptizatus sub annum suæ ætatis 33. de eisdem moribus, quib. Hieronymus, Sermones postea senex plures habuit, sub titulo cõis vitæ Cler. Hic apud Aphrycam Presbyter, & deinde Eps, cum Clericis suis in Monasterio primus habitauit. In Aphryca.n. primus ædificauit Monasteria Clericorum. Non desũt tñ, qui hoc Institutum prius afferant Marco apud Aegyptũ, & inde primos Monachos à Clericis exijsse, qui essent lineis collobijs induti, hosq; subindè æmulatos, quantùm videlicet fas est, Monachos Laicales sub eam singularem dumtaxàt disciplinam. Sub eam
Caß. namq. hoc nomen principiò quoq. vtrosq. pro Cassiani diffinitione, apprehendebat, & ab ea singularis vitæ districtione Monachos denominatos, & ex cõione cõsortij, pariter Cęnobitas. Hinc ille Pacomius fundator Cœnobiorum Aegypti traditur, Regulam vtriq.
Pacom. *Euseb.* genti Monachorum aptam postea ædidisse. Quam Eusebius Con-
Caß. stituta abstinentium, Cassianus Instituta renunciantium sub hoc titulo generali nuncupauere. Vtrumque.n. si benè aduertitur, de
Herm. vtrisq. agere compertissimum est. Hermacoram item Marco ſp addunt pro eodem in Clericis Cœnobiali Instituto apud Patriarcha-
Hier. tum Aquileiensem. Allegantq; Hieronymum fidem hanc suo etiã tempore facientem: Aquileienses Clericos, vt Chorũ Beatorũ haberi. Et inde aiũt factionis huius, Canonicos, & Canonissas in hũc vsq. diem Patriarchalem ab vtraq. Ecclesia ritum in suis sacris per-
Poßi. petuò conseruare. Ex Collegio Augustini Possidius Eps Calamensis, qui & ipse fuit eorum vnus; lege ipsum Possidium in Hystoriam Augustini, & oĩa hæc inde excerpta plurib. cognosces: plures scribit illo adhuc viuente ad diuersas Ecclesias Epos assumptos, & multa in illis partib. hmõi Clericorum Monasteria erecta. Quas posteri Canonicas, & Canonias aliqñ dixere, & ab eis cõsequenter Ius nouum Canonię extremis quasi tpib. emanasse, Monasteria tñ Clericoru n Asiam prius habuisse, & Aegyptum, Testis est idem Euse-
Euseb. bius, & ꝙ pro eius quoq. Antiquioris interprætatione sumi potest
Conc. Calcedon Conciliũ tpe Possidij. Hęc per Epilogationem, nũc per-
Calced. agendum per singulos Institutores reformatores. Marcus fuit ex genere Leuitico Iudæus, Clementis Condiscipulus sub eodẽ Magistro Apostolorum Principe. Qui, vt dr, 24. q. 1. c. cum beatissimus, nephas est credere, ꝙ alijs Regulis, & Traditionib. sua Decreta fir-

mauerit,

mauerit,dum Alexandrinam conderet Ecclesiam; q̃ his,quib.Romanam suus Magister, cum sine dubio ab eodẽ fonte gratiæ vnius Spiritus, & discipuli fuerint, & Magistri.Nec aliud ordinatus tradere potuit, quàm quòd ab ordinatore suscepit: de quo etiam c. Sacrosancta,dist.22.Hunc Marcum(inquit Eusebius lib.2. cap.17. & sequen.suæ Ecclesiasticæ Historiæ) tradunt primùm ad Aegyptum perexisse,atq;nibi Euangelium , quod conscripserat prædicasse, & Ecclesiam primùm apud Alexandriam constituisse. Tanta autem refertur multitudo virorum , ac mulierum credentium , primo ingressu exemplo sobrietatis eius,& continentiæ,congregata,vt ẽt conuersatio eorum , qui per ipsum crediderant, & vita totius abstinentiæ,ac frugi sobria conuiuia,librorum memoriæ mandarentur à viro disertissimo Phylone,'n quibus oĩa Ecclesiæ Constituta complectuntur,quæ & tunc tradita sunt, & in hodiernũ diẽ seruantur à nobis.Sed & abstinentium vitas eorum dumtaxat , q nunc in Ecclesijs, aut Monasterijs degunt describit ad liquidum ; à quib. in primis exigitur renunciare oĩbus facultatibus,& bonis cedere,quem locum citat Cassianus,de Instit. renunc. c.5. dicens; ꝙ hi,qui minus indigenarum relatione cognouerint,Ecclesiastica Historia poterunt edoceri . Huic historiæ ẽt Gratianus multũ tribuit in decretis §.Monachos.c.Hinc est.16.q.1.Transtulit. Sumitur hic locus à D.Thom.qui citat Hieronymum de Vir.Illust.Hermagoras fuit Discipulus Marci ordinatus ab eo ad Ecclesiam Aquileiẽsem, quam, Argumentum est.non alijs Regulis , & Traditionib. condidisse,quàm eius Magister Alexandrinam.c.dicto:cum beatissimus ; Vide eorundem Historiam.Hieron.ad Historiam temporum Eusebij scribit sub Olimpiade 289.Aquileienses Clericos suo.ſ.tempore quasi Chorum Beatorum haberi , quod scripsit fuisse circa Annũ salutarem 378.antè baptismum August.anno 11.Clemens si cohortabatur Clericos alterius Ecclesiæ,& eis præcipiebat,quatenus nõ recederent à Regulis Apostolorum pro Regulari Instituto vitæ cõis,multò magis suos sub eodem continebat præcepto , successor præsertim sui Magistri in eadem Ecclesia Romana:Arg.quo mox supra.cũ Beatissimus.Vide cap. Dilectissimis.12.q.1. Vrbanus,senior fuit ille Sanctissimus Pontifex,ad quem Cæcilia,vt præmisimus,direxerat Valerianum Sponsum. Testificatur autem de hac re. c. scimus.& cauet.c.Videntes.ead.q.Laurentius,Archidiaconus Ecclesię

Euseb. *Phyl.* *Cass.* *Grat.* *D. Th.* *Herm.* *Hier.* *Clem.* *Vrban.* *Laur.*

Romanæ,cuius Historia notissima est,fuit in primis detentus, & assatus ob facultates Ecclesiæ,quarum minister,& dispensator, dum fidelis existens Decio eas exhibere recusauit, malens mortem, vel crudelissimam oppetere, quàm, vt diximus,decreto Vrbani p̄missi deesse: q̄ vide d.c. Videntes. Sed q̄ ob has facultates magis,quàm ex alia causa martyr effectus sit, dum in craticula superpositus vreretur ad impijssimum Tyrannum dixit: Assatum est:Iam versa, & manduca,nam facultates Ecclesiæ,quas requiris,in Cœlestes Thesauros manus pauperū deportauerunt.Et hoc est,quod Aug.dicit,
Aug. q̄ tàm sanctæ conuersationis fuit, vt coronam martyrij t̄pe pacis inuenerit.Fuit.n.eodem ferè sæculo Augustinus,vti ipse August.ibi fidem facit,cum dicit.Temporibus nostris passi, hanc præstiterunt gratiam,vt fidem præteritam confirmarent.Hieronymus scribit se fuisse Infantem t̄pibus D.Antonij, & Athanasij Ep̄i Alexandrini: quando.s.Athanasius Ep̄s ordinatus est,qui fuit sub Syluestro, &
Sylu. Const. Constantino.Vide Hier.de Vir. Illustr. & Eusebium de Temporib.
Hier. Nam Eusebius scribit, Antonium natum Olimpiade 257. & Hier.
Euseb. eius obitum contigisse Olimpiade 284. Anno 3. ætatis eius Anno 106.expleto.Hieronymus autem Anno 423.suæ ætatis.91. sub Bonifacio Papa Primo,& sic vr̄ eo Anno natus, quo Athanasius Ep̄s ordinatus est.s.Anno Domini 333.scripsit aūt Hieronym. de moribus,& vita Cleric.in c.si Clericatus.16.q.1.Cuius ēt Opusculi est il-
Amb. lud.c.Clericus.12.q.j.Ambrosius.Et hic coetaneus fuit Hieronymi, cuius legimus illud c.Cui portio.ca.q.pro suis Clericis, quos Regulares Mediolani in eius Ecclesia perseuerasse conijcimus testimo-
Io. An. nio Io.And.super Clement.1.de Elect. Augustinus. Baptizatus est
Aug. Mediolani ab Ambrosio eodem Anno, quo regressus est in Aphrycam,qui currebat suæ ætatis 33.consociatus,vt ipse innuit,ab Euodio Iuuene,q̄ erat eiusdem Municipij conuersus prior,quàm Aug. & baptizatus relicta sæculari militia, habitabantq; in S. Placito: quærentes,quisnam locus se haberet vtilius ad ambulandum in via Dei, Remeantesq. ad Aphrycam apud Ostia Tyberina pia Mater Augustini, quæ vnà comitabatur cum Alippio, & Adeodato Nepote ex Augustino, & alijs pluribus, defuncta est, Annum suum obiens 56.Eodem aūt Anno Augustini,vt diximus 33. Habentur hæc ex nono confessionum libro: sed, quod anno hoc baptizatus sit,elicitur quoq.ex libro Soliloquiorum, quem edidit paulò antè

baptis-

baptiſmum in rure Caſiaco;vt ipſe fatetur in lib.1.Retractationũ. Poſſidius idem confirmat, ꝙ, percepta baptiſmi gratia, placuit cũ alijs Ciuibus,& Amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus,ad Aphrycã, & propriam domum, Agroſq; remeare. Et cũ eſſet apud Oſtia Tyberina,Pia Mater eius defuncta eſt. Sicq; poſt mortem Matris ad Agros proprios reuerſus eſt,in quibus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis ſuis,cum his,qui eidem adhærebant, Deo viuebat, Ieiunijs,& Orõnib. boniſq; operibus in lege Dñi meditãs die, ac nocte.Quo tp̃e cum pro Amico lucrando Hypponen.veniſſet, & in populo ſecurus,& ignarus,ꝙ futurum eſſet,aſtaret:(ſolebat.n. Laicus ſuam amouere præſentiam ab eis tm̃ Eccleſijs,quæ Ep̃os nõ haberent) captus (vt in talibus conſuetudo eſt) & oblatus Epiſcopo, Presbyter ordinatus fuit, factuſq; Presbyter Monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum, & Regulam ſub S. Apoſtolis conſtitutam; maximè vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis erãt omnia cõia,& diſtribuebatur vñicuiq.prout cuique opus erat.Qđ iam ipſe prior fecerat,dum de tranſmarinis partib. ad ſua remeaſſet. De hoc Collegio collecto in Monaſterium fabricatum in horto Eccleſiæ ſibi donato ab Ep̃o, ipſe Aug.in Sermonib. de vita cõi Cleric.explicat abundè.Quòd aũt ſic vixiſſet prior cum amicis, dũ remeaſſet ex tranſmarinis partibus, ipſemet maiorem fidem facit ex lib.6.confeſſionum,vbi innuit ꝙ etiam antè baptiſmum,hoc cũ multis amicis cogitauerat, quatenus vna res in mediũ conflaret̃ ex oĩb.vt ꝓ amicitiæ ſinceritatẽ cerneret̃, nõ eſſe aliud huius, & aliud illius, ſed quod ex cunctis fieret vnũ, & vniuerſum ſingulorũ eſſet, & oĩa omnium; Eratq; iam firmatus numerus contubernalium, & erat, qui rem ſubminiſtraret ad copiam, quatenus parato annuo negotio inter binos pro re miniſtranda,reliqui ſꝑ immunes ab huiuſmodi turbulentijs.ſtudijs,& Sapientiæ vacarent.Verùm cogitãtes,ꝙ aliqui eorum eſſent coniugati, & nonnulli breui coniugãdi, inter quos Aug. ipſe ſibi iam deſponderat puellam intrà biduum nubilem, & quòd vxores conſilium ipſum eſſent diſſipaturæ, propoſitum è manibus diſiluit. Quod dehinc Sponſa neglecta, reaſſumpſit Cathecumenus in rure Caſaico cum Verecundo, Nebridio,Alippio,& Matre,ac puero Adeodato,& alijs. Vbi, q̃d egerint in litteris iam Deo ſeruientes;teſtantur(inquit)libri ibidem diſputati,

Poſſ.

Aug.

tati,& cum præsentib. & cum me ipso solo coràm Deo. Et hæc ex
Poss. confessionum lib.9. Et propterea Possidius dicit, quòd remeabat ad Aphrycam cum alijs Ciuibus, & amicis pariter Deo seruientib. non cucullatis,vt multi testantur,sed in suo Habitu,& Ordine Laicali,in quo Laicus captus est,& in proprijs laicalib.vestimentis,vt fatetur in Sermonib.Clericorum, ad Ecclesiam venit Presbyter,& dehinc Eps creatus. Seruiebant.n.tùm Deo in Ieiunijs,Vigilijs, & Orationib.& in Cœlibatu,vt ipse de Nebridio quoq.testatur,quòd Catholicus factus castitate perfecta, atq. continentia Deo seruiēs in Aphryca apud suos,postquam tota Domus eius per eum Christiana facta esset,obdormiuit in sinu Abrahę dulcis Amicus.Et Mater eius Sanctiss.apud Ostia Tyberina cumulatius,(ait ad eum)mihi hoc Deus præstitit,vt,re ēt contempta fœlicitate terrena, videā Seruum Dei. Sed de eius morte cum multi varient, hoc quoque subiungam:Augustinum Tycinensem Concanonicum, qui oēs in
Tycin. hac re Scriptores reprehendit,non minus reprehensibilem sese reddere, qui sub Sixto III.cōcludit eū obijsse in Propugnaculo,ignarus eius Epistolæ Synodalis,qua Cęlestinus,qui Sixto prædecessit,
Cœlest. de eo sic scribit.Augustinum Sanctæ record.virum pro vita sua,atque meritis in Nostra cōione sp habuimus. Nec vnq̄ hunc sinistræ suspicionis rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter Magistros optimos ēt à meis sp Prædecessorib. haberetur. Concordat quoq. Prosper, qui fuit per ea tpa adultus cū
Prosp. Marcellino,de temporib.qui scribunt illum obijsse sub eo Pontifice.De Sermonib.ab Aug.scriptis, quos Speculum vocāt, Possidius
Poss. testatus est abundè, vt superius innotuit. Ex quib.Sermonib.quicquid allegatur eo loci, & alibi, ostendimus de Sermonib.esse, & c. nolo,12.q.1.pro parte vr̄ ficticium.Neque.n.est totum ex illis Sermonib.Nam partim sumitur ex quadā Regula ficticia, quæ nō est August. cuius vnam tm̄ Ecclesia recipit, licet Gratianus singulariter scribat in Sermone de cōi vita Clericorum,& c.si quis,13.q.2. & Gratianus affirmat esse de secundo Sermone de vita Cler. & c. quicunque,17.q.4. Et idem ibidem Gratianus innuit, & c. certè,
Grat. 12.q.1.Diximus autem Institutum hoc prius à Marco aliquos opinari productum, & Monachos à Clericis exijsse lineis collobijs acceptis.De his Eusebius,vt suprà, dixit de Phylone Phylosopho Iu-
Euseb. dæo,qui complexus est Instituta Alexandrinæ Ecclesiæ,quæ(inqt

Euse-

Eusebius)tunc tradita sunt,& in hodiernum diem seruantur à nobis:Et vitas abstinentium eorum dumtaxat, qui nunc in Ecclesijs, vel Monasterijs degunt, à quib. exigitur in primis renunciare oīb. facultatib.suis,& bonis cedere. Sed, ꝙ hi abstinentes nuncupati à Cassiano Monachi,& Monachentes à solitariæ vitæ districtione,essent eiusdem culturæ Clerici, diuersis locis, & sub diuersis sententijs idem ipse ostendit Cassianus, eos compellans Venerabiles Patres,& eorum Patrum Venerabilem Senatum, qui tractaturi conueniunt peruigili cura posteris consulentes; Quisnam modus quotidiano cultui per Vniuersum fraternitatis corpus decerni deberet. Verentes, ne qua in quotidianis solemnitatibus inter viros eiusdem culturæ consortes, dissonantia, vel varietas exorta, erroris, vel æmulationis, seu schysmatis noxium germen emitteret.Et in collatione Orationis sub breuitate,& silentio asserit,nullam vocem præter Sacerdotis orōnem concludentis exaudiri.Præterea dixit eos collobijs lineis vti.Quæ si,vt suprà ēt præmisimus,ponderabis,argues hos omninò principiò Clericos fuisse,qui apud Aegyptum hanc sibi abstinentiam Monachalem,& Habitum primi deligerent. Cum hoc nomen ex se omnib.quadret in quocunque gradu illam sequentibus.Nam sic Hieronymus in Clericatu Monachum egit.16.q.1.c.Alia causa.Sic omnes in Collationib. Patrum Monachi degunt,quamuis Clerici. Vnde Monachari tractum est à DD.generaliter ad oēs Regulares,vt Gl.c.sicut nobis,de Regu.quod elicitur multò clarius in c.Post translationem, ext. de Renun.vbi hoium Canonicorum Regularium appellatur vita Monachalis,& Monastica,& ocium Monachale: Pro quo allegāt Concilium Constantinopolitanum vnum ex quattuor principalib. Et propterea dñr Canonici Regulares venire sub appellatione Monachorum quòad paria essentialia vota Religionis. ç Quod Dei timorem:de Statu Mon.Et probatur per D.Tho.contra impug.Relig.& c.Præsens.20.q.3 notaturq.ab Abbate in c.ex parte,de postul.prel. & ab Hostien.ibidem c.quod Dei timorem. Super quo vide etiam Io,And.Ea aūt,quæ allegauimus de Cassiano de Insti.Renunc.lib. 1.c.5.& lib.2.c.5.&10.Et de trib.generib.Monach.non fuisse posteriorum Monachorum:in primis ostendunt vestes lineæ, quæ nunq̄ eis permittuntur,vt c.cum ad Monasterium.de Sta.Mona.Vide ēt vtramq; Canonicam Regulam Monachalem. His item inhibetur

Cass. *Hier.* *Glos.* *Concil. Const.* *D. Th.* *Abb.* *Host.* *Io. An.* *Cass.*

quie-

quicquam agere sine consilio Clericorum, quorum Senatus est Venerabilis, & coràm quib. etiam sedere non poterant. c. Ecclesia. 16. q. 1. & d. c. alia causa. Adde, q Hieron. testatur Monachos Scythiæ conuenisse in vnum, vt Sacerdotem sibi inuenirent, qui eis Missarũ solemnia celebraret, nec pro alijs solemnitatib. opus erat. d. q. capit. Hinc est. § vlt. In Epistola Epiphanij versa per Hieronymum idem legimus de alijs Monachis carentib. Sacerdote, & ꝓpea cauit B. Benedictus in Regula, vt de suis ordinandus aliquis curaretur, si de externis Sacerdos non esset. Noluit. n. idcirco Clericos excludi ab eorum consortio, si qui fortè accederent, & accedentes non prohibuit fieri Abbates. d. c. Hinc est. iuncta Glos. Quòd arguit manifestè principaliter Regulam pro laicis fuisse æditam, pro quib. cũ à laico dumtaxàt ædebatur, ideo nihil de ritu, & ordine Sacrificiorum Altaris in ea elaboratum est, cum tamen plura pro reliquo cultu Diuinorum operosè satis exarentur. E cõtrà verò in illa Damiana, quæ Clericis condita est, de eius Synaxis sacrosanctæ multifario ordine, multa, vt decuit, digeruntur pro eius tempestatis ritu, & ꝓ eiusdem tùm culturæ sacrificulis. Neque. n. decebat Benedictum de sacris sibi, suisq; Monachis laicis tunc generaliter interdictis quicq̃ attingere, quib. adytorum portæ nondum reserabantur, iuxtà quas initiati astabant, non ad custodiam (vt inquit Dionysius in Ecclesiastica Hyerarchia, & ad Demophylum cultorem) vt Ordinẽ cognoscerent suum, & Officiũ, q est, ait, in se ipsis consistere, nec alios posse adducere. Nam hi (subinfert) qui Diuinum, vt expressius dixerim, Altare circumstant, Diuina intuentur, atq; audiunt apertè sibi reuelata, procedentesq; benignissimè ad exteriora sacrorum velaminum subiectis cultorib. Monachis, & sacro Populo, & his, qui purgantur, Ordinibus sacra mysteria pro meritis pandunt. Et paulòpost. Iratus est (inquit) furore Dominus contra Oziæ temeritatem, qui incensum obtulit. Et Maria lepra respergitur, quæ legiferο fratri legem conatur imponere. Quibus commonitus B. Benedictus de his Sacris Altaribus nihil attigit. Constat namq; è contra Monachos illos Aegyptios, quos Venerabiles prædicat Io. Cassianus, & eorum Venerabilem Senatum congregari pro Diuinis, fuisse ex illis, quos tunc B. Egnatius (cui subscripsit postea Hier.) præmiserat. Presbyteri sunt consessus Dei, & coniunctio Apostolorum Chr̃i, sine quib. Ecclesia collecta non est, neq. collectio Sanctorum,

Hier. *Epiph.* *B. Ben.* *Glos.* *D. Ben.* *Io. Cas.* *B. Egn.* *Hier.*

neq.

neq.congregatio.Illos verò Monachos laicos,de quib.scribit Dionysius in se ipsis cõsistere, nec alios adducere,& quibus adyta Sancta Sanctorum non publicant̃,esse ex illis constat, quorum officiũ apertius describitur per Concil. & Hieronym. plangentis.s.& non docentis,subiectionis,& disciplinatus:In princ.q.1.causæ. 16.& p multa sequentia c.& 7.q.1.c.Hoc nequaquam. Neq.mihi adducas c.ea.q.dispensantia Monachos ad Ordines,& promouentia ad Ecclesias.Nã illa omnia ex necessitate decreta sunt, vt illis Ecclesia vti posset,cum opus haberet·Vide ibi Hieronymum,& Aug. DD.perspicuos,& Antiquos,antè ortum B.Benedicti.c.Sic viue.c.si Clericatus,c.Vos autem fratres.c.legi.Vide etiam cap.Priscis.16. quęs.1. Ex hac præsertim veste linea.s. Collobio, ostenduntur fuisse Clerici,quæ in Rõnali Diui. Offic. c.de Dalmatica,dr̃ fuisse Apostolorũ. Describitur aũt à Cassiano,quòd vix ad cubitorum ima pertingit, quatenus de reliquo manus circumferantur,vt amputatos habere actus,& opera Mundi huius suggerat abscisio manicarum, & ab oĩ conuersatione terrena mortificatos eos velaminis linei doceat indumentum,audiantq; Apostolum.Mortificate membra vr̃a (illud Habitu ipso protestante)Mortui.n.estis, & vita vr̃a abscondita est cum Christo in Deo:& mihi quidem Mundus crucifixus est, & ego Mundo.Ex cuius forma Dalmaticam, quæ & Alba dr̃ in sacris, induunt Leuitæ,quatenus in ministerio Altaris,& circà dispensationem expeditiores manus habeant,& congruant ẽt Mysterio vestimenti pro ea mortificationis sensuum moralitate. Adde & candoris huius Habitus munditiem,in quo candore Christus,in quo Angeli semper apparuere, vt vbi suprà, & quo vterque Ordo Leuiticus, & Clericalis amictus est.Repete quæ præmisimus circà hoc:& vide de candore quæ notantur c. post baptismum, de Consecrat. distin. 4. Sed de Habitu Canonicali in sequentibus. Hi, qui illis Clericis primis Monachis Aegyptijs successere ex Ordine Laicali, Laici cõmuniter perseuerauere ad Cõcilium vsque Viennense sub Clemente Papa V. quo promouentur ad omnes Sacros Ordines admonitione Abbatis in Clement. de statu Monach. c.ne in agro, in fine;Quòd essent Laici constat ex cap.à Subdiacono.Iũcta Glossa,distinct.93.& c.quidam.similiter iuncta Glos.18.q.2. Vbi etiam allegatur cap.generaliter,16.q.1. Qui tondebantur per Ministros Ecclesiæ absque vllius figuræ fucatione,vt innuit & Dionysius,cir-

Colos. 3 *Conc. Vien.* *Clem. 5* *Abb.* *Glos.* *Glos.* *Dion.*

cà fores Templi. Et erat eà tonsura, prout nunc Conuersorum: de qua Archid. in cap. prohibete, 23. distinct. quam & Glos. cap. 1. dist. 69. innuit dari posse per fœminã; & propterea adeo parùm obseruata, vt, procedente tempore, intonsos Monachos legamus ex eo opere Chrysostomi aduersus Impugnantes vitam Monasticam, & pro sententia Basilij, & ex illa Augustini de opere Monachorum, contra quos iccirco obstomachatus hæc verba protulit. Venalem enim circumferentes Hyppochrisim, timentes, ne vilior habeatur Sanctitas tonsa, quàm comata. Sed nescio quantùm militet, quod suprà ab Archid. dicitur super eod. cap. prohibete; de capite raso D. Petri in derisionem ab Infidelibus: Et propterea, quòd pro eius corona instituta fuit capitis tonsura: quod fundat super textu Hieronymi, 12. q. 1. cap. duo sunt. Vbi quidem Hieronymus non asserit hoc inuentum esse Apostoli, aut Apostolorum, sed Ecclesiæ Romanæ per Anicetum, qui fuit 12. à B. Petro, tanquam Regni Insigne in omnibus dumtaxàt Clericis, quorum officium, vt inquit ille, est, vt virtutibus regnent. Et singulares etiam appellati singularem disciplinam, vt diximus, accepere: quia Monas, vt ait Isidorus, singularitas dicitur. Ergo si Solitarius interpretatur vocabulum Monachi: Quid facit, inquit, in Turba, q solus est? Sumptum à Hieronymo ad Heliodorum, & alibi ad Paulinum, dum dicit. Si cupis esse, quod diceris, Monachus, idest, solus: quid facis in Vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum? cap. si cupis, 16. q. 1. In Nicæna Synodo placuit, vt Monachorum conuersatio, & vita, secundum Ethymologiam eius nominis, ab omnibus discrepet. Monachus enim grecè, latinè singularis dicitur, vnde Monachum per omnia singulariter agere oportet, ead. q. cap. placuit, & altero cap. placuit. Eugenius III. inhærens per omnia præmissæ Synodo. Agnoscat, ait, Monachus nomen suum: Monos enim græcè, latinè vnus: Achos, tristis: Vnde Monachus, vnus, tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet. Gregorius ad Secundinum reclusum. Vos, inquit, qui solitariam vitam ducitis, quid aliud quàm Monachos dixerim? Cur eum singulariter Hostis non impetat, à quo se imperi singulariter spectat? Officium autem eorum erat sua, & aliorum deflere peccata, & vita eorum erat subiectionis, & disciplinatus, vt præmisimus, non docendi, aut pascendi: quod & voluit Dionysius, vbi suprà, sub illis verbis, in se consistere, & non alios

addu-

Arch. *Glos.* *Chrys.* *Basil.* *Aug.* *Arch.* *Hier.* *Anic.* *Isid.* *Hier.* *Syn. Nic.* *Eug. 3.* *Greg.* *Dion.*

adducere. Quàm sententiam sequitur D.Tho. contrà Impugn.Relig.in Commendatione Canonicorum Regularium dicens. Quòd quamuis officium prædicandi negetur Monachis, ex cap.placuit, & cap.iuxtà, 16.q.1. tamen non prohibetur Canonicis Regularibus, qui inter Clericos computantur; & propterea concludit omnibus Clericis illos esse inferiores: Nec aliter sensit Dionysius ad Demophylum Monachum, cui dixit. Tibi Ministri venerandi moderentur, Ministris Sacerdotes, Sacerdotibus Pontifices. Huc adde D.Syluestrum subijcientem Abbatem, & Monachos etiam Ostiario, d.cap.à Subdiacono, distin.93. Cassianus de tribus generibus Monachor.cap.5. scribit eos nominatos à singularis vitæ districtione, & cap.10. licet, inquit, à nonnullis soleant indifferenter Monasteria pro Cœnobijs appellari, hoc tamen interest, quòd Monasterium nomen est Diuersorij, nihil amplius, quàm locum, idest, habitationem significans Monachorum. Cœnobium verò etiam professionis ipsius qualitatem, disciplinamq; designat: Et Monasteriũ potest etiam vnius Monachi habitatio nominari. Cœnobium verò appellari non potest, nisi vbi plurimorum cohabitantium degit vnita communio. Quæ nominum interprætatio nusquam refragatur Clericis, vt diximus, hanc vitam singularem, seu Cœnobialem deligentibus. Ex quibus, vt diximus, hoc verbum, Monachari, generaliter ad omnes Regulares extenditur. Apud Aegyptum ergo Monachi primi fuerunt ex Collegio Clericorum, ad quos deinde conuolantes etiam plurimi Laici, è sæculo ad Religionem conuersi, eam Disciplinam singularem secuti sunt, zelo solo pœnitentiæ tacti, & vitæ districtionis, penes quos tandem generaliter resedit ea disciplina, & nomen. Non inficior tamen alibi eandem excitatam etiam sub illis initijs, & sub diuerso ritu, & diuersis moribus. Verùm adeo inualuit in his partibus, vt & Anachoritica primùm inde prodierit sub perfectioni omninò vita, & sanctitate, cuius auctor primus legitur Paulus ille ab Antonio ad nos transmissus. Quos imitati Hilarion, Macharius, & plures, Prophætiæ inde spiritum, & sanitatum gratiam, non prius fortasse in Monachos transfusas meruere: Et iccirco hæc noua disciplina illa antiquiori præstantior commendatur in Concilio Calcedon. c.qui verè, 16.q.1. Clericorum tñ Cęnobia dicebāt Canonici intitulati D. Marci cōtinuasse quoq. Alexandriæ, & in ipsis Alexādrinis partib. quòad illæ fuere sub

D.Tho. Dion. Sylu. Cassiā. Conc. Calced.

re sub Christiano cultu, & voluerũt de iis intellexisse Eusebium, cum dixit:Phyloncm complexum abstinentium vitas,eorum dumtaxat,qui nunc in Ecclesijs,vel Monasterijs degunt.A quibus in primis exigitur renunciare omnibus facultatibus suis, & bonis cedere,quod Clericorum omninò prius fuit, quàm Monachorum in primitiua Ecclesia apud Iudæam, asseruntque, cum scriberet Eusebius,Monachos nusquam Ecclesias tenuisse:quod patet ex principio causæ.16. per totam primam quæst. Argumenta etiam sunt

Basil. *Bened.* Regula Basiliana,& Benedictina, in quibus de Ecclesia nulla mentio est: quinimò Monachos extra Ciuitates in solitudine prorsus eliminant,occupantque inter quotidianos labores,quatenus ociũ deuitent, & victum suppeditent, & à quibus etiam ruralibus eos Benedictus non excusat.In ea ergo singulari tantum disciplina laicales hi successere Monachis Clericis citrà Clericatum, qui tunc

Herm. erant,veluti Conuersi qui nunc appellantur.Quòd verò Hermacoras additus sit Marco etiam in Patriarchali Aquileiensi,hinc patet, quia eadẽ Decreta,q̃ sanxit Marcus eius Magr̃ in Alexandrina Ecclesia,eadem & Hermacoras,vt diximus,in Aquileiensi decreuit ꝑ Clericis. Vnde si qui titulum gerebant D.Marci Canonici Regulares, cùm vtrumque referant suum Auctorem in vtraque Ecclesia Patriarchali, ab vtraque licet modò deiecti,Patriarchale tamen officium persoluebant in Diuinis Quod pręsente etiam nostro Mamphrido supplicauere,quamuis frustrà,à Clemente Papa VII.in Romanum commutari.Commutarunt & Scapulare in Capitium, sed propria auctoritate Anno 1516 dum ipse Mamphridus Mantuæ Abbatem gereret, permutato etiam Agnomine fratris in Domnũ, suasu quattuor Canonicorum Lateranens. ex Frisonarijs, qui sub his conditionibus ad eos desciuerant, à quibus pariter & illius officij irrita commutatio procurata est. Quòd autem ad Canonissas attinet,dicimus : Huius Ordinis Canonissas iamdudum Venetijs in Monasterio Sanctæ Mariæ de Virginibus continuasse. De

Sign. alijs verò Canonissis vide Signium,& alios. Sunt etiam Canonissę Nostro Habitu indutæ hac tempestate in Italia:Eugubij in Ecclesia S.Spiritus celebris sanctitatis,& opinionis bonæ : & Brixiæ SS. Iacobi, & Philippi, alibi etiam cum Rocheto solùm. Nec minus

D.Pro. D.Prosper pro hac re communi suo tempore laborauit apud Clericos;ostendens ad perfectionem spectare propriorum contemptũ,

&

&,quæ sunt communes, Ecclesiæ facultates in communi possidere. Hic fuit prius, vt scribunt Marcellinus,& Gennadius, à secretis Leonis Papæ Sanctissimi,& postea Episcopus Regiensis. De hoc vide eius.cap.expedit.12.q.1.ab eo sumptum ex cap.Videntes: ibidem Vrbani: Exemplificatq́, pro hac sua sententia,de Paulino, & Hilario Pontificibus Sanctissimis. Contra autem Clericos Proprietarios Bernardus exclamat. O Clerice,quicquid præter simplicem victum,& vestitum retines,furtum facis, & sacrilegium committis. Sanctissimus quoque Gregorius, qui huius professionis Clericos primus,vt reor,Canonicos nuncupauit,hanc mandauit conuersationem in Clericis Anglis;quæ initiò,inquit, fuit Patribus Nostris in Vita communi.de his habes in c.quia.12.q.1. Anglorum Gens conuersa est ad fidem tempore Magni Gregorij: & in eius Clericis mandauit Institutum Regulæ seruari sub vita communi. Sub qua procedente tempore fuit ibi Thomas Episcopus ille Martyr, alter ab eo, qui in Parisina Abbatiali Canonica Sancti Victoris, paulò-antè ex eadem causa Laurentina videlicet pari martyrio excerebratus est. Duos Thomas retulimus superius pariter excerebratos pro defensione iurium,& facultatum Ecclesiæ. Quorum vnus fuit Archiepiscopus in Ecclesia Anglica, Alter fuit Prior in Abbatiali Canonica Parisina, cuius casum deflet Beatus Bernardus. Laurentina. Laurentius.n.ne facultates Ecclesiæ proderet, assari maluit. Ex Concilio aũt Toletano,& per Eugenium Primum, habetur noua Reformatio Clericorum. Hic Eugenius fuit Coronatus circiter Annum salutarem 651. cuius est illud. c. Necessaria. 12.q.1. & habuit Concilium Toletanum, in quo facta fuit Reformatio Generalis tàm Canonicorum huiusmodi, quàm Monachorum,quod videre est per illius aliud.c.Placuit. 16.q.1. Eius etiam Concilij est.c.omnis ætas.12.q.1.Et dehinc ex Concilio Maguntino,& Aquensi,prius tamen Romæ auspicato sub Leone III. & Carolo Magno, cuius pro ea Reformatione constat opusculum quinque Capitulorum in Decretis frequenter allegatum. Sub hoc Leone III. fuit celebratum Concilium Maguntinum tempore Caroli Magni Imperatoris, & finitum Aquisgrani sub Ludouico eius filio sub Annum salutarem 816 Indictione 10.& Imperij sui Anno 3. in quo æditum fuit Opusculum multorum Capitum pro præfata altera Reformatione Generali Clericorum, & Monachorum.

Marc. *Genn.* *Vrb.* *Bern.* *Greg.* *Concil. Tol.* *Eug. 1.* *Concil. Magun.* *Concil. Aquen.* *Leo.3.* *Car.M.* *Cõ.Ma.*

rum. Et pro Clericis inserti sunt Sermones illi de Vita Clericorum Augustini, & eius speculum appellatum dein Regula Augustini. quod Opusculum seruatur in Bibliothęca Saluatoris Bononiensis, quò translatum fuit à Canonica Sanctæ Mariæ Forisportę de Luca cum alijs pluribus pro ea Reformatione Canonici Ordinis. In quo etiam Opusculo appellati sunt Canonici Clerici: Vt de consecrat. dist. 5. cap. in omnibus. Pro Monachis autem extat inter alia c. quia iuxta. 16. q. 1. de quo dicimus aliqua alibi in hac Narratione:

Alex. 2. *Leo. 9.* *Eug. 1.* *Nic. 2.*

Alexander II. prout sumitur ex cap. Præter. dist. 32. recenset Decreta Leonis IX. pro hac re, confirmantis illa omnia Eugenij Primi, quia d. c. Necessaria. Eugenij Primi supradicti etiam ascribitur Leoni IX. qui illud ad litteram promulgauit, & dehinc Nicolai II. quæ Decreta suo tempore, data Legatione Petro Damiani Rauennati Ecclesiæ Rom. Cardinali, & Episcopo Ostiensi, mulctauerat pro noua Reformatione nō paucorū ex Episcopis, & Clericis Cisalpinis, aduersus quos, præter alios Auctores, extant ipsius Damiani Epistolæ ad Thaurinensem Episcopum. Quas si interpraetari volueris in Reformationem Clericorum sæcularium, hoc certè nunquam poteris in his, quæ constant ad Episcopum Besuntinum, in quibus apertè innuit ab eo tunc Canonicam erectam in proprio Episcopatu, & duas alias extrà Episcopatum, vbi Candidus, inquit, Clericorum tuorum cœtus tanquam Chorus nitet Angelicus, vbi in Cœlestium, veluti Athęnarum Gymnasio, Sacrarum Scripturarum erudiuntur Eloquijs, vbi veræ Phylosophiæ solertes incumbūt studijs, seseq; Regularibus exercent quotidie Disciplinis. Is Petrus Clericus & ipse Regularis, dum Iuuenis esset, apud Patriam in Monasterio Portuensi sacris litteris operam nauauit, prout elicitur ex Opusculis ipsius, & ex Blūdo, Danthe, & Frācisco Petrarcha. In quibus cum satis profecisset, æmulatus Romualdum Monachū Conciuem suum Camaldulensis Eremi Auctorem, cuius Damianus ipse composuit Historiam circumlatam vnà cum Regula Eremitica, quam similiter suis ædidit Eremitis, quem prius nouerat apud Classem, alterum Monasterium non procul à Portuensi, ad eam Eremum conuolauit, quam Auellanam dicunt apud Vmbros, ex qua, fama eius diffamata, sub opinionem Magnæ sanctitatis irretitus est (vt suo verbo vtar) sub illas Dignitates, à Stephano IX.

Steph. 9

Quibus non longè post cessit sub eodem Nicolao reuersus ad suā

soli.

ſolitudinem. Vbi rogatus, cum multa quotidie ædereт pro Reformandis vtriuſque Ordinis Canonici, & Monaſtici moribus, compilauit Regulam cum Clericis ſuis olim Portuenſibus, ex ea conuerſatione, quam fatetur, apud illos olim ſine ſcriptis communiter duxiſſe. Ergo in cordibus tantùm exaratam Regulam tenuerunt iuxtà Apoſtoli ſententiam: Et hæc omnia patent ex eius Regulæ Proemio, & eam tribus libris complexus confirmandam curauit apud Paſchalem II. iam centenarius: vide extrà de vita, & honeſt. Cler c. quoniam. De Nicolao, aut de legatione vide Blundum, qui & refert hanc mulctationem Clericorum. Vnde poſt obitum Nicolai ſub eo Alexandro II. ſuborta eſt peſtis illa Cadolenſis, de qua Petrus Damiani multoties in ſuis Epiſtolis mentionem facit. De Petro Damiani ſcripſit egregiè Danthes Florentinus Oda 21. Paradiſi ſub his verbis. *Paſch. 2* *Petrus Dam.* *Danth.*

Tra duo liti d'Italia ſorgon ſaſſi,
E non molto diſtanti à la tua Patria,
Tanto che Troni aſſai ſonan più baſſi,
E fanno vn Gibbo, che ſi chiama Catria,
Di ſott'alqual è conſecrat'vn Ermo,
Che ſol eſſer diſpoſt'à ſola Latria.

Et infrà.

In quel luoco fu'io Pier Damiano,
E Pietro peccator fui ne la Caſa
Di Noſtra Donna ſul lito Adriano.
Poca vita mortal m'era rimaſa
Quando fui chieſto, e tratto à quel Capello,
Che pur di mal'in peggio ſi trauaſa.

Ex his verbis elicitur Petrum fuiſſe apud Eremum, quæ dicitur S. Crucis Auellanæ in Vmbria, & fuiſſe apud Canonicam S. Mariæ in Portu apud Rauennates, fuiſſeq; creatum Cardinalem in canitie, cuius vitæ ordinem cum poſtea Franciſcus Petrarcha ſatis curioſè perueſtigare tentaſſet in lib. 2. de Vita Solitaria; Scopum tamen hunc non planè perſtrinxit, qui ex eius opuſculis ſic demũ tenetur. Extat enim quædam eius Epiſtola ad Ildebrandum electum Sedis Apoſtolicæ Cardinalẽ, qui poſtea fuit Gregorius VII. vbi ſic dicit: Benedicta Omnipotentis diſpenſatio conditoris, quia ad vos nuper aſcendens duorum Epiſcopatuum, vnius regendi, alterius

terius

terius visitandi mole depressus prærupta Alpium iuga transmisi, morsq; sarcina tribulationis abiecta, exoneratus, & liber ad dilectam solitudinem tanquam fugitiuus postliminio repedaui. Nostis planè, certumq; tenetis hæc in me proiecta fuisse onera non susscepta. Et, vt ita loquar, retiaculum non ingressus sum, sed violenter opertus: Quapropter occasione nacta, pondus libenter abieci, quod vltroneus antè non subij: Et infrà: Vnde ego cum Ecclesiasticum vobis regimen renunciare disposui, non erraui, quia Romanę, quod estis vos, Ecclesiæ, quod suum erat dignè restitui. Hunc electum crediderim fuisse ab Alexan. II. Nam ad Nicolaum II. Altera Epistola legitur, in qua multa continentur sub ijsdem verbis, & sententia, & in ea apertè conqueritur de Stephano IX. qui cum iam canitie conspersum eduxisset veluti captum ex illa sua solitudine ad Episcopatum, cui propterea cedit per eam Epistolam. Opuscula item reliqua, & omnes eius Epistolæ vsque ad vltimam eius senectutem habent nomen eius inscriptum. Petrus Monachus peccator. Regula tamen, quam suis Conclericis Portuensibus ædidit, Petri peccatoris Clerici titulum gerit. Quam tamen ædidisse perspicuum est tàm ex principio, quàm ex medio, & fine, dum alterius Collegij foret. In proemio enim dicitur. Vt vestro sacro Conuentui visa sunt Et infrà. Conscripta vestræ solummodò Congregationi, prout petistis. In fine verò Regulæ. Hæc sunt fratres carissimi, quę sicut petistis, & statuistis, vestro sacro Conuentui seruanda descripsimus. In medio autem vbique scribit tanquam ad extraneũ omninò Collegium, nec vsquam deprehenditur, quòd eius tùm fuerit, cum scriberet, fuisse tamen olim omnia indicia sunt. Clericũ
Pasc. 2. autem se nominauit apud Paschalem II. pro confirmatione eius Regulæ Clericalis, vt decorum simul, & auctoritatem expresserit. Monachus enim, vt suprà ostendimus, subiectionis, & disciplinatus nomen arguit: Et ipse Damianus hanc diffinitionem similiter ostẽdit inter Clericum, & Monachum, ad Thaurinensem Episcopum scribens. Nempè, inquit, quantò maior est Clericus Monacho in Dignitatis Ecclesiasticæ Priuilegio, tantò deterior est in peccato. Nam ad Monachos de Populo nihil pertineat, Clericis iussum est
Leu. 10 peccata Populi portare: Sicut Moyses ad Aaron dicit. Cur non comedistis Hostiam in loco Sancto, quæ Sancta Sanctorum est, & data est vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea

in conspectu Domini? Clericus enim semper fuerat, quamuis Monachus, tùm ex Clericatu apud ipsos Portuenses, tùm ex Episcopatu, cuius signaculum cum in anima sit impressum, nunquam aboliri potest. Quòd fuerit Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, etiam Blondus, vbi suprà, testimonium perhibet. Quòd fuerit Clericus in Canonica præmissa Rauennatensi, fatetur ipse in ea Regula, & adstipulatur Danthes. Augustinus tamen Tycinensis Canonicus vbique vociferatur, & scribit; quòd prius apud Auellanæ locum Eremiticam duxit vitam, deinde Episcopus Ostiensis, & Cardinalis ordinatus tempore schysmatis inter Cardolum Episcopum Parmensem, & Alexandrum II. pileo à se abdicato, ad Canonicam S. Mariæ in Porticu se transtulit, ibiq; post multa præclara ædita librorum opuscula, & pietatis magnificè gesta, eiusdem loci Prior Sanctè, pièq; in Domino quieuit. Quod esse falsum ipsemet testatur Damianus in præmissis Epistolis, dum scribit Nicolao Papa II. qui præcessit huic Alexandro, ad suam dilectam solitudinem, transmissis Alpium iugis, tanquam fugitiuum postliminio repedasse. Testantur ipsa eius opuscula, in quibus se semper Monachum nominat, præterquam, vt dicimus, in ea Regula, & in quibus de ea Eremo passim mentionem facit. Sed & illud vtique erroneum: quòd Prior Portuensis apud eum Portum obierit, quasi ipsum postea in vltima ætate decrepita constitutum, eius propositi Monachalis pœnituerit; Et qui pro eo conseruando, vt liquet, vtranque Dignitatem Pontificiam deseruerit, demùm sese conuerterit extrà eam professionem ad gerendum externum Prioratum: Sed allegat bonus hic Pater nescio quas varias picturas, nec animaduertit corpus illius condi apud Fauētiā in Ecclesia quæ illius Ordinis fuerat. Quòd autem ab Episcopo Besuntino erecta fuerit Canonica in proprio Episcopatu, & extrà aliæ, scripsimus suprà. Verba autem Damiani sic se habent in Epistola ad Archiepiscopum Besuntinū. Vidi in tuo Episcopatu Canonicam erectam, vbi Candidus Clericorum tuorum cœtus tanquam Chorus nitet Angelicus. Candidū vocat ex Habitu lineo. Illic enim velut in Athænæ Cœlestis Gymnasio Sacrarum Scripturarum erudiuntur Eloquijs. Illic veræ Phylosophiæ solertes incumbunt Studijs, seseque Regularibus exercēt quotidiè Disciplinis. Nec illud decidit, quòd, præter istam, duas alias Canonicas nouiter simul vno, eodemque tempore cōstruis,

Danth. *Tycin.* *Petrus Dam.* *Petrus Dam.*

vnà scilicet cum Ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Alteram, si rectè teneo, Sancti Laurentij. Attende Canonicas, de quibus diximus. Non legitur autem, quòd hæc Reformatio facta fuerit sub aliqua Regula, sed simpliciter, sicuti olim Augustinus, videlicet, Clericos suos reformasse legimus in suo Episcopatu, & antè extrà Episcopatum. Aedificauerat enim & ipse prius alterum pro eisdem Monasterium, vt præmisimus, senex autem postea Sermones, & Speculum condidit Apostolorum Regulam continens. Apud

Pasch. Paschalem verò, quòd Regulam confirmandam statuerit. In principio eius Regulæ extat Epistola ipsius Damiani, qua procurat eius Confirmationem apud hunc Pontificem; cuius hoc exordium est. Paschali Dei nutu, summæ, & Apostolice Sedis Episcopo. Petrus peccator Clericus cũ Confratribus suis in Chro, salutem, & omnẽ Obedientiam. Et in fine Regulæ describitur Paschalis altera responsiua pro eà confirmatione, qui non respõdet Petro, nec opus erat, cum ille, vt diximus, non esset tunc eius Collegij, sed tantum illis ibidem commorantibus. Sic: Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs apud Ecclesiam Beatæ Mariæ in Portu Rauennatensis Exarchatus commorantibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Rescripsisset enim & Petro ipsi, si vnus fuisset ex commorantibus hanc Regulam obseruaturus. Hic Paschalis est, qui & Canonicis Lucensibus Sancti Phrygdiani Priuilegium Immunitatis dedit, de quo Principium hoc antè præmisimus: Vitæ Regularis propositum in primitiua Ecclesia cognoscitur ab Apostolis institutum; & infrà. Quod B. Augustinus tàm gratanter amplexus est, vt ipsum etiam suis Regulis informaret. Vt videas his temporib. Reformationem huiusmodi maxime inualuisse, vt hic innuitur. At si erat canitie caput consperfus, quando à Stephano IX. Cardi-

Steph. 9 *Danth.* nalis creatus est, vt ipse fatetur, & testatur Dãthes; & Stephanus ipse coronatus fuerit Anno salutis 1056. Vixeritque coronatus Annos tantum 4. Paschalis verò Pontificatum inierit Anno 1100.

Pasch. Non longè quidem minor centenario viuebat Damianus, cum Regulam hanc Paschali destinauit. Gregorius quoque VII. de Clericis Regularibus statuit multa. Vide extra de vit. & honest. Cleric. c. quoniam. Et idem sub eadem tempestate in hoc passim negotio à plerisq; alijs elaboratum est, intra Annum, videlicet, salutarẽ 1100. quæ eius sæculi Reformatio vbique maximè inualuit tàm in Italia,

quàm

quàm extra: lege Vincentium, lege Archiepiscopum Flor. & Fasciculum temporum pro hac tempestate, annitentibus ijs Summis Pontificibus, & alijs Sanctissimis Viris. Inter quos, præ cæteris, floruit apud Burgundiam in Beluacensi Ecclesia eius Ordinis professor, & Præpositus Iuo, Episcopus postea Carnotens. Decretorum Abbreuiator antè Gratianum, & Reformator Ordinis Canonici; In Gallijs Arnulphus, siue, vt alij dicunt, Ruffus Episcopus Lugdunens. Cuius Institutum in multis quoque Italis Canonicis Monasterijs receptum est. Qui eodem tempore claruit in Gallijs ex Abbate creatus Episcopus Lugdunensis, Reformator huius Ordinis in omnibus illis partibus, & apud Italiam quoque in multis Monasterijs: Cui, postmodum inter Diuos relato, dicata fuit Abbatia sub eodem Ordine apud Valentiam, ad cuius Abbatem scribit Vrbanus Papa II. vt in cap. Statuimus. 19. q. 2. ex ea etiam Abbatia dicunt prodijsse Anastasium Papa IV. Affuit, & Nothbertus Gelasij II. & Calixti III. non longè post suffultus præsidio. Gulielmus Peraldus Lugdunensis Ordinis Prædicatorum in Tractatu de Reformatione c. 11. dicit, quòd in Reformatione Regulæ B. Augustini Sanctus Nothbertus fauorem habuit Gelasij Papæ II. & Calixti Papæ III. ac Lugdunensis Episcopi, cui specialiter commendatus est. Nec defuit Vgo ille de S. Victore in præmissa Abbatiali Canonica Parisina, ex qua item plurimi prodiere, litteris, & sanctitate perspicui. In huius Epithaphio legitur,

Vinc. *Arch.* *Fasc.* *Temp.* *Iuo.* *Arnul.* *Vrb.* *Anast.* *Nothb.* *Guliel. Peral.* *Vgo de S. Vict.*

Dogmate præcipuus, nulliq; secundus in Orbe
Claruit ingenio, moribus, ore, stylo.

Hic inter alia Opuscula exposuit Regulam B. Augustini B. Ricardus Anglicus Doctor celebris, & B. Thomas præmissus martyrio coronatus cum multis alijs, vt dicitur, sanctitate, & studijs Clarissimi hanc Abbatiam celebrem fecere, de qua habetur extra de electio c. cum dilectus. & de Rescriptis. c. ex Insinuatione, & de testi. c. significauerunt: subscribitur eiusdem Priori. Venetijs quoq. Bonfilius ex familia Iusta miraculis claruit, erecta Plebania Collegiata D. Saluatoris, quæ hactenus fuerat sæcularis, in Regularem, cuius octauum Plebanum gesserat, & extremum, & inde primum Priorem. Quam ob rem celebrant eum exilium, & multas persecutiones perpessum sub laurea Martyrij ad Cœlos euolasse, de qua Ecclesia inferius longè, lateq; differemus. Eam autem Regulam Da-

B. Ric. *D. Th.* *Bonfal.*

mianam sub id temporis pro suis Constitutionibus suscepere non pro Regula, quam S.Augustini habebant, Canonici Rhænani Bo-
Inn. 2. noniens.in suburbijs Ciuitatis, tituli S.Mariæ de Rhæno sub Innocentio II. qui & ipse fuit Canonicus Rhænanus, vt inferius ostendemus. Nec tm̃ Innocentius, sed fuerunt per ea tpa plures Pontifices ex hoc Ordine. Nec sanè mirum cum ipsa Lateran. Ecclesia, & omnes Ecclesiæ titulares Cardinalium regerentur tùm per hos Canonicos: Qui oẽs Regulam item vulgatam ipsius D.Patris à Conci
Concil. Mag. lio præsertim Maguntino citrà, de quo diximus, imitandã suscepe-
Greg. 9. runt. Gregorius itẽ IX. in suis Decretalib. de hoc Ordine plura cõtexuit, & contexta pariter ab antiquioribus multa recẽsuit. Hic collegit librum Decretalium post Opus vulgatum Decretorum: Vbi plura de Ordine Canonico, & de Regula Aug. ex posteriorib. De-
Bon. 8. cretalib. vt innuitur, inter Iura extendit, id quod Bonifacius VIII.
Clem. 5 fecit postea, & Clemens V. Cuius tpe natus est Vgo Pisanus Eps
Vgo Pisan. Nicosiẽsis, à quo fundatum fuit Monasteriũ illud Canonicum per ea tpa haud incelebre eius Noĩs Nicosiensis non procul à Patria
Clem. 4 sub Clemente IV. cuius multa adhuc extant in eo Monasterio scripta, quæ non minus subolent Diuini hominis interiorem cultũ, & pietatem, q̃ exteriorem, consumati in quibuscunq. studijs multiplicẽ eruditionem, & quæ præsertim ad hanc rem Clericorũ Regularium faciunt. Is, veluti alter Dauid a Samuele, ab eius .s. Ciuitatis Pisanæ Episcopo, ex Mappalib. Pisanis Puerulus sublatus est, dum Patris pauculas oues pasceret, vt eum Vrbanus IV. è Pisis in Vrbẽ
Vrb. 4. inter suos Auditores accerseret, fieretq; paulòpost Eps Nicosiẽsis
Clem. 4 apud Cyprum. Vnde reuocatus sub Clemente IV. Canonicam hãc fundauit apud Patriam, inter eas, videlicet, Syluas, & nemora, vbi olim Puer gregem pauisset, q̃ Canonicam, & à sui Archiepiscopatus noĩe compellauit. Et quò eius Artis, & Genij gratiam conseruaret, suos quotidiè Canonicos, quos ibi instituerat, è pęnu Diuinarum Scripturarũ depromptis vndequaq. delicijs pascebat. Apud quos reliquum vitę suæ in Orationib. Ieiunijs, & in enarrandis Codicib. Diuinis in S conuersatione peregit. Et, ne vnquam intermoriturus illis deesset, Constitutiones eis ædidit, & B.Aug. Regulam ipse commentatus est, quæ in eorum Venerabili Archiuio adhuc extat. Contexuit & plura Bonifacius VIII in suo Sexto, & in suis
Bon. 8. Clementinis Clemens V. sed antè eum Gregoriũ sub Honorio III.

Visi-

Visitatores in noua Reformatione vniuerso primùm Ordini dati sunt: De quib. Benedictus XII. longè post meminit in suis Constõnibus, quas in Gallijs pro eodem publicauit anno suo 5. oĩa dũ Religiosorum (proh dolor) vergerẽt ad Occasum, Sede iãdiù Apostolica ibidem, seu peregrinante, seu potius exulante. Qua tempestate Monasteria oĩa quæcunq. vacassent, sublata cuilibet Capitulo, & Conuentui oĩ auctoritate substituendi Prælatos; passim alijs cõmẽdabant. Fuit assumptus Benedictus, dũ adhuc in Gallijs Sedes Romana moraretur. Qđ ostendit eius Successor post multos annos Gregorius XI. Qui, aliã rem simulans, inde in Vrbem aufugit Gallis elusis. Aedidit hic plures Constõnes, & pro Ordine Canonico, & pro Monastico, cũ iam Religiosorum oĩa tenderent ad interitũ, vt dr̃. Adeo ẽt tunc sub hoc Pontifice aberant illi ab oĩ eorum Reformatione. Nam de Cõmendatarijs in ipsis quoq. Constõnib. innuitur, quorum, plusq̃ fortasse oportuit, ratio habita est ipsis Cõstõnibus. Vide c. præsertim, de retinendo antiquo numero Canonicorum. Horum igr̃ Commẽdatariorum opera, & præsertim sub eo schysmate, ꝙ paulòpost subsecutum est per annos circà 40. ad eam internitionem Monasteria, & Religiosi quilibet cõpulsi vbiq. deuenere, vt illa pro maiori parte corruerent, horum pauci superessent, qui in eis remanerẽt. Ita cultus oĩs Religiosus penè exaruit. Sed q potens est de lapidib. suscitare filios Abrahę, extrusa nõdũ ea schysmatis pestilitate, iacta sunt semina nouissimæ Reformationis sub Gregorio XII. inter partes Italię, vtriusq. videlicet, Ordinis Augusti. & Benedicti, & ab externis, vt rem magis pro miraculo ducas. Hæc Reformatio, qua Monasteria vnita fuere inter Cõgregationes sub Annuis Prælatis, vltima esse hactenus constat. Quã si consideraueris Diuinã, dices non humanam fuisse, cũ eodẽ penè tpe idem Institutum susceptum videatur in vtroq. Ordine, Canonico .s. & Monastico, & cuilibet Binæ Congregationes prodierint ab externo dogmate, vt dr̃. Prioris etenim Mendicantes diuersi dogmatis Auctores extitere. Nam pro Reformatione Cõgregationis Saluatoris Eremitani, pro Lateranensi de Frysionaria Prædicatorum Ordinis, primi vtriusq. Auctores prædicantur. Quos proprij Ordinis tędiũ adeo cęperat, adeo ẽt tunc apud Mendicantes oĩa deformata tenebantur, vt ad alterius Reformationem animũ (Deo tñ sic disponente) potius adiecerint. Subsecuta.n. sunt ex Reformatione hac Men

Ben. 12 Bened. Greg. 11 Mat. 3. Greg. 12

dicantium Nomina,Obseruantes, & Conuentuales, quæ primùm esse cęperunt.Posterioris verò fuere tùm noui Eremitæ,tùm diuersæ etiam Cohortis Religiosi. Nã Congregationis Montoliuetanæ Seniores Eremitæ fuerant, nulla prius Regula colligati. S. Iustinæ verò,quæ nunc Cassinensis appellatur,Monachi Auctorem suũ nominant Fratrem Ludouicũ Barbum Venetũ ex Sodalitio Ordinis, qui dr̃ S.Georgij in Alga apud Venetos. Multas alias Reformationes Canon.Reg.recensent Trullus, & Tycinensis in Libello Reformato,quas ibi reperiès.Inter oẽs has,& alias florentissima fuit quidem Reformatio Ordinis Canonici in Ecclesia S. Mariæ de Frisionaria:Vnde Congregatio Frisionaria dicta,postmodũ in Lateranẽsem euecti non semel,non semel ẽt ab eo loco abducti,Titulum Lateranensem retinuerunt. Quæ quidem Congregatio,quia se suis laudibus effert,Summorum Pontificum Priuilegijs decoratam se præbet,innumeros Viros Dignitate,Virtute,ac Sanctitate enumerat,quorum aliquos nominabo, quos veneratus, admiratus sum, & vidi puer,& senex, Gabrielem.s.Fiammã Venetum, qui fuit Eps̃ Clodiensis, Hyppolitum Carracciolam Neapolitanum,(hi nempè me puerũ Cõcionolas dictitatas recitantem de Doctrina Christiana post Concilium Sacrum Tridentinũ introducta primũ Mediolani à S.Carolo, deinde eius opera diffusa per totam Italiam,tùm Neapoli sub Mario Caraffa Archiepiscopo,Seminarij Institutore, qui me plurimùm fouit, dignati sunt audire,& progressum in hac re,quicunq.fuerit,vel sit,benignè ad me in illa animandum prædicere:)Herculem pariter Rauẽnatem,Celsum Mediolanensem, Seraphinum Collinum Venetum eximios Concionatores,& oĩ genere virtutum ornatissimos, non indiget, vt laudes Nostras apponamus:maiorem ei cęssuram gloriam,si tacuerimus, quàm si non dignè,vt par esset,extolleremus,vt suo modo de illa celeberrima Cõgregatione dicendum sit, quod de Deo. Te decet Hymnus Deus in Syon: Tibi silentium,laus in Syon, vt cum in altissima Specula, & super Cãdelabrũ Ecclesiæ sita sit hæc Lucerna,& Turris, & Ciuitas,sat sit dicere.Hęc est Ciuitas magni decoris,hæc Lucerna lucẽs, & ardẽs Quãplurimi de eiusdẽ Institutione,Propagatione,& Exaltatione scripserũt,apud quos & ipsosmet testes, q̃ velĩt, mittimus.

Trull. *Tycin.*

Venetijs quoq.extant Canonici Regulares Ord. præfati B.Aug. vt alij,de quib.suprà per totum,dicti S.Spiritus; ꝙ Monasteriũ vnà cum

cũ Ecclesia fuerat ab àntiquo tp̃e,videlicet,circa Annos Dñi 1140. constructũ,addito Xenodochio, vt mos erat eius tp̃is,& Canonicis Regularib.concessum,qui in eo perseuerauerunt vsq.ad tp̃a Benedicti XII.& citrà. Legũtur.n.Apostolicæ litteræ ipsius Benedicti Papę sub Bulla plũbea,attestãtes qualiter ipsius Monasterij Canonico,qui D.Nicolaus de Beneuenutis dicebãt,per decessum D.Nicolai Arimundo Veneti,collatũ fuit Monasteriũ S.Clementis cum Xenodochio ibi propè in ripa Canalis Orphani eiusdem Castellanensis Dięcesis, tp̃e Innocentij Papæ II. à Petro Gatiloso Veneto anno 1141.constructũ,& Canonicis Reg.præfati Ord.diuersi tamẽ nõ essentialis Habitus,collatum à Io.Papa XXII. cuius Collationis litteræ per ipsius Pontificis obitum, ab ipso Benedicto XII. postea apud Auinionen.fuerunt expeditæ.& alterũ Monasterium Patauij possidẽt sub annuis Priorib eo ritu,quo paulò antè degebant Nicosienses illi Pisani longè antiquiores cum illis Dięcesis Lucensis Sancti Angeli, qui modo pariter connexi sunt sub Congregatione Saluatoris.Horum aũt principium perspectis Priuilegijs, & seniorum suorum facta nobis relatione,ita colligimus. Fuerunt sub Martino V.nonnulli Clerici sęculares Veneti,& ꝓut legĩt in Chronicis Patriarcharum Venetorum, ꝙ hi Clerici fuerunt D.Andreas Bondimerio Marini,& Franciscinę Filius, D.Michael Mauroceno, D.Philippus Paruta,& D.Franciscus Contarenus Nobiles Patricij Veneti, qui zelo Religionis ducti conuenerant vnà cõicatis bonis sub idem propositũ vitæ cõis,dumq; locum S.Marię de Nazareth, qui nunc in verso noĩe Lazarethum vetus ab eo Xenodochio ibi erecto pro Epidimia laborantib.vulgò appellatur,sibi pro hac vitę districtione intrà lacunas Venetas longè remotissimum delegissẽt, quatenus in eo à turbis seclusi, in ieiunijs, & orationibus Diuinis sibiq; vacare diutius possent. In Chronicis Andreæ Danduli quinquagesimi quarti Ducis Venetiarum,Bernardi Iustiniani,& M.Antonij Sabellici legitur,ꝙ Fratres Eremitani,in primo eorum apud Venetos aduentu,apud Ecclesiam S.Mariæ de Nazareth cõstructo paruo Cœnobio recepti fuerunt: quo in loco vsq.ad annum Dñi 1423.perstiterunt.Eo itaque anno constructo in eodem loco Morbidorum Xenodochio,ipsi Fratres ad Ecclesiam S.Annæ de Castello translati fuere.Quam non multò post cum ea S.Stephani de Venetijs cõmutarunt cum Monialib.Ord.S.Benedicti,quæ apud eam degebant.

Andr. Dand. Bernar. Iustin. M.Ant. Sabell.

degebant. Quæ cum esset parua nimiùm, absidibusq; strata, atq. exiguo constructa Monasterio, postea a D. Michaele Leggio Patricio Veneto in eam magnificam, quę nunc cernitur, formã cũ Monasterio ampliauit, vt patet marmoreo Elogio in maiori ipsius Ecclesiæ Capella posito. Lazarethum vetus sic dr̃ ad dr̃iam alterius similis Xenodochij pro recreandis peste infectis post redemptam sanitatem, sub Francisco Fuschero Duce sexagesimoquinto non longè constructi, quod Lazarethum nouum dicitur.

Franc. Fusch.

Patrem (quẽ dñt) spiritualẽ interim pro Duce eius loci priorem habuerunt ex sodalitio Eremitano, qui fuit Magr̃ Gabriel Spoletanus, eius tp̃is Concionator celeberrimus Ord. Eremitarum S Aug. & eius Ordinis præfati Monasterij S. Mariæ de Nazareth Prior, ex cuius Concionib. dictus D. Andreas, & ipsius socij commoti, vnanimiter Religionem ingredi statuerunt: sicq. die 6. Maij 1421. ab eodẽ Magistro Gabriele Habitu sui Ordinis Cucullati, sub diem deniq; 15. Augusti seq. anni professionem in eius manibus emiserunt. A quo Regularem quotidie disciplinam percipientes, eò magis ibant de virtute in virtutem, ita vt, fama eorum percrebescẽte, à Martino V. rem Ep̃o Patauino demandante, Anno sui Pontificatus 6. Eremitarum Dogma primùm cucullati, & postea professi obtinuerint Abbatiam S. Danielis in Monte apud Apponum Patauinum, Abbate illis Monasterium subiectis cõditionibus cedente. Quib. in primis suppressa Abbatiali Dignitate, & Ordine Monastico, pensio illi annua reseruabatur sup̃ fructibus, & residentia in parte Monasterij, quòad viueret. Noluerunt. n. intra Vrbem, à qua semoti fuerant, vt parẽtũ, & cõsãguineorũ frequẽtes insultus declinarẽt, cũ dictis Eremitanis, vt dictũ est, remigrare. In Archiuijs aũt Abbatiæ S. Danielis legit, ꝙ ipse D Andr. cũ socijs eãdẽ Abbatiã sub pensione, anno videlicet 1413. cõduxerũt ab ipsius Abbate ꝑpetuò D. Baptista de Sauiolis de Patauio, reseruata sibi Abbatiali Dignitate, & Habitatione in eius parte Monasterij. Verùm paulòpost facta noua eiusdẽ Pontificis prouisione, totum hoc negotiũ reuocatur. Qua reuocatione locus mox restitutus est in pristinũ statũ: ꝙ postea altero immediatè subsequente Abbate, cedente cum oĩbus suis iurib. & pertinentijs, à Pio II. Congregationi Saluatoris Canonicorum Regul. vnitum extitit. Vnde & hoc ꝓpea altero deserto, tertium hunc tandem pro perpetuo indipiscunt S. Spũs apud Patriam. Vbi, eo Sancto

Pius II

cto Numine acti,sub iterata professione, Canonicum Ordinem, & Habitum fœlicius induunt, locū eis consentiente Abbate Brundu lensi,qui ad eius Abbatiā pertinebat, q̃ & eiusdem necnon viuētis opera,post illius obitum,pariter consecuti sunt. Facta namq. noua Commissione à Papa Martino V.sub Anno 1424.die15.Augusti in manib.D.Petri Marcelli Epi Patauini nouam professionem emiserunt;sumpto ēt ab eo Canonicorum Reg.Habitu,qui per omnia si milis est Congregationi Saluatoris prædictæ,præter Scapulare,qđ illi non deferunt. Ab eo namq. Epo à præfata Abbatia S. Danielis ad Monasterium S.Spūs,de quo suprà,perpetuò in eo māsuri,tran slati fuerunt:adiunctis secum eiusdem Ordinis diuersorū Monaste riorum Canonicis Regul.Cuius Monasterij idem D.Andreas Prio ratum cum perplures Annos rexisset, amplissimis eum structuris, & prouentibus exornauit. Hi etiam visitantur à quibusque maluerint Religiosis singulis annis:nam & Anno Domini 1517,à Reuer. P.Seraphino Veneto Congregationis Nostræ Visitatore, & Patre Hieronymo Bonon.Priore S.Saluatoris de Venetijs, & altero Anno à Reuer.Patre Pelegrino de Bononia, & Socijs cū maxima tran quillitate, & eorum satisfactione hmōi Visitationis Officium ad eorum instantiam eis præstitum extitit.Brundulum aūt nomen est Oppidi non longè à Clodia,vel Clugia Ciuitate,q̄ prius dicebatur Brentali,postea Brundulum dictum est. In eo monitu Angelico ab antiquo tp̄e constructa fuerat Ecclesia in honorem Arcangeli Michaelis,& ab ipso Angelo Cœlitus consecrata, ad q̃ idem Angelus Sergium Scenogalliæ Ducem incurabili lepra detentum, per nauem duxit. Qui in ipso primo Ecclesiæ ingressu sanatum se sentiēs cum Coniuge sua Margarita, Monasterium ibidem opulentissimū construxit sub Ioanne Calbio Octauo Venetorū Duce, Anno Dñi 788. & S.Benedicti Monachos in illud introduxit, cum quib. quo ad uixit, habitauit. Quod postea Monasterium diuersis euentibus diruptum à Nobilibus Bobizis,& Briosis Familijs Venetis restaura tum fuit. Cum verò Eps Metauraucensis ad Monachorum instantiam ipsam Ecclesiā vellet denuò cōsecrare, ab eodem Angelo per uisum monetur, vt q̃ ipse Arcangelus Michael Diuinitus semel dedicauerat, ipse reconsecrare non auderet, sed tantummodò sacra Mysteria perageret.Huic postea Abbatiæ Anno 1007. Monasteriū SS.Benedicti,& Mauri de Venetijs,qđ Nobilis Familia Faledra cō stru-

Mart. 5

Io. Cal.

ſtruxerat,& dotauerat, vnitum fuit, quod poſtea,prout caſus dat, à fundamentis deuaſtatū,Eccleſia tm̃ D.Benedicti reſarcitur à Nobili Familia Triuiſana, & ſub titulo Plebanatus ad Clericos ſæculares reducitur. At Brundulenſe Monaſterium,Monachis Ciſtercienſibus in eo circà Annos 1100.introductis, ipſum reformarunt,qui per ea tp̃a S. Benedicti Ordinem iam collabentem apud Burgundiam etiam reparauerant,& in eo Monaſterio per multum tēporis perdurarunt.Anno autem 1381.idem Monaſterium ob alios euentus elapſos iam dirutum,denuò reficitur, & eiuſdem Abbatis pro ſubſidio Monaſterium, quod ſuprà memorauimus S. Spiritus de Venetijs,ſuis Regularibus Canonicis per ea tempora deſtitutum, poſtmodùm,vt in præfatis Chronicis legitur,fuit cōceſſum,& vnitum.Duo autem ex his primis Optimis Patribus ſub celebri Sanctitatis opinione in Antiſtites promoti dicuntur inter illas partes, quos decedentes pijſſimi, ſimulq; Fratres gratiſſimi Concanonici, in ſua Eccleſia S. Spiritus binis marmoreis Sepulchris ſub honorificis Elogijs tàm eius fundatæ Congregationis, q̃ recti Epiſcopatus perpetuò honeſtarunt.Horum alter fuit D.Andreas Bondimerio, qui ab ipſo Prioratu S.Spiritus, quem gerebat Anno Domini 1460.die 7.April.in tertium Patriarcham ſuæ Vrbis Electus, à Pio Papa II confirmatus fuit Anno 35.ab Habitus Canonici ſuſceptione nondum expleto,qui cum annos quinq.& menſibus trib. ſediſſet Anno 1465.ætatis verò ſuæ 64 in pace ex humanis exutus,die 6.Auguſti in ſua,videlicet S. Spiritus Eccleſia, in qua Canonicum Ordinem reformauerat, marmoreo Sepulchro ſub eleganti Epitaphio, honorificè conditus eſt, Sepulturæ. Alter verò fuit Reuerendiſſimus D.Phylippus Paruta ſupradictus, qui ad Archiepiſcopatum Cretēſem aſſumptus, obierat prius anno videlicet 1458. & in eadem ſua præfata S. Spiritus Eccleſia honorabili Sepulchro conditus extitit, vt ſuprà. Hi aūt Canonici ſub vmbra alarum Sereniſſimi Ducis Veneti proteguntur. Alio autem tp̃e noua Congregatio ex illa Saluatoris prodijt in Thuſcia Auctore Frē Antonio Mantuano illius antea profeſſo,quæ dr̄ S.Petri de Monte Corbulo Diœceſis Florentinæ. Hic Habitum eius Congregationis Saluatoris iuuenis ſumpſit Mantuæ Anno 1467. & in eo Monaſterio, & Congregatione vſque ad 1472. ſatis laudabiliter perſeuerauit; quo Anno ad Carthuſianos S. Laurentij de Florentia tranſuolauit

uit, à quibus perbenignè susceptus, Petrus pro Antonio noîatus est. In Annalibus eius Congregationis legitur, q erat Regiensis, sed in mutatione Habitus, & Nominis, eam etiam suæ Nationis Patriã in Mediolanensem conuertit; & quia factibilis, & industrius erat, in loco eius Territorij Florentini dicto (il Castellaro) suprà, & propè Muscianum, Villicum eum constituerunt: vbi post plures Annos cõ parata familiaritate D. Francisci de Soderinis de Primatibus Florẽ tinis, Epi Volaterrani, & Alexandri Papæ VI. Referendarij, ipsiusq; fauore, & patrocinio fretus, nouam Canonicorum Regularium Congregationem sub Regula simpliciter B. Aug. instituit, q̃ ex suo met noîe Congregationem S. Petri Apostoli denominauit: locus Montis Corbuli à Florentiæ Ciuitate per 18. à Senatum aũt per 12. distat milliaria. Quo in loco Ecclesiam in memoriam Arcangeli Michaelis ab antiquo tpe dedicata consistit; attamen Institutionis eius Congregationis primarius locus extitit S. Mariæ de Bibona in Maritimis Pisanis Volaterranæ Diœcesis constitutus. De qua illud tm̃ dicere possumus, quòd eius Cultores adeò magnã in Vita, & Habitu præseferunt abstinentiam, & humilitatis rigorẽ, vt illis primis Clericis abstinentibus æquari posse videantur, qui sub Marco Euangelista, vt præmisimus, apud Alexandriam, extra hominum turbas collobijs lineis adoperti, eam vitam exorsi fuere. In eius Congregationis initio vterque Habitus essentialis, & non essentialis, de quo suprà diffusius disseruimus, fuit Tunica naturalis coloris videlicet leonini, amplius manicis, lineo collobio cooperta cum birro, seu caputio, ac bireto desuper eiusdem coloris. At post obitum ipsum D. Petri Institutoris, qui in eius decrepita ætate contigit Anno videlicet Domini 1521. superaddita est Clamis ad instar Canonicorum Regularium eius temporis Sancti Phrygdiani de Luca, & leoninus color, restrictis manicis, in nigrũ commutatus extitit. Pauperculi quidem, vel in communi, quicquid a Diuinis superest maiorem partem illos & in hoc potissimũ æmulari, operibus impendunt, ex quibus communiter victitant, nihil sibi quisque quod proprium facturum sit, sed quod magis pauperum hospitio, quodcunque contingit inter eas solitudines, qui veræ pietatis cultus est, & cui in primis vacant, reseruantes. Raphael Volaterranus asserit eam Congregationem à Iulio Papa II. eo anno, quo suam Historiam scribebat, approbatam. Sed re ve

ra

ra ipsa approbatio tunc tentata, & cæpta fuit, & postmodùm ad instantiam præfati D.Francisci de Soderinis S.R.E.Cardinalis Sanctæ Susannæ à Leone Papa X. viuente adhuc Institutore, perfecta fuit, prout traditum est à D. Benedicto de S. Geminiano eiusdem Congregationis Canonico. Hæc autem de Ordine Canonico in generali dicta sufficiant, nunc de Præcellentia ipsius differendum censemus.

FINIS PRIMI LIBRI.



NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium

LIBER SECVNDVS.

De Præcellentia Ordinis Canonici.





SALVATOR Dominus noster Iesus Christus Ecclesiam sanctam suam, & in illa fideles omnes consistentes humilitate vult crescere, & dilatari, vt inquit Beda, iccirco appellat fidelium multitudinem pusillum gregem; & grano Synapis comparat omnium seminum minimo, crescenti autem omnium olerum maximo. Et ad conuiuium inuitatis dicebat: cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco, vt, cũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice ascende superius, & tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur: ne recumbas in primò loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab eo, & veniens ille, qui te, & illum vocauit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipies cum rubore nouissimum locum tenere. Per primum locum non solùm intelligitur hic honorabilior sessio in conuiuijs solemnibus, sed etiam quælibet electio, vel promotio ad aliquam Dignitatem, quod patet ex hoc, quod præmittitur: dicebat ad inuitatos parabolam. Parabola autem est alterius rei significatiua; ad Dignitates autem se nullus debet ingerere, sed alios meliores se præponere quantum est in se, alioquin inuitator principa-

Beda.

Luc. 14

lis Deus, à quo est omnis potestas, deijciet eum à sua Dignitate, saltem spiritualiter sententia damnationis, aliquãdo etiam deicit tales pœna temporalis depositionis. Si autem humiliter refugiens, vt Patres antiqui, & vt D. Gregorius, & Ambrosius, & consimiles, tandem ex obedientia susceperit, & ex charitate fraterna benè ea vsus fuerit Dignitate, cælestem denique gloriam obtinebit, quia dicitur erit tibi gloria: ea ratione quia omnis, qui se exaltat prẹsumptuosẹ se Dignitatibus ingerẽdo, humiliabitur modo prædicto, & qui se humiliat non fallaciter, & fictè secundum
Eccl. 19 quod scribitur Eccles. Est qui nequiter se humiliat, & interiora
Prouer. 29. eius plena sunt dolo: sed veraciter, & ex animo exaltabitur. Prou. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria, in eundem sensum ex Glos.
Gl. ord. ordinaria in Euangelica gratia humilitatem ponit Iesus contra superbiam Pharisæorum in lege, & intendens in doctrina sua quomodo debeant in Ecclesia accubitus eligere, id est humiles, & no ulſſimos: cum enim per gratiam fidei vocatus membris Ecclesiẹ se quis iunxerit, non se de meritis glorificando, quasi cæteris sublimior extollat, nam honoratiori inuitato locum dat, qui de suæ conuersationis confidentia securior factus cita illorum, qui se in Christo secuti sunt, agilitate præit, & cum rubore nouissimum locum tenet, cum ipse de alijs meliora cognoscens, quicquid de sua
Ps. 87. operatione altum senserat, humiliat, dicens cum Propheta: exaltatus autem humiliatus sum, & confusus, & erubescens tũc, quòd de se aliquando maiora prẹsumpsit, incipit ad pẹnitentiam humiliari, & se minoris cognoscere meriti, vt non nunc incipiat quærere quod sibi seruatur in fine, quia hæreditas, ad quã festinatur in fine, in nouissima benedictione definitur. Quotidie autẽ Dominus dũ conuiuas suos visitat, & dijudicat, tãta spiritus sui dona humilibus præstat, vt eos cœtus fideliũ cum admiratione glorificet,
Ps. 138. stupensq; in auctoris sui laudem, prosiliat dicens. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Quare huic humilitas præcipitur in Ecclesia, & non in alterum maioris sessionis Dignitas, nisi quẹ à Deo humilibus, & subter alios statum amplexãtibus conceditur. Et cum audissent Apostoli, & credidissent Iesum tradendum morti, in eius absentia quæsiuerunt, quis inter Apostolos esset conuenientior ad tenendum Christi locum, & hoc est,

quod

quòd dicitur à Luca: facta est contentio, id est disquisitio. Est *Luc.22*
enim disquisitio aliquando cum contentione, cum aliquis quærentium dicit: hic erit aptior; alius non, sed ille: quis eorum videretur esse maior, siue aptior ad præsidendum alijs loco Christi: & ideo Christus de hoc eos docuit: quòd videlicet ille esset aptior ad hoc, qui esset verè humilior per contrarium ad terrenam Dominationem, & inducit exemplum sui similiter in sessione conuiuarum: quis est maior qui recumbit, an qui ministrat? non ne qui *Luc.22*
recumbit? id quidem verum secundum humanum iudicium; ego autem (id quidem secundum iudicium Dei) in medio vestrum sum sicut qui ministrat; ostẽderat quippè hoc in lotione pedum; & tamen vocabant eum magistrum, & Dominum, & benè eiusdem testimonio dicebant, & ex hoc intendit concludere, quòd ille est aptus ad succedendum sibi in regimine Ecclesiæ, qui est fundatus in vera humilitate. Super hunc locũ Ambrosius, & Glos. *Ambr.*
ordin. Caueamus, inquit, sedulò, ne qua inter nos de Prælatione *Gl. ord.*
possit esse cõtentio. Si enim contendebant Apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur: omnibus vna dabatur forma sententiæ, vt non de Prælatione iactantia sit, sed de humilitate cõtentio: Pius autem Magister non de inita contẽtione arguit illos, sed formã humilitatis, quã sequãtur, describit; quasi dicat: vos more sæcularium per Prælationẽ peruenire vultis ad Regni possessionem, sed ad summa virtutum non potentia venitur, sed humilitate. In eo quod ministrum se appellauit, nedum quod Lyranus dicit, per ministerium intelligi potest, sed per omnia, quæ Dominus in carne gessit non tantum prædicando, vel miracula admouendo; sed etiam animam, quam pro nobis accepit ponendo, quæ omnia ad humilitatem pertinent, & subiectionem, *Phil.2.*
quam in initio suæ Incarnationis accepit: humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem *Ps.39.*
tuam in medio cordis mei. Ignorantia insuper notati fuerũt duo ex discipulis Iesu Matthæi 20. Putauerunt enim cum cæteris Iu- *Mat.20*
dæis Apostoli Christum post resurrectionem suam regnaturum temporaliter in Hierusalem, quia scripturas de Regno Christi carnaliter intelligebant, & ideo ablatum Iudæis Regnum per Roma-

Act.1. nos, credebant restituendum per Christum, vnde Apostoli dicebant Christo. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel: & eo modo Iacobus, & Ioannes, & mater eorum audientes Christum de sua resurrectione post passionem, & mortem, fecisse sermonem, crediderunt ipsum immediatè regnaturum in Israel, & cupientes esse ei collaterales præ cæteris, quia erant eius cognati Mat.20 germani, informauerunt matrem suam de petitione. Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram in Regno tuo: Prælationem, & Dignitatem cæteris post eum petentes adhuc carnales, & non perfectè illuminati, & per gratiam Spiritus Sancti confirmati: viā autem perueniendi ad Prælationem docuit eos Christus esse viam humilitatis, & patientiæ in bibendo calice Christi, sessionem verò illam, & Prælationem non dandam illis nōdum humiliatis, sed quibus paratum est à Patre suo, idest verè humilibus, & spiritualia sapientibus; quasi diceret; ergo & vos nolite esse, quod estis, idest ambientes Prælationem, sed estote alij, idest humiliamini, qui iam vultis exaltari, & paratum erit vobis. Zelum enim & indignationem cęteris parit excellentiam super alios habere velle. Hinc decem indignati sunt adhuc vt duo carnales, quos instituit de humilitate ex præhabita occasione, vt ambitionem duorum reprimeret, & aliorum indignationem sedaret, dicens. Maioritas in Regno meo non eodem modo acquiritur sicut in regno terreno, quia in terreno ambitio, & potestas acquirit, in meo humilitas tantum capit. Quicunque ergo Mat.20 voluerit inter vos fieri maior sit vester minister, exerceat se in operibus, & humilitatis obsequijs; & quia in moralibus magis mouent facta, quàm dicta, subiungit: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare; adde Pharisæos reprehendit amantes primos accubitus in cęnis, vel ob gulam, quia in primis locis cœnæ meliora fercula ponuntur, vel ob superbiā Dignitatis, quia ibi locus honorabilior, & primas Cathedras in Synagogis, quò confluebant ad audiendum verbum Dei. Hinc vocari Magistri, & Patres: quod quidem non obiurgat, quia Patres, & Magistri vocari nobis non liceat, sed ne illorum mores imitemur. Absolutè enim possumus ita appellari, & esse, cum verè sumus tales, sed cōparatè non possumus siue ad Deum, siue ad Pharisæos: ad Deum

quidem,

quidem, vt comparatione ipsius neminem putemus neque Patrẽ, neque Præceptorem esse posse, & ne istos amoris, & honoris titulos illius honori, amoriq; præferamus: ad Pharisæos autem ne illo modo, quo illi, ideſt ambitiosè, gloriosèq; aut Præceptores, aut Patres appellemur, aliosve appellemus, vt illi appellabant, qui dicebant. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, vt suo quisque magistro gloriaretur: desiderare quippè scientiam, & actum docendi, meritorium potius est, quàm malum, nomen autem tãtum appetere, superbiæ peccatum est: nunc verò benè desideratur nomen, & auctoritas magisterij, cum illa scientia iam habita melius quis potest vti. Bonus enim doctor debet quærere, quæ faciunt ad efficaciam suæ doctrinæ. Homo autem non est magister principalis, sed solus Deus, qui potest interius docere intellectum illuminando, seu speciem intelligibilem infundendo. Homo exterius tantum aliqua proponendo, ex quibus debita formantur phantasmata, à quibus intellectus agens facilius abstrahit speciem intelligibilem: sicut in sanatione hominis Natura tantum principaliter agit, medicus autem aliqua, ex quibus natura ipsa iuuatur, administrat: & pater quidem homo vocari potest ratione generationis, doctrinæ, & ætatis, tamen solus Deus est Pater principalis, quia ab eo solo habemus animam intellectiuam, quæ est hominis forma, & Pater dicitur, qui dat formam: Deus præstat intellectum, vt verus magister, homo exercet, vt participatus: Ille Pater, & Magister natura, homo indulgentia, pater quidem, vt honor ætati deferatur, non vt auctor vitæ habeatur, magister ex consortio veri magistri, tanquam eius Nuncius, & pro reuerentia eius, à quo mittitur, honoratur. At si comparatione hominum iubemur non appetere primas Cathedras in Synagogis, & prima loca in cœnis: id fit, ne gloriosi coram hominibus videamur, & ambitiosè, & arroganter primatum appetere. At verò primatum, & ordinem inter homines non solùm constituit Saluator, & gradus, verùm inter Angelos, Imo in ipsa Sanctissima Trinitate ordo Originis inuenitur, vt Pater à nullo sit, Filius à patre solo; Spiritus Sanctus ab vtroque, & prior origine Pater non Natura, posterior Filius item; verùm hæc Theologis linquimus. Angelicam naturam ita ordinatam cõspicimus intellectu, vt qui

1. Co. 1, Lyr. ib.

Gl. ord.

Angeli

Angeli nomina Prælationis habent superiores, ceteris constituãtur, vt Dominationes, Principatus, & Potestates; non quòd ob id sint supremi, sed quòd inter eos appareat ordo: potius enim in Angelis est quod subijciantur Deo, quàm quòd inferioribus presideant, & ideo ordines nominati à Prælatione non sunt supremi, sed qui appellantur à conuersione ad Deum, vt Seraphin, & Cherubin; prætereà, qui Deo propinquiores sunt, cæteris antecellunt, & Throni tanquam sedes Dei videntur Deo viciniores, non aliquo viciniori sedenti, quàm sede. Vnde colligitur Thronos inferioribus anteire: quòd si superiores habent, est, quòd non solùm esse sedes Dei illis conuenit, verùm alia, quæ non habent illi. Scientia prior est, quàm honor, & intellectus altior, quàm voluntas; incognita enim amare non possumus, neque velle, quod ignoramus. Quare inter Cherubin, & Seraphin oportet esse superioritatis altercationem: verumtamen in his ordo ita disponitur, vt cũ cognitio sit secundum quod cognita sunt in cognoscente: Amor autem secundum quod amans rei amatæ vnitur, & cum superiora sint in se ipsis nobilius, quàm in inferioribus; inferiora verò in superioribus excellentius, quàm in se ipsis; ideo inferiorum cognitio præeminet dilectioni, superiorum autem dilectio, & precipuè Dei preeminet cognitioni, vt Seraphini, Cherubinos antecedant. D. Dionysius in prima Hierarchia ponit Seraphin, vt primos, Cherubin vt medios, Thronos vt vltimos, in media Dominationes vt primos, Virtutes vt medios, Potestates, vt vltimos; in vltima Principatus vt primos, Arcangelos vt medios, Angelos vt vltimos: & quamuis Gregorius ponat in ordine Angelorum, Principatus in medio Dominationũ, & Potestatum, Virtutes verò in medio Potestatum, & Arcangelorum: vbi Dionysius variato ordine Prælationis Virtutes collocat sub Dominationibus, & supra Potestates, Principatus autem sub Potestatibus, & supra Arcangelos; tum vtraque hæc assignatio fulcimentum habere potest ex authoritate D. Pauli, qui medios ordines ascendendo enumerans dicit: quòd Deus instituit Christum ad dexteram suã in cœlestibus supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem, vbi Virtutem ponit inter Potestatem, & Dominationem secundum Dionysium. Enumerans autem alibi descen-

Dion.

Eph. 1.

descendendo dicit: siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: vbi Principatus ponit medios inter Dominationes, & Potestates, in quibus illud in primis animaduertendum, ordinis pulcherrimam varietatem sponsæ Dei Cœlestis, ac terrenæ; de qua Dauid: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Ab vno superiori Christo Deo, & homine capite Angelorum, & hominum pendere, vt nedum conditor vt Deus cœlestium creaturarum, verùm vt homo ad superiora cæteris omnibus conscendere conspiciatur: præterea, quamuis Patres iuxtà veritatem rerum, quæ variè intelliguntur, varia loca distribuant Angelis; nihilominus quocunque loco constituantur ab intelligente, sessioni proprię à Deo sibi datæ arrident, & quocunque modo intelligi eas velit, & loco: nihil ab illa prima determinatione humilitatis, in qua constituti fuerunt Michaelis milites in verbis (quis vt Deus?) expresse aberrāt, vt facilè cognoscamus non ad gloriam propriam locum suum tenere, sed ad Dei honorem, & laudem: quemadmodum seniores illi Coronas ante Thronū Dei, & Agni mittentes dicebāt. Dignus es Domine accipere Virtutem, & Diuinitatem, & Gloriam, & Honorem quia fecisti nos Deo nostro Regnum. Verùm vt varietas Gregorij, & Dionysij parum, aut nihil differre videatur: Gregorius Principatuum nomen exponit ex eo, quia bonis spiritibus præsunt, quod est Virtutum, secundum quòd in earum nomine quædam fortitudo intelligitur dans efficaciam bonis spiritibus interioribus ad Diuina ministeria exequenda: & Virtutes secundum Gregorium videntur idem esse ac Principatus secundum Dionysium: nam hoc est primum in Diuinis ministerijs, miracula facere. Per hoc enim paratur via administrationis Arcangelorum, & Angelorum, vt egregiè. D. Tho. in 1.p.q.108. interprętatur. Sunt igitur in Angelis Prælatio, & locorum ordines priores, & posteriores; est Angelorum multitudo, & hominum, vnus Sacer Principatus, quod sonat nomen Hyerarchia, si per Sacrum principatum intelligitur ipse Princeps. Vnus enim est Deus Princeps non solùm Angelorum, sed hominum, & totius creaturæ, ideo non solùm omnium Angelorum, sed totius rationalis creaturæ, quæ sacrarum rerum particeps esse potest, vna

Ps. 14.

Ap. 14.

D. Th.

Aug. teſt, vna eſt Hierarchia. Aug.12. de Ciu.Dei. Duas eſſe Ciuitates dicit, ſiue ſocietates, vnam in Angelis, & hominibus bonis, alteram in malis; ſi verò per Sacrum Principatum multitudo ſuo Principe ordinata percipitur, vnus Principatus dicitur, ſecũdum quod multitudo vno, & eodem poteſt modo Principis gubernationem recipere: quæ verò non poteſt ſecundum eundem modum gubernari à Principe, ad diuerſos Principatus pertinet, vt ſub vno Rege diuerſæ ciuitates diuerſis reguntur legibus,& miniſtris. Homines alio modo diuinas illuminationes recipiunt ab Angelis: hi intelligibili puritate; illi ſub ſenſibilium ſimilitudinibus. Diſtinguitur ergo humana Hierarchia ab Angelica. Eo modo diſtinguũtur tres in Angelis Hierarchię; prima quidem meliorem cognitionem habens veritatis,quàm inferiores, ipſam à Deo accipiunt tanquam à Primo Vltimo Principio: quippèquæ immediatè ad Deum extenditur, & quaſi in veſtibulis Dei collocatur; ſecunda,prout ab aliquibus cauſis creatis dependet ipſorum Angelorum cognitio: tertia,prout ſingulis rebus à proprijs cauſis dependentibus rationes cognitionis applicantur, ex quibus liquidò conſtat, etſi in Diuinis ordinem ſuprà poſuimus, Hierarchiam ab aliquibus vocatam ſupercœleſtem non poſſe tribui Diuinitati. In Diuinis enim Perſonis eſt quidem ordo Originis, non autem Hierarchia, cuius ordinis eſt alios quidem purgari, illuminari,perfici;alios purgare,illuminare, ꝑficere: quod Diuinis Perſonis abſonum eſt contribuere. In quibuſcunque rebus ordinatis proprietas ordinis conſideranda, & nomina ordinatarum rerum earum proprietates indicant: proprietates autem earum tribus modis accipiuntur. His enim aliquid eſſe contingit per proprietatem: cum ſcilicet adæquantur, & proportionantur naturæ ipſius:per exceſſum,cum illud,quod alicui tribuitur,eſt minus,quã res cui tribuitur: quod tamen conuenit illi rei per quendam exceſsũ, prout de omnibus nominibus,quę Deo tribuuntur,aſſerũt Theologi; per participationem autem cum,quod tribuitur, non ad plenum conuenit rei, ſed cum defectu,vt Sancti homines per participationem dicuntur Dij. Si ergo nomen deſignat proprietatem eius rei, quæ nominatur non ab eo,quod imperfectè participatur,neque ex defectu,neque ab eo, quod per exceſſum,ſed

nominari

uertendum autem est in Electione facta ab Apostolis Matthiæ, & Ioseph: dum dicitur, & statuerunt duos: Patres aliquos sentire, de numero septuaginta duorum Discipulorum selectos esse: Beda inquit Clementem hoc asserere in Glossa ordinaria Act. 1. Et quoniã ex illo loco manifestum est, & veteres non fugit auctores voluisse Christum in Ecclesia sua aliquod personarum esse discrimen, & nõ solùm Ecclesiasticos Ministros, puta Clericos, & altioris Ordinis, hominibus Laicis inferioris Ordinis: Sed inter Ministros etiam ipsos alios alijs esse Superiores: nec enim eosdem, nec eodem tempore, neque numero, neque gradu eodem Apostolos, & Discipulos elegit: Indicat Apostolorum paucitas eos Discipulis maiores esse: Hinc facilè persuadetur inter altioris Ordinis Ministros, idest inter Clericos fuisse etiam tunc gradus, & distinctiones, nunc quoque alij Apostolorum, alij Discipulorum locum tenent: Cõmunis opinio est Episcopos Apostolis, Presbyteros Discipulis septuaginta duobus successisse: Anacletus Epist. 2. & Hieron. ad Marcell. aduersus Montanum, & Bedam in Comment. Alij Episcopos Christo, Presbyteros Apostolis, Diaconos septuaginta duobus Discipulis similes faciunt. Ignatius in Epistola ad Sonitrenses: fuerunt etiam qui dicerent Episcopos Dei Patris, Presbyteros Christi, Diaconos Apostolorum personam gerere. Clemens d. 2. const. c. 30. & Ignatius Epist. ad Trall. & ad Magnesios: vtra harum opinionum sit verior, non est nostrum, qui Historiam scribimus, explicare: Satis sit hinc elici Clericorum Ordinem, iuxtà etiam D. Dionys. vbi suprà, mentem, diuersos gradus Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum &c. habere: Laicorum vno tantum gradu constare, quos Plebem Christianam appellauimus: Sed si D. Matthias ex numero septuaginta duorum assumptus fuit ad Apostolatum tanquam ex Diaconis, siue Presbyteris, ad Episcopatum, prout ex persona Dauid, gradum illum Apostolicum D. Petrus nuncupat: & Episcopatum eius accipiat alter: non videtur quidem à reliqua Laicorum Plebe selectos esse, sed Ordinis Clericalis ab inferiori ad superiore partem (ita enim interpretatur sortem partem Apostolorum Ly. in verba: Sortitus est sortem ministerij huius) euectos. Nihilominus de turba, quę erat simul hominũ centum viginti, aliqui erãt de laicali, & Plebeio Ordine suprà septuaginta duos, & vndecim Apostolos, qui duo numeri faciunt octoginta tres; qui ad Clericalem

Beda. Anac. Hier. in Luc. Ign. Cle. Ign. Dion. Act. 1. Lyr.

pertinebant. Vtcunque de horum numero Matthias acceptus fuerit, reliquos triginta septem de Plebe, & sacro fuisse asserendum est, quod non voluntariè dicimus: mulieres.n.non concurrebant ad has electiones: nam in eisdem Actibus Apostolorum cum septem Diaconi præstituti essent ministerio mensarum; de reliqua Plebe electos asserit Beda in Acta, non sorte, sed electione Apostolorum, quorum oratione, & manuum impositione sunt ordinati, & de laicali ordine ad Clericalem deducti: & Clemens loco citato innuit Epm supra nos sedere, vt qui Dei Dignitate ornatus est, quatenus Clero præest, & omni populo imperat: Ordines hos duos Clericalē, & Popularem vsq. ad Apostolorū tpa constituens.

Bed.

Clem.

Et quoniam duos Ordines diximus fuisse Christianorum, videndum qui, qualesve faciunt huiusmodi Ordines. Ordo diffinitur à D.Aug.19.de Ciuit.Dei. Parium, dispariumq; rerum sua tribuens vnicuiq. loca dispositio, & est naturalis in omnibus, quod ipse testatur.33.q.5.c. est ordo. Grues iterato ordine vnā sequūtur, & Apes Regem obseruant.7.q.1.c.in Apibus, & ibi: Omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nititur, ne quid videlicet in domo Domini sit inordinatum, atque præposterum.d.61.c. miramur. Sed relictis pluribus Ordinis significationibus, quas vide apud D.Bonauenturam, pro instinctu naturæ, apud Apostolum pro Harmonia, & rerū correspondentia: Siue apud eundem pro consilio, & ratione animi bona: siue pro respectu ad res honestè gerendas: omnia honestè, & secundum ordines fiant in nobis: siue pro debita habitudine, & relatione apud Durandum; siue apud Gabrielem pro ordine naturę, & temporis: siue apud D.Bonauenturam pro ordine secundum potentiam superioris ad inferius, vel in loco, vel in dignitate, vel secūdum antecessionem prioris ad posterius siue duratione, siue tempore; vel secundum originem producentis ad productum, dicimus ad Nostrum propositum, quod etiam accipitur Ordo pro situ ipso, gradu, & respectu rei. Gradus enim, verbi gratia, honoris habet inferioritatem, & superioritatem; gradus igitur superioritatis additus communi statui, dicitur Ordo, & constitutus in eo dicitur ordinatus, siue in statu sæculari, siue in Ecclesiastico. In Ecclesia Triumphanti sunt nouem ordines Angelorum sub nouem Ordinibus, i. generibus. De pęn. dist.2.c.vlt, nempe Cœlestium militiarum Ordo nobis est exemplo: quia dum Angelis præsunt Arcangeli, Ti-

August. *Act.3.* *Col.2.* *1.Cor.4.* *Duran.* *Gabr.* *D.Bona.*

quet

quet eos non æquales, sed sua quosuis loca seruare, & ordine, ac potestate esse distinctos. In Ecclesia militanti nouem assignantur Ordines Altissimo famulantes. 21. d. Neque. n. Vniuersitas, inquit Bonifacius Papa, alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differētiæ Ordo seruaret. 89. d. c. ab hoc, ob id etiam Diuina Prouidentia Gradus, & Ordines voluit esse distinctos, vt, dum reuerentiam minores Superioribus exhiberent, potiores minoribus virtutem dilectionis impenderent; & sic veræ cōcordiæ fieret ex diuersitate connexio, & rectè officiorum generaretur administratio singulorum. Denique in fine omnium, cū Deus tradiderit Regnū filio suo Iesu Christo, scribitur. Vnusquisq. resurget in Ordine suo, 1. Cor. 14
Vbi Doctores dicunt: Non erit ordo temporis, quia in ictu oculi, sed Dignitatis, quia Apostolus vt Apostolus, & Martyr vt Martyr resurget. Hoc etiam modo in Repub. ciuili Gradus, & Ordines assignantur. Amplissimus quidem, vt Senatorius; Medius, vt Equestris; Infimus, vt Plebeius. In Ciuitate benè disposita, in superiori gradu sunt Nobiles, in posteriori autem sunt Artifices. Arist. in Metaph. *Arist.*
dicit, ꝙ omnia sunt aliqualiter ordinata; & declarat, quòd hoc mō ēt accipitur Ordo in Politijs benè dispositis, vbi personarum parium, dispariumq; in illa Politia congrua dispositio dicitur illius Politiæ ordo, à quo etiam ipsa ordinata dicitur. Alio modo Ordo dr̄ gradus præeminens in tali Politia, & sic in persona, in gradu præeminenti constituta, dr̄ habere ordinem, sicut dr̄ habere gradum, quasi antonomasticè: quia, qui sunt in gradu inferiori, non dicunt habere gradum. In Militia similiter, vbi Pedites, vbi Alæ, cæteraq; omnia suo quæque ordine collocantur, primùm Equites, deinde Pedites numerantur. Et tunc vnumquodq. istorum benè se habere creditur, cum suum ordinem seruat vnusquisque miles, quemadmodum obsidētibus Hierico dicitur. Vnusquisque maneat in Ordine suo, idest, situ, loco, gradu. Accipitur Ordo pro actu obedientię, *Exo. 16.*
& sic domus benè ordinata dicitur, vbi quælibet persona promptè, ac benè seruit in officio suo, & vbi Dominus debitè dominat, seruiq; debitè famulantur. Sic omnis vita, anima, & conscientia hominis tota dr̄ benè ordinata, quando vnaquæq. potentia, vnumquodque membrum ad Dei laudem suo vtitur officio, & caro animæ subijcitur, & corpus spiritui subiugatur. Ita profectò de domo Salomonis legitur: & ordines in ea ministrantium admirante Regi 3. Reg. 4

na Saba. Sumitur ordo pro Sacramento quodam in Ecclesiã nota to, de quo Magister Sent. & S. Tho. in 4. distin. 24. est quoddã signaculum, in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium, vt diximus. Aliquando refertur Ordo ad ipsum genus vitæ, accipiturque pro ipso viuendi modo, & hoc est propositum nostrum. Quare duos Ordines Christianorum intelligimus duas viuendi rationes, atque institutiones: quorundam. s. qui in sacris initiati non sunt, quorundam verò sacro ministerio fungentium. Et illi quidem laici appellantur, quòd Christianè profectò viuunt, sed communi, ac laxiori quadam ratione. Hi verò arctiori vitæ obseruantiæ ob præci puam voti professionem, Religiosi dicuntur. Laicus dr̃, secundum Communiorem Canonistarum expositionem, à Laòs Grçcè, quòd est Latinè Populus, c. duo sunt. 11. q. 1. Laicus est sæcularis, & de Po pulo, & qui non habet sacros Ordines eo. c. 22. q. 11. Gloss. in c. de Procu. in 6. Duobus modis capitur Clericus, inquit Brulefer. d. 5. q. 1. lib. 4. vno modo pro viro docto, graui, & scientifico, secundo mo do capitur pro viro habente aliquod officium in Ecclesia, vnde Cle ricus est homo in Ecclesia Christi secundum Ordinem Sacramenta lem deseruiens. Et sic nec Angeli, nec Dçmones, nec Saraçeni, nec Hæretici propriè dici possunt Clerici, sed ille, qui habet officium Ostiarij, vel vnum de septem ordinibus alijs. Tonsura. n. propriè non est ordo: laicus item accipitur duplici modo, primo pro homine indocto, insipiente, atque imperito, & sic dicitur laicus à Litos Græcè, quod est Latinè lapis: secundo modo accipitur pro homine, nullum Sacramentalem Ordinem in Ecclesia Christi habente. Præterea Ordo ab ore dicitur, quia ore pronunciatur, & disponitur, qui cuiq. locus esse debeat. Vt enim, inquit Nazianzenus in oratione funebri in laudem Basilij: Nauta prius Gubernatori remum in manus dat, deinde in proram deducit, & vlteriora concre dit, itaq; tandem super gubernacula cum multa maris experientia, & ventorum statuit cognitione: & vt bellaturus miles sub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in Ducem euadit: sic Chr̃s ex Piscatoribus Apostolos constituit: Et in Ecclesiastica Hierarchia, quemadmodum Ordines in Angelica, gradus distin cti sunt, vtrumq. quod in vniuerso Christianorum cœtu reperitur concludentes: qui in suo quiq. Ordine, & statu manentes dignam Deo fabricam constituunt, quia lapides, & lateres, & tegulæ in-

Magist. Sent. S.Thom. Glos. Brulef. Naziã.

ordinatæ

ordinatæ,& ligna proiecta ad nihil vtilia sunt:cũ verò ordinant̃ sur sum,& deorsum:itũ demũ benè constructa domus dr̃,inquit Xenophon.& hoc aduertit D. Petrus,cum nos lapides viuos coædificatos appellat ordine,vnionem, & conuentum operationum, & ad inuicem communionis proportionem,& contemperationem vicissitudinis præseferente,teste Pseusippo. Itaque hi duo Ordines Clericorum,& laicorum sub hac Ordinis diffinitione, & declaratione concluduntur, qui Ordo in alteram partem Clericalem.s.extenditur,de quo dicitur:Sacerdotes quoque, & Leuitæ tandem Sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini,steteruntq; in Ordine suo iuxtà dispositionẽ, & legem Moysis hominis Dei,& alibi de his:dum stabant iuxta Ordinem suum in Ministerio. Erant.n.Leuitæ instituti à Dauid,vt cantarent in tabernaculo, vbi erat Arca Domini ab ipso Rege deportata, & postquam in templum Salomonis deducta fuit,in ipso templo suum cantandi ministerium exercebãt iuxta Ordinem suum, tùm quia Heman cum societate sua erat in medio,Asaph ad dexteram,Ethan ad sinistram(sic erant ordinati) tùm quia in genere Leuitarum quidam erant simplices Leuitę,quidam ẽt cum hoc, Sacerdotes: de simplicibus autem Leuitis aliqui erant Cantores ad cantandum Diuinas laudes, vt hi: alij, de quib. eo.c.fratres quoque eorum Leuitæ,qui ordinati sunt in cunctum ministerium Tabernaculi Domus Domini,qui aliqui erant Ianitores,alij custodes vasorum,alij ministrantes Sacerdotibus in oblationibus sacrificiorum,& aliorum officiorum, quæ ibi non exprimuntur,benè tamen in eodem primo libro à cap.23. vsque ad cap. 26. prout eò ad videndum remittimus: cum autem itidem dr̃ Aaron, & filij eius adolebant incensum, describuntur breuiter officia Sacerdotum:Leuitarum ergo Ordo erat in genere Clericali,quemadmodum ẽt in alio loco 2.Paral.ex quo clarissimè patet Ordinẽ Sacerdotum,& Leuitarum dispositione Mosis.i.ore ipsius,& Dei fuisse ordinatum,atque decretum,& institutum. Et hæc est illa institutio in veteri testamento inchoata, & in nouo plenius consumata, neque alia poterat Vniuersitas,vt inquit Vrbanus,rõne subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ Ordo seruaret, & propterea ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos,& Ordines constituit esse distinctos,vt,dum reuerentiam minores potioribus exhiberent,& potiores minorib.dilectionem impenderent, vna concordia

Xenoph. *1. Pet.5* *Pseusip.* *2. Para. 30.* *1. Par.6* *2. Para.* *Vrban.*

cordia

cordia fieret, & ex diuersitate connexio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum, dist. 89. c. ad hoc. Quamobrem potiores Vrbanus inter Ordinem Clericorum, constituit, Minores Laicorum: Quòd ad Clericos spectat, Matthias propterea Clericus est appellatus, quia sortitus in sortem Apostolatus, quo nomine ipsi omnes Apostoli nuncupati sunt, & ab eis Ordo is initiatus: Petrus enim primus Clericus creatus est, vt habetur in Rationali Diu. Offic. l. 2. c. 1. Cleros Græcè sors dicitur d. c. Cleros, d. 21. & 12. q. 1. cap. Clericus. Vltrà hoc d. Rationale, quòd Iginius Decimus à B. Petro Papa composuit Clerum, distribuit Gradus; ex quo habetur Ordo Clericalis fuisse in primitiua Ecclesia non solùm quò ad nomen, vt Apostoli, sed quò ad Gradus, & Ordinem: Sors autem duo dicit, vel Dignitatem Clericalem, & Ordinem potiorum, vt dictum est suprà, vel Minorum, & Laicalem. De prima sortis significatione, inquit D. Paulus, in quo & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis, vt simus in laudem gloriæ eius, & quæ sequuntur: quo loco sorte vocati dicuntur Apostoli, Diuina Electione prius præparati per interiorem gratiam, non per merita etiam in ipsis, qui qualiter magis ipsi electi sint ad Officium Apostolatus, nesciunt, sed consilio, & voluntate Dei, quæ est cum ratione, vt per eos alij. i. Minoris Ordinis laudent Deum, inquit Glossa: sorte vocati, inquit Lyranus, electione Diuina, quæ dicitur sors, quæ non accipit personam, sicut nec sors: ad Apostolatum præordinati secundum dispositionem æternam Dei, vt per nos alij laudent Deum, qui per prædicationem nostram conuertuntur ad ipsum: quamuis .n. ex d. Glossa ord. sors dicatur gratia, quia non est hominis electio, sed voluntatis Dei, vnde Tunica inconsutilis desuper texta, quæ charitatem significat, sorte prouenit: quia Gratia, & Charitas datur omnibus, & singulis Ordinibus Clericorum, & Laicorum; tamen hic distinguit eadem Gloss. statum Apostolorum, ne Apostoli, in quibus superabundat gratia, viderentur melius meruisse alijs, ostendit eos ita gratis vocatos ad Apostolatum nempè, non meritis, sicut fuerunt, & alij ad inferiorem Gradũ: De secunda: Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine: Sanctitas enim, & lumen, & pars datur omnibus Christianis, Iudæis, & Gentilibus indifferenter

Vrban. *Rat. offi. diu.* *Igin.* *Eph. 1.* *Glos.* *Lyran.* *Glo. ord.* *Glos.* *Colos. 1.*

ter per gratiam baptismalem in partem sortis Sanctorum, quia gratia baptismalis dignum facit hæreditate æterna, quæ in clara Dei visione habetur: & hoc est lumen, & pars, & sanctitas omnibus propósita. Laicalis autem Ordo antè omnes conditus est ab omnipotenti Deo in deliciarum Paradiso, cuius fuerunt Patriarchæ omnes, & Prophætarum Plerique in vtroque Testamento, & ex hoc nascitur Christus de Virgine, nata est Virgo, nati Clerici cum suo hoc omni ordine, nascimur omnes. Quamuis enim & Aaron Sacerdos, & Samuel habuerint filios, non propterea de Clericali Ordine dicuntur propriè nati, sed de Fratribus vt Laicis: nam dum officiũ Sacerdotale, & Clericale exercebant, ab vxoris tactu abstinebant, & commercio: ideo.h. Aaron, & Maria soror murmurauerunt aduer. sus Mosen propter vxorem eius Ethyopissam: & quòd se separauerat ab illa quo ad thorum, & quòd frequenter loquebatur cũ Domino, & ideo volebat semper esse paratus, cum vocabatur ab eo, ad quod requiritur munditia carnis, etiam ab actu matrimoniali: vnde refert Lyranus Sanctos dicere, quòd spiritus Prophætiæ non tangebat corda Prophætarum, cum erant depressa ex actu matrimoniali, & Sacerdotes veteris legis diebus, quibus ministrabant, ab vxoribus se continebant, quibus in illo actu, ministerioq; Sacerdotali Deus sæpè loquebatur per Angelum, vt Zachariæ Patri Io. Baptistæ, & sæpius alibi, & alijs: Ergo differt in eadem persona status gignendi filios, vt Laici, & ministrandi Deo, vt Clerici. Describitur hic Ordo à Dionys. vbi supra, pro Populo, siue pro Plebe Sacra, & Hieron. d. cap. duo sunt: Clericali opponit, vt diximus, Laicalem, & vtriusque exhibita Ethymologia docet Monachos Deo deuotos esse, & Glossatorem vanum haberi, qui parum ea animaduersa non intellexit, neque Conuersos fuisse ea tempestate, quos interprætatur, neque Monachos pro Clericis, neque pro Laicis ibi posse designari. Clerici igitur ita dicti sunt, quia de sorte Domini Laici, quia de Populi Vniuersitate nuncupati sunt. Hæc habes in d. cap. duo sunt; & in d. cap. Cleros; & d. cap. Clericus. Brant.h. Clerici principio, quòd paulò post fuerunt Canonici absolutè, & quòd nunc Canonici Regulares, vide Hieron. in d. cap. duo sunt; & c. Clericus. Clericus, inquit, qui Christi seruit Ecclesijs, interprætetur prius vocabulum suum, & nominis diffinitione prolata nitatur esse, quod dicitur: lege omnia, & vide, vtrùm isthæc diffinitio quadret

Lyran.

Dionys.

Hieron.

Glos.

Hieron.

dret sæcularibus Clericis. Quòd autem Canonici Regulares sint Clerici, abundè declarat D.Tho. contrà Impugnantes Religionẽ: vbi dicit, quòd quamuis Augustinus reuocauerit hoc interdictum, vt nullus Clericus esset, nisi suo proprio viueret, de quo habetur c.certè, 12.q.5.non reuocauit tamen, quin illi Clerici essent, qui se cum sine proprio degerent, & 2.2.q.189.art.8. concludit Canonicis Regularibus competere per se esse Clericos. Nam de primo, Impugnatores Religionis negabant Religiosos docere debere, quod D.Hieron.ad Riparium, & Desiderium contra Vigilantium, & habetur 16.q.1. Monachus non Doctoris habet, sed plangentis officium, & 7.q.1.c.Hoc nequaquam, dicitur: Monachorum vita subiectionis habet verbum, & disciplinatus, non docendi, vel præsidendi, & pascendi alios, & ita cum, secundum illorum opinionem, Canonici Regulares, & alij Religiosi Monachorum iure censeantur, vt dicitur extrà de postul.c.ex parte; & de statu Mona.c.Quod Dei timorem, asserebant nulli Religioso docere licere: ad quod mirè respondet D. Thomas, & libet hic eius verba sigillatim inserere pro Nostro Instituto ad differentiam Monachi, & Clerici ostẽdendam. Hieron. vbi supra, ostendit, quòd Monacho ex hoc, quòd est Monachus, competit pœnitentiam agere, nõ docere, sicut illi sibi vsurpabant, quod ex hoc, quòd Monachi erant, docere volebant: vel intendit ostendere, quòd Monachus ex hoc, quòd est Monachus, non obligatur ad docendum: Sic.n.Hieron.inducit hoc in Epistola contrà Vigilantium, non autem sequitur, si Monachus non habet officium docendi, quòd accidere non possit, vt habeat: Sicut non sequitur: Si Subdiaconus non habet officium legendi Euangelium, quòd ad hoc officium assumi non possit, & hoc est, quod Gratianus dicit 16.q.1.Superiori. Voluit ergo Hieron. distinguere inter personam Monachi, & personam Clerici, ostendens quid cuiq; ex proprio officio conueniat: aliud.n.conuenit cuique ex eo, quòd Monachus est, aliud ex eo, quòd Clericus est: ex eo, qđ Monachus est, sua, & aliena peccata deflendi habet officium, ex eo, quòd Clericus est, docendi, & pascendi Populum: ex quo etiam patet intellectus alterius Capituli supradicti, in quo Gratianus in illa quæst. loquitur de Doctrina prædicationis, quæ ad Prælatos pertinet, nõ autem de Doctrina Scholastica, cui Prælati haud multum intendunt: Sed dato, quòd Monacho docere non liceat, non sequitur, quòd

D.Tho. *Aug.* *Hieron.* *D. Tho.* *Hieron.* *Hieron.* *Grat.* *Grat.*

anteactam, detractione vestis, alterius indumento. Hoc concludit Monachorum ordinis non esse alios deducere, sed in se & per se perstare in singulari, & sancto statu, Sacerdotum ordines altercantes, & ab eis ad diuina traduci: & hoc ab ipso concluditur Dionysio. Sancta quidem mysteria esse expiationem, illustrationem, & perfectionem; ministros autem ordinem eum, qui expiandi; Sacerdotes, qui illustrandi Diuinos Pontifices, qui perficiendi vim habent: ordinem verò qui expiatur, qui Sancti aspectus, & Communionis est expers, quòd etiam expietur, ordinem, qui spectat Sanctum Populum, ordinem, qui perficitur, eum, qui est singularium Monachorum. Atque hæc de Præcellentia, & maioritate Canonicorum, ac Clericorum, de subiectione Monachorum, ex D. Dionysij Theologia, Diuino ordine, institutis primitiuæ Ecclesiæ, dicta sufficiant: Nunc ex decretis Pontificum, Regulis Apostolicis, Canonicisque Constitutionibus pro eadem re comprobanda rationes afferendæ. D.Dio.

Tota summa disputationum de Præcellētia Canonicorum Regularium, & Monachorum, omissis inanibus Argumentationibus, fallacibusq; Cōmentis, consistit in Dignitate, & Antiquitate ordinum, vel Religionum. Sed cum certum sit, quòd cœtus Clericorum sit Dignior, & Antiquior cœtu Monachorum vt habetur in c. qualiter, & quando il 2. de Accusat. & Inquisit. in Glos. fin. Similiter dist. 28. c. si se cuiquam: Super verbo, separetur, & dist. 23. in cap. Seriatim propè finem Glo. & de sent. exc. in 6. in cap. Religioso: super verbo, exhiberi. Item in cap. legi. 16. q. 1. Vbi Augustinus dicit quòd bonus Monachus vix facit bonum Clericum; & vocat se Clericum, & in numero Clericorum, & Ioan. And. in Regula Delictum in 6. in Mercurialibus, in 3. columna, dicit, quòd Clerici præferunturMonachis, nec excludit Regulares, quia secundum eū semper sunt Clerici. Si ergo probabitur, quòd Canonici Regulares semper fuerunt Clerici, & modò sint verè Clerici, & non possint esse nisi Clerici, nec etiam potuerint esse à primæua sua Institutione, habebitur intentum, videlicet quòd sint præferendi, & in Digniori loco constituendi: quod autem Canonici Regulares dicti sint semper Clerici, & Canonici duntaxat per iura Antiqua, & alios Authenticos, & probatissimos libros, clarissimè probabitur vltra prædicta. Aug. Io. An.

Primò dist.86.in c.quādo necessitas disciplinæ: allegatur Augustinus de vita Clericorum; qui est textus Regulæ nostræ, videlicet ad Regulares Canonicos suos, quorum erat Episcopus: ergo Canonici Regulares sunt Clerici: postquam ibi dicitur de vita Clericorum; & non possunt esse nisi Clerici. Secundò in c.Non dicatis, 12. quæst.1. qui est textus Regulæ August. allegatur ibi cum c. Nolo. Augustinus de communi vita Clericorum, quia Regula Augustini instituta est pro Clericis communiter viuentibus: qui Clerici communiter viuentes vocantur Canonici, quia Canonicus nō est nisi Clericus in aliqua fraternitate constitutus. Sed Regularis dicitur ad differentiam sæcularium Canonicorum, qui volūnt habere proprium, vt dicit Abbas in c.Deus qui, de vi.& hon.Cleric.ergo Clerici communiter viuentes sunt Clerici, & non possunt dici, quòd non sint Clerici. Sicut dici non potest, quòd homo, qui est animal rationale non sit idem vti quod animal. Item 13.q.2.in c. si quis irascitur, allegatur August. in sermone 2. de communi vita Clericorum. Vbi dicit: Si quis irascitur filio suo, & exhæredat eum moriens. Nonne si viueret placaret eum? Item 17. quæst. vlt. in c.Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam: &c. allegatur August. de vita Clericorum: ergo Canonici Regulares communiter viuentes sunt Clerici. Sed notandum, quòd in Glo. in c. Nolo, ita dicitur. August. fecerat tres Constitutiones pro Clericis. Prima, quòd Clerici non possent habere proprium: sed illa malè seruabatur, quia multi erāt transgressores. Ideo secunda reuocauit eam, vt patet ibidem in c. certè, qui est textus supræscripti sermonis de communi vita Clericorum, sed tertia de consensu suorum Clericorum confirmauit primam, vt in hoc c.Nolo, qui est textus, vt dictum est, sermonis de communi vita Clericorum, & semper August. in his sermonibus vocat se, & suos Canonicos simpliciter Clericos, vel Clericos communiter viuentes, vel Conclericos suos. Ergo tales Clerici ita viuentes, & Apostolicis Regulis obedientes omninò sunt Clerici, quia eorum bonitas, vel Religio non adimit eis Dignitatem Clericatus, quæ maxima profectò est. Tertiò in Cau.15.q.2.in c. obseruandum, dicitur. Ne quis Sacerdotum, vel Clericorum debeat aduocare. Vbi Gratianus dicit: Hoc intelligitur de Clericis, qui vitam Canonicam, vel Regularem professi sunt. Ex quo sciendum, quòd illud in Concilio Tarraconensi fuit

Aug. Abb. Aug. Aug. Aug. Grat. Conc. Tar.

si fuit determinatum: & illa Ecclesia Tarraconensis erat Canonicorum Regularium. Sed notandum, quòd dicit duntaxat Clericos, & tamen intelligimus Regulares, vt dicit etiam ipse Grat. qui erat Monachus. Ergo tales Regulares sunt omninò Clerici, nec etiam aliter esse possunt, quàm Clerici, quòd si Clerici, ergo Monachis digniores. Item 16. q. 1. in c. decimas. Vbi expresse prohibetur decimas à Clericis communiter viuentibus, idest à Canonicis Regularibus exigi. Sed in Rubrica habemus Canonicos simpliciter. Ergo Clerici, & ex cõsequenti prӕferendi. Quartò in supradicta causa 16. q. 1. c. Sunt nõnulli, vbi in medio c. prohibetur Monachis, ne immisceant se negotijs sæcularibus, & ibi dicitur. Non solũ Monachis, sed etiam Canonicis magnopere imperatur, quia nemo militans Deo implicat se negotijs sęcularibus, sed Gl. dicit ibi, Canonicis, videlicet Regularibus. Ergo Regulares Canonici proprio Canonici appellati sunt nomine, & hoc fuit ex decreto Bonifacij Papæ. Canonici ergo Regulares Canonici sunt simpliciter & Clerici, & August. in c. legi, vt dictum est suprà, vocat se simpliciter Clericum; qui tamẽ erat Regularis, Imò Reformator, & Decorator Clericorum Regularium. Quintò in causa 19. vbi dicitur, duo Clerici: sed in tertio quæsito dicitur, quòd si illi Clerici fuissent Regulares Canonici, q. d. etiam per Clericos generaliter dictos, includuntur Regulares, qui & ipsi sunt Clerici, nec possunt esse nisi Clerici. Sed non sic de Monachis, qui possunt esse absque Clericatu, vt dicit etiam Abbas, & habetur dist. 93. c. à Subdiacono. Sextò probatur; quòd Canonici Regulares sunt Clerici, & Canonici. Nam in causa 20. q. 3. in cap. præsens: in fine dicit. Canonicos Religiosos non putamus à consortio Monachorum seiunctos. Glo. ibidem dicit, quòd per Canonicos Religiosos Canonici Regulares intelliguntur. Sed quod dignius Epitheton posset dari Canonicis Regularibus, quàm eos vocare Religiosos Canonicos? Idem etiam habetur in causa 13. q. 2. in c. vbicunque, vbi dicitur: apud Ecclesiam ergo Religiosorum Canonicorum, vel Monachorum. Et Canonici præferuntur Monachis: & hoc fuit in Concilio Tribunicensi: Item in dist. 32. in c. præter, dicitur. Præcipientes ẽt statuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem Prædecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerunt iuxtà Ecclesiam, sicut oportet Religiosos Clericos, simul manducent, & dormiant, & quicquid ab Eccle-

Grat. *Glos.* *Bonif.* *August.* *Abb.* *Glo.* *Concil. Tribun.*

ſijs eis competit, hoc communiter habeant; quæ omnia ſeruantur ſolùm à Canonicis Regularibus, & ſecus fit à ſæcularibus, & vocat ibi Religioſos Clericos ſolùm. Septimò probatur hoc per illud, quod habetur de conſec. diſt. 5. in cap. in omnibus; vbi dicitur: in omnibus igitur, quantum humana fragilitas patitur, decernimus, vt Canonici Clerici Canonicè viuant, obſeruantes Diuinæ doctrinam ſcripturæ; & infrà, ſimul in vno Epiſcopatu manducent, & *Glo.* dormiant, Audiant lectionem in menſa, & huiuſmodi. Sed Glo. dicit, quòd per Canonicos intelliguntur Canonici Regulares. Ergo Canonici Regulares ſunt Clerici, & non poſſunt eſſe niſi Clerici; quia Canonicus non eſt aliquis, niſi vbi ſit fraternitas Clericalis, ſicut Monachus in fraternitate monachali, & frater Minorum in fraternitate Sancti Franciſci. Idem dicendum de fratribus Prædicatoribus, Eremitanis, & Seruitis, & alijs. Sed aduertendum, quòd *Grat.* Gratianus fuit Monachus, & tamen ipſe illuſtrat Canonicos Regulares vocando eos Clericos Religioſos, Clericos Canonicos, & Clericos Regulares. Notandum, quòd hoc capitulum in omnibus *Concil. Mag.* factum fuit in Concilio Maguntino tempore Caroli Magni, vbi tractatum fuit de Reformatione Cleri. Octauò optimè cognoſci poteſt, quòd Canonici Regulares ſint Clerici per Conſtitutio- *Paſch.* nes Paſchalis Papæ, quæ à Canonicis Later. habentur, ſed tamen ſeruatæ ſunt in multis Canonijs, vbi ſemper fuere Canonici Regulares. Nam Canonia, ſecundum DD. eſt ius ſpirituale, quod non *Glo.* cadit niſi in Canonicos. Clericos, vt habetur extrà, per Gl. 5. c. 2. de Inſtitutionibus. Sed optimè cadit in Clericos communiter vi- *Io. An.* uentes. Canonia enim, ſecundum Io. Andr. eſt ſpiritualis fraternitas in Choro, in ſtallo, & loco; & de hoc dicitur in c. 2. de renunc. & in cap. relatum, de præben. Sed quòd iſta Canonia ſit in Canonicis Regularibus vide de Regu. in c. ſicut nobis, vbi in textu vocat Canonicam, & 1. q. 5. c. eos, qui dicitur in Canonijs, vel Monaſterijs Regulariter viuant. Nonò hoc optimè deduci poteſt per Authen- *Concil. Aquiſg.* tichiſſimas Conſtitutiones factas in Concilio celebrato in Aquiſgranis in Anno octingenteſimo decimoſexto, ſub Ludouico Imperatore filio Caroli Magni, vbi ſimul congeſta fuere ad inſtantiam ipſius Imperatoris dicta celeberrima Sanctorum Patrum Antiquorum pro vita, & Reformatione Clericorum Regularium, quomodo appellantur Canonici Regulares, vt viuerent in communi

ſecun-

secundum Canones Apostolorum, & secundum vitam Augustini cum suis Clericis, & ibi inseruntur omnes sermones Augustini de communi vita Clericorum. Iste liber Constitutionum appellatur Liber Canonicus, quia propriè continet vitam Canonicam Clericorum, quæ est vita communis Clerici: inquantum communes, propriè Clerici sunt secundum Abbatem. Vbi sciendum, quòd *Abb.* Abbas in c.licet, de off. ord. dicit, quòd Clerici inquantum communes sunt, propriè Clerici sunt; inquantum verò propria habēt, sunt sæculares: quia ratione proprij non dicuntur Portio Dei, nec Deus videtur sola eorum Portio, nec imitantur Apostolos, quibus erant omnia communia, vt habetur, 12.q.1.c.cui portio, et c.Clericus qui, & c.vltimo, vbi etiam aduertendum, quòd nullus laicus potest Canonicari, licet benè possit præbendari, quia præbenda consistit in temporalitate quadam, vt notatur, in c.cum omnes, de constit. Ius verò Canoniæ consistit in spiritualitate, quæ non cadit in laicum, vt in c.causam, de præscript. et c.Monachi, de elect. Canonicus propriè est Clericus existens in aliqua fraternitate Clericali; In qua maxime sunt ipsi Canonici Regulares: Abbas autem in *Abb.* c.bonæ de postula præla. dicit, quòd Canonicus nil aliud est, quā fraternus Clericus, vel Clericus in fraternitate constitutus. Decimò probatur per Constitutiones Benedicti 12. factas pro Cano- *Bened.* nicis Regularibus vbi ipsos vocat Antistites, Abbates, Priores, Præpositos, & Archipresbyteros Canonicorum Regularium, & in ipsis apertissimè demonstratur Canonicos Regulares de necessitate esse Clericos, & semper fuisse; ac ita continuè fuisse nominatos Clericos, nec quoquomodo posse aliter esse. Vnde Abbas in cap. *Abb.* statuimus de maiorit. & obed. dicit: quòd sicut quis est homo, est necessariò animal, ita ex quo quis est Canonicus, est necessariò Clericus. Sed Monachus potest esse etiam licet non sit Clericus; quia ius Monachi cadit in laicum, sed non ius Canonici, vt patet per ipsum Abbatem extrà, de Institut.c.2.& per Glo.ibidem. Cum *Abb.* ergo, vt dictum est suprà, Clerici sint præferendi Monachis, & Ca- *Glo.* nonici Regulares sint ex sua Institutione Clerici, & Monachi minime: ergo vt Clerici sunt præferendi Monachis, quia Monachi sunt ex accidente, & non à priori Institutione Clerici, & possunt non esse Clerici, vt dicit ipse Abbas. Sicut S.Benedictus non fuit Cle- *Abb.* ricus, nec Macharius, nec Sanctus Antonius, nec Hylarion, imò

omnes

omnes fuerunt laici: & ita perseuerarunt per longissima tempora, vt patet ijs, qui Chronycas legerunt, & decreta. Imò Abbas in cap. Nullus, de foro compet. dicit, quòd Monachi erant primò Eremitæ, & erant sub Imperatore, videlicet sub foro sæculari: & dicit alibi, quòd Monachi, vt Monachi non sunt Clerici: sed Canonici Regulares, vt Canonici, sunt Clerici, & non possunt esse nisi Clerici.

Abb.

Ponuntur insuper multa iura in Decretalibus; in quibus nos Canonici Regulares nominamur, & scribimur per hoc nomen Clerici, vel Canonici simpliciter, & tamen ex illis iuribus expresè coniectari valemus, imo cogimur fateri illos Clericos, vel Canonicos, ita simpliciter nominatos fuisse Canonicos Regulares. Primò in cap. cum causam. extra de elect. fit mentio de Canonicis, & Clericis simpliciter, & non nominantur Regulares, & tamen ibidem nominatur Regula S. Augustini, & fit mentio de Ecclesia S. Petri Lucensis Diœcesis, & de Priore S. Phrigdiani, cuius Ecclesia fuit etiam per multos annos Canonicorum Regularium, & ibi dicitur compellantur Clerici non professi, vt S. Augustini Regulam in eadem Ecclesia constitutam profiteantur, & seruent, aut ipsam Ecclesiam omninò dimittant. Ergo Canonici Regulares sunt verè Clerici. Secundò in c. innotuit de elect. vbi ponitur Prior, & conuentus, qui elegerunt Episcopum. Sed nomen Prioris in locis Cathedralibus non ponitur nisi in locis Congregationum Regularium. Sed illud magis patet in Registro Innoc. III. Anno 3. eiusdem, & Io. And. notat in verbo, conuentus, & dicit, quòd ibi sunt Canonici Regulares. Item, vbi suprà in cap. cum Vintonensis: ponitur Prior, quia ibidem denotat, quòd fuerunt Canonici Regulares, vnde in Glo. fit mentio de conuentu illius Ecclesiæ. Ergo per nomen, Canonicos tantum, etiam Regulares intelliguntur, qui quidem Monachis superiores, & digniores sunt. Vbi etiam aduertendum, quòd in Glo. in Clementina 2. incipien. dispendiosam. de iudic. in Verbo, Beneficijs, dicitur, quòd nomine Canonicatus etiam venit, vel intelligitur Canonicatus Regularis; & hoc idem et sentit Zabarella Cardinalis vbi suprà. Tertiò etiam in c. in causis, de elect. fit mentio de Canonicis simpliciter, sed constat, quòd illa Ecclesia Tholosana erat Canonicorum Regularium. Ideo fit ibi mentio de Priore cum saniori parte Capituli. Hoc etiam magis

Aug. *Inn. 3.* *Io. An.* *Glo.* *Glo.* *Card.*

patere

patere potest illi, qui viderit Registrum Inn.III. Anno primo eiusdem. Sed longè clarius hoc cognosci potest ab eo, qui viderit Capit. præterea: extrà de præben. Vbi fit mentio de Archidiacono Tholosanæ Ecclesiæ, qui est Regulariter professus, & Glo. ibidem declarat de Canonico Regulari, qui potest fieri Archidiaconus in Ecclesijs Cathedralibus. Sed cui dubium esse debet, quòd omnes Archidiaconi Ecclesiarum Cathedralium præferendi sint omnibus monachis, & quibuscunque alijs Religiosis; cum tales non possint esse nisi Clerici; & alij Religiosi possint esse etiam laici, vt supradictum est ergo. Quartò hoc habetur in c.cum terra, extrà de elect. vbi colligitur quod erāt ibi Canonici Regulares, quia textus, & Gl. faciunt mentionem ibi de conuentu, qui non solet nominari nisi in Canonicis Regularibus Ecclesiarum Cathedralium, deinde in Ecclesia Hierosolymitana, sicut in Bethleemitica, & Nazarethensi erant Regulares Canonici, vel Clerici communiter viuentes: quod patet ex c.dilectissimis, 12.q.1. & c.scimus, in c.etiam cum super electione, de causa possess. & propriet. scribitur Canonicis de Bethleem, qui erant Regulares, vt patet ex scripturis authenticis. Sciendum quoque est, quòd Dominus Iacobus de Vitriaco Card. & Canonicus Regularis, qui fuit Legatus in Hierusalē, hoc scribit. Nam etiam in libraria fratrum Minorū in sepulchro existentium est Decretum Paschalis Papæ, quod facit mentionem de Patriarchatu Hierosolymitano, & de Archiepiscopatu Nazarethensi, & de Episcopatu Bethleemitico, vbi erant Canonici Regulares, quos reformauerat Vrbanus II. per quem etiam fuit recuperata Terra Sancta, qui etiam creditur, quòd fuit Canonicus Regularis, vt argui potest, per c.statuimus, & mandamus, 19.q.3. Similiter de istis Canonicis de Bethleem habetur, extrà de confess. c.cum super electione. Vbi Innoc. scribit Canonicis de Bethleem. Sed de Episcopo, & Canonicis Ecclesiæ Nazarethensi habetur, extrà de regul. & trans. c. sicut nobis, vbi dicitur Canonicus tantum, & tamen dicitur ibi, quòd dabant Habitum Regularem, & quòd faciebant professionem. Et vocat textus illam, Canonicam: & nota, quòd Glo. illa vocat illam professionem largo modo monachari. Quintò habetur extra de iud in c.dilecti, vbi dicitur Prior, & Clerici de Guiseburnensi: sed Prior in Clericis est Canonicorum Regularium, & de illo Priore, & Clericis fit mentio in c.1. de eo qui mitti-

Inn.3. *Glo.* *Glo.* *Iac. de Vitr.* *Pasch.* *Vrb.2.* *Inn.* *Glo.*

mittitur in posses. causa rei seru. & tamen ibidem dicitur Canonico simpliciter, & in superscriptionem dicitur: Priori, & fratribus de Guiseburnen. Sed hoc clarius intueri potest in c.1. de Appellat. vbi dicitur Prior, & Clerici; & iterũ Prior, & Canonici, & tamen sunt Regulares. Stultum ergo esset istos appellare Clericos, si non essent, & similiter Canonicos, & quòd non essent Canonici, aut Clerici. Sextò de maiorit. & obed. in c. cum in Ecclesijs, dicitur. Cum in Ecclesijs Canonici, & Ecclesiæ S. Victoris, & S. Ioannis in monte de Bononia. Ecce quomodo ibi vocantur Canonici simpliciter. Et tamen certum est, quòd erant Regulares, & fuerunt per multos annos, vt patet etiam ex c. quod Dei timorem de sta. monac. & Can. Regul. Io. And. etiam in Proœmio nouellę nominando scriptores Canonicos nominat Iacobum Canonicum S. Ioannis in Monte, & non dicit eum Regularem, licet sciret eum esse talem. Item vbi suprà in c. dilecta. dicit textus Canonicas suas: Et tamen intelliguntur Regulares, quia aliæ sæculares fuerant reprobatæ. Et illæ Canonicæ, quæ erant sub Abbatissa, erant sub Regula, & sub professione: & multæ tales nunc sunt in Burgundia, & portant habitum lineum Canonicorum Regularium, de quibus inferius. Sed notandum, quòd in textu, & ordine litteræ prius tales Canonicæ nominantur, & pręferuntur Clericis. Quare non est seruandus ordo litteræ in declaratione maioris excellentiæ; & satis insulsè allegatur in hac materia ordo litteræ. Septimò probatur extra, de æta. & qualit. in cap. intelleximus, vbi habetur, quomodo Canonici Regulares habebant Abbatem; & ex illo capitulo laudatur Canonicus Regul. qui ex monachali statu reuertitur ad Canonicorum Regularium statum, & dicitur ibi simpliciter ad Canonicatus ordinem, qui intelligitur Regularis: declaratur etiam ibidem, quomodo Canonici tales effecti Monachi, si regressi fuerint ad statum Canonicum, primum debent deferre memoriale signum, videlicet cucullam paruam, & esse vltimi in Choro, vt habetur 19.q.3. c. mandamus, & c. statuimus. Octauò in c. cum I. & A. de sen. & re iud. dicitur, quòd ex parte quorundam Canonicorum eiusdem Ecclesiæ nostro Apostolatui reserarunt, quòd Abbas eorum &c. Sed certum est, quòd Canonici sæculares non habent Abbatem, & Conuentum; ergo erant Regulares, & tamen dicitur ibidem simpliciter Canonici sancti Dionysij Rhemensis, &

Io. An.

etiam

etiam dicitur ex parte Canonicorum duntaxat. Ergo per Canonicos ſimpliciter intelliguntur etiam Regulares. Notandum etiam, quòd in cap. ex parte, de poſtulan. demonſtrat Canonicos Regulares habere Abbates. Similiter extra de homic. in c. ſignificaſti il ſecondo, fit mentio de Abbate Canonicorum Regularium. Nonò etiam hoc probari poteſt per c. ad noſtram audientiam, extra de cõfir. vtil. vel inut. vbi dicitur: quòd quidam Canonici, & nil aliud additur. Sed tamen in medio Capit. adiungitur Regularibus perſonis, & in fine Capit. dicitur, quòd erant Regulares. Ergo pet Canonicos ſimpliciter, etiam Regulares accipiuntur, quod in Monachis accidere non poteſt, vt, cum dicatur Monachus, intelligatur Clericus, quia primi Monachi non fuere Clerici, & nunc etiam poſſunt eſſe non Clerici. Decimò arguitur per illud, quod dicitur in c. quoniam, de vi. & hon. Cleric. Vbi habetur ſermo de numero Clericorum, qui debent eſſe ſub vno tecto, & ſimul viuere, & dormire per Glo. vltimam dicitur, quòd illud debet intelligi de Canonicis Regul. quia aliàs malè ſeruaretur textus ille à Canonicis, vel Clericis ſæcularibus. Item concedit ibidem facultatem abſoluendi ab excommunicatione propter percuſſionem, quæ in ipſis contingit: quæ facultas abſoluendi ſolis Regularibus concedi ſolet, vt patet extrà de ſent. excom. in c. Monachi. Vbi aduertendum primò, quòd in tit. de vi. & hon. Cler. includuntur Canonici Regul. tanquam veriſſimi Clerici, & ſemper Clerici, & eſſentialiter tales, quod non eſt in Monachis: ſecundo, quòd in textu ſimpliciter dicitur in numero Clericorum, & non additur Regularium, & tamen de ipſis eſt intellectus. Vndecimò etiam probatur per c. ſanè, de Regul. & tranſc. vbi fit mentio de Canonico tantum, & nil aliud additur. Sed poſtea fit mentio de ſua profeſſione, quæ non emittitur niſi à Regularibus Clericis; vbi & Io. And. dicit, quòd Regulares Canonici ſunt eſſentialiter Clerici, quia non poſſunt eſſe niſi tales, quod non eſt in Monachis, quia poſſunt non eſſe Clerici. Vbi conſiderandum, quòd differentia, quæ eſt inter Clericos ſæculares, & Regulares, non eſt eſſentialis, ſed accidentalis, quoad Clericatum, quia ſolum per Reformationẽ differunt. Vnde Religio Reformata, & non Reformata non differunt per eſſentiam, ſicut fratres Minores, vel Prædicatores, Obſeruantes, & non Obſeruantes non differunt eſſentialiter. Sicut etiam optimè de-

Glo.

Io. An.

claratur per DD.in c.Relatum. Ne Cler. vel Monac. in Verbo, suo ordine reformari, & ibi ad sui ordinis obseruantiam reuertatur. Cum ergo Canonici Regul. sint Clerici reformati obseruantes vitam communem Apostolicam, & vouêtes talem communitatem, sicut egere Apostoli, non sunt igitur propter hoc alijs Clericis inferiores, nec ab eis differentes, sed quoad Clericatum æquales. Vnde vita communis fuit Apostolica Regula; vt habetur, 12.q.1.cap. dilectissimis. Vbi in fine dicitur, vt non recedatis ab Apostolicis Regulis. Duodecimò etiam patet extra de priui. & excess. priui. in c.cum olim propter quæstiones, quas aduersus Priorem, & Canonicos Monasterij sanctæ Crucis habebas &c. Vbi notandum, quòd simpliciter dicitur, Canonicos, absque vlla additione. Sed, quòd ibi erant Regulares, satis patere potest, quia ille Prædecessor Episcopus, qui fuerat Canonicus Regul. vt dicit textus ibidê, donauerat duo millia Marabatinorũ ipsi Monasterio Canonicorũ Regul. quod facere non poterat iam promotus Episcopus. Item de hoc Monasterio Sanctæ Crucis contrà Columbriensem Episcopum agente per Canonicos, vel Canonicorũ Priorem, qui etiam non nominatur Regularis. Sed Prior in Canonicis est Regularis: de hoc etiam habetur, de verb.sign.in c.venerabili.& c.Preterea, & in cap.1. de filijs presbyterorum dicitur, vel in Canonica Congregatione Regulariter viuentes. Vbi maxima est commendatio Clericorum Regulariter viuentium ab alijs Clericis non Regulariter, sed sæculariter viuentibus. Decimotertiò arguitur per illud, quod dicitur in c.plerique extrà de pact. vbi dicit. Plerique, sicut accepimus, Regulares Clerici, & sæculares interdum. Ecce quomodo vocamur Clerici, & Regulares, quod est dignissimum nomen. Imò quod dignius alicui hominum dici posset, quàm quòd sit Regularis? Cum igitur Canonici Regulares vocentur Regulares Clerici: ergo q. dicuntur excellentes Clerici, & perfecti Clerici. Similiter in Rubrica dicitur. Ne Clerici, vel Monachi immisceant se sæcularibus negotijs. Sed ibi per Clericos intelligitur de Regularibus, vt patet, 15.q.2. in c. obseruandum, vbi prohibetur Clericis, ne aduocent: & dicit ibi Gratianus, quòd intelligitur de Canonicis Regul. ergo apertissimè patet, quòd per nomen Clerici, intelliguntur Regulares, & per Regulares Clericos intelligitur textus de Canonicis Regularibus. Vbi sciendum, quòd Abbas dicit in c.

Grat.

Episco-

Episcopus, de præben. quòd in primitiua Ecclesia non erant præbendæ, & quòd omnes viuebant in communi sine proprio, præcipuè Clerici, vt patet 12. q. 1. In ipsa tota causa. Inter quæ iura sunt sermones Augustini intitulati: de communi vita Clericorum. Et subdit, quòd quidam non seruabant istam communitatem. Sed occultabant, & fiebant Hyppocritæ cum detrimento animæ suæ. Ideo concessum fuit, vt, qui nollent communiter viuere, haberent proprium, & adducit, c. certè, qui est textus Augustini de communi vita Clericorũ, & habetur 12. q. 1. c. certè, & tales sæculares dicti sunt, quia habent proprium more sæcularium. Idem Abbas dicit clarius in c. postulasti, de rescrip. Decimoquartò etiam habetur extrà de homi. in c. significasti, il secondo, vbi fit mentio de Abbate Canonicorũ Regularium, & de vno Canonico Regulari Sacerdote, qui percusserat quendam furem Fossorio. Et quam frequenter vocat illum Canonicum Presbyterum ipsius Ecclesiæ, & tamen dicit cum sit Canonicus Regularis sine scandalo posset officium exercere Sacerdotale. Decimoquintò probatur per c. post translationem, extrà de Renunc. vbi vocat Lucanum Canonicum Sancti Phrygdiani, & tamẽ illa Ecclesia fuit Canonicorũ Regulariũ per annos multos. Dũ ergo dicit simpliciter Canonicum, vult, quòd per illud nomen intelligatur etiam de Regulari. Quia Canonici Regulares non possunt esse nisi Canonici, & Clerici, quod non verificatur vllo pacto de Monachis. Sed aduertendum, quòd, textus ille inferius videtur vocare illos Canonicos Monachos, & vtitur hoc termino Monachari, & Monastica vita, & otium Monachale. Et tamen per Priuilegia multorum Pontificum constat illam Ecclesiam fuisse semper Canonicorum Regul. sicut & modo est: quinimò ex illis Canonicis per Innoc. II. fuit reformata Ecclesia Lateranensis, & similiter Ecclesia Sanctæ Crucis in Hierusalem, adeo, quod non poterat eligi Presbyter Cardinalis Sanctæ Crucis, nisi ex illis Canonicis ibidem Claustralibus, vel ex Sancto Phrygdiano, aut ex alio Regulari Canonicorũ Regularium Collegio. Hoc ipsum quoque erat in Ecclesia Sanctæ Mariæ Nouæ, quia nõ poterat eligi ibi Cardinalis nisi Canonicus Regularis. Decimosextò hoc ipsũ probatur per auctoritatẽ vniuersalis Ecclesiæ, quæ in solemnitate D. August. canit illud, quod scripsit Sanctus Posidius in eius vita, videlicet: factus ergo Presbyter Monaste-

Aug. Abb. Inn.

rium Clericorum mox instituit, & cœpit viuere secundum Regulam sub Sanctis Apostolis constitutam. Nam Apostoli, & reliqui Regulares Clerici primitiuæ Ecclesiæ emittebant tria vota, sicut modo nos Clerici Regulares facimus, vt patet per D. Thom 2. 2. q.88.ar.4. & in 4. sent. dist.38.art.2.q.3. in sol.3.arg. imò non fuit aliquis sanctus, qui impleuerit ita Consilia Christi, sicut fecerunt Apostoli, vt dictum est in superiori Libro. Ergo August. vixit secũdum Regulam, quam seruarunt Apostoli. Si ergo illi primitiuæ Ecclesiæ erant Clerici cum Apostolis, & nos sumus Clerici: & si nos non sumus propter vota quæ facimus, nec ipsi erant Clerici. Sed quod facit Ecclesia, vel instituit, summa veneratione est obseruandum, vt habetur dist.19.cap. si Romanorum. Item 11 dist.c. Ecclesiasticarum, et c. in his. Ex hoc igitur per doctos viros argui potest, quòd Aug. nõ fecit nouum ordinem, sed reformauit Clericos suos secundum Institutiones Apostolicas. Vnde eius Regula propter hoc dicitur Apostolica super omnes alias Regulas, & ipse August. vocat eam speculum Clericorum. Decimoseptimò probatur per auctoritatem Vincentij Historialis in speculo suo in Lib.18. vbi facit mentionem de Patre Aug. & de eius Reg. quam laudat, quia in ipsa tenuit vitam mediocrem, & in lib.19.cap.44. Vbi ait, quòd August. scripsit Regulam, & Institutionem pro Clericis Regular. qui etiam dicuntur Canonici Regul. Item in lib.26. c.51. dicit idem Vincentius, quòd anno Domini 1100. Ordo Canonicus, qui primò ab Apostolis, postea ab Aug. fuit Institutus, Regulariter etiam cœpit florere in Ecclesia S. Quintini Beluacensi sub Venerabili & S. Iuone eiusdem Ecclesiæ Præposito, & postea Carnothensi Episcopo: quod etiam recitatur in lib. qui dicitur Fasciculus temporum. Ecce quomodo dicit, ordo Canonicus cœptus est ab Apostolis. Ergo isti Canonici Regul. cœpere ab Apostolis, deinde ab August. & ab alijs successiuè reformati, sicut & de Monachis dici potest, quòd sæpius reformati fuere. Decimooctauò hoc probatur per decreta Alexandri Papę III. qui fuit anno Domini 1166. In quibus scribit Canonicis, & fratribus Ecclesiæ sanctæ Crucis in Hierusalem vitam Regularem professis. Vbi dicit, quòd ad exemplar Lucij II. Prædecessoris sui vult, quòd ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. August. Regulam, & Institutionem S. Phrygdiani ibidem noscitur institutus, perpetuis temporibus

D. Th. *Vinc. Hist.* *Alex. 3* *Luc. 2.*

poribus idem inuiolabiliter obseruetur, & quòd Card. Presbyter ibidem deligendus sit de græmio illius Capituli, vel de Ecclesia S. Phrygdiani, vel de alio loco Regulari eiusdem ordinis videlicet S. August. Ecce quomodo scribit Canonicis tantum & item dicit, ordo Canonicus: originale autem huius decreti dicitur esse in sacristia supradictæ Ecclesiæ. Idem etiam Alexander scribit Priori S. Phrygdiani, eiusque fratribus vitam Canonicam professis præsentibus, & futuris, quòd vult, quòd in Ecclesia, vel Monasterio sanctæ Mariæ Nouæ in Vrbe ad exemplar quinque Pontificum summorum videlicet Innocentij II. Celestini II. Lucij II. Eugenij III. & Adriani IV. Quòd Card. Diaconus non eligatur nisi ex Conuentu S. Phrygdiani, in quo semper fuerunt Clerici Reg. quòd si forte (quod absit) idoneus ibidē non reperiretur, de alio Regulari Collegio eiusdem ordinis eligatur. Vbi aduertendum, quòd iste Alexander III. fecit cap. super eo. de Reg. in quo cap. fit mentio de Regula Benedicti, & propter hoc dicunt aliqui DD. contra Canonicos Reg. Regulam S. Benedicti primò fuisse approbatam, quàm Regulam S. August. Sed ecce quomodo hic ipsam Regulam Augustini, & ordinem quasi vetustissimum, & probatissimum confirmat iste Alexander. Decimonono probatur per S. Tho. 2.2. quæst. 189. ar. 8. in responsione ad secundum argumētum vbi dicit, quòd ordini Canonicorum Regul. per se competit, quòd sint Clerici Religiosi. Sed dicit, quòd ad Religionem Monachorum non per se competit, quòd sint Clerici, vt habetur 16. q. 1. & in hoc potest exemplificari. Sicut vnus, qui est de domo Regis Franciæ naturaliter, nobilior est eo, qui non est de domo Regis, licet sit factus per priuilegium, aut quouis alio modo: essentia enim præfertur accidenti, vt habetur in l. qui habet, ff. de tutel. opinionem Tho. sequitur Io. in sum. confes. lib. 6. & Raynerius in summis suis super verbo, Monachus, similiter & Pisanus. Idem etiam Tho. in libello contra impug. Relig. in quarta carta in responsione 2. Arg. dicit, quòd dato, quòd Monacho docere non liceat, non sequitur, quòd Canonicis Regul. non liceat docere: cum Canonici Reg. inter Clericos reputentur: de quibus Aug. in sermone de communi vita Clericorum, & habetur 12. q. 1. cap. Nolo, vbi dicit: qui habuerit proprium, vel habere voluerit, & de proprio viuere, parum est, vt dicā, non mecum manebit; sed nec Clericus erit, ex quo patet, quòd il-

Alex. 3.

Inno 2.

Celest. 2.

Luc. 2.

Eug. 3.

Adr. 1.

S. Th.

Io.

Rayn.

S. Th.

Aug.

li, qui

li,qui sub B. Aug. sine proprio viuebant, inter Clericos computa-
Aug. bantur. Et quamuis August.hoc generale interdictum reuocaue-
rit postea, non tamen reuocauit; vt Illi, qui secum manebant, Cle-
S.Th. rici non essent,vt patet per c. certè ego sum,ea.causa.et q.Hæc Th.
Cle.4. vbi suprà. Et sciendum, quòd hoc opus S. Tho. fuit approbatum
per Clementem IV. qui etiam fuit Canonicus Reg. Ecclesiæ Ca-
thedralis Amiciensis,de qua fuit assumptus ad Papatum, & statuit
ipse in ordinationibus illius Ecclesiæ, vt Canonici semper porta-
rent superpelliceum, & capam nigram. Vbi etiam aduertendum,
quòd nō solum Canonici Regul. sed quilibet Clericus debet por-
tare,cum in publicum exit,vel Tunicam Thalarem, vel superpel-
Glo. liceum,vel capam,vt notat Glo.in c.Nullus, super Verbo,stolis 21.
q.4. Sed Episcopi debent habere tunicam lineam, vt habetur in c.
pen.de vi. & hon. Cleric.maxime cum in publicum exeunt ad Au-
Arch. dientias. Archidiaconus in causa 19. q.3.c. Mandamus dicit iuxta
sent.S.Tho. quòd Canonici Regul.sunt Clerici essentialiter. Simi-
Albr. liter Albricus super illo c.Mandamus: idipsum affirmat.Th. etiam
S.Th. in supradicto libello contra impug. Relig. dicit quia tamen ali-
qui obijciunt, quòd Canonici Reg. & Monachi ad paria censen-
tur, intelligendum est in illis, quæ sunt communia omni Religio-
ni,sicut viuere sine proprio,abstinere à negotijs sæcularibus,ab of-
ficio aduocandi in causis, & huiusmodi, aliàs similiter posset con-
cludi, quòd Canonici Regul. tenerētur abstinere ab indumentis li-
neis,quia & Monachi ad hoc tenentur,quod est falsum.Ecce quo-
modo S.Tho. declarat, quomodo tunica linea est indumentum
Aug. Canonicorū Regul.Sicut etiam dixit August.in sermone de cōi vi.
Cler.qui incipit:charitati. Dicendo tunicā meam lineam &c.Sicut
S. Cypr. etiam habetur in vita S. Cypriani de Birro, & tunica linea, vbi di-
citur:quòd deposuit birrum, idest palium,& remansit in tunica li-
Joan.de nea. Vigesimò probatur per dicta Ioannis de Deo in lib. de di-
Deo. spēsatione in rubrica ,quomodo dispensat Abbas cum Monachis:
in versiculo, Item Regulares Canonici:Dicit,Regulares Canonici
dicuntur ortum habuisse a Nazaræis,quibus committebantur san-
cta sanctorum in lege veteri, vt patet optime dist.82.in cap.pluri-
mos,& in c.1.de decimis.Sed de Nazaręis in inferioribus. Hoc ip-
sum affirmat Paschalis Papa in Constitutionibus, quas confirma-
Pasch. uit pro Clericis Regularibus Rauennæ in Canonica Portuensi cō-
moran-

morantibus, & in alijs Canonicis, quæ nunc dicuntur Ecclesiæ Canonicorum Regul. licet primò dicerentur Canonica Portuensis, & Canonica Ariminensis, Eugubina, S. Arcangeli, & huiusmodi aliæ Canonicæ. Vigesimoprimò etiam probatur per Archiepiscopum Florentinum, qui in tertia parte suæ Chronicæ in c. de sacro ordine dicit, quòd August. Floruit 200. annos, Domini quadringentos. B. verò Benedictus, à quo Monachi sumpserunt Initium, 200. Annos, Domini quingentos. Vbi postquam declarauit, quòd Eremitani non cœperunt à D. August. quia etiam talē viuendi modum non habuit August. nec vita August. fuit vnquam conformis vitæ Pauli primi Eremitæ, & huiusmodi hominibus solitarijs, tandem concludit, quòd Canonici Reg. qui vitam, & Regulam B. Aug. profitentur fuere antè Benedictinos. item etiam Archiepiscopus in supradicta parte Chronicæ dicit: quòd Monachi repræsentabant vnitatem Laicalem, vel communitatem, quæ fuit in laicis in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum, qui etiā ipsi emittebant vota, sicut Monachi, aliquo modo; maxime paupertatis, vt patet 17. q. 1. cap. Ananias, & Clerici Regul repræsentāt vnitatem, vel communitatem, quæ fuit in Apostolis, & in alijs Clericis primitiuæ Ecclesiæ, vt habetur 12. q. 1. c. dilectissimis. Item idem Archiepiscopus in supradicta parte Chronicæ in cap. 15. & 16. in tractatu de vita, & moribus B. August. dicit: quòd Clerici B. August. viuebant in communi, qui nunc dicti sunt Canonici Reg. & ab eo Ordo Canonicorum Regul. non quidem immediatè, sed mediatè; quia post Apostolos initium dicitur habuisse. Vigesimosecundò hoc probatur ex dictis Abbatis, qui etiam Monachus fuit in cap. statuimus, de maiorit. & obed. Vbi dicit, quòd nulla Dignitas potest comparari sacerdotio, & alijs ordinibus. Quia ista est maior Dignitas, quæ sit in natura humana. Item etiam dixit in c. ex litteris, de transact. & vult, quòd in sacerdotio intelligatur omnis gradus Clericalis, etiam prima Tōsura. Quomodo Dignitas sacerdotalis & Clericalis præferenda sit in natura humana omni alij Dignitati, patet. dist. 10. cap. suscipitis et c. quoniam, & C. de sacrosanctis Eccle. & duobus titulis sequentibus. Item in Authen. quomodo oporteat Episcopos, & reliquos Clericos in principio, collat. 1. vbi dicitur, quòd maxima sunt Dei dona: sacerdotium, & Imperium. præponendo sacerdotium Imperiali Dignitati.

Archiepisc. Fl.

Archiepisc.

Archiepisc.

Abb.

tati. Item in cap. solitæ, de maiorit. & obed. dicit, quòd Clerici sunt res Deo viuæ, ipsi soli Deo dicatæ, allegando cap. cui portio, 12. q. 1. sed Canonici Reg. sunt tales, & semper fuere tales non minus, quàm Canonici sæculares. Vnde supradictus Abbas in cap. Deus qui, de vi. & hon. Cleric. dicit, quòd cum in multis Clericorum status esset relaxatus, & sub illa districtione, qua erant Apostoli, viuere nollent, facta est distinctio sæculariũ à Regularibus. Nã sæculares dicti sunt secundum Glo. de off. ord. in c. licet: super Verbo, sæculares, quia voluerunt habere de proprio. Et voluerunt se exhibere ad ritum sæcularium hominum. Et Abbas in c. Deus qui. de vi. & hon. Cleric. dicit, quòd potest per vsum induci, quòd Monachi possint vti carnibus. Et confirmat hoc per simile, dicendo, quòd, Clericorum Regula est, viuere sine proprio. Sed, per vsum assumptum est, habere proprium, dicit etiam Abbas in c. Episcopus, de præb. quòd primitiua Ecclesia non habebat præbendas. Sed Clerici viuebant communiter sine proprio, vt patet in tota causa 12. q. 1. inter quæ iura sunt sermones Augustini intitulati de communi vita Clericorum. Sed quia aliqui non seruabant istam communitatem, sed occultabant, & fiebant Hyppochritæ cum damno animæ suæ, facta fuit distinctio Clericorum Regul. & non Regul. vel, viuentium communiter à non viuentibus communiter, de quibus supra. Imò Abbas dicit in c. constitutus extrà de Rescript. quòd error erat non sequi vestigia Apostolorum in vita eorum. Ergo Clerici communiter viuentes sunt Clerici, sicut non viuentes communiter, & per consequens Monachis præferendi, dicit etiam in c. 1. de Inst. quòd appellatione Clericorũ non veniunt Monachi. Vigesimotertiò arguitur ex definitione, vel determinatione Concilij Constantiensis; vbi facta fuit contentio inter duos Abbates: vnus erat Canonicorum Regul. & alter Monachorum, & tandem fuit determinatum, quòd in Digniori loco esset Abbas Canonicorum Regul. cum suis Canonicis, quam esset Abbas Monachorum, & allegatur ibi prior Institutio Canonicorum Regul. & approbatio à Sede Apostolica, quæ sententia data fuit anno Domini 1415. Cal. Sept. Et sciendum etiam, quòd illa sententia, & determinatio ita fuit obseruata in supradicto Concilio in continuis processionibus, quæ singulis diebus celebrabantur à toto Clero illius Sacri Concilij, & si quis legerit gesta supradicti Concilij, ita

Abb. Glo. Abb. Abb. Aug. Abb. Concil. Const.

fuisse

fuisse conspiciet in ipso Concilio Constantiensi obseruatum. Aduertendum quoque est, quòd quasi in omnibus partibus Germaniæ idem obseruatur. Nec fit in ipsis Processionibus aliqua difficultas, cum Canonici Regulares stent in loco proximo Clero Ecclesiarum Cathedralium, & in Camera Apostolica in lib. 2. de litteris Concilij Constant. in fol. 135. optime illa Bulla inuenitur. Vigesimoquartò etiam probatur per gesta Concilij Basiliensis. In quo Concilio in Processionibus semper Canonici Regul. ordinabantur propè Canonicos sæculares super omnes Monachos, & alios Religiosos; vt patet ex ipsius Concilij gestis. Imò (quod maius est) quando Canonici Regulares in Ciuitate Basiliensi cõgregantur ad Processiones, vel ad alios actus solemnes, semper, dum ingrediuntur Ecclesiæ Cathedralis chorum, illi sæculares Canonici recedunt de stallis suis in Choro, & cedunt Canonicis Regul. qui ibi vigent in maxima clausura, & obseruantia, vt optime norunt, qui ibi interfuere. Hoc etiam seruatur in Ecclesijs Anglicanis, & Britanniæ, & Scotiæ, vt hodie etiam testantur indigenæ. Nec de hoc debet aliquis admirari, quia B. Gregor. Papa quando misit Augustinum Anglicum cum alijs Monachis ad conuertendam Angliam, & illas partes, ordinauit, vt Clericos institueret Regulares viuentes in communi, qui in iure dicuntur Canonici Regul. vt patet 12. q. 1. c. quia tua fraternitas, & dicit ibi Gregorius, quòd fuit ibi initio in partibus nostris: quia in Vrbe Apostoli fecerunt vitam communem, vt 12. quæst. 1. cap. dilectissimis, & c. Scimus, & c. duo genera in medio Capituli. Vigesimoquintò etiam hoc inducitur per Constitutiones factas Papiæ, vbi celeberrimum viget, & viguit studium, quæ credendæ sunt fuisse celebratæ cum maxima discussione præstantissimorum, atque doctissimorum virorũ, vbi varijs (vt verisimile est) agitatis, seu allegatis rationibus, tandẽ ad tollenda scãdala decretum est, vt verba sonant ipsius decreti, videlicet. Quòd quotiescunque contigerit Clerum Papiensem tàm exemptum, quàm nõ exemptum diuersorum Ordinum, graduum, & honorum ad vnum congregari pro quibuscunq; actibus processionalibus, vel funeralibus, &c. Vnde dicit infrà: istum ordinem statuimus, & decernimus inuiolabiliter obseruari, quia ipsum inuenimus tàm de iure, quàm antiqua consuetudine approbatum. Cum igitur per Clerum fuerit processionaliter proce-

Concil. Basil.

D. Gre.

Constit. Pap.

dendum,Ordo Seruorum cum sua Cruce incedat, post:ordo Carmelitanum,post: ordo Eremitarum;post:ordo Minorum , post ipsum:ordo Prædicatorum;post: ordo Humiliatorum cum suis Crucibus semper repetendo; Deinde Abbates Vallis Vmbrosæ cum suis Conuētibus, & Crucibus; Deinde Abbates,siue Priores S. Benedicti;Deinde Ordo Canonicorum S.August.deinde Clerus,&c. Hæc Constitutio facta fuit Anno 1403. vt patet ex transumpto manu Notarij Authentico,& sigillato,quod penes Canonicos Lateranenses habetur, in quo patet loqui de Præcellentia Canonicorū Regularium in communi. Vigesimosextò probatur ex Eugeniana Constitutione, quæ habetur in Ecclesia Lateranensi, in qua ita dicitur. De Canonicis Regularibus Pontifices nostri Prædecessores decorauerunt titulis Dignitatum Diuinam in terris familiam Clericorum,qui vitam Religiosam ducerent, &ad exemplum nascentis Ecclesiæ Sanctam Institutionem seruarent, quos Canonicos Regulares appellamus, vt Sacrum inter Clericos, & ministros Christi viuendi modum in Sacra Basilica instituerunt,firmauerunt,& erexerunt , ac perpetuò deputauerunt,vt primæ in terris Ecclesiæ, & Matris Sanctorum Apostolica prouidentia curam gererent, qui primorum Christianæ Religionis Clericorum normam, Traditiones,& Instituta sectantur, & infrà. Sicque hæc Sancta Canonicorum Regularium, & Deo placens Antiquitus Institutio, & ab ipsis fermè Primordijs obseruata extitit, Sacram Basilicam per dicti Ordinis Clericos per longa tempora Sanctè, & salubriter gubernatam fuisse certissima scientia,& veritate comperimus, & certissimè testantur innumerabilia documenta, &c. Ecce quomodo sūmus Pontifex Canonicos Regulares Clericos vocat, & dicit id certissima scientia,& veritate comperisse, quæ non sunt verba narratiua Principis, sed summè assertiua, ideo eis fides adhibenda. Vnde in Processionibus, & in locis publicis Canonici Regulares Lateranenses semper fuere in Digniori loco in ipsa Vrbe ob respectum ipsius Lateranensis Ecclesiæ, quæ fuit gubernata per multos annos per ipsos Canonicos Regulares, vel Clericos. Vigesimoseptimò probari potest per id, quod semper gestum est in Auinionensi Archiepiscopatu, qui est, & fuit semper Sedes Vicarij Dei,& Successoris Petri in Gallia,vbi per longa tempora summi Pontifices suam Curiam tenuere,& longissimas moras fecerūt.

Constit. Eug.

Nam

Nam ibi ſemper Regulares Canonici fuere conſtituti tempore Proceſſionum in Digniori loco videntibus ſummis Pontificibus, & approbantibus,& cum vniuerſalis Curiæ teſtimonio, & de hac re ab ijs,qui loca illa incolarunt, certiſſimum haberi poteſt Teſtimonium. Sed de oppoſito nulla ſunt indicia,nec vlla habetur memoria, videlicet quòd Monachi in Digniori loco conſtituti fuerint: ſemper enim in illo Archiepiſcopatu fuere Canonici Regulares, vnde S.Ruffus Canonicus Regularis mortuus eſt ibi Archiepiſcopus, qui multa loca Canonicorũ Regularium erexit & Abbatias,& iſtius Eccleſiæ S.Ruffi Abbatibus, ſcripſit Vrbanus II.19.q. 3.c.Mandamus, & ſtatuimus; vbi dicitur: Abbati S. Ruffi. Vigeſimooctauò probatur per id, quod agitur, & ſemper actum eſt in principali Archiepatu Portugalliæ videlicet in Eccleſia Vliſbonẽſi; vt teſtatus eſt Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Vliſbonenſis vir doctiſſimus, atque Religioſiſſimus,& illius Eccleſiæ benemeritus Archiepiſcopus. Dicebat enim, quòd dum celebrantur Proceſſiones in ipſa Ciuitate Vliſbonenſi, quòd Canonici Regulares ingrediuntur Chorum Eccleſiæ Cathedralis maioris, & ipſi Regulares tunc veſtiunt ſe habitu, & cappa ſicut ſæculares Canonici, vt videatur inter eos quædam Conformitas habitus etiam in ipſo progreſſu Cleri ad Proceſſiones: vel ad funera collocantur in Digniori loco,quàm Monachi, & cæteri omnes Religioſi; quia ſemper proximi ſunt Canonicis ſæcularibus, cum & ipſi ſint Canonici & Clerici, & ita habeantur, ac ſemper ita habiti, atque tractati ſint præteritis temporibus. Imò (quod magis eſt) tempore quadrageſimæ ipſi ſæculares Canonici, vt refert ſupradictus Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis, ſe veſtiunt veſtibus, & cappa, ſicut incedunt Canonici Regulares, vt & ipſi tũc oſtendant quandã obſeruantiam Regularem. Vbi etiam ſciendum, quòd in tota Hiſpania, vbi Canonici Regulares non habent Eccleſias Cathedrales, ſemper ipſi Regulares in Proceſſionibus ingrediuntur Chorum ſęcularium ad præſtolandum progreſſum Proceſſionum. Sed Monachi, & alij Religioſi habent ſuas Capellas in Eccleſia Maiori deputatas ad præſtolandum progreſſum ipſarum Proceſſionum. Vigeſimononò arguitur per Conſtitutiones Authenticas Synodales Eccleſiæ Aſtenſis,quæ maxima maturitate, doctrina,& diſcuſſione celebratæ, fuerunt à toto Clero, & à ſapientibus illius Populi

Vrb.2.

Cardin. Vlisb.

Const. Asten.

exemplo etiam Ciuitatum circumuicinarum, vt in omnibus esset conformitas. Dicunt enim sic. In primis prouidit, statuit, & ordinauit ad hoc, vt inter singulos infrascriptos debitus ordo seruetur per quantumcunque Clericum Ciuitatis exemptum, & non exemptum, aut aliquos suprascriptos ad Processiones, aut ad exequias alicuius funeris venire contigerit. inferioritate, atque posterioritate eundi, talis ordo seruetur. Quòd fratres Eremitæ præcedant; deinde Minores, postea Prædicatores, Humiliati post eos, & post Humiliatos, Cruciferi; post Cruciferos, Hospitale S. Ioãnis Hierosolymitani; post eos: Monachi Nigri, Albi, & Grisij: Deinde Canonici Regulares, & post eos Capellani Ciuitatis. Demùm Canonici Sancti Martini. Hæc Constitutio Synodalis facta fuit in anno Domini, 1328. De Mense Aprilis; vt patet ex Authentico Instrumento sigillato, & per manum Notarij conscripto, quod est apud Canonicos Lateranenses. In Archiepiscopatu etiam Mediolanensi hoc seruabatur, vbi erant quasi infinitæ Ecclesiæ, & Præpositurae Canonicorũ Regularium, & quasi vsque ad nostra tempora deferebant illi Clerici illarum Ecclesiarum habitum lineum, sicut & modò in aliquibus faciunt. Sed, quòd Clerici tempore B. Ambrosij essent quasi ibi omnes Regulares, & communiter viuerent, colligitur ex sermonibus ipsius S. Ambrosij; & præsertim 12. q. 1. c. cui Portio Deus est; qui est textus Ambrosij: vbi ait. Cui Portio Deus est, non debet curare nisi Deum. Vnde quando Clerici tonsorantur, eis dicitur. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei &c. Trigesimò argui potest ex consuetudine vsque in præsentem diem seruata in Ecclesia Cathedrali Ciuitatis Parisiensis. Nam in Choro illius Ecclesiæ semper assistit vnus ex Canonicis Regularibus Monasterij S. Victoris: qui tanquam principalis, & optimè Regulatus, atque institutus ordinat Chorum, & officia, & reliquas obseruantias ipsius Ecclesiæ Regulares, & spirituales ad optimos mores, & consuetudines Regularium Clericorum. Nec de hac re debet aliquis dubitare, quia Speculator in lib. Rationalis Diuinorum officiorum in parte 6. in rubrica de Hebdomada in Albis dicit: Cum esset dubitatio de Officio Diuino dicendo in Dominica in Albis. Quia aliqui dicebant, quòd tantum tres Psalmi, & tres lectiones dicendæ erant, arguit ita tertiò: quia inter Canonicos Regulares, & alios Clericos, qui vsurpato nomine sæculares dicuntur,

Ambr. *Spec.*

tur,

tur,nulla debet esse quòad hoc differentia. Nam & ipsi magna ex parte Antiquitus Regulares fuerunt, vt patet 12.q.1.c. quia tua, et c.Scimus,et c. Necessaria, & sequentibus, & c.certè, & de vi. & hon.Cleric.c.quoniam. Sed certum est, quòd Canonici Regulares in octaua Resurrectionis dicũt in nocturno nouem lect. cum octo Responsorijs, quia sic etiam facit Romana Ecclesia.Sequitur ergo imitandi sunt ipsi Regulares Clerici,quia seruarunt optime Regulas,& Canones Diuini officij. Sed si quis vult videre Constitutiones Antiquissimas Diuini Officij, quomodo ipsi Regulares Clerici constituerunt, & ordinauerunt huiusmodi officia, videat Constitutiones Paschalis Papæ vetustissimas in Canonicis, quo modo per eos ordinatum fuit officium. Similiter in Ecclesia Cathedrali Andegauensi Abbas Canonicorum Regularium Ecclesiæ omnium sanctorum ipsius Ciuitatis habet Dignitatem in Choro eiusdem Ecclesiæ Cathedralis,& est Canonicus illius Ecclesiæ,& portat Insignia Canonicorum sæcularium, & Canonici Regulares in Processionibus vadunt suprà omnes ordines,scilicet proximi Canonicis sæcularibus. Itidem fit in Ecclesia Lugdunensi, quia Canonici Regulares præcedunt omnes ordines in Processionibus, quia proximi sunt sæcularibus: quamobrem pro conclusione supradictorum aduertendum, quòd excellentia, vel præcellentia Canonicorum Regularium suprà Monachos, & alios Religiosos quantum ad huiusmodi Clericatum, ad duo potissimum deduci rationabiliter posset. Primò quia Canonici Regulares non possunt esse aliud, quàm Clerici, eo quòd naturaliter tales sunt etiam ab ipsa natura, & creatione, seu ordinatione iuris Diuini, à quo est ipse Clericatus,quod non est in Monachis,nec in alijs ordinibus: puta S.Francisci,Prædicatorum,vel Eremitarum &c. Quia ipsi possunt esse tales absque Clericatu, vt patet ex c. à Subdiacono dist.93. Et per Abbatem in c.Nullus.de fo compet.Sed omne,quod est per naturam tale, est magis tale, quàm quod est per accidens, vt ff.de tut. l.qui habet:&c.Secũdò quia Clerici Regulares antè omnes Monachos ordinati fuere in suo naturali Clericatu cum perseuerantia, & continua successione eius. Nam Monachi post multa tempora non in propria natura, nec in proprio nomine Clericali, aut officio ordinati sunt Clerici, vt patet 16.q.1. cap. alia causa c. Monachus,c.si cupis,c.Ecclesia & c.legi: vbi Clerici præferuntur Monachis.

Constit. Pasch.

Abb.

chis. Sed Monachi in habitu,in nomine,in officio Diuino,& in ipsa essentia Monachali existentes per accidens creati sunt Clerici, quia tamen omnia suprascripta aliena sunt à statu Clericatus. Sicut igitur miles, & Doctor Antiquior præfertur nouellis; ita & Clerici vetustiores præferendi sunt Clericis Nouellis non naturalibus, sed accidentalibus. Cum igitur pro epilogatione rationum prædictarum affirmandum sit,quòd Ordo Clericatus omnem aliũ Ordinem,vel Dignitatem Religiosam quantumcunque maximam præcellat: illa ergo Religio, cui per se, & Origine sua, ac prima Institutione Clericatus naturaliter competit, omni alia Religione
S. Tho. Monachatus maximè excellentior erit. Sed cum tales sint Canonici Regulares,vt testatur,& affirmat S.Th.2.2.q.189.ar.8. & contrà impug. Relig. Ergo ratione Clericatus Regulares Clerici, vel
S. Tho. Canonici debent Monachos præcedere; quamuis & ipsi Monachi à posteriori sint Clerici, & per accidens,vt dicit ipse S.Tho. in supradictis locis. Quanta reuerentia Imperatores Ordinem Clericalem extulerint,patet in Auth. quomodo oportet Episcopos, col. 1. Quæ dicit. Maxima sunt Dei dona à Cœlesti collata Clementia, Sacerdotium,& Imperium. Et nota, quòd præposuit Sacerdotiũ vt supremum, & dicit omnem suam, & Imperij salutem ab ipso dependere,& intelligit per Sacerdotium totum Ordinem Clericalem,vt in §.semel autem ibi non relinquat Sacerdotium. Loquendo de Subdiacono, & vocat ibi,Reuerendissimos,Clericos. Hæc quoque firmat illa Sanctissima Cõstitutio de Sanctissimis Episcopis,& Reuerendissimis Clericis,collat.9.Item 11.q.1.in c.Sacerdo-
Greg. tibus. Gregorius scribit Imperatori in quanta reuerentia erant
Aug. apud Gentiles etiam Sacerdotes Idolorum. Augustinus demùm Sanctissimus videns Clericos multos vota emissa non seruare in ipsorum æternam damnationem, distinctionem fecit. Et cum nolentibus Clericis vota emittere, vel obseruare, eos laxioribus habenis permisit,quasi de malo minus malum eligẽs,vt patet,12.q.1. in cap.certè. Sed quia his rationibus multi contraire videntur ex parte Monachorum Argumenta differentes: operepretium duximus huiusmodi respondere. Ad primum autem eorum Argumentum,vel rationem,videlicet de approbatione Regulæ,quia dicunt
Gela. Regulam S. Benedicti prius approbatam fuisse Regula Augustini Dicẽdum primum id falsum esse testimonio grauissimo Gelasij Papæ,qui

pæ,qui fuit ante ortum S.Benedicti Anno Domini 494. Nam ipse approbauit omnia opera Augustini; vt patet, dist.15.c.Sancta Romana Ecclesia. Sed Benedictus fuit Anno 534. Et quia aliqui dicunt minus forsitan sapienter, quia quando Gelasius approbauit omnia opera Augustini,non intendebat approbare Regulam, sed approbauit illa, quæ sunt ad fidei confirmationem, & huiusmodi,sicut nec approbauit Regulam Hieronymi; his dicendum: nullum eius opus fuit ita maxime approbatum, sicut eius Regula, quam ipse Augustinus speculum Clericorum nominauit, &,quòd ita sit,dupliciter probatur. Primò quia dictæ eius Regulæ verba, atque sententiæ in multis locis sunt allegatæ pro Cõclusionibus, sententijs,atque decretis Pontificalibus. Nam in dist.89.in c.quãdo necessitas,dicitur: quãdo necessitas disciplinę in moribus coercendis &c. Est textus Regulæ & allegatur ibi de vita Clericorum; præterea in causa 12.q.1.in c. Non dicatis. Textus Regulæ Augustini est Canonizatus ibi: & dicitur ibi: Augustinus de communi vita Clericorum, quia erant tales Conclerici Augustini videlicet Clerici communiter viuentes, quales etiam fuere Apostoli, & omnes Clerici primitiuæ Ecclesiæ, maxime vsque ad Vrbanum Papam,vt patet ibi, 12.q.1.c.Scimus,& in c.dilectissimis, & in c.duo. *Vrb.* vbi Hieronymus dicit in medio Capituli: quòd Clerici debent habere omnia communia.Item 32.q.5.cap.non solùm,est textus Regulæ, vel speculi Augustini. Item Regula Augustini est Canonizata in causa 5.q.5.in c. Non vos iudiceris esse maliuolos. Secundò probatur,quòd nullum opus, vel liber Augustini sit ita Authenticus,ac approbatus,sicut eius Regula, quia de nullo alio libro. Augustini habetur, quòd singula hebdomada legatur coram multitudine, sicut de eius Regula. Nam singula hebdomada liber Regulæ, qui dicitur speculum Clericorum, legitur Conuentualiter vbique locornm istarum Religionum: in omnibus Conuentibus S.Dominici, qui sunt in maximo numero: similiter in Conuentibus Galliæ,Germaniæ,Italiæ,fratrum Eremitarum. Idem fit in omnibus Conuentibus fratrum Seruorum;idem in Conuentibus fratrum S.Hieronymi,qui sunt in maximo numero in Hispania: Idem in Conuentibus Templariorum: Idem in Conuentibus Sanctæ Brigidæ: Idem in Conuentibus Hierosolymitanis: Idem in illis Prioratibus de Rhodo: Idem in Conuentibus Cruciferorum: Idem

in

in Ecclesijs Cathedralibus Episcopatuum, & Archiepiscopatuum Canonicorum Regularium. Idem in omnibus locis, & Conuentibus Abbatiarum, vel Prioratuum, seu Præpositurarũ ipsorum Canonicorum Regularium, similiter in omnibus Canonicis, & Ecclesijs Collegiatis eorundem Canonicorum Regularium, quæ profectò vix numerari possent, cum in multis Ciuitatibus erant quandoque decem, vel duodecim Ecclesiæ. Vbi aduertendum, quòd hoc etiam fiebat in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis antè ortum S. Benedicti, quia, vt ponit S. Posidius, qui scripsit vitam Augustini, & Canonicus eius fuit, cum eoque vixit annis 40. quòd ante mortem Beatissimi Augustini de eius Canonicis fuerunt electi super decem Episcopos, qui seruauerunt vitam communem cum suis Clericis, sicut fecerant cum Patre Augustino. Imò quasi tota Hispania, idest Ecclesiæ dignæ Hispaniæ erant Canonicorum Regularium, vt etiam nunc multæ sunt, & memoriæ extant de ijs, quæ fuerunt Canonicorum Regularium: nota, quòd si verum esset, quòd Regula B. Augustini non fuisset approbata dist. 15. c. Sancta Romana Ecclesia, quia de ea nihil specialiter dicitur, similiter diceretur, quod nullum opus Augustini, vel liber eius esset approbatus ibi: quia de nullo specialiter mentio facta est in illo cap. & ita liber de Ciuitate Dei, & de Trinitate, vel Confessionum non esset Authenticus, quod falsum est. Item, quia dicunt Regulam Benedicti fuisse approbatam ante Regulam Augustini, quia B. Gregorius eam allegat in 2. lib. Dialogorum, dicendum in primis; quòd Gelasius Papa, qui approbauit Regulam Augustini fuit per Annos 100. antè S. Gregorium. Nam fuit circa Annos Domini 484. Sed B. Gregorius fuit circa Annos 591. vt patet: deinde dicẽdum, quòd illa allegatio non haberetur pro approbatione, quia est quædam narratio S. Gregorij Historica de vita S. Benedicti. Nota, quòd iste Gelasius fuit Apher, & Filius Valerij Episcopi Sancti Augustini Institutoris, & coepiscopi, vt habetur, distin. 56. cap. Osius Papa, §. Gelasius Papa, & dicit, quòd fuit Canonicus Regularis, ideo credendum, quòd maxime approbauit Regulam Augustini. Deinde nos possumus dicere ad approbationem Regulæ Augustini, quòd ante c. Vnicum, de Relig. domi. in 6. quod fuit æditum per Innocentium III. qui fuit Anno Domini 1212. quòd non erat aliqua approbatio Regulæ necessaria. Nam ante illud Decre-

Pos. *B. Greg.* *Gel.* *Inn. 3.*

tum

tum Collegia propter Religionem erant licita; vt est, ff. de Colleg. illic. l. 1. §. sed Religionis, & in iure Canonico non erant etiam prohibita Collegia sancta causa Religionis. Deinde Regulariter habetur, & obseruatur, quòd quando vnum disponitur à iure ciuili, & in se non contineat peccatum, aut ipsum nutriat, etiam illud obseruatur in iure Canonico, & in foro Ecclesiastico, vt patet in c. 2. de nou. oper. nunciat. & Abbas idem dicit extrà de const. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ: Sed alia Collegia ex quauis causa prohibita erant; vt l. 3. in principio, ff. eod. tit. & etiam l. 1. ff. quod cuiusque vniuersitatis: prætereà si Collegia, & Congregationes ob causam Religionis non fuissent Authentica de iure Ciuili, & Canonico, nō fuisset necessaria illa Decretalis Innoc. III. ne nimia: quia frustratoria, & vana fuisset, ex quo per semetipsa facta Collegia, & ab Ecclesia non approbata nullius fuissent momenti, vel auctoritatis. Etiam possumus dicere, quòd diuturna possessio scientibus Pontificibus, & consentientibus, atque tolerantibus ipsius Augustini Regulam in Aphryca, & in Hispania, maxime cum ipse Augustinus multis interfuisset Concilijs, fuisset quasi quædam approbatio vt in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hæred. cum similibus, & etiam in c. 2. de his quæ fiunt à præ. si. con. capituli: prætereà secundum Io. And. Modernosque DD. ac Abbatem in c. 2. in fi. de Rescrip. & eundem in proœmio Decretalium in ver. Rex pacificus, in pen. col. Decretum dicitur tacitè approbatum, licet non expresè, per Sedem Apostolicam ex diuturnitate temporis toleratum, & ita Regula Augustini tolerata ab Ecclesia antè ortum Benedicti fuit sicut approbata, & Clerici Religiosi, ac Regulares quamfrequentissime nominati in Antiquis, vt de consec. dist. 5. in omnibus Ecclesijs habentur pro approbatis, maxime cum incœperit ipsa Regularitas Clericorum ab Apostolis, vt dicitur, 12. q. 1. c. dilectissimis, & c. scimus. Quia verò dicitur Regulam Benedicti prius fuisse approbatam Regula Augustini per cap. iuxtà, 16. q. 1. vbi dicit Clexander II. quòd Monachi iuxta Concilium Calcedonense, & Regulam S. Benedicti viuant &c. Sed Concilium Calcedonense est vetustissimum, & summè approbatum ab Ecclesia, quia est vnum de quattuor approbatis, sicut quattuor Euangelia secundum verba S. Gregorij: ergo Regula S. Benedicti fuit antè illam S. Augustini confirmata. Huic argumento dicendum: quòd tale Concilium

Abb. Io. An. Abb. Alex. 2 Concil. Calc. S. Greg.

fuit æditum antè ortum S.Benedicti. Nam fuit sub Leone Papa primo,qui fuit circà Annos Domini 444.Sed Benedictus fuit circà Annos Domini 534.sed iste textus est sic intelligendus: quòd Monachi debeant viuere secundum decreta illius Concilij Calcedonensis, & secundum Regulam B.Benedicti, quæ conformis est dictis ipsius Concilij; quod fuit etiam antè ortum S.Gregorij: vbi etiam sciendum, quòd ille Alexander II. fuit Canonicus Regularis, & Episcopus Lucensis, vt patet ex Archiuijs Lateran.& reformauit Canonicos Regulares in Ecclesia Lateranen. & ibi voluit

Dom. sepeliri:& mirãdum est,quòd Dominicus allegat c.super eo. Alex. III.cum tanta efficacia, cum haberet textum Alex.II.qui Alex.II. fuit per Annos circa 100.antè Alex.III.Quia et multi dicunt,& al-

Dom. legant D. Dominicum de S.Gemi.in c. Episcopos, dist.17. vbi dicit Monachos præferendos esse Canonicis Regularibus, quia Regula Benedicti videtur prius approbata Regula Augustini, vt est extrà de Regu. in cap. super eo. vbi allegatur Regula Benedicti ab Alex.III.Idem etiam dicit in tit.de maio. & obed. similiter & non-

Alex.3. nulli alij DD.istum sequuntur non aduertentes vlteriora, & ignorantes ordinem temporum. Quibus respondendum primò: quòd allegare Regulam Benedicti, non est ipsam approbare; deinde illa

Alex. allegatio est Alex.III. sed Alex.III. fecerat primò Bullam Ecclesiæ Sanctæ Crucis in Hierusalem in Vrbe,vbi erant Canonici Regulares,quæ etiam adhuc dicitur esse in ipsius Ecclesię sacristia; vbi dicit: quòd primò in perpetuum vigeat ordo Canonicus secundum

Luc.2. Augustini Regulam, & quòd ad instar Lucij II. nullus Presbyter Cardinalis possit ibi eligi,nisi de gręmio illius Capituli; & quòd si nullus idoneus ibi inueniretur, quòd eligatur de Congregatione S.Phrygdiani, vel de alio loco Regulari Canonicorum Regulariũ. Ecce quomodo Alexander allegat Regulam Augustini; & ad in-

Luc.2. star Lucij II. qui Lucius etiam fuit Canonicus Regularis Rhenanus,vt infrà. Iste etiam Alexander fecit aliam Bullam similem Canonicis Regularibus Sanctæ Mariæ Nouæ in Vrbe; vbi ad instar sex Pontificum suorum Prædecessorum videlicet Vrbani II. Inno-

Vrb.2. centij II.Lucij II. Eugenij III. & Adriani, qui etiam fuit Canoni-

Inn.2. cus Regularis,& similium,quòd non posset eligi Diaconus Cardi-

Luc.2. nalis ibi, nisi de Congregatione Canonicorum Regularium S.

E 3. *Adr.* Phrygdiani, vel de aliquo alio loco Regulari, si ibi idoneus (quod absit)

absit)non inueniretur: præterea admiramur: quia allegant c.perniciosā,qui textus est Inn.II.18.q.2.vbi allegatur Regula Benedicti, & Augustini, qui Inn.II. fuit antè Alexandrum, imò Alexander III. allegat ipsum in bulla, quam fecit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Nouæ de electione Cardinalis ibi. Item illud c.Episcopos,17.dist. intelligitur in paribus, i.quādo sunt pares, vt est per Gl.ibi: videlicet inter Episcopos, vel Abbates; sed quando non sunt pares in Dignitate, tunc qui sunt digniores sunt præferendi, vt Nobilis Patricius iuuenis prefertur vetustissimo ignobili,& Miles nouus prefertur vetustissimo Artifici:sic Clericus nouus præfertur vetustissimo Monacho ob Nobilitatem Clericatus, quæ essentialiter est in Canonico Regulari, sed non in Monachis, quia possunt esse laici, vt dicit Abbas Siculus cap 2.de Instit. allegat & Alex. III.in Bulla etiam Vrbanum II.qui fuit ante Innocentium II. qui ædidit cap. Mandamus, 18. q. 3. & fuit Canonicus Regularis secundum Hostien.in c.post translationem de Renunc. Patet igitur ex priori Institutione Regulæ Canonicos Regulares præcedere. Nec prædictis etiam obstat, si Monachorum antiquitas deduceretur ab Elia,& Elisæo tempore veteris testamenti, qui primò elegerunt vitam solitariam cum filijs Prophetarum,& à Io. Baptista,Paulo primo Eremita, Antonio, Hilarione,Macario, & alijs multis tempore noui, qui seruauerunt vitam Monasticam seminatam,vt aiunt, à præfatis Elia, & Elisæo, vt habetur per Isidor.lib.2. cap.15.& in Historia tripartita lib.2. c.11. Quoniam respondetur primò,quòd si volumus deducere antiquitatem à causa remotissima, cum Sacerdotium in lege veteri fuerit figuratum in Melchisedech, iuxtà illud: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,postea in Aaron, ac deinde in Leuitas, ac tandem per legem nouam trāslatum in Christū, & eius Apostolos, & ab Apostolis in Clericos,quos repræsentant ipsi Canonici Regulares, vt fuit suprà deductum,dubium non est,quin antiquiores sint Canonici,quàm prædicti Elias, & Elisæus,& alij. Secundò respondetur:quòd cum Canonici sint antiquiores Clerici,quàm Monachi,non attenditur antiquitas temporis,sed ordinationis,vt not. Abbas per illum textum,in c.statuimus col.1. ver. not. ex prædictis de maior. & obed. Præpos.in c.Episcopos col.1.dist.17. Tertiò respondetur,quòd illi non fuerunt Monachi, sed Eremitæ,vt de S. Io. Baptista est text.

Inn. *Alex.3.* *Glo.* *Ab.Sic.* *Alex.3.* *Isid.* *Ps.109* *Abb.* *Præpos.*

in c.fin.§.Item Io.Baptista 2.q.7.& c.cum Ioannes de fide instrum. de Paulo habetur in c.Perlatũ.§.contrà 19.q.3. de Macario in cap. scripsit,27.q.2. de omnibus prædictis tradit Boer. In tract. de stat. Eremit. & inter Eremitas, & Monachos est non modica differentia,tùm quia illi non viuebant in Communi,prout Monachi.Nam poterant testari,vt in d.c.perlatum, & ibi not.glo.ver. Eremita, & in c.quia verè,in versic. verò,circa fin.16.q.1. Boer,in d.tract.num. 6.quod non est permissum Monachis, qui se & sua dedicant Deo c.cum ad Monasterium de stat. regul. Authent.ingressi, C. de sac. sanc.Eccles.tùm etiam quia illi poterant ducere vxores, glo.in c.ex parte. il secondo in versic. constitutus de conuers.coniug.glo. in c. scripsit,27.q.2. quod prohibitum est Monachis c.2. d.c. ad Monasterium de sta.mon.tùm quia illi nulli præstabant obedientiam, & ideo vocabantur Acephali, idest sine capite c. nulla, 93. dist.& dicit glo.in dicto c.qui verè; quia sunt sicut locustæ, quæ non habẽt Regem,& ibi not.Archid. ver.non habebat.Abb.in c.nullus, col.3. num.10.ver.ex hoc infertur,de iudic. licet subsint Episcopo,in cuius Territorio reperiuntur,vt ibid.& ideo ponuntur Eremitæ tanquam separati à Monachis,vt in c.super eod. de sentent.excom.ibi Monachis,& Eremitis:quæ copula ponitur inter diuersa iuxtà glo. in Rubr.de iur.& fact.igno.cum similibus, & tradit Archid. in dicto c.qui verè.Angel. in leg.post glos.ibid. de in ius voc. imò dixit glos.in d.c.qui verè, se non reperisse in iure,qualis debeat esse vita Eremitarum. Cum igitur sint diuersi, non potest de his ad Monachos argui l.Papinianus, de minor. cum vulgaribus. Et ex prædictis cessat etiam Monachorum antiquitas deducta à Schariot, (qui dicitur fuisse Abbas Monasterij) cuius Monachi dicuntur mortem Christi deplorasse, vt legitur in lib. Scholasticæ Historiæ, in Rub.de signis in morte Domini:quia respondetur primò longè antiquiores esse Canonicos, vt suprà dictum est. Præterea,& secũdò non est danda fides dictæ Historiæ, cum non numeretur inter approbatas,de quibus in cap.sancta Romana Ecclesia 15.dist.3. in dicta Historia solùm dicitur, quòd Schariot erat Pater, & habuit discipulos, auctor verò dictæ Historiæ ideo vocat Abbatem, quia nostris temporibus est nomen frequentissimum, volens denotare ipsius superioritatem ad similitudinem Abbatis, quod nomen idẽ denotat,quod Magister, seu Pater, vt latè post alios declarat Alc.

Boer. Glo. Boer. Archi. Abb. Glo. Archi. Glo. Alc.

in

in l.1.in gl.1.C.de in ius voc. & est tex.in c.fin.de Regular. vbi Abbas vocatur Pater. Non obstat etiam, quòd de ipsis Monachis fiat mentio in antiquissimis iuribus,vt in c.interdicimus,16.q.1.cuius auctor fuit Calixtus,qui floruit Anno Domini 227.& in c.de Monachis,16.q.1.quod est Innoc.I.Anno 411.& in c.Monachos ead. q.quod est Siricij Anno 390.& in c.eos quoque dist.41.quod est Fœlicis.anno 268. & in Concilio Nicæno, de quo in c.à Subdiacono 93.dist. & in c.qui verè, & in c. placuit il primo 16.q.1.anno 341.& in c. si quis Episcopos,16.q.2.quod est Euthichi: anno 272. & in c.presbyteris,27. dist.quod est Calixti. Anno 227.& in Concil. Calced. de quo in c iuxta,16.q.1. quoniam respondetur primò non valere consequentiam:in dd.iuribus non fit mentio de Canonicis Regularibus,ergo non sunt antiquiores:per regulam l.neque natales, C. de probat. Secundò dicitur, quòd Canonici in longè antiquioribus iuribus sunt nominati, sub nomine tamen Clericorum,cum Clerici etiam appellentur, vt fuit in superioribus probatum. Minus etiam facit quod S.Bernardus in sermone,quem Apologeticum appellat in cap. de intemperantia vestimentorum,dicit, Monachalem ordinem primum in Ecclesia Dei extitisse.Quoniam respondetur,non intelligi debere respectu Clericalis, & Apostolicæ Institutionis,quæ fuit tempore, & Dignitate prima in Ecclesia, sed respectu aliorum ordinum posterius institutorum, qui successerunt ordini Monastico,alioqui contradiceret tot auctoritatibus, ex quibus constat contrarium. Præterea dixit primum ordinem non respectu Dignitatis,cum Bernardus non esset ita elatæ mentis, sed respectu humilitatis, ac pœnitentiæ, & despectæ conuersationis, vt ex verbis eiusdem alibi dicitur, dum inquit: noster ordo, Humilitas,Pœnitentia,Labor,& Sudor est. Sed posito quòd esset primus, non attenditur prioritas Instituti onis, sed ordinis Clericalis:non obstat etiam,quòd Monachi habuerunt originem ab ipsis Apostolis, cum illorum vitam sectantes, omnia bona ponerentur in communi, & eorum dispensationem Apostolis relinquerēt, vt legitur apud Cassianum in lib. collationum, col.18.c.15. & propterea dixit Nicolaus de Lyra in actibus Apost. c.4. quòd omnis religio largè non potest dici habuisse exordium ab Apostolis, & in cap.2. inquit, ex hoc cœtu omnis Religio habuit exordium, in qua non licet habere proprium. Quoniam respondetur, quòd

Inn. Sir. Fæl. Concil. Nic. Euth. Cal. Concil. Calc. S.Bern. Cassia. Lyr.

omnes

omnes Christiani habuerunt initium ab Apostolis, sed alia ratione
Præpos. Clerici, alia Monachi, siue merè laici, vt declarat Præpos. in cap. 1 dist 44. col. 4. ver. ita euenit in Ecclesia: Nam in primordio nascentis Ecclesiæ qui de forte Domini erant, & Deo militabant, omnia ipsorū bona vendebant, & precium ad pedes Apostolorum ponebant, quod Christi fidelibus communicabatur: & hi Clerici dicebantur, c. dilectissimis, 12. q. 1. postea deficiente fidei feruore, fuit facta distinctio honorum, cum singuli per se cœpissent retinere sua. cap. sint manifeste, 12. q. 1. Et Christianorum alij remanserunt Clerici in Communi viuētes, & Apostolorum vitam sectantes: alij verò effecti fuerunt laici, qui separatim habitabant, & singuli per se & propria habebant, & Deo conuersi dicebantur, c. duo sunt genera Christianorum 12. q. 1. & horum numero erant Monachi,
Euse. qui in statu laicali fuerunt vsque ad tempora Eusebij, Zozimi, &
Zoz. Siricij, & inde cœperunt clericari, vt fuit dictum sæpè: Clerici verò
Siri. semper retinuerunt illam communem vitam, & qualitatem Clericalem, à quibus ipsi Canonici continuatam originem traxerunt. Hac igitur ratione dicitur Monasticum ordinem ab Apostolis originem habere, inquantum scilicet repræsentat statum illum laicalem: postquam verò effecti fuerunt Sacerdotes, dicuntur retinere figurā Apostolorum, i. discipulorum ipsorum, vt dicit tex. in c.
Glo. ex auctoritate, 16. q. 1. & ibi per glo. & sic impropriè, & figuratè, non autem verè, vt Canonici Regulares; qui, cum sint Clerici, dicuntur successores Apostolorum c. illi, 12. q. 1. Ex quibus infertur non obstare, si diceretur, Monachos imitari Apostolos, cum profiteantur tria illa substantialia, sicut Apostoli, & Clerici, siue Canonici Regulares illorum successores, quia respondetur, quòd identitas votorum non facit diuersas Religiones esse vnam solùm secū-
S. Tho. dum doctrinam S. Thom. 2. 2. q. 188. art. 1. Vbi inquit, quòd tria essentialia vota Religionis pertinent ad exercitium Religionis, sicut quædam principalia, ad quæ omnia alia reducuntur: ad obseruandum autem vnumquodque eorum diuersimodè aliquis se disponere potest; puta ad votum continentiæ seruandum potest aliquis disponere per loci solitudinem, per abstinētiam, per mutuam societatem, & per alia huiusmodi subdens: & secundum hoc patet, quòd Communitas essentialium votorum compatitur diuersitatem Religionis, tùm propter diuersas dispositiones, tùm propter diuer-

diuersos fines, vt ibid. per eundem. Et ideò licet S. Benedictus, quantum ad tria vota obseruauerit Regulam Apostolorum, sua tamen erat valdè dissimilis, quantum ad hoc, quòd diuersimodè disposuit suos professores ad prædicta vota seruanda per supradicta, scilicet quantum ad habitum, Clericatum: & ita diuersitates Religionum considerat Card. in Clem. 1. q. 12. & 13. de elect. licet omnes possint dici habuisse vnum inuentorem scilicet Deum, vt ibi per eum. Nec quicquam etiam facit, si diceretur: quòd, quemadmodum Diuus Augustinus reformauit, ac decorauit Clericos primitiuæ Ecclesiæ, ita fecit S. Benedictus de Regula S. Basilij, cum ipse Benedictus in vlt. c. suæ Regulæ asserat se Patris Basilij regulam imitari, prout etiam attestatur Cardinalis S. Sixti in opere, quod composuit super Regula S. Benedicti, & ordo S. Basilij præponitur ordini S. Augustini. Quoniam respondetur: quòd Regula S. Augustini non solùm habuit ortum ab Apostolis, qui longè antè præcesserunt Benedictum, sed est illa eadem: & sic tàm respectu antiquitatis, quàm Clericatus præponenda est etiam Regulæ Basilij: Ad secundam rationem Monachorum contrà Canonicos Regulares, quæ est ex ordine Litteræ: quia Monachi (vt dicunt) in littera præferuntur Canonicis Regularibus, tanquã digniores etiã præcedere debent: Cui rationi tripliciter potest responderi, adeo quòd nullius momenti cognoscetur eorum Argumentum. Primò dicendum: quòd ordo litteræ non est seruandus, vt notat Ioã. Andr. super c. statuimus, de maior. & obed. & allegat, ff. de sta. liber. & C. de no. Codice confirma. l. vna. Nàm in c. statuimus dicitur. Qui maior est ordine, licet posterior sit tempore, debet præferri: Io. de Imo. & Bart. in l. nec enim, ff de solut. vbi textus dicit. Nec enim ordo scripturæ spectatur, sed de iure sumitur quod videtur: & per istum textum Imol. decidit: quòd si aliter constat de mente disponentis, quòd non attendatur ordo scripturæ, & Bart. idẽ dicit in l. 2. §. prius, de vulg. & pup. subst. Sed quòd ordo scripturæ non impediat casum iuris, & voluntatẽ: Arg. in l. complater, §. fidei tuæ, ff. de leg. 2. Secundò respondeo, quòd si ordo litteræ esset seruandus, sequerentur multa inconuenientia: primùm sequeretur, quòd mulieres essent Clericis digniores, ipsisque præferendæ, vt habetur per c. dilecta de maior. & obed. vbi dicit Innocent. III. Canonicas suas, & Clericos Abbatissæ Iurisdictioni esse subiectos; & in

Card. *Car. S. Six.* *Io. An.* *Ioan. de Imo.* *Bart.* *Bart.* *Inn. 8.*

& in eodem,c. dicitur: mandamus quatenus dictas Canonicas, & Clericos obedientiam seruent; & tamen mulieres sunt viris subiectæ,& in signum subdictionis debent habere caput velatum, vt est
1. ad Th.2. textus 33.q.5.c.mulier, il secondo, & 1. ad Thi.2. dicitur: mulier cum silentio discat cum omni subiectione. Ergo talis ordo non est seruandus,sed,quòd Canonicæ præferantur Clericis, potest esse,quia principaliter dirigebatur illa Decretalis propter illas; sicuti fit,quando dicitur:de statu Monachorum, & Canonicorum Regularium: quia principaliter ad ipsos diriguntur illæ Decretales. Secundò sequeretur; quòd Abbas esset præferendus Episcopo, vt habetur in cap.prohibemus, de renunc. vbi Abbas prænominatur antè Episcopos. Item sequeretur, quòd Abbas esset præferendus Archiepiscopo, vt habetur in c.2. de iudi. quia ibi prænominatur Abbas Archiepiscopo. Item Tertiò sequeretur, quòd Prior esset maior Archidiacono Ecclesiæ Cathedralis, quod est falsum: vt habetur,extrà de off.Archid.in c.ad hæc nos: sed,quod hoc sequatur,patet in suprascriptione c.cũ olim,de maior. & obed.vbi Prior præponitur Archidiacono. Item sequeretur,quòd Canonici Regulares Clericis sæcularibus deberent præferri, quia in cap. plerique
Inn.3. que extrà de pact. Innoc.III. præponit ipsos Clericis sæcularibus, quod tamen faciendum non est, sed deberent esse æquales, quia seruant Canonicam formam vitæ primitiuę Ecclesiæ. Item sequeretur, quòd Iacobus esset maior Petro: quia Paulus ordine litterali præponit eum Petro ad Galatas 5. dicens: Iacobus,& Cephas,
Gal.5. & Ioannes, qui videbantur columnæ Ecclesiæ, mihi dexteras dedere. Item Actuum 15. Iacobus in Concilio Apostolorum protulit
Act.15 suam sententiam antè Petrum; ergo ordo litteræ non seruatur causa honorificentiæ:sequeretur insuper, quòd Regula Benedicti fuisset antè Regulam Basilij, quia præponitur in c. perniciosam,18 q.2.sed tamen hoc falsum est. Vltimò & breuiter,sequeretur, quòd Monachi essent Digniores omnibus Clericis, & ita eis essent præferendi,quod est absurdissimum, quia in c.per principapalem,1.q.1.in ordine litteræ Monachi præferuntur omnibus Clericis de quacunque Diœcesi. Ergo Archidiaconis, Episcopis, Patriarchis,Cardinalibus,& quibuscunque Clericis essent præferendi, quod esset maximum inconueniens. Idem etiam habetur,de Inst. in c.1. vbi Monachi præferuntur Clericis. Tertiò respondeo, quòd

quòd si per eos ordo litteralis seruandus est(quod transeat) seruetur in omnibus, quia inueniemus etiam Canonicos Regulares in multis prælatos esse Monachis. In primis namque Canonici Regulares præferuntur Monachis, 13.q.2. in c. Vbicunque, vbi dicitur in medio Capituli: Ecclesiam Religiosorum Canonicorum,& Monachorum, vel sanctimonialium. Item 27.q.1.c. vt lex continentiæ: vbi primò nominantur Episcopi, Sacerdotes, Regulares Canonici, deinde Monachi, deinde conuersi. Item de sent. excom. in c.non dubium, vbi primò ponuntur Clerici,deinde Canonici, deinde cuiuslibet Religionis conuersi. Item extrà de sim. in c. de Regularibus Canonicis seu Monachis Nos consulere voluisti. Item extrà,de postul. in c.ex parte, vbi clarè Canonici præferuntur Monachis: sed,quòd ordo litteralis non sit seruandus,argui potest ex isto textu,vel c.ex parte: quòd aliquando præponuntur Canonici Monachis, aliquando verò fit è conuerso, sed ordo litteræ est seruandus,maxime quando videtur, quæ fuerit intentio scribentis;& ille ordo seruatur in principio, medio, & fine,vt satis patet, 27.q.1.c.vt lex continentiæ: vbi vltimo loco ponuntur conuersi, & in principio ponuntur Episcopi,in medio Sacerdotes,Diaconi, Subdiaconi,deinde Canonici Regulares, Monachi, & conuersi,& in c. saluator.1.q.3.post medium Capituli. Item extrà,de præben. in c. Auaritiæ in suprascriptione Capituli Alex.III. dicit Canonicis, & Monachis magis est esse in rubro, quàm in nigro. Itē extrà, de iuram. calum. in c.primo: vbi præponuntur Clerici cuiuscunque ordinis,deinde Abbas, Monachi, & sanctimoniales, & textus ille etiā positus est secundum leges Imperiales, vt ibi allegatur.2.q.7. cap. nullus Monachus.dicitur.n.Cubicularij Episcopi sint, vel Religiosi Clerici, vel electi Monachi; ergò Monachi non sunt Clerici Religiosi,quia superfluè positi fuissent ipsi: sed nec sæculares sunt. Ergo nullo modo sunt in appellatione Clericorum intelligendi Verùm quia multa dicuntur per DD. de hoc capitulo auaritiæ, maximè per Abbates videlicet veterem, & nouum,qui dicunt; quòd Canonici præferuntur in re ignobili scilicet in vitio auaritiæ, & non in aliqua virtute, quod est ad confusionem Canonicorum Regularium,idcirco nota, quòd istud Capitulum Auaritiæ est Alexan. III.qui fecit etiam c.super eo.de Regu.quod allegatur à Geminiano; vt probetur prioritas approbationis Monachorum super Canonicos

Alex.

Abb.

Alex. 3
Gem.

nonicos Regulares; quare illud argumentum est nullum, quia si-mul nominati sunt Canonici Regulares, & Monachi in hoc c. Auaritiæ ergo Monachi non fuere priores. Dicendo, quòd Monachi etiam præferuntur Canonicis Regularibus in vitio, puta, in vagationibus per Curias Principum, & in vitio proprietatis, ac inobedientiæ, perindeac habetur, extrà de off. iudi. ordi. in cap. quanto. Item in vitio excommunicationis Monachi præferuntur Canonicis Regularibus, vt extrà de sent. excom. in c. Monachi. Item in eodem vitio excommunicationis Monachi præferuntur Canonicis Regularibus de sent. excom. c. cum illorum, item in eodem vitio excom. eod. tit. c. canonica. Item in vitio reprehensibili Monachi præferuntur Canonicis Regularibus, vt extrà de suppl. neg. præl. in c. sicut nobis. Item in vitio Auaritiæ, extrà de præben. soli Monachi reprehenduntur in c. de Monachis; sed in c. Auaritiæ dicitur: Monachi, & Canonici Regulares; quare in duobus Capitulis ibidem Monachi reprehenduntur, & in vno duntaxat Canonici Regulares. Ergo magis reprehensibiles sunt ipsis Canonicis Regularibus. Item Monachi etiam præferuntur omnibus Clericis in vitio Auaritiæ, vt habetur in c. secundum Instituta. extra ne Clerici vel Monachi, vbi dicitur: ne Monachi, vel Clerici causa lucri negotientur. Sed nota, quòd in iure cautum est, quòd delictum personæ non debet derogare Ecclesiæ, & multò minus toti ordini, tamen dicendum est etiam hic, quòd nullus ex vitio debet facere suam conditionem meliorem, vt habetur, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. & ff. de furt. l. itaque fullo. §. sed nemo. de præb. etiam in 6. in cap. eum qui dicitur: Non decet, vt stultus melioris conditionis sit, quàm peritus, quare vana siquidem est illa excusatio Abbatum, quòd Canonici Regulares preferũtur in Rubricis, quia sunt vitiosi, vel quia agitur de re vituperosa: quia nunquam in Rubricis seruatus est talis ordo vitiorum. Amplius autem & Prædicatores, qui de iure præferuntur Minoribus in re honorabili, & in omnibus Prælationibus, præferuntur etiam in re vitiosa: vt patet in c. primo, de deci. in 6. & similiter fit in 2. c. de suppl. neg. prela. & in c. quondam, de elect. in 6. vbi etiam agitur de ambitione Religiosorum, tamen ibi allegatur, vt preponantur Prædicatores Minoribus, & ponitur in exemplum aliarum Prelationum, & processionum Religiosorum secundum Dominicum de Sancto Gemin.

Dom. de S. Gemin.

Item

Item quoniam arguitur propter Rubricam de sta. Mon. & Can. Reg. dicendo, quòd ordo in Rubricis maxime est seruandus; dicendum, quòd verum est, nisi necessitas, vel aliqua vrgens causa mutare cogat, vt est in supradicta rubrica, quia illi textus principaliter diriguntur Monachis, & solùm vnum cap. vel duo tangunt Canonicos Regulares videlicet: qui Dei timorem: Ideo Raynerius, *Rayn.* qui compillauit, primò præposuit Monachos Canonicis Regularibus, quia ad eos illa Capitula principaliter diriguntur; & ideo præpositio est ratione principalitatis directionis, & non Dignitatis. Sed, quòd istud argumentum ab ista Rubrica non valeat, patet: quia alia Rubrica est, ne Cler. vel Mon. se immisceant negotijs sæcularibus: sed illa magis intelligitur de Clericis Regularibus, quàm de sæcularibus, quibus prohibitæ sunt negotiationes, vt est 15. q.2.c. obseruandum. Vbi interdicitur Clericis aduocare: sed dicit ibi Gratianus, quòd intelligitur de illis, qui Canonicam vi- *Grat.* tam professi sunt: deindè in nigro, in c. secundum Instit. eo. tit. prænominantur Monachi Clericis, deinde quasi totus ille tit. de sta. Mon. & Can. Reg. tractat de vitijs Monachorum, vt est legentibus, magis, quàm in c. Auaritiæ, vide ibi, in c. Monachi & in cap. Recolentes cum omnibus alijs. quomodo tractant de vitijs Monachorum. Præterea in Rubrica de elect. & elect. pot. non seruatur ordo Dignitatis, quia electus est electione dignior: sed quia principaliter ibi tractatur de elect. Ideo præponitur primò de electione. Itē in Rubrica de præben. & digni. Dignitates, quæ sunt digniores, postponuntur simili causa, & ratione: ergo in Rubricis non semper seruatur ordo Dignitatis: dicendum igitur, quòd Argumentum ab ordine Rubricarum est validum secundum DD. quando alio iure, siue alia ratione non apparet in contrarium, & ita probat Gl. *Glo.* quam ad propositum suum multum commendat Dominicus in c. *Dom.* 1. in ver. existat de iu. calum. in 6. Hoc ipsum quoque dicitur per Modernos DD. in Rubricis de off. deleg. &c. Itē quia dicitur, quòd multi DD. in c. Auaritiæ, tenent contrà Canonicos Regulares, dicendum, quòd Io. And. in c. de Consti. dicit, quòd quamuis Regu- *Io. An.* lariter opinio communis DD. sit sequenda, vel tenenda, tamen fallit vbi errant, & maxime quando possunt conuinci rationibus, & legibus, & allegat cap. Capellanus. extrà, de fer. quem ibi sequitur Abba. qui etiam Abb. pro ista opinione allegat textum in l. 1. C. *Abb.*

de ve.in. enucl. vbi dicit, quòd sæpè vnius forsan etiam deterioris sententia potest multos, & maiores in aliqua parte superare: facit etiam ad hoc maxime text.4. q.3. c. si testes per totum. In simili exemplo possumus dicere de Dominico de Sancto Gemin. qui errauit in c. Episcopos, dist. 17. cum suis sequacibus, qui voluit Monachos præferendos, quasi eorum Regula fuerit prius approbata per c. super eo. Nota, quòd c. super eo, & c. Auaritię est Alexan. III. quibus suprà fuit optimè responsum, & eorum rationes confutatæ: quia ante Alex. III. fuerat allegata Regula Benedicti, & Augustini. Io. And. in c. Auaritiæ dicit, quòd de ordine litteræ non est curandum, & quòd ille Abbas est suspectus: similia dicit Cardinalis, & Io. de Imo. sequitur eius opinionem. Imò Io. And. in c. sanè, de Regu. in fine dicit, quòd Canonici Regulares deseruiunt vitæ contemplatiuæ; & eis per se competit, quòd sint Clerici. Idem quoque dicit Archidiac. in c. Mandamus, 19. q. 3. quia etiam isti obijciunt Card. in Clem. 1. de sup. neg. præl. colum. 6. vbi ipse faciẽs mentionem de Regulis approbatis per Sedem Apostolicam prænominat Regulam Benedicti antè alias: dicendum, quòd hoc dixit à casu, quia postea in Clem. 1. de deci. enumerans illas tres Regulas, primò posuit Regulam Augustini, & postea B. Benedicti, quod nõ fecisset, si per illam prænominationem intendisset Regulam B. Benedicti fuisse prius approbatam. Pro conclusione igitur certa dicendum, quòd Monachus in quantum in se est, non est propriè Clericus; vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 8. in responsione ad secundum Argumentum, & in lib. contrà impug. Relig. Vnde in Concil. Calcedon. vt habetur, 18. q. 2. c. quidam dicit: si Clerici, Canonicè puniantur: si Monachi, vel laici, excommunicentur; & hoc replicatur per similia verba varijs in locis posita à Zozimo Papa, à Gelasio, & à Concilijs, imò cum mulieribus ponuntur, vt habetur 27. q. 1. c. impudicas & c. Virginem, & Abb. in c. causamque de iudi. dicit, quòd officium Monachi propriè est esse in solitudine, & non prædicare: & communiter à DD. dicitur, quòd Monachus dicitur à Monos, quòd est vnus, & Achos, quòd est tristis; & hæc optime ponuntur ab Eugenio Papa 16. q. 1. c. placuit, il secondo, vbi dicitur: Monachi nomen est vnus, tristis: vide ibi clarè, vnde etiam Abb. in cap. 1. de Instit. dicit; quòd appellatione Clericorum non veniunt Monachi: similiter in capit. 1. ne Cler. vel Mon. Abb. dicit,

Do. de S. Gem. *Alex. 3.* *Io. An.* *Card.* *Ioa. de Imo.* *Io. An.* *Arch.* *Card.* *S. Th.* *Concil. Calc.* *Zoz.* *Gelas.* *Conc.* *Abb.* *Eug.* *Abb.* *Abb.*

dicit, quòd Monachatus cadit in laicum: dicit etiam, quòd Monachi non erant Clerici, etsi Monachus fiat Clericus, 16.q.1. cap.de Monachis: sed ista nō possunt dici de Canonicis Regularibus, quia sunt essentialiter Canonici. Ad prædicta addenda sunt, quæ ad maiorem huius particularis rei declarationē pertinent. Antiquior enim approbatio Regulæ in Prælationibus attendi solet vt not. Gemin.in c.quorundam, §.Volentes, num 6. versiculo nota ex ista glo.& ibi Franc. in 4.not. de elect. in 6. Abbas in c. nimis il secondo, colum.1.in primo not. de excess. Prælat. & dicitur in Clem.1.de Relig. Dom.quòd profiteri debet aliquam regulam approbatam. Hæc autem Prioritas approbationis consideratur primò, quia antè Concilium Lateranense, de quo in c.fin.de Relig. Dom.omnes Regulæ ipso iure erant approbatæ, vt not.glo. in c.vnico, §.penul. versic.præcessit, eo.in 6.nam dum in dicto §. dicitur cæterùm Eremitarum S.Augustini, & Carmelitarū ordines, quorum Institutio dictum Conc.gen.præcessit, in solito statu volumus permanere: gl. ibi inquit not.quòd Ordines non debent tangi, quia præcesserunt dictum Concilium, de quo in d.c.fin. cum futura respiciat, & probatur in c.parsimoniam 41.dist. & ibi ad hoc not.Gemin.Ver.not. argument.Turrecrem.versic.congregationem; Præpos.nu.3.versic. not argum. expressum, vbi per illum tex. not. quòd Vniuersitates factæ in Ecclesia pro communi vtilitate, vel ad opus pium, vel pro subuentione pauperum videntur approbatæ à iure, ita vt alia approbatio specialis non sit necessaria: idem not. Gemin.in c.si quis extrà vers.si autem fieret 30.distin.gl.1. in fin.c.si qui Clerici 11.q. 1.prout etiam de iure ciuili Collegia causa Religionis non erant prohibita, l.1.§.sed Religionis, de colleg.illic.& ibi not. glo. in ver. illicita.Bart.in l.3.§.in summa, eo. Castren.consl.5. in princ volum. 2. quæ ciuilis dispositio etiam si nō reperiretur expresse à iure Canonico approbata, prout ex supradictis contrarium constat, tamē ex quo illi non expresse contradicebat, censebatur expresse approbare, iuxtà communem opinionem. DD. in c.1. de nou.oper. nunc.propterea dixit S.Th.4.sent.dist.39.ar.2.q.1.ad 3. argumentum: quòd antequam essent Regulæ Religiosorum, quæ modò sunt, erat aliquis modus viuendi approbatus. Præpos. in c.1. dist. 44. col.4. præter peruersam quarundam Monialium consuetudinem, quæ reprobatur in cap. perniciosam, 18.q.2. Regula autem

Gem. *Franc.* *Abb.* *Concil. Lat.* *Glo.* *Gem.* *Turrecrem.* *Præpos.* *Gem.* *Glo.* *Glo.* *Bart.* *Castr.* *S.Th.* *Præpos.*

D.Au-

D. Augustini tamquam condita antè dictum Concilium Lateranense, priusquam Regula S. Benedicti, censebitur etiam prius approbata, ex quo infertur, & secundò quòd cum D. Augustinus fuerit per centum Annos antè S. Benedictum, vt fuit superius dictum, ex temporis antiquitate præsumitur titulus confirmationis etiam ipsius per Dec. cons. 36. colum. 1. vers. non obst. si dicatur Mohed. dec. 52. & est communis opinio, vt per Bald. de præscript. 5. parte princ. par. 2. q. 4. num. 4. ver. communis, per tex. in l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqua plu. arc. c. super quibusdam, §. præterea de verb. signific. & Doct. contrarium tenentes loquuntur in decennio, vt per Mohed. in d. decis. 52. Tertiò probatur, quia cum Regula S. Augustini fuerit prius approbata, quia approbatio in dubio censetur facta iux. ordinē Institutionis, vt not. Bart. in l. si verò, num. 4. versi. vlt. de mil. testam, not. Doct. in l. 1. C. de testam. tut. sicut dicitur de duobus emptoribus ad effectum Prælationis in acquisitione dominij: quod præsumitur res tradita priori emptori, vt ipse alteri præferatur, vt dixit Bald. in c. 1. §. si facta col. 2. vers. nec vnum omitto, si de feud. fuerit controuer. de quo latè per Ias. post alios in l. quo ties, nu. 37. vers. 2. quæro, C. de rei vend. quartò etiam probatur, quia cum Canonici Regulares traxerint originem ab Apostolis, & sint de Clericis antiquis, statim fuerunt approbati quòd creati iuxtà c. Dominus noster, 93. dist. quintò, quia S. Augustinus fuit factus Episcopus antè dispositionem d. cap. fin. de Relig. dom. Ideo dicitur ipse approbasse suam Religionem cum consensu suorum Clericorum, cum non reperiatur antè d. c. fin. hoc prohibitum Episcopis, qui in eorum Diœcesi omnia possunt, quæ non reperiuntur reseruata per Papam. Innoc. in c. Dilectis in princ. versic. dispen. de tempor. ordin. Abb. in cap. per tuas il secondo, num. 6. vers. 1. de simo. Dec. in c. cum diligentia colum. 2. vers. sed tamen distinctè de elect. quod facere non potuit S. Benedictus, qui erat Monachus: præsertim cum ipse Augustinus interfuerit Concilio Carthaginensi cap. sæculares, in inscript. 33. q. 2. quod fuit celebratum antequam S. Benedictus suam Regulam institueret, adeo, vt si aliqua approbatio fuisset necessaria, præsumi debet, quòd ipse fecerit illam approbari, cum in maxima veneratione ipse, & alij Episcopi haberent Sedem Apostolicam, vt nihil ausus fuisset sine consensu Papæ definire: sextò probatur per c. Sancta Romana Ecclesia,

Mohed. Bald. Mohed. Bart. Bal. Ias. Inn. Abb. Dec. Concil. Carth.

sia, circa princ. vers. Iam nunc subijciendo 15. dist. vbi Gelasius, qui fuit antè S. Benedictum per multos Annos, approbat opuscula B. Augustini Hipponensis Episcopi, inter quæ opuscula continetur etiam Regula Canonicorum suorum, vt illam inter opuscula S. Augustini cōnumerat Vincentius Historialis lib. 18. c. 54. in fi. prout etiam de illa sensisse etiam ipsum Gelasium constat ex eo, quia ipse fuit filius Valerij Episcopi. c. Osius Papa, §. Gelasius distin. 56. & Valerius dedit ordines Augustino. Nec dicatur approbationem intelligi de operibus, quæ non sunt contrà fidem, nec contrà bonos mores, & de his, quæ sunt legenda fidelibus. Quoniam respondetur approbationem esse indefinitam, & ideo omnia comprehēdere, l. si pluribus, de leg. 2. prout de omnibus intelligit Præpos. in d. c. sancta Romana, num. 12. vers. not quòd nedum: Et nullum ex ipsius opusculis magis adducitur in auctoritatem in toto Decreto, quàm hoc continens Regulam Canonicorum, vt patet in c. quamuis necessitas, 86. distin. in c. nolo cum duobus seqq. cap. 12. q. 1. c. si quis irascitur, 13. q. 2. c. quicunque, 16. q. 4. c. in Oratorio, 42. dist. c. cum non nos, 5. q. 5. c. non solùm, 32. q. 1. c. perniciosam, 18. q. 2. c. cum causam, vbi Innoc. III. qui fuit auctor. d. c. fin. vocat Regulam Augustini approbatam, & in pluribus alijs iuribus facilè constat, ex quibus specialis huius Regulæ approbatio colligi potest. Imò hæc regula legitur singulis hebdomadis in omnibus ferè Conuentibus, & Monasterijs coram omnibus Religiosis, vt notissimum est. Minus etiam obstat, si diceretur censeri factam approbationem Regulæ tanquam boni modi viuendi, non autem, vt per eam quis profiteretur: quoniam respondetur approbationem esse factam ad finem, ad quem fuit instituta regula iuxtà regulam, l. diximus, de excus. tut. septimò probatur in c. perniciosam, 18. q. 2. iuncto d. c. fin. de Relig. dom. Nam in c. perniciosam: mandatur aboleri perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum, quæ licet non viuant secundum regulam B. Benedicti, neque Basilij, neque Augustini, desiderant sanctimoniales videri, & hoc c. fuit Innoc. II. in d. ver. c. fin. dicitur. Quicunque voluerit ad Religionem conuerti, vnam de approbatis assumat, & huius c. fuit Auctor Innoc. III. Ergo necessariò intelligi debet hoc cap. fin. etiam de Regula S. Augustini, Basilij, Benedicti, secundum quas permittebatur viuere illas sanctimoniales in d. c. perniciosam.

Gel. *Vincēt. Hist.* *Præpos.* *Inn. 3.* *Inn. 2.* *Inn. 3.*

ſam. Sed Regula S. Auguſtini fuit prius inſtituta, quàm illa Benedicti,vt fuit ſuprà dictum,& ſi diceretur in hoc Capitulo prius poni Regulam S.Benedicti,quàm Auguſtini,reſpondetur;ibi non cõſiderari ordinem, quia ſequeretur,quòd Regula Baſilij fuiſſet approbata poſt illam Benedicti,cum poſtponatur illi, de quo tamen ordine alibi dicitur. Nec prædictis obſtat prioritas Regulæ S.Benedicti,conſiderata ratione ordinis ſcripturæ, quæ attendi debet,

Bald. l.quoties,de vſufruct.vbi not. Bald.in l.ſi ſeruus communis, §.pen. de ſtipul.ſeru.Bald.in l.qui duas, de excuſ.tut.cum ſimilibus. Nam quando fit mentio de Canonicis Regularibus, & de Monachis, prius nominantur Monachi, quàm Canonici, vt in c.licet quibuſdam de regular.c.2.c.cum illorum c.Canonica,de ſent.excom.cap. Deus qui, de vit. & honeſt.Cleric.c.2.de ſuppl.neg.prælat. Clem. ne in agro, §. quia verò nonnulli, de ſtatu Mon. & in pluribus alijs iuribus, & patet in ipſis rubricis, in quibus ſolet ordo potiſſimùm

Glo. attendi iuxtà not. per glo. & DD. in rubrica de eo per quem fac.

Bald. erit,& in l.2.C.de confir.vtil.cum ex illis inferatur ad nigrum, glo.

Glo. bald.& alij in rubrica, C.ne li.3.prouoc. & probat Card.in Clem.

Card. prima,col.2.de ſuppl. neg.prælat. vbi faciens mentionẽ de Regulis approbatis,primò nominat regulam S. Benedicti, & poſtea illam S. Auguſtini. Quoniam reſpondetur, ſcripturæ ordinem tunc attendi, quando ſumus in dubijs, & non vbi conſtare poteſt aliunde de veritate prioritatis, vt concludit Bart. in proœ.§.quibus, in fin.num.19.verſ.opponitur, & in l.2.§.prius,num.7. verſ. circa ter-

Bart. tium de vulg.& pup.& ibi latè per Iaſ. num.28.prout hic de prio-

Iaſ. ritate conſtat ex ſuprà adductis. Præterea ordo non attenditur, quando ſumus certi diſpoſitionem non dare ordinem, vt poſt

Felin. alios,quos adducit,declarat Felin.in c.dilecta, colum.10. num.21. verſ.5.declara. de reſcript. prout loquuntur iura ex contrario adducta, in quibus præponuntur Monachi, ſicut etiam interdum præponuntur ipſi Canonici Regulares in pluribus iuribus, in quibus non conſtat de mente volentis dare ordinem, vt in c.vt Clerici,de regul.c.Saluator,poſt med.1.q.3.c.nullus Monachus,2.q.7.c. dudum.18.q.2.c.non dubium,de ſent.excom.c. de regularibus, de ſimon.c.auaritiæ,in ſupraſcriptione de præb. c. ex parte: de poſtul. cap.1.de iur.cal. & in alijs infinitis, & propterea dicunt Doctores, quòd in his, quæ vario modo ſunt obſeruata non debet fieri fundamen-

damen-

damentum. Dec. conf. 2. num. 12. col. 2. verf. 2. non obft. Aym. conf. 96 num. 6. cum alijs per eos adductis; quando verò de mente disponentis conftat, quòd vult dare ordinem, tunc ordo attenditur, & hoc cafu Canonici Regulares præponuntur Monachis, vt in c. vt lex continentiæ, 27. q. 1. vbi ex ordine enumerantur perfonæ Ecclefiafticæ, & primo loco collocantur ipfi Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, reg. Canonici, & poftea Monachi, ac deinde Conuerfi, & cum primò nominat Epifcopum, & alios, quos certum eft præcedere debere, & vltimo loco nominat Conuerfos, quos etiam poft omnes alios poni debere conftat, fequitur, quòd dum præponit Canonicos Regulares ipfis Monachis, quòd in his etiam voluit feruare Ordinem, cum in præcedentibus, & fequentibus feruauerit, & fequentia declarant præcedentia, l. fi feruus plurium, §. fin. de leg primo. Idem etiam patet in c. vbicunque, 13. q. 2. vbi in Concilio Triburienfi fuit datus ordo, in quibus Ecclefijs quis fepeliri deberet, & primò ponitur Ecclefia Epifcopalis, fecundò Monafteria Can. Regularium, vltimo loco ipforum Monachorum: & illum tex. not. ibi glo. Archid. & Io. de Turrecrem. ad hoc, quòd ibi ponitur ordo. Et hunc etiam ordinem obferuauit Archiep. Florent. in 3. par. fum. tit. 16. c. 1. col. 10. verf. notandum: vbi Magiftraliter per viam Doctrinę ponens Regulas à Sede Apoftolica approbatas, inquit. Quattuor funt Regulæ ab Ecclefia approbatæ, fub quarum aliqua militant omnes Religiones Ecclefiæ Catholicæ: prima fuit Bafilij, fecunda Auguftini, tertia Benedicti &c. Idem etiam dixit Imol. in Clem. 1. col. 1. num. 11. verf. pro euidentia de elect. Card. in Clem. 1. num. 5. verf. quæro, in prin. de decim. & argumentum, quod fumebatur ab ordine rubricarum, quicquam non facit, ex quo apparet per fuprafcripta contrarium difpofitum, vt not. Gemin. in c. circa fin. num. 12. de iur. cal. in 6. Dec. in rub. de præbē. & dignit. vltrà quod Canonici Regulares veniunt appellatione Clericorum, vt fuit fuprà dictum. Minus etiam facit, quòd antiquiora iura faciunt mentionem de Regula S. Benedicti, vt in c. fu per eo. de Regul. quod eft Alex. III. cap. ne Dei, de fimon. Honorij III. c. fufcipimus in infcriptione de homic. Alex. III. c. iuxta, 16. q. 1. Alexandri II. c. Gonfaldus, 16. q. 2 Alex. II. c. ftatutum, 18 q. 1. Concilij Altei, c. funt nonnulli, 16. q. 1. Bonifacij IV. pofteriora verò faciunt mentionem de Regula S. Auguftini, & eius Canonicis, vt

Dec. *Aym.* *Concil. Trib.* *Glo.* *Arch.* *Ioa. de Turrecrem.* *Arch. Flor.* *Imol.* *Card.* *Gem.* *Dec.* *Alex. 3.* *Hon. 3.* *Alex. 3.* *Alex. 2.* *Concil. Altei.* *Bon. 4.*

Inn.3. in c.cum causam,de elect. quod est Innoc.III.c. de regularibus, de simon. Clem.3. cap. plerique de pact. c. auaritia, de præben. & in alijs quoniam respondetur: primò non valere consequentiam: in illis iuribus nõ fit mentio de Canonicis Regularibus. Ergo Monachi sunt prius approbati: quia cum possit esse, quòd de Canonicis non fuerit facta mentio, ex quo in facto non contigit de illis aliqua quæstio, non necessariò facienda est hæc illatio, iuxta vulgatam regulam non probat hoc esse, l.non hoc, C. vnde legitimi cum similibus. Secundò respondetur, quòd illa iura arguerent potius institutionem, quàm approbationẽ, quia obstante d.c.fin. de relig. domi. non inducitur confirmatio per simplicem nominationem. Clem.si summus, de sent. excom.c. si aliquando eo. Tertiò, vt fuit pluries dictum, Canonici veniunt sub nomine Clericorum, quorum regula vocabatur Canonica vt in c. quanquam, 23.dist. c.quoniam, 12.q.1.c.obseruandum, §.hoc autem, 15.q.2. c.in omnibus, de consecr.dist.5.cũ alijs, quæ adduci possent. Insuper non
Gem. obstat, quòd Gemin. in c. Episcopos, colum.2. vers. ex quo sequi-
Fel. tur, 16.dist. quem sequitur Felin in rubr. de maiorit. & obed. attestatur regulam S.Benedicti fuisse prius approbatam: quia respondetur, quòd Domin.ad hoc dicendum mouetur per c. super eo. de regul.vbi dicitur, quòd Clerici, qui antè susceptum habitum recedere voluerint, non videntur prohiberi redire ad priorem statum secundum Regulam B.Benedicti, & sic ex sola nominatione regulæ Benedicti arguit prioritatem approbationis illius Regulæ, Sed si hoc verum esset, sequeretur, quòd regula Basilij non esset prius approbata, quàm Regula Benedicti, ex quo in d.c. non fit mentio de regula Basilij, quod absurdum est dicere. Secundò respondetur, quòd si regula Benedicti dicitur prius approbata per illum tex. sequitur, quòd tunc cœpit habere effectum approbationis, quoniã
Alex.3. illud c.emanauit ab Alex.III. & non antè. Sed Innoc.II. qui longè
Inn.2. antè præcessit Alex.III. fuit auctor. c.perniciosam, 18. q.2. vbi nominat regulas Augustini, & Basilij approbatas, & sic ex illo c. non potest argui prior approbatio. Tertiò respõdetur quòd idem Ale-
Alex.3 xan.III. qui approbauit regulam Benedicti, vt prætendit Domin.
Dom. in c.sanè eo. quod est immediatè sequens post c. super eo. dicitur approbasse etiam regulam S. Augustini, ex quo ibi iubet Canonicum Regularem reuerti debere ad Monasterium Canonicorum

Regu-

Regularium, si absque petita licentia Prælati se transtulerit. Quartò respondetur, quòd Alex. III. auctor. d.c. super eo. ad exemplum Lucij II. & suorum prædecessorum multa priuilegia concessit Ecclesiæ S. Crucis in Hierusalem de Vrbe, in qua tunc residebant Canonici Regulares, vt extat Bulla authentica, & inter cætera decreuit, quòd non posset eligi presbyter Cardinalis nisi de gremio illius Capituli: ex quo infertur fuisse ab eo approbatam Regulam Augustini, ex quo illam decorauit tam insigni Priuilegio. Quintò respondetur, quòd, vt fuit superius dictum, ex simplici nominatione non arguitur approbatio, & Regula Augustini nominatur etiã in antiquioribus iuribus, vltrà quòd etiam hæc regula non requirebat approbationem, vt fuit suprà dictum. Vltimò considerandum est: præsupposito, quòd Regula S. Benedicti fuisset prius approbata tamen cum Ordo Canonicorum Regularium propter naturalẽ qualitatem Clericatus insitam ipsis sit dignior Ordine Monachorum per suprà dicta, non habetur in consideratione prior approbatio, siue receptio per tex. in c. statuimus, vbi Abb. colum. 2. vers. nota ex prædictis de maior. & obed. & ibi Fel. & alij. Boer. de Author. mag. Conc. nu. 80. Ad tertiam eorum rationem principalem, quæ est Dignitas Abbatialis, quia Monachi gloriantur, quòd sunt insigniti Dignitate Abbatiali, qua Dignitate dicunt nõ pollere Canonicos Regulares, sed solùm habere Prioratus, & Præposituras, respondeo dicendo: quòd etiam Canonici Regulares habent Dignitates Abbatiales, vt patet 19. q. 3. in c. statuimus, & mandamus. Vbi Vrbanus II. scribit Abbati S. Ruffi Canonicorum Regularium; & in Gallia sunt multæ Abbatiæ Canonicorum Regularium Congregationis S. Ruffi, qui mortuus est Archiepiscopus Auinionensis, & sanctus: sunt etiam in Gallia aliæ Abbatię præter illas S. Ruffi Canonicorum Regularium, & maxime Parisijs est Abbatia S. Victoris, cui præfuit B. Vgo Canonicus Regularis, ideo in expositione Regulæ S. Augustini dicit: Præposito, & Abbati: qui omnium curam gerit: vbi Nos dicimus, Presbytero, & iste Vgo fuit tempore Innoc. II. qui fuit Canonicus Regularis videlicet circà Annum Domini, 1140. & tunc temporis florebant Canonici Regulares in Ecclesia Lateranensi, vt patet ex Priuilegijs dignissimis Innoc. II. ibi existentibus. Item extra de æta. & qualit. in c. intelleximus, habetur, quomodo erat Abbas Canonicorum Regula-

Alex. 3. *Luc. 2.* *Abb.* *Fel.* *Boer.* *Vrb. 2.* *Inn. 2.*

rium. Item extrà, de postul. c.ex parte, fit mentio de Abbate Canonicorum Regularium. Item de sent.& re iud.c.cum I. & A.clarè ibi habetur, quòd erat ibi Abbas Canonicorum Regularium, & illa Ecclesia Rhemensis Diœcesis erat. Deinde habetur etiam in c.significasti, il secondo extrà, de homic. quomodo erat Abbas in Canonicis Regularibus. Præterea manifestius habetur hic in Italia de Abbatia S. Andreæ Vercellensis, quæ semper fuit Canonicorum Regularium cum titulo Abbatiali, & fuit in maxima Dignitate: postremò habetur Abbatia S. Petri ad Aram in Ciuitate Neapolitana, quæ semper fuit Canonicorum Regularium cum Dignitate Abbatiali, & dignissima, & illustris Abbatia fuit, nunc Can. Regul. Lat. & in nostris multis auctoritate Pontificum nobis vnitis, & à principio ita appellatis, vt Abbatia S. Spiritus Centi, & alijs; vt dicemus in libro de locis nostris, similiter etiam de alijs multis exempla dare possemus. Item respondendum est, quòd Canonici Regulares non solùm habēt titulos, vel Dignitates Abbatiales, sed etiam habent titulos Episcopales, & Archiepiscopales, vt patet per Constitutiones Benedicti 12. qui allegat Constitu-

Ben. 12 Hon. 2.

tiones Canonicorum Regularium Honorij II. vbi fit mentio de Episcopis & Archiepiscopis, & Abbatibus Canonicorum Regularium, & de eorum Episcopatibus, atque Abbatijs. Archiepiscopatus autem Cæsaraugustanus dignissimus in Hispania, est Canonicorum Regularium. Item Archiepiscopatus Auinionensis, qui est in Gallia, est Canonicorum Regularium, & ibi præfuit S. Ruffus Canonicus Regularis. Item Episcopatus Geronen. Perusinus, Eugubinus in Italia, & multi alij similiter erāt Canonicorum Regularium, & multi alij tituli, de quibus DD. & nos suprà. Vltimò posset ad rationem aliter responderi dicendo: quòd ex antiqua Institutione Abbatis nomen est potius sollicitudinis, quā honoris, & Officij potius, quàm Dignitatis, vt habetur, 50. dist. c. ac-

Glo.

cedens in Glo. 3. in ver. Abbatem. & argumentum ad hoc est, 18. q. 2. c. 1. & 93. dist. a Subdiacono: imò laicus poterat esse Abbas, sicut dicitur de S. Benedicto, & Equitio vt habetur, 16. q. 1. c. placet, §. sequenti. Sed nunc debet esse Sacerdos, vt habetur de Priuil. in

Glo.

6. c. Abbates: & extrà de æta. & qualit. c. tuam, licet Glos. in ipso c. tuam super ver. non ascendat, dicit: nomen Abbatis esse potius nomen sollicitudinis, quàm ordinis vel honoris, quamuis in ipso cap.

quam

tuam fuerit in minoribus constitutus. Abbas secundnm Hostien. est Sacerdos ex dispensatione, & Io.And. in Nouella c.vt Apostolica, de priu. in 6.increpat Monachos allegando Ber. qui dicit:vbi timor mẽtis Monachæ, vbi rubor frontis:quis vnquam probatorũ Monachorum hoc verbo docuit, aut exemplo monstrauit, vt Dignitas aliqua appetatur, quam abhorret professio Monachi? & allegat Speculum Historiale lib.39.c.84. Vnde non valet Argumentum: Abbas potest facere, quæ non potest Prior; ergo maior est illo;sicut non valet:Presbyter potest facere,quod non potest Archidiac.ergo maior est illo; quia potest consecrare: aliquando enim Diaconus est maior omni Presbytero,& omni Abbate: vt quando sedet in Concilio pro Metropolitano vt dist.93.c.pręcipimus:imò Subdiaconus præfertur Prælatis vt patet dist.94.c.1. & in c. Nicolao,de Appel.præfert Militem sæcularem Abbati,& 16.q.1. c.adijcimus. Monachi, & laici sunt suspensi ab officio prædicationis: ergo Monachi laicis parificantur: Ideo Innoc.in c.cum in cunctis, de elect. dicit: quòd Monachi possunt esse ignorantes, & absque litteris,& similiter DD.dicunt in Clem. ne in agro, de sta. Reg. sed Canonici Regulares parificantur Episcopis in prædicatione. Nota,quòd Dominicus in c.quamuis,il primo,§.1.de præben.in 6.expresse determinauit Canonicum Ecclesiæ Cathedralis præferendum Abbati, quando incedunt processionaliter, etsi contrarium videatur tenere in c.fi.de offi. deleg.in 6. Nota etiam,quòd quandoque Abbatia est nomen Dignitatis sæcularis, vt extrà, de Renunc.in c.ex transmissa,in glo.1.& per Innoc.in c.fin.de Instit.Item secundum Io. Monachum Abbatia non venit in appellatione Dignitatis.c.inquisitores,de Hæret.in 6.quod notat Io.Andr. in nouella in c.2.de præben.in 6. super glo.3. Sed si dicunt Prælationes Monachorum esse Abbatiales, Canonicorum Regularium Prioratus vltrà prædicta, vel vt prædictis conformia, respondetur: primò verum non esse,quòd Prælati Monachorum sint Abbates, Canonicorum verò Regularium sint Priores,nec Innoc.in d.c. cum illorum id voluisse: nam pro huius intelligentia præsupponendum est, quòd dictum cap. cum illorum, referens se ad dispositionem Alexandri III.de qua in c.Monachi, supra eo loquitur de Abbatibus Can.Reg.& Monachorum,vt ibidem in §.qui si claustralis,vers. Abbates, & vers. Abbatem,in quo vers. Abbatem glo.videns text.

Host. *Io. An.* *Spec. Hist.* *Inn.* *Dom.* *Inn.* *Io. Mo.* *Io. An.* *Inn.* *Alex.3* *Glo.*

loqui

loqui de Canonicis habentibus Abbatem, quæritur: quid si non habent Abbatem, sed Priorem, aut Prælatum alio nomine designatum? & respondet beneficium illius c. ad omnes Monachos, & reg. Canonicos extendi, adducendo d.c. Monachi. Modò Innoc.
Inn. in d.c.cum illorum, vers. Abbatis. quærens idem, quod glo. respondet, inquiens: idem intelligo de quolibet Priore, vel Prælato regulari arg. d.c. Monachi, vbi loquitur de regularibus, qui habent Priores, & non Abbates, quasi dicat: non est facienda differentia in nomine Prælati, dummodò sint regulares, quia c. Monachi considerat tãtum regularitatem, & generaliter loquitur de regularibus, & quia reperiuntur regulares, qui habent Priores, & non Abbates, de his etiam intelligitur d.c. Monachi, quod loquitur de regulari-
Butr. bus tantum, & hoc modo etiam intelligit Butr. in d.c. cum illorum, colum. 5. vers. in gl. super verbo Abbatem, dum quærens, an dispositio d. c. procedat in regularibus habentibus alium superiorem, quàm Abbatem, & respondet, quòd sic, quia tex. loquitur de omnibus regularibus: postea subdit, dum glo. dicit Canonicos Regulares, intellige, qui non habent Abbatem, sed Priorem, quasi dicat etiam de his, quibus contingere potest non habere Abbatem, sed
Abb. Priorem. Hanc etiam declarationem sentit Abb. in eod. c. cum illorum, col. 3. nu. 13. vers. in glo. in ver. per Abbatem, vbi inquit: cõclude, quod si Prior est in Monasterio loco Abbatis, vt quia Monasteriũ non habet Abbatẽ, sed Priorẽ, vt in multis locis, tunc habet lo-
Inn. cum iste tex. etsi Innoc. aliter intelligeret, sequeretur, quòd vel ipse ad probandum id, quod ex contrario prætenditur, allegaret tex. in c. Monachi, qui de directo probat contrarium eius, ad quod ipse adducit, cum expressè loquatur de Canonicis habentibus Abbatem, vel si absque ratione, vel lege hoc assereret, non esset sibi credendum, cum adsint multa iura, & hodie etiam multa Monasteria, in quibus probatur Canonicos Regulares habere Abbatem, sicut etiam ipsi Monachi non habent semper Abbates, sed interdùm Priores, sicut ipsi Canonici Regul. vt in cap. in singulis, de sta. Mon. in princ. ibi Abbatum, atque Priorum Abbates proprios nõ habentium & in c. eaque in fin. eo. ibi in Monasteriis, quæ non habent Abbates proprios, sed Priores, & in c. fin. de capel. Mon. ibi nonnulli Monachi in quibusdam Prioratibus habitant solitarij, & in c. hoc tantum, 18. q. 2. ibi Abbates, aliaque officia instituere, &

dicit

dicit ibi Archid. in verſ. officia; hoc ideò eſſe, quia in quibuſdam *Archi.*
Monaſterijs non ſunt Abbates, ſed loco Abbatum ſunt Priores.
Abb. in d.c. cum illorum num. 13. verſic. in glo. in ver. Abbatem & *Abb.*
in c. fin. de regular. ex quibus infertur non eſſe proprium Monachorum habere Abbates in Prælatos, nec ex natura eorum ordinis, ſed ex accidenti, & ſecundum quod habent Eccleſias Abbatiales. Canonici etiam Reg. habent ſuos Abbates vt in c. intellexìmus, de ætat. & qualit. vbi quidam Canonicus Reg. tranſiuit ad Monachos, poſtea ad cor reuerſus, redijt ad ſuos Canonicos, à quibus fuit creatus Abbas & in c. cum I. & A. de re iudic. vbi Canonici Regul. accuſauerunt eorum Abbatem, & not. ibi Abb. in 11. not. quòd quandoque Canonici Regulares habent Abbatem vt hic, quandoque gubernãtur, Prioris regimine, & in c. Monachi, de ſenten. excom. ibi, ſi contingat Monachos, vel Canonicos Regularis ſeſe inuicem in Clauſtro percutere, ſecundum prouidentiam ſui Abbatis eſſe abſoluendos, & in c. ſignificaſti, il ſecondo iunct. inſcriptione de homic. vbi illud capitulum dirigitur Abbati, & in corpore loquitur de Canonicis Regularibus eiuſdem Abbatis, & in c. 2. & in c. cum illorum de ſenten. excom. & tradit Abb. *Abb.*
in d.c. 2. in ſig. caſus, & in ſummario, & ibi per Butr. & in c. Cano- *Butr.*
nica eo. vbi etiam per Abb. & in c. cum in Eccleſijs cum inſcriptione de maior. & obed. vbi dictum capitulum dirigitur Abbati S. Victoris, & in c. ſtatuimus, 19. q. 3. vbi Vrbanus ſcribit ad Abba- *Vrb.*
tem S. Rufi, & probatur etiam in Concilio Turonen. primo in *Concil.*
capitulo 24. vbi loquitur de Abbatibus, in quibus Canonica vita *Turon.*
antiquitus fuit inſtituta, & adhuc hodie in toto orbe innumera extant Monaſteria Canonicorum Regularium, quæ habent Abbates, vt Pariſijs eſt Abbatia S. Victoris, Neapoli S. Petri ad Aram, Papiæ in Cœlo aureo, Vercell. S. Andreæ, & S. Marci in Caſtellia eſt Abbas, qui ſuis confert Canonicis Regularibus vigintiduo beneficia, Subaudiæ S. Mauritij, S. Sebaſtiani de Mantua, & S. Paterniani Fani, & S. Ioannis Euangeliſtæ Rauennæ, & aliæ. Imò non ſolùm habent Canonici Regulares Abbatias, ſed etiam Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias tanquam veri Clerici, licet nonnullæ earum, vt per Ioannem Andream, & in his no- *Io. An.*
ſtris libris dicitur, in ſęculares ſint redactę. Ex his patet Canonicos Regulares, vltrà Abbates, etiã habere Epiſcopos, Archiepiſcopos,

&

& Patriarchas, & licet in aliquibus Monasterijs loco Abbatum ipsi Canonici Regulares habeant etiam Priores, & Præpositos, tamen vtrique dicuntur constituti in Dignitate, sicut ipsi Abbates, vt de Prioribus tradunt DD. in c. nullus, nu. 6. vers. in fin. gl. de elect. in 6. Fel. in c. insuper nu. 2. vers. & pondera. de testi. Abb. in c. cum illorū colum. 3. num. 13. vers. in glo. in ver. Abbatem de senten. excom. & in c. cum in Ecclesijs in secundo not. de maior. & obed. Rip. in c. 2. num. 30. de iudic. Sylu. de beneficijs parte 1. q. 2. num. 39. Cassan. de glor. mun. par. 4. consider. 36. & de Priore S. Ioannis in Monte, & S. Michaelis in Bosco not. Archid. in c. 2. colum. 2. in princ. verbo scias, de præbend. in 6. & ibi Io. Andr. colum. 2. ver. & secūdum hoc Gemin. colum. 2. num. 10. vers. super secundo: Card. in Clem. 1. q. 7. de rescript. De Præpositis etiam quòd eandem habeant Dignitatem, quando alius non est superior in Monasterio, sicut Abbates not. Abb. in d. c. cum illorum. Sylu. in eod. tract. de benefic. q. 2. nu. 38. Dec. cons. ibi. colum. 1. vers. 4. facit, & in c. decernimus, colum. 3. ver. & quod dictum est de iudic. Cassan. d. considerat. 36. secundò respondetur, quòd licet Abbates, Priores, & Præpositi dicantur habere Dignitatem, tamen talis Dignitas magis competit Abbatibus, ac Prioribus, seu Præpositis Canonicorum Regulariū, quàm Monachorum: quoniam nomen Abbatis, primæua eius origine inspecta, est potius sollicitudinis, quàm ordinis, vel honoris, vt dicit glo. in c. tuam vers. non ascendat; & ibi per Abb. nu. 3. versic. in eo. de ætat. & qualit. glo. in c. ascendens, verbo Abbatem 50. distin. & competit cuilibet Præposito Collegiorum sæcularium, & vilium artium, vt declarat Alciatus in l. collegar, de verbor. signific. & antiquitus Abbas præstabat obedientiam Ostiario, & alijs in minoribus sacris ordinibus constitutis c. à Subdiacono, 93. distin. quia vt dicit ibi glo. in verb. Abbas tunc erant laici, & vocabantur Monachi c. cum ad nostram, c. cum causam, c. cum in Magistrum: c. officij, de elect. c. nullus, eo. in 6. & venit appellatione Monachi, c. fin. de simoniacis, & illiteratus poterat esse Abbas sicut Monachus. Dec. in c. cum in cunctis colum. 3. verb. Episcopus verò de elect. licet hodie propter Clericatum eis concessum, fit secus, vt ibidem per eum. Si quod verò Dignitatis Priuilegium habent, id est eis concessum ratione Clericalis ordinis, quo tenentur hodie insigniri c. 1. de ætat. & qualit. in 6. not. glos. in d. c. à Subdiacono,

Fel. Abb. Rip. Caßan. Archi. Io. An. Gemin. Card. Abb. Dec. Cassan. Glo. Abb. Glo. Alc. Glo. Dec.

cono, ver. Abbas. & in d.c. tuam, verſ. non aſcendat, in fin. qui Ordo Clericalis cum magis, & antiquitus competat Canonicis Regularibus, quàm Monachis, dicitur etiam ipſa Abbatia ſiue Prioratus magis ipſis congruere: nam inquantum quis eſt Canonicus Regul. poteſt eſſe Abbas, quia Canonico non repugnat aliqua Dignitas per ſe, cum ſit Clericus, qui eſt capax cuiuſcunque Dignitatis Eccleſiæ, quod non contingit in Monacho, qui, niſi efficiatur Clericus per accidens, non eſt capax Abbatiæ, nec alicuius Dignitatis. Propterea præferri debent Abbates Canonicorum Regularium tanquam priores in adipiſcenda Dignitate. Boer. de auct. mag. Concil. num. 6. & 11. circa fin. Nec facultas gerendi Mitram, & Baculũ, ac huiuſmodi Pontificalia competit Dignitati Abbatiæ de iure communi, niſi ex Priuilegio Abbati concedantur cap. Apoſtolicæ de Priuilegijs in 6. & ibi notant Geminianus, & Franciſcus num. 1. quod Priuilegium poteſt competere etiam Prioribus, & Præpoſitis, in quibus eſt eadem ratio, vt dicit glo. in c. Abbates, de Priuileg. in 6. Adeo quòd, ſi Priores, & Abbates Canonicorum Regularium illud habeant, & in eodem loco reperiantur, in quo Abbates Monachorum eodem priuilegio ſuffulti, certum eſt præferri debere Abbatibus Monachorum, tùm quia par in parem non habet Imperium, L. ille à quo, § tempeſtiuum ad Trebell. tùm etiam quia Canonici vti antiquiores, & eorum Abbates vti Abbatialis Dignitatis magis capaces præferuntur Monachis, & eorum Abbatibus. Sin verò reperiretur Abbas Monachorum cum Priuilegio gerendi d. Mitram, & Prior Canonicorum Regularium ſine Priuilegio, & eſſet in loco, in quo Mitratus maneret (quia aliàs nemo poteſt allegare ius præcedẽdi, niſi ſit ornatus indumentis gradui ſuo conuenientibus, vt not. Præpoſ. in c. Epiſcopos colum. 1. nu. 3. verſ. glo. tract. diſt. 17.) adhuc dici poſſet ipſum non eſſe præferendum Priori Canonicorum ſine Mitra. Nam ſequeretur abſurdum, quòd alij exiſtentes in Dignitate, vt Prior Clauſtralis, Magiſtri Theologiæ, & Doctores Iuris Põtificij, & reliqui Monachi vti ſequentes caput ſuum deberent præcedere Clericos ſæculares, quia in Proceſſionibus, & ſimilibus actibus publicis non ſit comparatio meritorum perſonarum, ſed Ordinum iuxtà ea, quæ not. Gemin. in c. quamuis il primo, §. quanquam, nu 3. de præben. in 6. Dec. in cap. 2. colum. 3. verſ. & hoc verum, de iudic.

Boer. *Gem.* *Fran.* *Glo.* *Præp.* *Glo.* *Gem.* *Dec.*

Felin. Felin. in cap. postulasti, colum.7. de rescript. Boer. de author. mag.
Boer. concil. num. 67. & tamen certum est Clericos sæculares præcedere debere. Abb. enim quando incedit Mitratus in Processione, incedir vti membrum, cuius capur est Episcopus etiam Mitratus. Præterea etiamsi diceremus ipsum Abbatem Mirratum præcedere debere, tamen eius Monachi illum sequi non debent, quia Priuilegium præcedendi concessum Abbati ratione Mitræ non extendirur ad Monachos, nec è conuerso, quando dispositum non est pro-
Butr. *Io. An.* portionabile vtrisque vt nor. Butr. post Io. And. in c. vniuersitaris, colum. 2. vers. in nouella, de senrenr. excom. sed dispositum in Abbate, vt præcedar propter Pontificalia, non congruit Monachis, quia sequeretur inconueniens, quòd Monachi, qui de iure postponi debent omnibus Clericis, illos præcederent, quod est contrà dispositionem iuris, maxime quia in Præcedentia attenditur Clericalis Dignitas, non autem Abbatialis. Ad quartam eorum rationem principalem, quæ est antiquiratis Ordinis Monachorum, vel anriquæ institutionis Monasticæ, eorumque vetustissimæ Religionis antè Canonicos Regulares, quia ipsi dicunt, quòd incępere à Paulo primo Eremita, & ab Antonio, qui fuerunt antè Augu-
Aug. stinum: cum Augustinus alleget S. Anronium in lib. confessionũ, dicendo: surgunt indocti, & rapiunr Cœlum: imò dicunr, quòd Ordo eorum incœperit ab Elia, & Elisæo, qui primò elegerunt vitam solitariam cum filijs Prophętarum; imò etiam dicunt, quòd Historia scholastica facit mentionem de quodam. Scarioth Abbate, quem discipuli planxerunt inconsolabiliter, & fuit antè Christum, vel tempore Christi, vt ipsi fingunt. Quibus respondendum tripliciter iuxtà triplicem suæ increpationis propositionem. Primò, si volumus antè Christi aduentum inchoare iuxtà præfiguratam eorum incœptionem, videlicet, Eliæ, Elisęi, vel nescio cuius Scariothis, sic Canonici Regul. præfiguratiuè dicent eos præcessisse: quia ipsi incœpere à Leuitis, quibus pendebant decimas laici, vt
Nu. 18. habetur. Numeri 18. & Deuteronomij 33. imò possent dicere Cle-
Deuter. 33. rici Regulares, quòd incœpere à Melchisedech, qui fuit summus Sacerdos. Paschalis enim Papa in Constitutionibus, quas fecit
Pasch. pro Canonicis Regul. quæ sunt Rauennæ in Canonica Portuensi, Venetijs in Monasterio Charitatis, Arimini, & alibi in varijs Canonicis, dicit: quòd istè Ordo Clericalis, & Canonicus cępit à Le-

uitis;

uitis;qui Deo ac Diuinis dedicati erãt: Vnde Deut.33. dicitur: in benedictionibus Leui profectio tua, & doctrina tua à viro Sancto tuo,quem probasti in tentatione:qui dixit Patri suo, & Matri suę: Nescio vos;& fratribus suis: Ignoro illos; & nescierunt filios suos, custodierunt eloquium Domini, & pactum seruauerunt: & Malachiæ 2.dicitur: Pactum meum cum leui,est vitæ,& pacis: lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius: labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent ex ore eius. Io.de Deo:lib.de dispensatione, in q.quæ incipit. Cum totum Regnum:dicit,quòd Ordo Canonicorum Regularium cœpit a Nazaræis seu Leuitis, qui seruiebant Templo. De eo,quod dicunt de Scarioth, dicendo, quòd liber Scholasticæ Historiæ non est Authenticus:si volumus secundò incipere à testamento nouo: aut incipiemus ab inchoatione remota, aut ab inchoatione propinqua: si ab inchoatione remota,puta,à Paulo, Antonio,Machario,& huiusmodi; tunc Canonici Regulares possunt dicere, quòd incœperunt ab Apostolis, quia Ecclesia canit de S. Augustino, quòd factus Presbyter Monasterium Clericorum mox instituit, & cœpit viuere secundum Regulam sub sanctis Apostolis constitutam, & ab Ecclesia dicitur Regula Apostolica. Sed in iure, qui prior est tempore,potior est in iure, extrà, de Reg.iu.in 6.c.qui prior. Item in c. antiqua, de Priuil. & in c. renouantes,dist.22. vbi sciendum, quòd omnes Apostoli,& eorum successores fuerunt Clerici Regulares, & vixere in communi,vt habetur,12.q.1.c.dilectissimis, & c. scimus, & c.duo,in medio Capituli. Idem etiam dicit speculator: est in secunda parte, & in 6.parte Rationalis. Similiter S.Thom. in 4.dist.38.ar.2. q.3. in responsione ad tertium argumentum, & 2.2.q.88.ar.4.vbi loquitur de voto, dicit, quòd Apostoli fecerunt tria vota, vt diximus. Aduertendum etiam, quòd nos rectè possumus dicere,quòd vita Pauli primi Eremitæ,& S.Antonij erat, & est pœnitus aliena à vita istorum Monachorum, quia ipsi non habebant vota Obedientiæ, cum non habebant superiorem,nec Castitatis, nec Paupertatis, quia Paulus fecit testamentum, & poterant accipere vxores, vt habetur,19.q.3.c.perlatum,§.contrà, vbi fit mentio de testamento Pauli primi Eremitæ, & sic in terminis ponit Glos.in c.ex parte il secondo,in verbo, constitutus. De conuersi. coniuga. & ita ibi notat Abb. de qua tamen causa tractatur

Deuter. 33. *Mal. 2.* *Ioa. de Deo.* *Spec.* *S. Tho.* *Glo.* *Abb.*

per Modernos in c. cum Ioannes Eremita, de fide instrum. Institutio ergo Monachorum viuentium in communi non habuit originem à Paulo: sed, quòd aliud sit esse Monachi ab esse Eremitæ, patet extra de sent. excom. in c. super eo. vbi dicit textus; Monachi, & Eremitæ: sed ista copula, &, de iure non ponitur nisi inter diuersa. Ergo clarè diuersi sunt Monachi ab Eremitis. Nota tamen, quòd possumus dicere, & melius, quòd vita, & Regula S. Benedicti fuit vita noua, & alia à vita illorum Eremitarum, videlicet Pauli, Macharij, Honophrij, & huiusmodi: vita autem Canonicorum Regularium non alia ab Apostolica, quæ erat in voto Communitatis, Castitatis, & Obedientiæ, & in Dignitate essentiali Clericali, vt supra habitum est: & etiam dicit Petrus de Palud. in 4. dist. 38. quòd Apostoli fecerunt tria vota. Archid. in cap. qui verè, 16. q. 1. dicit, quòd non est vita conformis inter Eremitas, & Monachos, quia Eremita potest contrahere Matrimonium, sed non Monachus, de quo per Glos. vltimam in c. scripsit, 27. q. 2. Tertiò & vltimò si volumus inchoare à principio propinquo, puta, à S. Benedicto, & verius, vnde dicuntur Monachi Benedictini, & Canonici Regulares ab Augustino, sic antiquiores etiam sunt Canonici Regulares, & priores Monachis S. Benedicti: quia Augustinus fuit antè S Benedictum per annos centum. Nam Augustinus fuit tempore Theodosij iunioris, vt ponit Eusebius, vel potius Prosper, qui adiunxit illi Chronicæ, & mortuus est anno Christi 434. sed anno Mundi, 5632. Benedictus verò fuit anno Christi 534. tempore Iustiniani Imperatoris, videlicet anno eius septimo, qui regnauit annis 36. Quoniam autem nonnulli in fauorem Monachorum allegant c. ex auctoritate 16. q. 1. Vbi Gregorius dicit: Monachis sacerdotibus figuram Apostolorum tenentibus, ergo &c. dicendum, quòd Monachi sacerdotes tenent figuram Apostolorum non propter statum, vel gradum Monachalem, qui etiam laicis competit, & inferior est omni Clerico, vt patet dist. 93. c. à Subdiacono. Sed hoc dixit propter sacerdotij Dignitatem, quam aduentitiam, & per accidens habent, quæ suprema est, & vigebat in Apostolis, vt patet etiam ibi in Glos. Nota, quia etiam dixit figuram, non successionem, quia sacerdotes in Canonicis Regularibus sunt successores Apostolorum; sed in Monachis est quasi figura, vel vmbra, quæ inferior est, quàm sint filij, & successores: vide 12. q. 1. c. illi, vbi dicitur,

Petr. de Palud. *Arch.* *Glos.* *Euseb.* *Prosp.* *Greg.* *Glos.*

tur, quòd Clerici sunt successores Apostolorum. Posset etiam hic aliter responderi ad priorem Institutionem, vel approbationem, quia omnia ista vera sunt, quando ista sunt inter pares eiusdem ordinis. Sed, quando est diuersitas status, non valet ratio; vnde vnus nouus Senator, vel miles præcederet omnes ignobiles etiam antiquissimos: Venetijs etiam, & alibi, nouus Nobilis præcederet vetustissimos populares; similiter sicut nouus Episcopus pręcederet omnes Abbates vetustissimos; sic etiam Canonici Regulares, qui sunt essentialiter Clerici, sunt nobiliores Monachis, qui possunt esse laici, & hoc argui potest per cap. statuimus, de Maior. & obed. Ad quintam rationem Monachorum, videlicet consuetudinis, quia dicunt, quòd consuetudo est pro ipsis, quia Romæ præcedunt, in Liguria, & Marchia Taruisina, in Gallia, in Germania, in Hispania. Dicendum igitur, quòd super falso fundati sunt, videlicet, quòd semper Romæ habuerint consuetudinem esse in loco digniori: Nam Canonici Regulares fuere in Ecclesia Lateranen. per Annos multos, & semper præcesserunt quoscunque Religiosos, & quoscunque Clericos, imò & Clericos S. Petri de Vrbe, & hoc propter Priuilegia Ecclesiæ Lateranen. quæ est Mater cunctarum Vrbis, & Orbis Ecclesiarum; & quia est sedes summi Pontificis, & ipsi erant Canonici Papę: Vnde Papa Paulus ostendit Canonicis S. Petri 19. *Paul.* Priuilegia tempore processionis, quomodo Canonici Regulares Lateranen. debebant præcedere illos S. Petri. Præterea in Ecclesia sanctæ Mariæ Nouæ in Vrbe, vbi nunc sunt Monachi Montis Oliueti, erant prius Canonici Regulares, vt patet ex Priuilegijs antiquis illius Ecclesiæ: & non poterat eligi Cardinalis Diaconus ibi, nisi de illa Congregatione Canonicorum Regulariũ S. Phrygdiani, quæ ibi vigebat, aut de aliquo alio loco Canonicorum Regularium, & hoc secundum Priuilegia, quæ ibi concessit Alex. III. instar sex Pontificum suorum Prædecessorum, & quia ibi frequen- *Alex. 3.* tius fiebant Processiones, illi Canonici seruabant Digniorem locum. Similiter in Ecclesia sanctæ Crucis in Hierusalem erant Canonici Regulares, & secundum Priuilegium Alex. III. instar Lucij *Alex. 3* II. quod est ibi in sacrario, non poterat ibi eligi Presbyter Cardi- *Luc. 2.* nalis nisi de græmio illius Capituli, vel de Cõgregatione S. Phrygdiani, aut de aliquo loco Regulari secundum Regulam Augustini. Quare etiam illi Canonici præcedebant omnes Monachos in

proces-

Proceſſionibus: multæ etiam aliæ Eccleſiæ Vrbis erant Regulares, ideſt Canonicorum Regularium, vt Eccleſia S. Chryſogoni,& 12. Apoſtolorum, qui præferebantur Monachis. Præterea in bulla
Alex.4. Alex.IV. quæ eſt apud S.Petrum in ſacrario, & per Eugenium IV.
Nic.5. fuit renouata, ſucceſſiuè verò per Nicolaum V. confirmata, vbi ponitur ordo Proceſſionum in letanijs S. Marci ſub pœna excommunicationis ſeruandus. In primo, & digniori loco ponuntur Clerici tàm ſæcu. quàm Regu. deinde Monachi. Item ſecundo loco ad illud, quod dicunt de letanijs S.Gregorij ſ. Maioribus ordi-
S.Greg. natis per S.Gregorium iuxtà illud, quod habetur in Voragine, vbi primò, vt dicunt, ordinabantur in digniori loco Clerici, deinde Monachi, deinde alij Religioſi;& Moniales: Dicendum, quòd hoc eſt contrà ipſos, quia in illis Clericis benè includebantur Clerici Regulares, ſeu Religioſi Clerici, ſicut in fratribus S.Franciſci includuntur etiam Obſeruantes; & Obſeruantes S. Dominici nō excluduntur ab alijs. Sicut enim Monachi obſeruantes ſunt Monachi S.Benedicti, ſicuti & cæteri laxiores: Nam ſecundum DD. Theologos,& Canoniſtas, Religio Regularis, vel Reformata,& non Regularis atque diſſoluta non differunt per eſſentiam, vt patet extrà in c.Relatum, ne Cler. vel Mon. in verbo, in ſuo Ordine reformari, & etiam ibi ad ſui Ordinis obſeruantiam reuertantur. Sed Canonici Regulares ſunt Clerici reformati vt de conſec.diſt.5.c.in omnibus,& de vi.& hon.Cler.c.quoniam, 19 q.1.c. duo Clerici,& infrà dicit, quòd ſi eſſent Regulares, q.d. etiam Regulares Clerici ſūt Clerici,& 20.q.3.in c.præſens, in fine, dicit Canonicos Religioſos, qui etiam ſunt Canonici, ſicut non Religioſi. Aduertendum etiam ex dictis Greg.XII. q.1.c. quia tua fraternitas, quòd in Vrbe erant
Greg.12 Clerici Regulares, quia mandat ibi Clericos eſſe ordinandos, & deducendos ad vitam communem in Anglia, & quòd viuant ſine proprio, ſicut fuit in Patribus noſtris. Ergo Clerici fuerant in Vrbe,& erant Regulares: nec illis antiquis tempotibus erant præbendæ in Eccleſia, vt patet expertis in iure: Cum ergo dicitur in letanijs, quòd Clerici præcedebant, ita intelligitur de Regularibus, ſicut de ſæcularibus. Clarè etiam cognoſci poteſt; quòd in Vrbe omnes erant Regulares per textum Vrbani Papæ exiſtentis in Vr-
Vrb. be, 12. q.1.c. ſcimus: vbi dicit, quòd vſque ad illa tempora totus Clerus Vrbis, & extra Vrbem viuebāt in communi, & emittebant

vota

vota paupertatis, & huiusmodi. Ergo Clerici Regulares tenebant digniorem locum, & non Monachi. Ad illud autem, quod dicunt, quòd scilicet est consuetudo alibi, puta, in Germania, in Gallia, in Italia, in Hispania, & huiusmodi locis; dicendum, hoc esse falsum. Nam in Concilio Constantien. pro Canonicis Regul. contrà Monachos determinatum fuit, quia ibi erat non exigua contẽtio, & actualiter positi sunt Canonici Regulares in digniori loco, vt patet per bullam Io. XXIII. quæ est in Camera Apostolica. Item in Concilio Basilien. similiter etiam nunc Canonici Regulares tempore Processionis stant in Choro cum Clericis sæcularibus in loco digniori. Item in Gallia in Archiepiscopatu Auinionen. Canonici Regulares stant in digniori loco: Nam ille Archiepiscopatus erat Canonicorum Regularium. Item in Hispania in omnibus locis. quia Clerici Regulares ponuntur in Choro cum Clericis sæcularibus; & consequenter in digniori loco, Monachi autem habent Capellas suas cum alijs Religiosis. Item Papiæ sunt Constitutiones synodales, quæ præponunt Canonicos Regulares omnibus alijs Religiosis, & Monachis cuiuscunque Ordinis, vt suprà. Ad sextam rationem Monachorum contrà Canonicos Regulares, quæ est ratione arctioris vitæ, quia dicunt Religionem ipsorum digniorem, quia arctior est, & quia potest esse transitus de statu Canonicorum Regularium ad vitam Monasticam, vt patet per c. sanè, de reg. & transf. & ita dicunt dicere Io. And. & alios DD. Modernos defendentes suas partes: dicunt etiam Canonicos Regulares inseruire laxiori vitæ, vt patet per c. quòd Dei timorem: huic rationi tripliciter, & sub breuitate potest responderi. Primò quidem: quoniam si hæc ratio militaret, & esset alicuius momenti, sequeretur, quòd Monachi deberent præcedere omnes Clericos etiam sæculares, quia sunt longè arctioris vitæ, & austeritatis, quàm ipsi, & etiam licet transire de statu ipsorum ad vitam Monasticam certius, quàm de vita Can. Regul. ad Monasticam: quia de ista sunt aliquæ dubitationes. Nam si Canonici arctius viuunt per suas Constitutiones, quàm Monachi, vt etiam de facto est aliquibus in locis, tunc non liceret secundum Io. And. & alios, quia, vt dicunt, magis consideratur vitæ præsentis austeritas, quam Regulæ, quæ non seruatur aliquando. Item si Monachi non essent Clerici; quia secundum S. Tho. non liceret. Item per decretum Vr-

Concil. Const.

Io. 23.

Concil. Basil.

Io. An.

Io. An.

S. Th.

bani

Vrb. 2. bani II. 19.q.3.c.statuimus,& mandamus,qui prohibet,quòd nullus Canonicus Regularis efficiatur Monachus, nisi propter lapsum carnis, vel nisi vbi nō inuenitur Regularis vita Canonica,aliàs stet vltimus in Choro, & portet cucullam in signum memoriale. Sed hoc non sequeretur de sæcularibus. Secundò sequeretur, si hæc ratio austeritatis militaret,quòd fratres S. Francisci de Obseruantia deberent pręcedere fratres S.Dominici;imò omnes alios Mendicantes, quia sunt austerioris regulæ. Amplius autem possemus dicere,quòd deberent præcedere omnes Clericos, tàm sæculares, quàm Regulares, quia sunt arctioris vitæ. Et licet quibuscunque presbyteris, vel Clericis transire ad vitam,& Ordinem ipsorum, vt de facto etiam fit. Sed tamen per DD.quando dicitur,quòd Prędicatores debent præcedere Minores, non assignatur alia ratio, nisi Institutionis antiquioris;vt habetur in c. quorūdam de elect. in 6.in Glos.& notandum, quòd dicit antiquioris institutionis, & non approbationis Regulæ, vt multi allegant, quia D.Dominicus non fecit Regulam, sed secutus est Regulam S. Augustini, quam speculum Clericorum appellamus, quia ipse fuit Canonicus, siue Clericus Regularis. Tertiò dicendum pro verissima conclusione secundum doctissimos Theologos, & Canonistas;quòd arctitudo Regulæ,vel vitæ non facit ad Præsidentiam,vel Nobilitatem vnius Religionis,vel vnius status ad alium,licet faciat ad ingressum, vel transitum, vt dicunt DD. aliàs vnus austerissimus Eremita, vel vna sancta Vetula essent præferendi Episcopo, vel Cardinalibus, aut sacerdotibus:seu Iesuati, qui iam dudum incedebant discalciatis, vel nudis pedibus, debuissent præferri sacerdotibus, & Clericis, quod fuisset inconuenientissimum. Archid.enim in c.Mandamus, 19.q.3. dicit hæc verba: vtraque Religio videlicet Canonicorum Regularium, & Monachorum ordinantur ad opera vitæ Contemplatiuæ, inter quæ præcipua sunt ea, quæ aguntur in Diuinis Mysterijs, ad quæ directè ordinatur Ordo, & vita Canonicorum Regularium,quibus per se competit,vt sint Clerici, vt 16. q.1.c.1. & c.generaliter:hoc idem dicit S.Tho.2.2. q.189.ar.4. in responsione ad secundum argumentum. Vbi dicit,quòd Ordini Canonicorum Regularium per se competit, quòd sint Clerici Religiosi: sed ad Religionem Monachorum dicit, quòd non per se competit, quòd sint Clerici, sed per accidens: sed quando aliquid competit

Margin notes: Glo. — D. Do. — Aug. — Arch. — S. Tho.

alicui

alicui per se, quod facit ad Dignitatem, vt Ordo Clericalis semper competit ei,& est dignius illo, cui per accidens competit: sicut filio Regis Franciæ, aut Nepoti per se competit, quòd sit de domo Regia: alteri verò facto de domo Franciæ à Rege, Priuilegio, aut alio modo vt nobilitetur, per accidens est talis, & est minus dignus eo, qui est naturaliter talis. Vnde dicitur: quòd omne quod est per naturam tale, quòd idem est, quod per se tale, est magis tale, quàm quod est per accidens tale vt ff. de tutel. l. qui habet, §. 1. Aduertendum etiam, quòd in tota natura humana nulla est maior Dignitas sacerdotali, in qua includuntur reliqui Ordines, quia per eam homines efficiuntur quodammodo Dij. Vnde Augustinus dicit: quòd Deus factus est homo, vt homo fieret Deus, scilicet participatione, quanta reuerentia Imperatores Ordinem Clericalem extulerint; patet in Authen. quomodo oportet Episcopos, colum. 1. quæ dicit: Maxima sunt Dei dona à Cęlesti collata Clementia: sacerdotium, & Imperium, & notandum, quòd sacerdotium præponit vt supremum, & dicit ibidem: omnem suam Imperij salutem ab ipso dependere; & intelligit per sacerdotium totum Ordinem Clericalem, vt in §. semel autem ibi non relinquat sacerdotium; loquendo de Subdiacono, & vocat ibi, Reuerendissimos, Clericos. Hoc quoque confirmat illa Sanctissima Constitutio de Sanctissimis Episcopis, & Reuerendissimis Clericis colum. 9. Item 11. q. 1. in c. sacerdotibus. Gregorius scribit Imperatori, quanta Reuerentia erant apud Gentiles etiam sacerdotes Idolorum. Pro Conclusione ergo argumentum non valet: austerioris sunt vitæ: ergo sunt digniores, sed benè, sunt sanctiores: aliàs summis Pontificibus digniores essent Conuersi, vel laici sancti Religionum, & Conuersi Monachorum essent digniores suis Abbatibus latius viuentibus: Ad hoc bonum argumentum est 1. quæst. 1. in cap. dedit. vbi dicitur, quòd Iudas dedit baptismum plenum, & perfectum, quem Io. Baptista dare non potuit, quia in Maiori Dignitate fuit Iudas, licèt sanctior fuerit Ioannes Baptista, & est textus Augustini. Elucidius hoc probatur per responsiones huiusmodi. Primò respondetur: Arctitudinem vitæ non esse in consideratione quò ad Prælationem, in qua attenditur sola Prioritas Institutionis Clericalis Dignitatis, sed tantum quò ad ingressum, vt declarat Archid. in c. 1. 18. q. 1. Nam religiones Monachorum, & Canonicorũ Regula-

Aug. *Greg.* *Archi.*

Io. An. rium concordant secundũ Io. And. in d.c. quòd Dei timorem, ver. aliter: quia ambæ pariter prohibentur audire leges, & Physicam; & ambæ æquiparantur in obedientia c. cum in Ecclesijs, de Maior. & obed. in abdicatione proprij c. super quodam, de sta. Monachor. in castitate, c. 1. de voto, in 6. & in communi vita, cum simul comedant, & dormiant, c. Quoniam, de vi. & honest. Cleric. & vtraque facit Prouinciale Capitulum, cap. cum in singulis: de sta. Monach. aliàs sequeretur, quòd omnes Obseruantes deberẽt prçcedere Conuentuales, & fratres Minores deberent præcedere Prçdicatores. Secundò respondetur, quòd maior ratio transeundi ad aliam religionem est Clericatus, quàm arctitudo, quia secũdum
D. Th. D. Tho. in 2. 2. q. 189. & Doctores in d.c. quòd Dei timorem. antequam Monachi essent Clerici, poterant transire ad Canonicos Regulares licet maiorem arctitudinem haberent Monachi, quàm Canonici, & tamen Canonici non poterant transferri ad Monachorum Ordinem, imò si Monachus hodie esset laicus, posset trans-
Arch. ferri ad Canonicos Regulares, vt expresè dicit Archid. in c. Mandamus, 19. q. 4. ex quo patet, quòd magis ponderatur ratio Clericatus, quàm arctitudinis ad hoc, vt transitus fiat de vna Religione ad aliam. Tertiò respondetur: quòd Monachorum vita ideo dicitur arctior, quia tunc temporis Monachi habitabant in syluis, & extrà Vrbes c. quia in Insulis, de Regular. vbi ob id dura appellatur Monachorum Congregatio, & è conuerso, Regula S. Augustini laxior, & benignior. Verùm hodie ipsi Canonici Regulares per eorum ordinationes ita se arctauerunt, vt temporibus nostris nemo iudicauerit Canonicorum viuendi modum minoris esse austerita-
Io. An. tis, quàm Monachorum, in tantum, vt dixerit Io. And. in c. sanè in
Card. princ. quem ibi sequitur Card. colum. 2. ver. 2. quæro, quòd licèt fratres Prædicatores habeant Regulam S. Augustini laxiorem, tamen propter Constitutiones, quas fecerunt in tantum se arctarunt, vt eorum vita videatur strictior vita Monachorum, ita vt d. Prædicatores transferentes se ad vitam Monachorum, non euitarent
Abb. Apostasiam: sequitur ibid. Abb. colum. 1. num. 5. ver. secundũ. Sicut contrà, ipsi Monachi non habent hodie illam arctitudinem, cum è syluis (vt dixi) egressi sunt ad Vrbes, vbi licèt ingentia, & pulchra ædificia ad Dei honorem, & populorum consolationem construxerint, religionis tamen austeritati non parum derogarũt,

cum

cum in illis maxima corporis, & animi ſolatia capiant. Et propterea dicitur in d.c.ſanè, quòd ſi Canonicus Regularis ſe tranſtulerit ad Monachos, quorum Monaſterium ſit laxioris Religionis, quòd tenetur redire ad primum, ſecus ſi ſit ſtrictioris, & ibi poſt Innoc. Butr. Card. & alios not. Abb.num.4. ver.ſed contrà, quòd ad validitatem ingreſſus non conſideratur Regula antiquitus inſtituta, ſed modus viuendi de præſenti; quod dicit eſſe notādum, quia multi decipiuntur aduertentes ſolùm ad Regulam vtriuſque Monaſterij antiquitus inſtitutam, & non ad modum viuendi de præſenti, de quo etiam per Archid. in d.c. Mandamus circa princ. 19.q.3. & ideo Monachus poſſet hodie tranſire ad Canonicos Regulares, ſi ſtrictiorem vitam teneret, vt not.Io. And.& alij in d.cap. ſanè.Lap.alleg.62.Card.conſil.78. colum.2. S.Tho.2.2. q.vlt. prout conſiderato præſenti ſtatu eorum eſt ſtrictior. Quartò reſpondetur: quòd cum arctitudo vitæ ſit inducta pro humilitate carnis per ieiunia, & orationes, vt dicit tex.in c.tres ſunt, circa fin. de pœnitent.diſt.1.& primus gradus humilitatis ſit ſubdere ſe maiori, & non præferri minori ſecundum glo. in Clem.1. ver.humilitatis, de Relig domi. deberent Monachi poſteriores ponere ſe Canonicis Regularibus, ſiue ſint illi pares, ſiue inferiores. Non obſtat etiam, ſi diceretur Ordinem Clericalem nulli dari propter meritum, & nulli competere eſſe Clericum, niſi ordinem accipiat ab Epiſcopo, vel habente auctoritatem, & ideo cum Monachi ordinantur, ſicut Clerici habent id, quod competit Clericis. Quia reſpondetur Canonicos Regulares non hoc temerè aſſerere, vt in vtero Matris, & ab ipſis cunabulis ſe Clericos natos dicant, ita vt non indigeant Epiſcoporum ordinatione, ſed hoc tantum intendunt, quòd ipſorum religio ad hoc principaliter eſt inſtituta, vt eius profeſſores in Clericatu etiam in Diuinis Myſterijs Deo inſeruirent, & non ſolùm ſibi ipſis, ſed cūcto populo Chriſtiano vtilitatem afferant: Monachorum verò religio ad hoc principaliter fuerit inſtituta, vt Deo ſeruirent in ſolitudine, & in Inſulis, & abſque ordinum ſuſceptione cum ſilentio ſibi ipſis ſoli incumberent, licèt poſtea ad Vrbes reductis, fuerint eis gratioſè conceſſi ordines: & ideo patet, quòd Clericalis Ordo prius competierit ipſis, quàm Monachis, vt dicebat S.Thomas, & alij ſuprà adducti. Quare, vti priores in Clericatus ordine, debent præferri poſterioribus, quia priuilegium

Inn. *Butr.* *Card.* *Abb.* *Archi.* *Io. An.* *Lap.* *Card.* *S. Tho.* *S.Tho.*

Clericatus illis concessum intelligitur sine præiudicio Clericatus anterioris ipsorum Canonicorum Regularium, c.quamuis, de rescript.in 6.lib.2.§.meritò;ne quid in loco pub. cum similibus: Minimè etiam obstat, quòd Canonici Regulares non successerint in locum Clericorum primitiuæ Ecclesiæ,nec sint illi essentialiter,sed quòd eorum loco sint deputati Clerici sæculares, qui differunt ab ipsis Canonicis Regularibus, quia illi possunt condere testamentum de bonis paternis,c.Raynutius,c.Raynaldus, de testam.quod est interdictum Canonicis, non viuunt in communi,nulli pręstant obedientiam, nisi Episcopo in quibusdam,& si Canonici Regulares inuicem se percusserint, pro absolutione non tenentur mittere ad Sedem Apostolicam, prout tenentur facere, quando percutiũt Clericum sæcularem c.cum illorum,de sentent.excom. Item Clericus sæcularis infirmus, & mortis conscius petit habitum Canonicorum Regularium, vt in c.sicut nobis, de Regular.& Clericus sæcularis factus Canonicus Regularis amittit ea, quæ erant Canonicorum sæcularium, & efficitur regularis,& transit in potestatem Prioris d.c.sicut nobis, c.non dicatis, 12.q.1.sicut contrà: Monachus transiens ad Ecclesiam sæcularem non tractatur vt persona Prioris Collegij Monastici,c.ne pro cuiuslibet,16.q.1. gl.in Clem. ne in agro,§.ad hæc,ver. ad Claustrum; de sta. Monac. Et quia ipsi Clerici sæculares pręferuntur omnibus Regularibus,& ipsis etiam Canonicis S. Augustini. Ideo ponunrur diuersi tractatus, vt in rubrica,de vi.& honest.Cler. & in rub.de stat. Mon. & Can. Regul. Quoniam pro responsione considerandum est, quòd cum tempore Apostolorum vnica tantum esset religio, scilicetClericalis fraternitatis, nec nomina Clericorũ sæculariũ,siue Religiosorum,aut Canonicorum Regularium, vel Religiosorum in vsu essent, incœperunt illi Clerici,qui in communi vita remanserunt,& à laicis distincti fuerunt, vt fuit suprà dictum,à primo feruore charitatis, & deuotionis etiam ipsi refrigescere, ac nonnulli ex ijs propria possidere; quos Diuus Augustinus videns,à propria perfectione deficere,post susceptos ordines sacerdotales à S. Valerio Hipponensi Episcopo,statim Monasterium Clericorum instituit,ac viuere cœpit secundum Regulam Apostolorum, vt ipse testatur lib.9. confes.& in sermone qui incipit:charitati vestræ, vbi alloquens Ianuarium, qui simulabat viuere velle cum ipso, & ei describens vitam

Glo.

D. Au.

Apo-

Apostolorum, inquit: quomodo viuere velimus, quomodo Deo propitio viuamus, ipsa de actuum Apostolorum vobis lectio recitatur, vt videatis, vbi sit descripta forma, quam desideramus implere, & in secundo sermone, qui incipit: Propter quod volui, inquit: qui societatē communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in actibus Apostolorum, deserit, à professione sua cadit. Atque inde facta fuit distinctio Clericorum sæcularium ab ipsis Clericis Regularibus, vt, qui desciuissent à norma, & regula Apostolorum, quam Augustinus quotidie docebat suos Clericos, mutato nomine Regularium, quod professi erant, vocarentur sæculares, vt dicit glo. in c. licet in corrigendis, in ver. sæcularis, de offi. ord. ita vt, dum vocantur Clerici, participent cum religiosis vsurpato nomine, vt dicit Spec. de rationali diuinorum, c. 89. num. 6. dum verò vocantur sæculares, participent cum laicis, vt declarat Abb in d c. licèt, colum. fin. num. 5. ver. in glo. 2. & per Hostien. in sum. de vit. & honest. Cler. §. & quibus in prin. qui verò Apostolorum regulam retinuissent, & sub illa sanctissimè viuere perseuerassent, vt Canonici S. Aug. digniori nomine Reg. nuncuparentur, vt declarat Præp. Alexan. in d. c. 1. colum. 4. ver. tertium tempus, dist. 44. vbi omnia tempora distinguit. Ex quibus infertur non solùm Canonicos Regulares non differre ab antiquis Clericis, sed etiam magis commēdandos propter obseruantiam, & perseuerantiam in eorum Regula, cum perseuerantes in bono dicantur esse melioris conditionis c. si ex bono. de pœnit. dist. 4. c. eum qui, de præben. in 6. cum alijs, de quibus latè per Rom. in l. si verò, §. de viro, fol. 34. fol. mat. & magis laudantur obedientes, quàm contumaces cap. contingit, de dol. & contum. & præmium, non damnum consequi debent cap. 1. vers. nos igitur, de postul. prælat. c. peruenit de fideiuss. Clerici verò sæculares cum liberius viuant, & vt laici, ex tolerantia Sedis Apostolicæ permittuntur in laxiori vita, vt per glo. in cap. quoniam in ver. in vna domo, & ibi per But. col. fin. ver. oppono, cum glo. Abb. in d. c. Deus qui, col. fin. ver. Item dic de alijs, & ideo S. August. in c. certè, 12. q. 1. vocat Clericos sęculares, claudos, quia, cum non profiteantur more illorum antiquorum, stant in statu imperfecto ad perfectum, in quo erant instituti ab Apostolis. Quare cum Canonici Regulares in vita, & institutione conueniant cum Clericis primitiuæ Ecclesiæ, non curandum est dę accidentali differentia

Glo. Spec. Abb. Host. Præpos. Alex. Rom. Glo. But. Abb. S. Aug.

Cleri-

Clericorum sæcularium, cum quibus nulla est controuersia cum Canonicis Regularibus,& licèt hodie ipsi Clerici sæculares præcedant, id est ex eo, quia pro eorum superiori habent Episcopum, qui præfertur omnibus Monachis, & Religiosis, cum Ecclesia Cathedralis sit præ cæteris honoranda c. quamuis, il primo §. quanquam de præben.in 6.per quem tex.concludit ibi Gemin.in prin. nu.3. quòd Canonici sæculares Cathedralis Ecclesiæ debent præferri etiam Abbatibus,quando processionaliter incedunt,vt etiam per Felin.& Bart.in c.Pastoralis,colum.fin.de offic.deleg.nam mẽbra sequuntur suum caput c.non liceat,in prin.de præscript.vt etiã inferius dicetur: ex his tollitur,si diceretur Clericos,quos dicimus repræsentari à Canonicis Regularibus, non fuisse vocatos Canonicos, sed Clericos simpliciter: quia respõdetur, quòd facta prædicta distinctione sæcularium,& regularium, qui seruarunt regulam Apostolorum, quæ est illa eadem tradita ab Augustino, dicti fuerunt regulares, tùm ratione sæcularium, tùm respectu nouarum Confraternitatum,quę successiuis temporibus insurrexerunt, vt fuerunt ipsi Monachi, post quorum ordinationem nomen Canonicorum fuit repertum: nam in Decreto vix reperitur nomen Canonicorum, nisi post institutionem Monachorum in Ciuitatibus congregatorum, cum tunc antea ipsi Monachi, vti locustæ, in solitudinibus errarent, atque inde nomen Canonicorum fuit in vsu, quod significat Clericum Collegiatum. Non obstat etiã,quòd licèt Canonici Regulares fuerint instituti ad instar Clericorum antiquorum, tamen propter nouas qualitates illis iniunctas ab Augustino in sua Regula,in qua mandauit specificè emitti debere tria vota, quorum aliqua non erant prohibita illis Clericis, videtur inducta mutatio illorum status iuxtà not. in l.ius ciuile, de iust. & iu. Quoniam respondetur,primò antiquos Clericos professos fuisse tria vota, vt fuit suprà probatum. Secundò,etiam si expresśè non fuissent professi, negari non potest, quin saltem tacitè illa obseruauerint,& expresśę, & tacitæ professionis eadem est vis c.1.c.non solum, c.constitutionum vers.alijs de Regular.in 6.cap. vnico de voto,eo.Clem.fin.de Regular.S.Tho.4.sentent.distin.38. q.3.in respon.ad 3.arg.Tertiò respondetur,quòd S.Augustinus in speculo suo non præcepit suis Clericis,vt expresśè,ac specificè profiterentur, sed inquit, quòd debeant viuere in communi, præstare obedien-

Gem. *Felin.* *Bart.* *S. Tho.* *S. Aug.*

obedientiam suis maioribus,& viuere in castitate, quæ omnia seruabant etiam illi antiqui Clerici. Quartò etiam si antiqui Clerici nec tacitè, nec expresè fuissent professi, cum tamen hæc noua professio non possit dici fuisse inuenta ab Augustino ad alium effectum, quàm ad augendam suorum Clericorum perfectionem, non debent inducta ad argumentum operari diminutionem, l. Mancipia instruct.l.si quis legauerit de auro, & arg.leg. sicut inducta ad fauorem non debent retorqueri in odium, l.quod fauore, C.de legi. Prout etiam idem videmus in ipsis Clericis sæcularibus, qui cum nec tacitè, nec expresè profiteantur, nec etiam quid minimum Regulæ antiquorum Clericorum obseruent, cum ab illis in substantialibus,in viuendi modo,& in ipso etiam nomine declinauerint, retinent eorum prærogatiuam Clericatus,licèt ex tolerantia Pontificum: quantò magis ipsi Clerici Regulares eorum prærogatiuam perdere non debent, qui non solùm ab illorum Institutis in nihilo deuiarunt, sed potius perfectionem auxerunt; arg.c.recolentes, de sta.Monac. & honor auctus non mutat qualitatem personæ, vt de Monacho facto Episcopo, & de Tabellione facto Doctore, tradit Bald. in l.falsa demonstratio,§.1. colum.1. de cond. & demonstr. sicut etiam hoc idem patet in Monachis, qui eorum antiquitatem quærunt deducere ab Antonio, Hilarione, & alijs, qui, cum fuerint Eremitæ, non profitebantur nec tacitè, nec expresè, & tamen ipsi expresè profitentur. Quintò respondetur etiam, quòd ab Augustino esset aliquid additum de nouo, cum tamen substantia Clericatus, quæ erat in illis Clericis, non sit variata, non dicitur noua Religio inducta ab eo, vt not. Bald.in d. l.ius ciuile in prin. quem ita declarat Abb.in c.2. colum.3.num.2. vers.nota,quòd illud,de transact. Epis.Rip.in l.ædita num.36.vers. 4.non videtur, C.de edendo, præsertim quando id,quod additur, non prouenit ex noua causa non inclusa nec in genere, nec in specie.Abb.in cap.2.col.9.vers.pone,de libell.oblat. Castren.in l.scire debemus,num.5. vers.vlt.quæro, de verb.oblig. & ideo dici solet, quòd Ordo Reformatus dicitur idem, & non diuersus c. relatum ibi in suo Ordine, ne Cle.vel Mon. & per Abb.in c inter quattuor, de Religios.dom. Felin.in c.ad nostram,de appell.& patet in fratribus S. Francisci, qui non possunt ex substantiali eorum professione possidere proprium in communi,vel in priuato.Clem.exiui, de

Bald. *Bald.* *Rip.* *Abb.* *Castr.* *Abb.* *Felin.*

verb.

verbor. significat. & tamen hi, qui sunt non Obseruantes, possunt ex permissione Apostolica, & tamen sunt, ac dicuntur de eodem Ordine, quod etiam licet intueri in Regula sancti Dominici, Benedicti, Augustini. Ad septimam rationem Monachorum, quae est Nobilitatis, & Dignitatis Clarissimorum virorum, qui breuiter dicunt se habuisse plures summos Pontifices, plures Patriarchas, plures Archiepiscopos, plures Episcopos, & Abbates, quàm habuerint Canonici Regulares, & omnes alij ordines. Item plures sanctos Canonizatos, quàm habuerint Canonici Regulares. Imò gloriantur, quòd habuerint plures sanctos, quàm habuerint caeteri Religiosi Mendicantes, ac non Mendicantes. Quibus respondendum, & breuiter dicendum est; quòd secundum Specul. omnes sūmi Pontifices primitiuae Ecclesiae fuerunt Clerici Regulares, puta, Petrus, Linus, Clemens, & huiusmodi, vt expresse patet per textū S. Clementis. XII. q. 1. c. dilectissimis: vbi ostendit omnes Clericos primitiuae Ecclesiae fuisse Regulares. Nam in fine illius Capituli ostendit, quomodo omnes parebant Regulis Apostolicis. Ergo Regulares erant, & sic Patriarchae, Episcopi, & Archiepiscopi successiuè Regulariter vixere emittentes vota Paupertatis, quia in communi viuebant vsque ad Vrbanum Papam inclusiuè, vt habetur 12. q. 1. c. scimus, vbi expresse demonstrat, quomodo vniuersus Clerus Regularis erat, & vota emittebat, sicuti nunc faciunt Clerici Regulares. Item in cap. duo, 12. q. 1. dicit Hieronymus, quòd Clerici debent habere omnia communia. Sed, quòd supradicta vota in Apostolis fuerint, multipliciter argui potest. Primò namque per sententiam Augustini summè rationabilem, qui vult, quòd non fuerit aliquis sanctus, qui ita intellexerit Doctrinam Euangelicam, sicut fecerunt Apostoli, qui fuerunt conuiuentes cum Christo, & qui ita perfectè impleuerint Euangelicam perfectionem, sicut ipsi fecere lumine Diuino illustrati, & accensi. Item hoc confirmari potest per verba Pauli Apostoli, qui dicit de se ipso, & de alijs Apostolis: Nos qui primitias spiritus accepimus, quasi velit dicere, quòd ipsi Apostoli acceperūt primos gradus communicationis spiritus Sancti, & ex consequenti operati sunt maiora, & perfectiora opera, quàm fecerunt reliqui omnes sancti videlicet Benedictus, Basilius, & alij, Itē hoc deduci potest per illud, quòd communiter disputatur, & quaeritur, videlicet, an Patriarchis,

Spec. S. Cle. Hier. Aug. Rom. 8.

chis,& Prophetis, reliquisque sanctis antè Christi Aduentum, vel post Apostolos fuerit data maior copia spiritus Sancti, quàm ipsis Apostolis,& breuiter tenetur, quòd non, & quòd nec Abraham, nec Dauid,nec S.Benedictus,vel Paulus primus Eremita, vel S. Antonius,vel S. Dominicus, vel S. Franciscus habuerunt tantam copiam spiritus Sancti,sicut Apostoli,nec ita perfectè vixere,nec ita Regulares sunt ipsi. Item hoc potest probari per illud Thom. in 4.dist.38.ar.2.q.3.in responsione 3. arg.vbi dicit: quòd in primitiua Ecclesia erat iste modus Regularis, qui nunc seruatur in istis, Regularis: licèt ipsi non habuerint istas Regulas nouissimas. Item etiam dicit Petrus de Palu. in 4.in ea. dist. vbi tenet: quòd omnes Apostoli emiserunt tria vota,sicut nos Religiosi facimus, quia omnes illi erant Clerici Regulares. Hoc ipsum quoque tenet Tho. 2.2.q.88. ar.4.vbi loquitur de votis in responsione vltimo argum. vbi affirmat, quòd Apostoli emiserunt tria vota,& ita fuerunt Regulares. Cum autem indubitanter habeatur, quòd omnes fuerint Clerici. Ergo Regulares Clerici. Vbi sciendum est; quod deficiente feruore spiritus Sancti, & amoris Diuini, Clerici, qui dicti sunt sæculares, deflexere ab illa perfectione Apostolica, & à vita communi,& ob hanc causam postmodum dicti sunt Clerici sæculares: quia sicut sæculares voluerunt habere de proprio, & laxius viuere,vnde in primitiua Ecclesia non erant præbendæ, quia illis erant omnia communia: vide glo.in c.licet de offi.iu.ord.in verbo sæculares; Augustinus igitur voluit imitari istam vitam Regularē Apostolicam vt est,12.q.1.c. Nolo,vt aliquis. c.Non dicatis,& c.certè, quam Regulam, quamprimùm multæ Ecclesiæ Cathedrales susceperunt, vt suprà dictum est: ergo fuerunt plures Pontifices Regulares, quàm Monachi: & in signum huius habetur, quòd omnes summi Pontifices portant Tunicam Albam, quæ est habitus Canonicorum Regularium. Vnde etiam notandum est: quòd omnes Religiosi cuiuscunque Religionis, si assumantur ad Apicem Episcopalis, vel alterius superioris gradus Dignitatis,tenentur deferre habitum Religionis propriæ, Canonici verò Regulares,cum ad præfatas assumuntur Dignitates,non secus vestiuntur, quàm cæteri Episcopi,& Prælati non Religiosi, cum non sint alterius Religionis,quàm Clericalis Regularis, & nota, quòd habitus Monachorum, aliorumque Ordinum proijciuntur à summis Pontifici-

D. Th. Petr. de Pal. D. Th. Glo. Aug.

bus, induunturque Tunica Alba lanea, & similiter linea in signum primę perfectionis Apostolicæ, quia Apostoli induebãtur vestibus albis;vt ponit Nicolaus de Lyra super illud Apocalypsis, 5. equus Albus: & à Mahometo Apostoli dicebantur homines dealbati. S. Hieron.etiam scribit in lib de Viris Illustribus de S.Iacobo,qui rexit Ecclesiam Hierosolymitanam, quomodo induebatur habitu lineo. Præterea de sanctis dicendum est: quòd Clerici Regulares fuerunt in maiori numero sancti,& Canonizati,quàm fuerint sancti cuiuscunque Ordinis, quia tot Pontifices, & Episcopi martyres Clerici Regulares fuere, & quamplures etiam sunt mortui absque effusione sanguinis in maxima sanctitate, quàm de Reliquis alij Ordinibus Monasticis,vel Mendicantibus. Possumus etiã arguere,quòd sacerdotes induebantur tunica linea, quia teneban tur se conformare Episcopis: vt habetur, 16.q.7.cap.in noua. Sed Episcopi tenentur publicè habere habitum lineum, id est Rochetum;vt habetur de vi.& honest. Cler.c. Clerici. Quoniam autem nonnulli dicunt, quòd Canonici Regulares per professionem degradati sunt à Dignitate Clericali, dicimus, quòd Episcopi, qui præstant iuramentum fidelitatis summo Pontifici,& etiã Cardinales similiter suæ derogant Dignitati, quia iuramentum, & votum pariformiter ambulant:quia vouere est firmiter promittere, quod etiam includit iuramentum, vt patet hominibus doctis. Nam,secundum magistros, votum est promissio melioris boni ex deliberatione firmata: vnde Petrus tertiò adiuratus fuit à Christo,vt habetur in c. significasti, de elect. Clerici ergo, qui aliquando suscipiunt vota de consensu suorum Prælatorum, vt habetur extrà de vo.in c.Magnæ, & c.fin.cum toto titulo de voto,non essent Clerici secundum hanc rationem. Talia enim vota sunt remedia spiritualia, & Medicinæ virtutum, animarumque conseruandarum optima condimenta. Amplius dicendum etiam, quòd Apostoli vouerunt, vt suprà dictum est, & omnis status Clericalis maxime in sacris Ordinibus includit promissionem Castitatis,& Obedientiæ. Imò, secundum DD. vnus ex modis emittendi votum solemne est sacri Ordinis susceptio, vt patet, dist.23. in c.quanquam, vbi dicitur: omnibus,qui in sacris ordinibus mãcipantur,expedibile est,vt promissionis suæ vota sub cautione spondeant: Idem habetur,dist. 28. in c. de his, vbi dicitur de professione Clericorum ad Castitatem;

Nic. de Lyr.

S. Hie.

tem,& dist.32. in c.lectores,& Deus consulit per Prophetam,dicēdo:vouete,& reddite. Ergo vota non sunt ad destructionem Dignitatis Clericalis, vel alterius Dignitatis, quia idem esset de iuramento, cum paria censeantur à DD. & omnes Prætores, & Principes iurant fidelitatem,& Deus iurauit,& non pœnitebit eum. Item si professio corrumperet statum,ergo & statum Monachalem,quia primò professionem non emittebant,vt patet de Paulo, Antonio, & alijs,vt suprà dictum est. Host.in c.per tuas, extrà de vo. dicit: quòd ideo ille Canonicus Regularis profitetur antequam ordinetur Episcopus, vt sanctius ordinetur; quia Religio addit gradum. Ergo Clericatus, siue status Regularis perficitur potius,quā amittatur. Archid. super c.certè,12.q.1. tenet, quòd Episcopus cum consensu Clericorum,vel Canonicorum possit statuere,quòd nullus Clericus ordinetur, nisi voueat vitam commu–n, & castitatem,& hoc ad perfectionem vitæ spiritualis,ergo quæ sunt ad perfectionem vitæ,non sunt dicenda esse ad destructionem status Clericalis. Vrbanus Papa in Decreto suo,cuius pars est,c.scimus,12. q.1. dicit: quòd qui non seruauerit vitam communem in Clero, Anathema sit; & illud decretum diuidit Isidorus in Capitulis 11. Vota igitur sunt ad perfectionem vitę Clericalis,& non ad destructionem, quia votum non est aliud, nisi firma deliberatio perfectionis electæ implendæ secundum Theologos. Sed quomodo votum castitatis emittant Clerici ordinandi vide,28. dist.c.de his, & ibidem in multis alijs Capitulis. Ad illud verò, quod dicunt, quòd Monachi sunt Clerici, sicut etiam Canonici Regulares, ideo debent præcedere alijs respectibus, puta, Antiquitatis, Approbationis,& huiusmodi,dicēdum,quòd pari modo Eremitæ, Magdalenæ, & alij Eremitæ facti Clerici debent præcedere, quia vita Eremitica fuit antè omnem Monasticam. Similiter fratres Eremitani deberent præcedere Prædicatores, & Minores ex huiusmodi causis, quia Clerici iam facti sunt; & Eremi habitatio cœpit primò. Aliter etiam posset responderi, quòd Monachatus non est Clericatus, quia,vt dicunt DD. & eorum Abbates appellatione Clericorum non veniunt Monachi,vt in titulo ne Cler. vel Monach.& Monachatus cadit in laicum, & Clericatus est accidens in Monachis. Quicquid enim est præter naturam in aliquo, est accidens ei. Sed Clericatus est præter naturam in Monachis. Ergo

Ps.75. Ps.109 Host. Archi. Vrb. Isid.

est accidens: quia potest esse Monachatus absque Clericatu; sed hoc non potest esse in Canonicis Regularibus, quia naturaliter, & essentialiter sunt Clerici, & non possunt esse nisi Clerici, & vita communis, quæ est in eis, non destruit Clericatum, quia antiqui Clerici etiam communiter viuebant, vt dictum est, & patet, 12.q. 1.c. duo, & c.scimus. Differentia igitur patet inter Monachatum, & Clericatum; quia omnis homo potest esse Monachus, sed non omnis homo potest esse Clericus, quia multa sunt impedimenta ad Clericatum, & similiter multæ sunt Irregularitates pro esse Clericatus, quæ non impediunt ad esse Monachum, vel Abbatem, imò potest quis esse Monachus cum omnibus irregularitatibus, vt patet, dist.32. c.feriatim in Glo.1. & quòd sit differentia inter Monachum, & Clericum, habetur 16.q.1.c.sic viue, & c.si Clericatus, & c.alia causa. Quòd appellatione Monachorum veniant Conuersi laici, habetur per Innoc. & Host. in c.2. de Instit. & similiter Abbas ibidem. Aliqui etiam DD. extra, de constit.in cap.cum M. Ferr.vbi dicunt: quòd Monachatus cadit in laicum, & suprà probatum est, quomodo excommunicantur cum laicis; vt 18.q.2.c.quidam, vbi bis dicitur, si Clerici, Canonicè puniantur; si laici, vel Monachi, excommunicentur. Similiter 27. q.1. in c.Virginem. Monachi cum mulieribus excommunicantur. Item quia allegant Bernar. dicentem, quòd Ordo Monachorum primus est; dicendum, quòd ipse non dixit primum in Dignitate, cum non esset ille adeo mentis elatæ; sed primum dixit in humilitate, & pœnitentia, ac cōuersatione despecta; vnde alibi ipsemet Bern.dicit: Ordo noster, Humilitas, Pœnitentia, Labor, & Sudor est. Item nota: quòd Vgo maximæ auctoritatis Vir, qui etiam à Magistro sententiarum, & ab alijs Theologis pluribus in locis allegatur, & à sancta Ecclesia optimè approbantur eius opera. In lib.2.de Sacramentis parte 3.c.3. sub Rubrica quomodo Ordines sacri sunt in Monacho, ita dicit. Quidam volunt Coronam aliquando accipiendam pro signo pœnitentiæ, sicut in Ordine Monachorum, quibus & cæteri Ordines, qui in Clero proprij sunt, secundum indulgentiam conceduntur. Non enim in Populo præesse possunt, nec spiritualis Dignitatis in Ecclesia gradū suscipere, donec ad Clerum assumātur. Ideo, quod in illis est sacri signaculi, ad indulgentiam est, non Potestatis Prælationis in Populo Dei; sed ne sub ipso quoque. Habitu pœnitentiæ,

Abb. *Inn.* *Host.* *Abb.* *Bern.* *Bern.* *Vgo.*

tiæ, quo se spontè propter Deum sequestrarunt, Sacrosanctam Corporis communionem, vel habere non possunt intus, vel extrà ad impedimentum quietis suæ requirere compellantur. Hæc ille. Non est aliquo pacto dicendum, quòd Clerici primitiuæ Ecclesiæ, & Apostoli fuerint sæculares, quia Apostolus dicit: quòd nos non debemus conformari huic sæculo. Et alibi, quòd debemus abnegare sæcularia desideria; & hoc nomen sæculare exprimit potius quandam imperfectionē, quàm perfectionem aliquam, vt patet extrà, in c. licet, de offic. ord. in Verbo, sæculares, quæ imperfectio longè fuit à sanctitate primitiuæ Ecclesiæ. Imò omnes Clerici primitiuæ Ecclesiæ fuere Regulares, & hoc Verbum, sæculares, non habetur in scripturis antiquis Authenticis, maxime de Sanctissimis Clericis, quia esset opprobriosum nomen. His omnibus ita pronunciatis, ex quibus probatur Prælatio Clericorum, & Canonicorum Regularium, non est ipsis Canonicis superbiendum, sed potius cum timore, & tremore suam, & aliorum salutem operari debent: qui enim maiora munera, Deo tribuente, ex sua ipsius tantum bonitate, non suis meritis suscepere; maiorem etiam, & districtiorem rationem reddent. Lucrari ergo debent alia quinque talenta, qui acceperunt huius maioris numeri. Ita enim fiet, vt appareat sua propria virtute cooperatos esse Dei benignitate, quam virtutem ipse in distribuendis illis muneribus cooperaturam esse ostendebat. Nam vnum tantum talentum accipiens, id est hunc honorem, & Prælationem: cum humilitatis, & timoris lucrum non coniungit si fodit in terram, & abscondit, hoc est non superædificat aurum, lapides preciosos, & argentum, amorē Dei, & proximi, Doctrinam, & exempla lucida, Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, dum operibus verba consentiunt, & virtutum varietatem; vt magis vestis Canonicalis vestitum deauratum circundatum varietate præseferat iuxtà mentem Dei, qui dicit. Vestiui te discoloribus: quàm Dignitatis amictum: statim ex ipso Canonico habitu, & Dignitatis Gradu prodiet ille indutus lineis cum atramentario ad cingulum, & calamo mensuræ ad manus, vt metiatur superbiam eius, & scribat in libro aperiendo, imò libris aperiendis pro multitudine criminum iuxtà Prophetam. Antiquus dierum sedit; & libri aperti sunt, quæ in ipso Dignitatis gradu, & statu Canonico iudicanda, & punienda commisit.

Ro. 12. *Tit. 2.* *Ps. 11.* *Ezech. 16.* *Dan. 7.*

misit. Quare, qui huiusmodi locum tenent in Ecclesia Dei, videant, ne dimittant eum; teneant quod habent, ne alius accipiat Coronam suam, idest ne gaudeat, & potiatur Monachus sanctus, & Populus simplex ea gloria, qua potituri erant apud Deum præ alijs: humilient se, & suo in loco positi inferiori semetipsos inclinent, curuentur, vt Principatus eorum potius sit super humerum ad sustinendum, quàm in capite ad gloriandum. Saul enim ap-
1. Reg. 9. paruit ea ratione maior cæteris Rex constituendus, ab humero, & sursum. Et Samuel eidem de industria seruauit in conuiuio ar-
Nu.6. mum cocti Animalis; quæ pars in sacrificio sacerdoti dabatur, & Deo: supposuit enim humerum suum Iesus ad portandum, super illum imponens ouem perditam, iugo suo se, & nos coniungens: quamuis esset ei data Potestas in Cęlo, & in Terra, & Rex esset Regum, & Dominus Dominantium. In eius enim figura Moses sacrorum legis mysteriorũ Interpres, & Præfectus, nec Aaron quidem, qui frater erat, antè ad Pontificiam Dignitatem extulit, quem alioqui Deo elatum esse, & sacerdotio dignum existimaret, quàm ad id agitatus Deo consecrationis Principe, consecrationis ritum, & Munus, vt Pontifex executus est. Ipse verò Diuinus, & primus Pontifex noster. Hoc enim etiam causa nostra humanissimus
Io.8. Iesus Saluator factus est, non seipsum clarificauit vt Io.8. Sed qui
Ps. 109 locutus est ad eum: Tu es sacerdos in æternum loco Aaron secun-
D.Dio. dum ordinem Melchisedech. Itaque, vt D. Diony. inquit, cum discipulos ad sacerdotij honorẽ efferret, quanquam erat, vt Deus, Auctor sacrorum, tamẽ Sanctissimo Patri suo Diuinoque spiritui munus, consecrationis attribuit (Hæc Dionysij verba sunt) præcipiens, vt scripta Diuina loquuntur, ne Hierosolymis discederent, sed expectarent promissionem Patris, quàm audistis per os meum,
Act. 1. quia vos baptizabimini spiritu Sancto, atque ẽt ipse discipulorum facilè Princeps cum decem Condiscipulis paribus, & Pontificibus, cum ad supplendum perficiendumq; condiscipulorum duodecim numerũ in Pontificio honore venisset, Deo electionem timidè, Religiosèque permisit, cum dixit: ostende nobis quem elegeris, atque
Act. 1. eũ, qui Diuina sorte Diuinitus declaratus est, in sanctũ duodecim numerũ, qui Pontificum erat, admisit. Sors autem illa, quæ cecidit (ex sententia eiusdẽ Dionysij) erat quodã munus, quod illi Põtificum Choro eum, qui diuino iudicio delectuque esset renunciatus,

tus, indicaret. Non debet quisque sibi honorem assumere, hoc est sibi tribuere, quod honoris est sibi collatum, sed qui vocatus tanquam Aaron; vt Deo acceptam referat Dignitatem, &, secundum quòd Deus vult, illa vtatur, videlicet, vt cæteros non despiciat, sed fortasse, imò certè meliores se existimet; sic ille Monachus, de quo in primo libro fecimus mentionem, cum in Præsbyterij Dignitate ab Episcopo inuitus constitutus esset; & ne sacra faceret ob humilitatem, socij in Monachatu relicti consuetudinem, & orādi Communionem prætenderet; audiuit ab Episcopo: & ego eum Presbyterum ordinabo, si dignum iudicaueris: & veritatem humilitati connectens, respondit: si dignus est sacerdotio, nescio: me autem meliorem eum esse scio: Vrias, miles Gregarius de Populo, veretur domum suam intrare, lauare pedes, commoda domestica belli asperitatem lenientia, respuens eò, quia Arca Dei, & Ioab, & exercitus reliquus totus habitat in Papilionibus: quæ tamen honesta, & conuenientia erant, & absque peccato fieri poterant; Nec tamen facere voluit, sed inter seruos Regis prostratus moratus est antè Palatij fores: & Rex, & Propheta, & secundum cor Domini, & tot insignitus, vt ipse fatetur, fauoribus: adulterio homicidium cum fraude, & blasphemiæ occasionem adiungit: quia verum est, quod saluator asserit. Publicani, & Meretrices præcedent vos in Regnum Dei: & viri Niniuitæ surgent in Iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: non quod Niniuitas, & Publicanos inferioribus nobis conferamus, sed vt antè oculos nostros exemplū sanctorum ponamus, qui, quamuis essent in sublimitate nondum graduum, sed meritorum, quò maioris Dignitatis, eò minoris esse meriti se existimabant, & infra cæteros nedum sanctos, sed peccatores vocabant: Ita Paulus minimus Apostolorum vocatur. Non sum dignus, inquit, vocari Apostolus: etiam si dixerit, abundantius omnibus laboraui: & cum Petro se iungens: qui operatus est Petro in Apostolatum, operatus est mihi inter gentes. Amplius: Venit Iesus saluos facere peccatores, quorum primus ego sum. Frater Aegidius D. Bonauenturæ Doctori eximio proponebat. An vetula vrbis ignara, & simplex, & rustica, legem Dei obseruans potior ipso Bonauentura, & maioris meriti apud Deum existeret; si legem Dei ipse non custodiret quantuncunque peritus: & D. Bonauentura id ita esse fatebatur. D. Augustinus audiens mira D. Anto-

2. Reg. 11. *Mat. 21* *Luc. 11.* *1. Cor. 15.* *Gal. 2.* *1. Tim. 1.* *D. Bon.* *D. Au.*

Antonij Collachrymans aiebat: ſurgunt Indocti, & rapiũt Cęlum; & nos cum noſtris litteris mergimur in profundum: Vidua illa E-
Mar. 12 uangelij duo æra minuta: hoc eſt, mea quidem ſententia, fidem & opera: Minuta, quia grano ſynapis comparata, vel quia de populi multitudine in nullo Dignitatis, & Prælaturæ gradu conſtituta erat, in templum detulit, & plus poſuit teſtimonio ſaluatoris, quã quæ Phariſæi, de Religione, & gradu ſuper cæteros gloriantes. Sca-
Gen. 28 la Iacob aſcendentes Angelos, & deſcendentes oſtendebat, quia inferiores nobis à nobis expectant Doctrinam, Exemplum, Adiutorium: & nos ſuperiores eis inclinemur Amore, Charitate, Hu-
Ezech. 41. militate: duæ manus formam ſedis in Throno Salomonis contexebant, & duo Cherubin ſimul ſeipſos reſpicientes Propitiatorium mirabantur, qui Salomon quamuis portam verſus facies collocaſſet, alas tamen & templi parietes, & ſeipſas tangentes efformauit, vt & inter nos, & quoſcunque viderimus ad nos appropinquare, mutuam dilectionem exerceamus. Non ſumus in illo ſtatu, in quo etiam Apoſtoli, vel indignabantur aliquibus maiora appetentibus, vel de maioribus contendebant: ſed in illo, in quo & ipſi Apoſtoli, & honorem ſibi fieri prohibebant, & ibant potius gaudentes, digni facti pro nomine Ieſu contumeliam pati: erit ita fu-
Act. 5. niculus hic triplex difficilis ad rumpendum, ſi duo fuerint ſimul, & fouebuntur: vno tantummodò ablato qui calefieri non poteſt:
Eccl. 4. vna dominandi cupiditas extrahatur, binos ad euangelizandum mittat Chriſtus diſcipulos antè ſe, vt mutuam in nobiſmetipſis Charitatem continuam habeamus, non contiguam, vt ſcilicet non ſcindamus veſtem Domini, & ſtatum noſtrum ab aliorum conditione ſeiungamus: ſed deſuper contextam per totum integrã conſeruemus: Nec enim milites, & Ethnyci, & Gentilitij ſcindunt, neque ſciderunt in ordine ſuarum rerum publicarum maiorum, minorumve conditiones; ſcientes in hoc perpetuum futurum eorum Dominatum, ſi non virgas ſciſſuri filij ſe putarent. Hinc formatio corporis, vmbræ, hinc Geriones, hinc Gemini fabuloſi, veritatem tamen vnionis in ſe ferentes: &, vt ad ſacra reuertamur, hinc
Cant. 4 duo vbera ſponſæ, id eſt Eccleſiæ ſicut duo Hynnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ: vbera lac porrigunt: ecce ſuperiores; Hynnuli ſugunt lac: ecce Inferiores: gemelli, ſunt ſugentes, & lactentes, quia nec ſuperiores de-

trahunt

trahunt inferioribus,nec isti spernunt illos:pascuntur in Lilijs,non Lilio,quia omnes de vna Christi participatione viuimus: vel lilijs: quia Lilium in Campo floret ex terra: Lilium in cella floret ex se: vel in Campo fertili Prælationis plantatus sis, vel in cella absque Dignitate verseris, vtrobique flores: & flores nostri fructus honoris,& honestatis.Si enim honores habes, honestatem etiam habere debes: donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: siue in die Dominationis, siue in vmbra subiectionis; semper florent, semper geminant, semper sugunt, semper lac porrigunt. Putabat illa obstetrix primò exiturum illum, ad cuius manum coccum ligauit, retraxit autem illam, & alter nudus fuit primogenitus, & diuisio appellatus est. Hoc enim sonat nomen Phares: multi putant vestitos habitu nobiliori primiores, quibus nudati,& simplices,maiores sunt. Turba,quæ dinumerari à nemine poterat, erat in Cęlo ex omnibus linguis,& populis, & nationibus, & gentibus stantes antè Thronum. Vnusquisque in ordine suo statutus ingrediebatur Hierico vndique cadentem, nec hic miles ad alterius militis viam pergebat;ita fiet,vt omnes occurramus Christo Saluatori;& alter alterius,sicut onera portauimus, ita manus deferemus, vt ingrediamur simul de hac Hierarchia,id est Principatu sacro,ad illam Cęlestem, in qua,sicut mansiones multæ sunt, ita fieri potest,vt Canonicus,& Clericus cedat Monacho, & hic præferatur illi: ibi autem hoc erit absque inuidia, sed summa cum charitate, quæ nunquàm excidit, si hæc integra, & perpetua permanserit. In libro allegationum diuersorum Doctorum in causa præcedentiæ versa inter Canonicos Regulares Sancti Augustini Congregationis Lateranensis nuncupatæ, & Monachos Cassinenses, multa sunt, quæ pertinent ad nostros Canonicos Regulares Sancti Saluatoris, quæ æquè atque illis competunt, vt sententia lata,tàm pro Nobis,quã pro illis intelligenda spectetur, quamuis tantum titulus vltimus Canonicorum Regularium Lateranensium apponatur, si inspiciãtur nedum rationes allegantium, & ipsorummet actorum causæ, verùm & eæ, quibus sententia innititur. Primò,fol.11. pro parte Canonicorum Lateranensium ponitur Bulla Alex. IV. pro verbis illis.In primis statuentes,vt Ordo Canonicus,qui secundum Deũ, & S. Augustini Regulam in eadem Ecclesia institutus esse dignoscitur,perpetuis ibidẽ temporibus inuiolabiliter obseruetur:quod

Eccl.24 *Gen.38* *Ap.7.* *Alex.4.*

fidem facit in Ecclesia Frisionaria institutum esse Ordinem Canonicum sub datum Millesimo ducentesimoquinquagesimooctauo. *Inn. 2.* Nos afferimus Bullam Innocentij II. sub ijsdem verbis, in Ecclesia S. Mariæ de Rhæno satis anteriorem, cui vniti fuerunt nostri Canonici, vt in Inferioribus patebit, de cuius antiquitate gloriamur, vt ipsi de Portuensi, in quam fuerunt introducti post eorum Institutionem, seu in ipsis Reformationem Ordinis Canonici in Frisionaria sub dat.1136 eiusdem similiter 1142.& alias, quas subinferemus, cum de Rhænana Canonica mentionem faciemus. *Inn. 2. Eug.* Afferimus similiter Bullam eiusdem Innocentij Ecclesiæ S. Saluatoris Venet. quam dedit nobis Eugenius, vt infra, de cuius antiquitate gloriamur etiam. Quia verò Canonicum Ordinem obseruare,& secundum Regulam B.Augustini viuere deuouistis,&c.Anno 1141. Quare Ecclesia Rhænana,& S. Saluatoris, in qua Reformata Congregatio nostra particularis tantum in habitu, titulum S. Saluatoris absolutè, quem habebat, confirmatum tenuit, Antiquiorem testem habet: quòd secundum Regulam B. Augustini noscebatur Instituta, quā Frisionaria Ecclesia, tùm in Alex.IV. tùm in Greg.IX. *Alex.4. Greg.9. Eug.4.* Anno 1272. secūdò, fol.15. ponitur Bulla Eugenij IV. qui Canonicos vsque tunc dictos Frisionarios ponit in Lateranensem Ecclesiam cum titulo Saluatoris. Primum in ipsa bulla non continetur origo Frisionariorum Canonicorum, neque reducantur, vel restituuntur ij Canonici ad Lateranum, sed Ordo Canonicus in vniuersali, qui cum esset in multas familias reformatus, in familia Frisionaria introducitur in Lateranum: quod potuisset facere etiam in alia eiusdem Ordinis Canonici. Secūdum, laudat, & præponit Basilicam Lateranensem cæteris: ab Antiquitate, vsque à Cōstantino,& Syluestro: à sanctitate, ob multos martyres: à concursu fidelium tanquàm ad caput: ab origine adoratę Imaginis Saluatoris,& alijs. *Const. Syluest.* Tertium, Pontifices antecessores introduxerunt ibi adseruiendum Deo familiam Clericorum ad exemplum nascentis Ecclesiæ viuentes sacri Ordinis, & sancti propositi Canonicos Regulares, dictum primum in Alexandrina Ecclesia Marco Institutore & Conditore, Vrbano Reformatore, Greg. per Aug. Anglorum Episcopum in Occidente Ampliatore. *Marc. Vrb. Greg.* Hic loquitur de Canonicis Regularibus in vniuersum, qui cum singulis Congregationibus, & familijs vnius sunt Iuris, Ordinis, & iurisdictionis. Quartum, de

turba-

turbatâ obseruantia eorum Bonifacius VIII amotis Regularibus *Bon. 8.*
sæculares induxit, ipse Eugenius per Canonicos primæui status *Eug.*
reformat, & Canonicos Regulares ibi reponit, & restituit: Hæc est
intentio, vt restituatur Ordo Canonicus illi Ecclesiæ, in quam si
nostrâ, quæ erat, vel aliorum Canonicorum Regularium Congregatio
posita fuisset, non diceremus nos restitutam nostram, sed introductam
ad reformandum Ordinem Canonicum in vniuersali. Quintum, quia verò Diuina Misericordia sub Regularium Canonicorum proposito: nota, quòd sub his verbis includitur etiam Regula Augustini; nam suprà dicit, quòd Augustinus Regulis decorauit Diuinis, & inferius, quòd vult primæui status Canonicos introducere: deuotas Deo plures Familias, Cœtus, Consortia, Congregationes, & Ordines habet Christiana Religio, & sanctam conuersationem Clementia Saluatoris nostris temporibus multiplicare dignata est: Hic varias Congregationes Canonicórum Regularium suo tempore vigere testatur sub Regula B. Augustini, nos ad nouellam in Vinea Dei plantationem, religiosam familiam Dei Congregationem de Frisionaria nuncupatam, quæ sub eadem D. Augustini Regula Altissimo militâtes, & sacram Religionem, prout certè comperimus, deuota puritate seruantes, in ipsius Regulæ vigore, & ordinis Disciplina saluatori pijssimè famulantes, & Religioni dediti in carne, non secundum carnem viuentes, & granum benedictionibus quotidie multiplices fructus, & vberes in agro Dominico, Spiritu Sâcto ministrâte afferre noscuntur, respicimus, & Diuina inspiratione conuertimus: respicit ad vnam ex alijs eiusdem primæui status sub eadem Regula, sub qua alij: non quia ipsi soli sub Regula D. Augustini viuerent, alij sub alijs Regulis voluntarijs, vt malè allegant, qui illos defendunt: nam nos in Canonica Rhænana, & Saluatoris Bononiensis sub Regula Augustini instituti noscimur per Pontifices, & ab ipso Greg. XII. sub Regula D. Augustini vocamur Canonici Regulares Saluatoris, vt videbimus inferius. Quare vna tantum ex illis respecta cura, dignata est illo loco non quòd aliæ non fuerint in originario primæui status Canonicorum Regularium sub Marco, Vrbano, Gregorio, Augustino Anglorum, & cæteris, vel Institutoribus, vel Ampliatoribus, vel Reformatoribus. Tertiò ponuntur attestationes à fol. 22. vsque ad fol. 43. præcedentiæ Canonicorum Regularium Lateranen. suprà

Greg. 12 *Marc.* *Vrb.* *Greg.* *Aug.*

Monachos, & Monachorum super Canonicos illos; vbi attentè animaduertendum, quòd ipsi præceduntur à Nobis, imò, vt, cum de S.Saluatoris Ecclesia tractabimus, dicemus: cum consueuissent venire sub Cruce S. Saluatoris Venet. petierunt humiliter posse venire cum sua Cruce; & deliberatum fuit audito Priore S. Saluatoris, vt venirent sub sua Cruce, sed statim post RR. PP. Prædicatores. Ergo Venetijs nos præcedebamus illos: quomodo autē 1459. post nos sequerentur, vt in Allegationibus fol.41. describitur, nescio, nisi id mutatum fuerit pro loco, & personis, quod ad vniuersalem vsum vbique non protenditur. Quartò fol.51. Scipio Lancellotius, pro cuius veritatis substantia, idest præcedentiæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis habenda, necessariò probandū duxi RR. Dominos Canonicos Regulares descendere ab his Clericis, de hisque censeri debere, quos B. Augustinus instituit, cum pro causa Congregationis Lateranensis alleget, non ausus est dicere illam tantum ab Augustino descendere, sed, veritate cogente, dixit Canonicos Regulares in Vniuersum, tùm quia Clerici in veteri testamento figuratiuè instituti, tùm quia nil proprij habebant, sed viuebant de oblationibus, tùm quia ab Apostolis, & Marco: cum autem dicit horum Clericorum loco successisse Canonicos Regulares Congregationis Lateranensis, non excludit alios, sed suos tuetur, quorum causam tractat. Verùm omnes probationes eius pro Nobis sunt, quia vniuersales, & communes omnibus Canonicis Regularibus, tū quia conuenimus in nomine Clerici, quod facit identitatem, & Canonici, quo nomine Antiqui Clerici, & Regulares, quo titulo appellati illi; tùm quia conuenimus in habitu, Rocheto, non ex Priuilegio, & per accidens, sed per se, & natura Instituti sub Rocheto dato nobis à Gregorio XII. & confirmato in vnione Rhænanæ, & S. Saluatoris Bononiēsis auctoritate Apostolica, cui standum, & fortius, quàm si quis Rochetum sibi assumeret ex voluntate sua, vel ab homine alio, non à Pontifice, quamuis postea ratum habitum sit id ab eodem Pontifice, tùm quia eandem professionem facimus cum illis primis, & his, tùm quia Officium Romanæ Curiæ dicimus, tùm quia Vincentius in Speculo Doctrinali, Archiepiscopus Florent. Raphael Volat. Ros. Doctor Paris: Io. de Nigra Valle, Posidius in vita S. Augustini, factus Presbyter, quod auctoritatem ha-

Scip. Lancel. *Gregor. 12.* *Vinc. Archiepis. Fl.*

bet

bet ab Ecclesia, dũ decantatur, in festo S. Augustini, tum quia summi Pontifices etiam Nos ex S. Augustino esse testantur. Innocentius, Alexander, Calixtus, Gregorius, Martinus & alij, vt in his libris continetur: tùm quia fatetur Lacellotius Eugenium IV. deducentem in Bulla hanc Canonicorum Regularium Originem pluribus laudibus decorare; hanc, inquit, Canonicorum Regularium Originem in vniuersum scilicet, non solam, hanc scilicet Lateranẽsem: laudes enim, quas dat Eugenius, non solis illis, sed alijs etiam Canonicis competunt, quòd diuina sit familia Clericorum, vnde probatur apud eos esse Institutionem Clericalem, quòd ad exemplum nascentis Ecclesiæ quintam Institutionem seruarent, quòd nimirum Christianæ Religionis Clericorum normam sectentur: quòd sacer Ordo vocetur: quòd post Apostolos, Marcum Institutorem habuerint: quòd D. Augustinus Diuinis regulis illustrauerit: quòd primorum Patrum vitam probabilem imitentur: quòd hæc sãcta Institutio fuerit Antiquitus ab ipsis ferè primordijs obseruata: quæ omnia asseruntur ab Eugenio antequam inter distinctas familias Canonici propositi ad Nouellam Frisionariam, vnam ex illis, respiceret. Ergo cum dicit hæc, & hi, & illa, & huiusmodi, de omnibus familijs, & Canonicis Regularibus siue in parte, siue in toto dependẽtibus: etiamsi vsque ad vnum in familia deductus sit status, vt in allegationibus probatur, etiamsi in multis familijs finem acceperit in alio loco ab alia familia non illius habitus, & nominis, auctoritate Apostolica idẽ Ordo Canonicus fuerit reformatus: præsertim cum habentes Papalem determinationem non debeamus vlterius disputare; Concludit postremò Lancellotius, ex q̃bus omnibus supradictis auctoritatibus, & attestationibus oritur notoria dependentia Canonicorum Regularium ab antiquis Clericis: loquitur hanc conclusionem in Vniuersali, deinde ad suos, quos tuetur, eandem conclusionem deducit: quod faceret ijsdem, & non alijs rationibus, si Nos tueretur, aut alios Canonicos Regulares, & exinde etiam pro Nobis asserendum, quòd præcedere debeamus Monachos. Primò ex Clericatu annexo essentialiter, Monachis verò per accidens ex Nicæna Synodo, D. Hieron. c. Monachus, 16. q. 1. & c. si cupis eadem, & c. alia, q. 1. Monachi ex origine sunt laici c. generaliter, 16. q. 1. & alijs rationibus; quas quære in dictis Allegationibus, videlicet ratione antiquioris Institutionis,

Raph. Volat. Ros. Doct. Paris. Ioan. de Nig. Val. Posid. Inn. Alex. Calix. Greg. Mart. Lancel. Aug. Eug. Lancel. Nic. Syn. D. Hie.

Regulæ D. Augustini, quàm D.Benedicti, quantùm distat Annus 365.ab Anno 534.circa quem floruit D. Benedictus, qui fuit per Annos 100 circiter post D.Aug. & ratione antiquioris approbationis Regulæ D.Aug. quàm Benedicti:& ratione Dignitatis ordinantis,seu Instituentis Episcopi & Abbatis, & ratione finis,actiuæ, f.& cōtemplatiuæ vitæ, quæ nobilior est sola vtraque, & ratione inhæsionis titulorum ferè omnium Prælatorum nedum Abbatis, sed Prioris,Præpositi,& aliorum,de quibus in his libris plura nos, & in Allegationibus Doctoris, tū ratione sententiæ Concilij Constantiensis,quæ lata fuit pro Canonicis Regularibus contrà Abbates,& Monachos:quæ sententia fuit pro Canonicis Regularibus illius familiæ, quæ erat vna ex omnibus familijs Canonicorum Regularium, in quas Eugenius dicit distinctum esse Ordinem Canonicum,non Frisionaria,non Nostra,sed ad Nostram,& illam pertinens: quinto fol.76.Iacobus Portius,cuius allegationi præponitur titulus in eadem causa præcedentiæ pro RR. Canonicis Regularibus Ordinis S. Aug. Congregationis Lateranensis aduersus RR. Monachos Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, qui limitat vtramque Congregationē, cum(post adsit mihi Trinitatis lux) præponat allegationem,inquit. Cum hæsitari cōtingat vtrùm Canonicorum Regularium Congregatio nobilior sit, quàm Monachorum ipsorum Cassinensis Congregatio, seu S.Benedicti, extra limitationem in Lateranensem Canonicorum Regulariū Congregationem in Vniuersum appellat, tùm Congregationem Cassinensem Monachorum limitatam nominat. Sed res perpendendæ, non Verba,tit.21. Clericatus necessariò requiritur ad substantiam Canonici Regularis:22. appellatione Clericorum Canonici continentur:26. Canonici Regularis conditio nobilior Monachorum: 27. Canonicos ipsos Regulares Monachis digniores censeri: 28. laudabilior professio Canonicorum Regularium:34. Dignitas loci Lateranensis in ea Canonici Regulares primū instituti per 800. Annos: quæ omnia de Canonicis Regularibus in Vniuersum non de Frisionaria, siue Lateranensi tantùm, & eò minus, quòd ea Lateranensis in eo loco non diutissimè floruit,sed sæpius liberata: Num.42. Canonicorum Regularium Institutio à Leuitis profecta defendi potest, & ab Apostolis: numero 59. Canonici Regulares Abbatiali Dignitate fulgent, cap. statuimus, 19.quæst.3. vbi

Concil. Const. *Eug.* *Iacob. Port.*

Vrba-

Vrbanus II.scribit Abbati S.Ruffi Canonicorum Regularium, & Congregationi S.Ruffi,& Parisijs Abbatia S. Victoris, cui præfuit B. Vgo: vide hic pro Lateranensibus astipulari Canonicos Regulares S.Ruffi,à quo nolunt ipsi descendere, sed nos,& alios: quare ergo eius loci gratijs insigniuntur? nisi quia tàm ipsi Lateranenses, quam nos de toto corpore Canonicorũ Regularium sumus,quod à capite Christo in veteri,& nouo testamento, & collo tot sanctorum dirigentium, Regulis illustrantium, reformantium membra pendemus? vnius Ordinis, vnius Iuris vnius rationis,qui inuicem defendere deberemus,vincire, colere. Vgo fuit tempore Innocentij II.1140.de quo suprà: nu.63. in facto Canonici Regulares per 800.Annos Prælationis Iure vsi sunt: similiter in Ecclesia S.Mariæ Nouæ de Vrbe,vbi nunc Monachi Oliuetanæ Cõgregationis,præerant Canonici Regulares, de quibus Lateranenses nunquã mentionem faciunt,quòd si ibi morati essent aliquandiù,ab ouo Historiã eius Ecclesiæ descripsissent,& iuremeritò. Ergo etiam illi erant Canonici Regulares, & non Lateranenses dicti. Sextò, fol.109. Scipio ad allegata pro Monachis respondet, num.1. Pontifices attestantur Alexandrum IV. Greg.IX. & Eugenium IV. Canonicos Regulares de Frisionaria fuisse à nascentis Ecclesiæ primordijs institutos secundum Deum, & Augustini Regulam, quæ tamen Regula non erat in primordijs nascentis Ecclesiæ: nisi, quod verum est, dicatur ipsa Regula Augustini esse secundum Regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Qua ratione autem dicti Pontifices asserant Frisionarios institutos a primordijs nascentis Ecclesiæ, visum est suprà. Verum dicit, quòd Ordo Canonicus fuerat relaxatus; cum autem addit, & eius Reformatio condita fuit in Ecclesia S. Mariæ de Frisionaria, etiam verum dicit, si vna Reformatio appellatur. At si sola illa Reformatio ponatur Ordinis Canonici, contrà eundem Eugenium est, qui multas familias multiplicatas post relaxationem Ordinis Canonici refert: num.3. Bononiæ in ingressu Iulij II. Anno Domini 1506. die 11. Nou. hic vidẽdum, quod cõtigit nobis ex Bulla Iulij II. non quòd tunc appellati simus veri Canonici Regulares, cum ab ipsa prima Reformatione sub Greg. XII. & Vnione sub Martino V. & à Calixto veri Canonici Regulares designati fuerimus. Sed quia aduersus contra nos asserentes declaratum sit. Quamuis enim Tycinensis asserat, cui respondemus in

Vrb. *Vgo.* *Inn.* *Scip.* *Alex.4* *Greg.9.* *Eug.4.* *Iul.2.* *Gre.12.* *Mart.5* *Calix.* *Tyci.*

in libro Responsionū, opus fuisse, vt à Iulio II. declararemur Canonici Regulares, quia sub dubio erat. Antè Iulium II. in causa Pręcedentiæ habemus Priuilegium Calixti III. declarantis Nos verè fundatos sub Canonico habitu Regulari, & potiri Canonicorum Regularium omnium Priuilegijs, vt illi omnes potiuntur: quæ declaratio fuit necessaria Florentiæ, dum quidam Mendicātium Ordo pręcedens alios, etiam Nos præcedere prætendebat: & Christophorus de Podio I.V.D. Archipresbyter Bon. & Vicarius Domini Orlandi de Bonarlis Archiep. Florentini hoc Priuilegium publicauit Anno Domini 1460. corām admodùm Reu. Patre Fratre Cypriano eiusq; Ordinis Priore per Archiep. Notarium Ioannem Sernardi de Legri Florentini, cuius Priuilegij tenor huiusmodi habetur.

Calix. 3

Christoph. de Pod.

Calixtus Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Sacræ merita Religionis, sub qua dilecti filij Prior Generalis, & Canonici Congregationis S. Saluatoris Ordinis S. Augustini in humilitate spiritus deuotum, & sedulum exhibent Altissimo famulatum, condignè merentur, vt votis eorum in his, quæ fauoris sunt, & gratiæ, Apostolici fauoris præsidium liberaliter impendamus. Sanè pro parte Prioris, & Canonicorum prędictorum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipsi, quibus ab Apostolica Sede per eius litteras, vt omnibus, & singulis Priuilegijs, Indulgentijs, gratijs, exemptionibus, & libertatibus alijs Canonicis Regularibus dicti Ordinis Generaliter concessis, & quibus ipsi Canonici Regulares, & eorum loca in genere potiuntur, & gaudent; ipsi quoque, & eorum Domus potiri, & gaudere valeant, concessum fore dignoscitur: ex certis eorum animos mouentibus rationabilibus causis cupiunt se fore veros dicti Ordinis Regulares Canonicos per sedem præfatam declarari, & pro talibus in posterùm vbique censeri. Quare pro parte Prioris, & Canonicorum præfatorum asserentium, quòd ipsi secundum Regularia Instituta dictorum Canonicorum Regularium profitentur, & degunt, ac Rochetum, prout alij Canonici prælibati, deferunt: Nobis fuit humiliter supplicatum, vt ipsorū voto super hoc opportunè prouidere de benignitate Apostolica digneremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Priorem, & Canonicos de Congregatione huiusmodi fuisse, & esse veros Canonicos Regulares dicti Ordinis

aucto-

auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium declaramus. Decernentes, quòd ipsi de cætero perpetuis futuris temporibus pro talibus censeri, haberi, & reputari; nec non omnibus & singulis præeminentijs, & in publicis Actibus, ac Priuilegijs, & gratijs, quibus præfati Canonici Regulares Ordinis prælibati potiuntur generaliter, & gaudent, potiri, & gaudere debeant, vt existentes veri Canonici Regulares Ordinis prælibati: ac mandantes quorumcunque locorum Diœcesanis, vt eos pro talibus in singulis publicis, & alijs actibus censeri faciant, ac etiam reputari. Non obstantibus Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, Constitutionis, & Mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dom. 1456. sexto Calen. Iun. Pont. Nostri Anno secundo.

Ex cuius Pontificis Decreto infrascripta notauimus.

1. Vocatur Nostra Congregatio sacra Religio.

2. Canonici S. Saluatoris Ordinis S. Augustini absolutè.

3. Ab Apostolica Sede concessum Nobis in specie, quod alijs Canonicis in genere.

4. Fuisse, & esse nos asserit Canonicos Reg. ergo non ipse Calixtus declarat esse, vt ipse videatur facere nos Canonicos, sed fuisse.

5. Omnibus & singulis præeminentijs etiam in publicis Actibus gaudemus, & potimur. Hoc Priuilegio, & alio Innocētij VIII. *Inn.* 8.
lata sententia Romæ est à Vicario Sanctissimi Papæ Alexandri VI. 1496. pro Nostra Præcedentia aduersus fratres S. Clementis Ordinis S. Ambrosij ad Nemus, & contrà fratres tunc S. Ceciliæ: Vicarius autem erat Pont. Iacobus Episcopus Arborēsis, cuius locum tenens Dominicus de Mangonesellis de Narnia Narniensis Ecclesiæ Canonicus sententiam fecit. Adest etiam Priuilegium Sixti IV. Tenoris huiusmodi.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Benigna Clementia Sedis Apostolicæ, quæ digna dignis cōsueuit impendere, sic pia loca Religione conspicua, in quibus inuiolata viget obseruantia Regularis, fert charitas, reflorec hone-

ftas virtutũ, plantaria per bonorũ operum ftudia, & præclara fanctitatis merita iugiter reuiuifcũt, patet Hofpitalitas gratiofa,& deuotæ laudis frequentia,celebrisque venerationis Inftantia Diuinę attollitur gloria maieftatis, congruis honoribus,& fauoribus profequitur: quòd Priuilegia eis conceffa Apoftolico munimine roborata,perpetuò firma, & illibata perfiftant, ac ipforum locorum perfonæ ab omni perturbatione, & oppreffione fecurè deuotius valeant fub fuam contemplationem Creatori omnium reddere famulatum. Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris Generalis, & Canonicorum Regularium Congregationis S. Saluatoris Ordinis S. Auguft.fub regulari obferuantia degentium, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd quondam Angelus Corario tunc Greg. XII. in fua obedientia, de qua Senen. Diœcef. exiftebat, nuncupatus, quandam Domum S. Saluatoris tunc Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguft. in Prioratum Canonicorum Regularium eiufdem S. Saluatoris nuncupatum erigens, inter alia eifdem Canonicis pro augumento Diuini cultus, paterna dilectione conceffit motu proprio. & ex eius certa fcientia. Voluitque & ordinauit, quòd prædicti Canonici,& eorum pro tempore fucceffores effent Sedi Apoftolicæ immediatè fubiecti, & omnibus priuilegijs,gratijs,exemptionibus, & libertatibus eis hactenus, ac Ordini Fratrum Eremitarum, & Canonicis Regularibus huiufmodi, ac Monafterijs & locis eorum tàm per Sedẽ præfatam, quàm alios quofcunque conceffis, gaudere valerent, & per bon. mem. Antonium Epifcopum Bon. ipfius Gregorij Camerarium, ac Gabrielem electum Senen. Thefaurarium, & Ioannem electum Ragufin. certas Conftitutiones,& Ordinationes faciendas, ratas, & firmas habens, illas motu fimili cum decreto irritante approbauit. Poftmodùm verò fœ. recor. Martinus Papa V. Prædeceffor nofter attendens Canon. prædictos fingularis deuotionis claritate fulgere, eorundem fœlicem ftatum incrementis falubribus protegendo, præmiffa, ac omnia in dictis litteris contenta pro expreffis habens, ac defectus, fi qui interueniffent, fupplens, ex certa eius fcientia etiam confirmauit; & eos, qui tunc erant, Priores,& Can. dictæ Congregationis,& eorundem bona præfentia, & futura ab omni fuperioritate quorumcunque fæcularium, vel Regularium Iudicum, & officiorum exemit,& pœnitus liberauit,& fub B. Petri,& Sedis Apo-

ftolicæ

ſtolicæ protectione ſuſcepit,& immediatè voluit ſubiacere,ac etiã eidem Antonio Camerario,vt Conſtitutiones, Reformationes, & innouationes, immutationes,& erectiones ad vitam,& normã dictorum Canonicorum ſecundum Deum conſeruandam ederet, & faceret,Oraculo viuæ vocis commiſit, eius ſuper hoc conſcientiam onerando,& ſubſequenter idem Antonius inter alia ſtatuit, quòd duæ partes cuiuſlibet Capituli Generalis per dictos Canonicos Regulares futuris temporibus celebrandi, addere,diminuere conſtitutiones prædictas, eaſque corrigere,mutare, & declarare, ac de nouo inſtituere poſſẽt,prout ipſius duabus partibus cuiuſlibet Capituli Generalis videretur ad Diuinum honorem,& Religionis augumentum, & dictorum Canonicorum profectum expedire: & deinde pro parte ipſorum Canonicorum piæ mem. Calixto Papæ III. etiam Prædeceſſori expoſito, quòd ipſi Canonici ex certis eorum animos rationabilibus mouentibus cauſis cupiebant ſe veros dicti Ordinis Canonicos fore, & ita in ſingulis ipſorum locis, & Prioratibus, & in quibuſcunque Actibus tàm publicis, quàm priuatis haberi, & reputari, & tales per Sedem prædictam declarari, præfatus Calixtus Prædeceſſor Noſter ipſorum Canonicorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus, præfatos Canonicos veros Canonicos Regulares, & tales vbique cenſeri declarauit, & mandauit,& Canonicorum Regularium prædictorum Priuilegijs, immunitatibus conceſſis, ex certa ſcientia de cætero gaudere voluit. Et ſucceſſiuè fę.recor.Paulus Papa II.immediatè Prædeceſſor Noſter conſeruatione fęlicis regiminis Congregationis,& Canonicorum prædictorum Priuilegijs, & Conſtitutionibus Canonicorum prædictorum litteris inde ſuper minimè expeditis, robur Apoſtolicæ ſedis adiecit; & deinde per alias ſuas litteras Ordinationes ipſorum in Capitulis Generalibus factas ſuper electione Prioris, & Viſitatorum,ſeu Definitorum dictæ Congregationis confirmauit: pro quibus quidem ordinationibus prouidetur, quòd Prior Generalis,aut duo,vel tres ex Viſitatoribus pręfatis,& alij Viſitatores ſimul,ad libitum dicti Generalis, aut omnes ſimul, vel ſeparatim, prout eidem Generali ſecundum ingruentiam negotiorum viſum fuerit expedire, cũ ea, quã ipſe Generalis hẽt,concedere eiſdem tã coniunctim,quàm diuiſim voluit, facultate, Monaſteria viſitare teneantur:Priuilegia,& Indulta, dictæ Congregationis conceſſa de-

Calix.3

cernendo, quòad alia in suo robore permansura, prout de prædi-ctis, & alijs in prædictorum ipsorum Prædecessorum litteris plenius continetur. Nobis fuit humiliter supplicatum, vt Constitutionibus, Reformationibus, innouationibus, immutationibus, correctionibus, & singulis litteris prædictis, ac in eis contentis quibuscunque pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ Sedis adijcere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones, Reformationes, innouationes, immutationes, correctiones, ac singulas litteras prædictas, & in eis contenta, ac inde secuta quomodocunque auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa sciētia approbamus, plenumq; robur, ac vim, & vigorem obtinuisse, & obtinere decernimus. Non obstātibus Constitutionibus, Ordinationibusq; Apostolicis, ac omnibus illis, quæ singuli Prædecessores prædicti in præfatis eorum litteris non obstare voluerunt, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et insuper ipsis Priori, & Canonicis, quòd de cætero omnibus, & singulis Priuilegijs, immunitatibus, fauoribus, Indultis, & gratijs spiritualibus, & temporalibus per Nos, vel prædictos, aut quoscūque alios Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, vel aliàs quomodolibet, seu Sedem prædictam præfato Ordini Canonicorum Regularium S. Aug. & Fratribus Eremitarum, ac Congregationi Lateranensi, & alijs etiam eiusdem Ordinis membris, & illorum personis, Monasterijs, & locis in genere concessis, & pro tempore concedendis in omnibus, & per omnia, ac si dictæ Congregationi nominatim concessa forent, potiri, & gaudere valeant. Nec non etiam, quòd Priuilegia, gratiæ, & Indulta spiritualia, & temporalia vni ex Monasterijs, seu Prioratibus dictæ Congregationis per eandem sedem, vel alios quoscunque concessa, & in posterum concedenda, omnibus membris, & locis eiusdem Congregationis concessa intelligantur, & communia existant, ac opitulentur, eadem auctoritate indulgemus. Nec non Constitutiones in tribus ipsorum Capitulis Generalibus successiuè factas approbamus, & confirmamus: supplentes omnes defectus, si qui interuenerint in eisdem. Nec non ipsi Priori & Canonicis, vt illas etiam quascunque alias adiectiones, Constitutiones etiam per dictum Antonium factas, & in futurum per Congregationem ipsam in

Gene-

Generalibus Capitulis pro tempore celebrandis, perpetuis futuris temporibus faciendas modificare, innouare, corrigere, emendare, suspendere, & in totum, si eis expedire videbitur, tollere possint, auctoritate præfata concedimus, & quæ perfectionem dictæ Congregationis concernunt, & Diuini cultus augumentum, ac si per sedē prædictam cōfirmatæ forent, valere, & plenum robur obtinere decernimus: quòdque etiam Prior Generalis, aut Visitatores nunquam soli, vel singuli visitent tenore præsentium statuimus, irritūque, & inane decernimus, si secus super his per quoscunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ Approbationis, Constitutionis, concessionis, confirmationis, suppletionis, decreti, & statuti infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurū. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incar. Dom. Millesimo quadringentesimo septuagesimotertio, quinto decimo Cal. Iunij Pont. Nostri Anno secundo.

Ex cuius Bullæ verbis infrascripta collegimus.

1. Firma, & illibata persistunt Priuilegia Apostolica.

2. Greg. XII. in Prioratum Canonicorum Regularium Domum Ilicętanam erigit: infert in participationem Priuilegiorum Canonicorum Regularium omnium huiusmodi.

3. Eadem confirmat Martinus V.

4. Constitutiones dantur à Commissarijs.

5. Facultas datur duabus partibus Capituli Constit. mutandi.

6. Calixtus III. veros Canonicos Regulares esse declarat.

7. Cum dicit de cætero gaudere Nos Priuilegijs Canonicos Regulares, intelligitur, prout etiam in præterito gaudebamus vsq; ad Priuilegium Greg. XII primum.

8. Paulus II. item confirmauit.

9. Duo, vel tres Visitatores, vel alij recensentur.

10. Licentia datur à Generali Visitatoribus seiunctim, vel simul visitandi Canonicas.

11. Calixtus confirmat omnia prædicta.

12. Confirmat Priuilegia Ordini Canonicorum Regularium S. Aug. fratribus Eremitarum, & Congregationi Lateranensi concessa,

cessa,ac si dictæ Congregationi nominatim concessa fuissent: Ecce quòd non ex Priuilegio gaudemus, quibus gaudet Congregatio Lateranensis,sed vniuersus Ordo Canonicorum Regulatium,dum Pontifex differentiam facit inter Ordinem,& Congregationes has particulares,perstringens Nostram,& illorum:illum in Vniuersum; intelligens totum Ordinem Canonicorum Regularium.

13. Omnia Priuilegia cōcessa,vel concedenda vni Monasterio, communicat omnibus,& singulis,vt vniuersa Nostra Congregatio gaudeat Priuilegijs videlicet S. Saluatoris Ven. Bon. S.Sophiæ de Beneuento. S. Augustini de Nicosia, vt Congregatio Cassinensis Priuilegijs Cauensibus.

14. Conceditur facultas alterandi, & in totum tollendi Constitutiones factas per Antonium Commissarium ex primis, & vt à Sede Apostolica deriuatas huiusmodi, alteratas, vel sublatas confirmat.

15. Nunquam solus Generalis, vel singuli Visitatores visitent; sed Generalis saltē cum vno Visitatore; & duo Visitatores simul.

Iul.2. Noua simili de causa Iulius II. aliud eiusdem tenoris Priuilegium dedit Anno Domini 1512. Sed antequam illud subijciamus: animaduertendum non mouere id, quod Tycinensis,Aug.de Nouis, vel Nouellis in quinta parte afferebat ab approbata consuetudine; vbi instrumentum citat, & extendit Benedicti de Oleo Not. Bon. pro sententia lata in fauorem Canonicorum Regulariū, quando Iulius Pontifex Ciuitatem Bon. ingrederetur in festo S.Martini Anno 1506. procedentibus obuiam omnibus Religiosis, vt moris est, decretum fuit, vt Canonici Regulares procederent in loco Digniori post Monachos.Nā noster Aug.Mamphridus tunc interfuit ibi,non modica eius causæ pars,ad quā Processionē non venerunt Canonici S.Ioannis in Monte,sed tantū Nostri S. Saluatoris, quippè qui vrgebantur Nostri à Monachis Montis Olіueti, & illis S. Petri Cœlestini, vel procedere in Inferiorem locum, vel vti illi Montani S Ioannis cum superpelliceis Clericorum sæcularium inter eos incedere. Incedebant enim Montani illi Canonici Regulares suprà Cappas suas tecti huiusmodi superpellicijs sęcularibus;vt, quatenus tuti ab eorum Monachorum pulsatione prodirent inter cohortes sæculares. Quam quidem rem nouam, & ridiculam visam cum Canonici Saluatoris maxime detestarentur,non ignari

cum

eum locum etiam promiscuè tenere quicunque Apostatæ à Monachis, vel Mendicantibus superpelliceum indui illis Clericis quotidiè eo temporis permiscebantur: coràm sacrarum Cæremoniarum Magistris Apostolicis ipsi Canonici Saluatoris atque Monachi conuenere: apud quos re pluribus discussa, producto antiquissimo eius Ecclesiæ Cathedralis libro, qui, Manualis dictus, in eius sacrario seruabatur, promulgatum fuit iuxtà eius libelli tenorem: Canonicis Regularibus Saluatoris præscriptos Monachos, cæterosque Religiosos (qui ibi tunc aderant) (aberant namque & Monachi Cassinenses S. Proculi) cedere: sed eam rem dissimulauit Tycinensis, & pro suis tunc absentibus Canonicis sibi attribuit, vt sententia illa fuerit pro ipsis, non pro Nobis. Videmus enim passim quæcunque ad Dignitatem nostram facta sunt, suis deferre: & Nos non solùm suis, & alienis, sed Nostris expoliare, & ne mentiri videamur, aut falsa apponere in hoc opere Nostro, hic Priuilegium Julij II. afferre decreuimus; cuius Tenor huiusmodi legitur.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteros in militanti Ecclesia, veluti Regina in vestitu deaurato circundata varietate plantatos Ordines: ad Dilectos filios Congregationis S. Saluatoris Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium, qui sub suaui Iugo Religionis, & Regularium institutionum obseruatione sedulum ipsi Saluatori Nostro Domino Iesu Christo in humilitate spiritus præbent famulatum, diligentes Nostræ considerationis intuitum, & attendentes, quòd Nos, dum Cardinalatus honore fungebamur, Ecclesiam S. Petri ad Vincula de Vrbe cum illi annexa S. Agnetis extrà Muros dictæ Vrbis de licentia sedis Apostolicæ eidem Congregationi (cuius Protectionem aliquandiù gessimus, & illius profectum salubrem, quantum potuimus, procurauimus) concessimus, & multa pro eiusdem Ecclesiæ S. Petri, & ædificiorum eius reparatione, & reædificatione, ac pro commoditate Prioris, & Canonicorum inibi pro tempore Diuinis beneplacitis insistentium, etiam postquam ad summi Apostolatus Apicem fuimus Diuina fauente Clementia assumpti, exposuimus, dignum extimamus illi Congregationi, & Canonicis præfatis, ipsiusque Congregationis Monasterijs, locis, ac personis concedere, per quæ possint ipso Saluatori eis semper assistente gratum in eius beneplacitis exhibere famulatum.

Sanè,

Sanè cum, ficut accepimus, aliàs plures immunitates, & Priuilegia diuersa, gratiæ, fauores, & indulta spiritualia, & temporalia per diuersos Romanos Pontifices Prædecessores Nostros præfatæ Congregationi, illiusque Monasterijs, locis, personis, bonis, & rebus concessa fuerint, Nos cupientes, vt dictus filius Modernus, & pro tempore existens Prior Generalis dictæ Congregationis, & Canonici præfati, & eorum curæ commissi eò potius possint Domino in eius beneplacitis famulari, quò cognouerint huiusmodi Priuilegia, & immunitates pro illorum subsistentia, firmiori etiam Nostræ approbationis robore communiri; ac etiam Prioris Generalis, & Canonicorum, ac Congregationis huiusmodi commoditatibus, & augumento, statuique prospero, & fœlici, quantùm cum Deo possumus adiuuante salubriter consulere, ipsosque Generalem Priorem, & Canonicos, ac Congregationis huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes: ac omnia & singula Monasteria tàm dictæ Congregationis, quàm beneficia Monasterijs dictæ Congregationis vnita, annexa, incorporata, & possessa, ac quæcunque alia, & singula Priuilegia, gratias, fauores, immunitates, exemptiones, & indulta, tàm spiritualia, quàm temporalia eidem Congregationi, ac illius Monasterijs, locis, & personis sub quibuscunque tenoribus, & per quoscunque Romanos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, & quoscunque alios Christi fideles concessa, illorumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, eisdem præsentibus pro expressis habentes motu proprio, non ad Prioris Generalis, & Canonicorum præfatorum, vel alicuius alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de Nostra mera liberalitate, & deliberatione, certaque scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine litteras omnes, Ordinationes, Constitutiones, & consuetudines, quibus ipsa Congregatio regitur, & gubernatur, ac omnia, & singula alia Priuilegia, gratias, fauores, immunitates, exemptiones, & Indulta huiusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium approba-

probamus,& innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, atque omnia, & singula inuiolabiliter obseruari decernimus. Volumusque, vt quicquid dubij in dictis Priuilegijs, seu aliquo eorum pro tempore emerserit, id, data Verborum Ambiguitate, & varia Peritorum interpretatione in fauorem dictæ Congregationis, & locorum particularium eiusdem interpretari debere: & vbi ipsi in aliquibus redderentur dubij, seu Ancipites, secundum bonam æquitatem ad fauorem salutis animarum suarum, illa etiam largissimè intelligantur, & interpretentur, non autem secundum Iuris rigorem, aut Doctorum opiniones, vel subtilitates;& cuius vis particularis Monasterij, seu loci tam vniti, quàm vniendi præsentis, & futuri dictæ Congregationis Priuilegia, Concessiones, remissiones peccatorum, etiā Indulgentiæ quocunque nomine nuncupatæ, immunitates, & gratiæ, concessa,& concedenda, tàm per Roman. Pontifices, quam alios quoscunque Reges, Duces,Baronos,Principes,Dominia, & Communitates in omnibus, & per omnia ipsi toti Congregationi, & alijs etiam particularibus Monasterijs esse communia, & ad illa extendi, & extendimus per præsentes. Insuper etiam vltrà prædicta Priuilegia eidem Congregationi,vt præfertur,concessa, hac perpetua, & irrefragabili constitutione, Motu, & scientia, similibus sancimus, quòd omnes & singuli dictę Congregationis Canonici Ordinem ipsum professi præsentes, & futuri, quamuis in diuersis Monasterijs, siue locis pro tempore maneant, vnum tamen corpus, & vna Congregatio existant, & sub vna, eademque lege, atque obseruantiæ Regularis vnitate, morumque conformitate eisdem Constitutionibus, Priuilegijs, Ordinationibus, consuetudinibus, & statutis viuant, ipsaque Congregatio ab Apostolica sede vltrà centum Annos instituta, & meritò toties approbata ab Vniuersis Christi fidelibus,in reuerentia, & deuotione habeatur: decernentes, vt in omnibus, & singulis præeminentijs etiam in publicis actibus,ac Priuilegijs, & gratijs pro veris Canonicis Regularibus Ordinis, & Congregationis prædictorum habeantur, & reputentur, prout hactenus fuerunt auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium habemus, & declaramus. Mandamusque quorumcunque locorum Diœcesanis, vt eos pro talibus in dictis singulis, publicis, & alijs actibus censeri faciant, ac etiam reputari. Nos enim eos, & existentes veros, & indubitatos Ca-

nonicos Regulares Ordinis praelibati, quibus à dicta Sede Apostolica scapulare, quòd Insigne Claustralium est, gestandum super Rocheto in praefatae Congregationis Primordijs ex speciali Munere, & deuotione donatum extitit; omnibus, & singulis praeeminentijs etiam in publicis actibus ac Priuilegijs, & gratijs, quibuscunque alij Canonici potiuntur, & gaudent, potiri & gaudere censemus. Dat. Romae apud S.Petrum Anno Incar. 1512. 4. Non. Apr. Pont. Nostri Anno 14.

Ex cuius Indultu annotationes infrascriptas elicimus.

1 Concessit, dum Cardinalis esset, Monast. S. Petri ad Vincula cum sibi annexo S. Agnetis, adde: concessurus etiam spontè offerens Ecclesiam S. Mariae Maioris, si Patres Nostri acceptassent: renuerunt autem (vt à Maioribus, & Senioribus accepimus) ne tot, tantisque Honoribus exaltati, Humilitatem aspernarentur, quam maximopere amplexabantur.

2. Beneficia annexa Monasterijs Cōgregationi datis, ipsa Congregatio ritè possidet.

3. Confirmat omnia Priuilegia superiora.

4. Dubia vult interpraetari in fauorem Congregationis, non secundum Iuris rigorem, & subtilitates, & Opiniones Doctorum.

5. Particularium locorum Priuilegia sunt cōmunia omnibus: & varia Mon. sub vna Congregatione censentur.

6. Asserit Anno 1512. Congregationem nostram institutam vltrà centū annos, vt falsum sit institutam 1418. vel 1421. vt aliqui.

7. Tenendi, & habendi pro veris Canonicis Regularibus prout hactenus fuerunt.

8. Scapulare ex speciali munere, & deuotione, Insigne Claustrale datum: deuotio autem fuit Gregorij XII. qui vouit portare, & dedit Stephano: dicit donatum, non acceptum, vel quaesitum.

Port. Septimò fol. 113. Iacobus Portius hos esse eosdem Canonicos, qui ab Augustino instituti, quia communem vitam agunt; tria vota emittunt, quae Clerici Antiqui. Num. 20. Canonici Regulares, qui nunc vigent in Italia ea omnia faciunt, & profitentur, quae Apostoli Clerici primitiuae Ecclesiae. Ergo & Nos qui omnia illa facimus, & eramus Canonici in Italia Regulares, cum haec scribebat Portius, num. 4. & ex obseruantia Regulae, num. 4.

Hon. 3. Honorius III. appellat Canonicos Lateranenses, floruit circa Annum

num. 1210. Alexander II. floruit 1061. Greg. IX. floruit 1127. concedimus, prout de Iure competit, Vnionem cum Lateranensibus antiquis: concedant Nobis cum ijsdem, & Rhænanis, & S. Saluatoris Venetijs: in quem locum duo ex Canonicis Lateranensibus illis antè introductos vocatos Lateranenses, missi sunt ab Innocentio II. post datum Priuilegium, de quo suprà mentio, inferius in Historia S. Saluatoris Venetiarum inserendum Anno 1141. Petrus videlicet & Cato: quibus venientibus cessauit persecutio contra illos, qui in dicta Ecclesia deuotos se tradiderunt Regulari obseruantiæ Canonicorum Regularium. Ergo Nos à Lateranensibus possumus dici oriri, & proinde ac etiam particulari ratione, vltrà alias, ab Apostolis descendere. Eiusdem enim erant Ordinis Canonici, qui Canonicum Ordinem in Ecclesia S. Saluatoris instituerant, & qui à Laterano missi sunt pro liberè obseruando, & conseruando Ordine Canonicorum Regularium: num. 11. Accidentalis Reformatio vocatur Frisionariæ: ita etiam vocetur Nostra, quæ substantiale professionis non mutat D. Augustini, tùm ex causa efficienti, quia, quæ superior causa instituit, inferior destruere non potest: præsertim cum ad bonum finem huiusmodi Reformationes factæ fuerint pro obseruanda Regula Canonicorum Regularium D. Augustini, etiam igitur Nos; cum maior potestas sit Pontificis, quàm aliorum, ex eodem August. procedimus, cum tales Nos censeat Greg. XII. & ex Reformatione cum Rhænanis confirmemur Canonici Regulares facti à Gregor. XII. secundum Regulam B. Augustini, quæ ibi viguit tàm antiquo tempore, vt dicemus, per Martinum V. Ergo superiori auctoritate interposita, cessat minor. Octauò fol. 120. Pirrhus Thartus, num. 1. Eugenius IV. narrat Historiam Canonicorum Regularium Institutionis, deinde Congregationem Frisionariæ nuncupatam secundum Regulam B. Augustini viuere affirmat. Hoc idem in ipsa Bulla ostendit de alijs familijs eiusdem propositi: præterquàm quod in Bulla, in quo concedit Nobis idem Pontifex Canonicam S. Saluatoris Venet. cumulatissimè testetur, & summis laudibus celebret, vt dicetur. Num. 21. vocantur Canonici Regulares Ordinis S. Augustini: genitiuus casus denotat descendentiam, quia ex conformitate nominum probatur identitas corporis: & nos ita vocamur à Pontificibus. Num. 39. Vniuersitas sem-

Alex. 2
Greg. 9.
Inn. 9.
Greg. 12
Greg. 12
Mart. 5
Pirrh.
Tar.
Eug. 4.

per dicitur eadem vel crescat, vel decrescat, vt de Grege, in quo aliqua pecora moriuntur, & alia eorum loco subrogantur, & de familia domus, & Nauis, ita de Reformatione, quæ non mutat substantiam Religionis. Ergo Nos etiam descendimus à Canonicis Rhænanis, quia eis vniti sumus existente adhuc superstite: & cessantibus familijs diuersis in locis Canonicorum Regularium, non tamen omnibus, in eas reformata est Nostra à Greg. XII. dum aliqui Viri Ordinis S. Augustini fuerunt Canonici Regulares constituti secundum Regulam S. Augustini, quam & ipsi prius sequebantur, & profitebantur, vt non indiguerint noua professione, & in Rhænana & S. Saluatoris Bononiæ diu obseruarant, qui Canonici Regulares erant, quibus vniti Nos. Nonò fol. 123. Vincentius Parentius. Num. 1. forma Canonicorum Regularium, & illius Ordinis Institutorum ab Augustino eadem est in his Canonicis Regularibus, qui in causa. Ergo de illis censendi sunt; ita concludendum de Nostris: eadem forma, id est operatio, emissio trium votorum; eadem causa, vt viuerent Canonici Regulares sub Regulam sub S. Apostolis: personæ, quia sicut Christiani recipiebantur tunc, vt Canonicè viuerent, vt in Canonibus, ita & in Nostris eædem personæ recipiuntur: eadem res, quia vno eodem nomine nuncupantur Canonici Regulares. Num. 10. Et cum non reperiatur noua approbatio alterius Religionis Canonicorum Regularium diuersa à prima illa instituta à D. Augustino, cum de Iure, siue approbatione Pontificis noua non possit induci Religio, necessariò hæc Religio debet dici eadem, quæ prius erat, quia non potest sustineri in alia, quàm à D. Augustino instituta, quod de Lateranensi, Nostra, & etiam omnium Canonicorum Regularium sub Regula D. Augustini reformatorũ, & Institutorum dici clarum est. Decimò fol. 153. Idem Parentius dicit: Pondero in Bulla Eugenij priorem Clausulam, dum dicit plures Cœtus, & Congregationes esse sub proposito Canonicorum Regularium, & sic non in totum sub Regulam: Hæc verba vltima non sunt in Bulla, imò ex Bulla contrarium elicitur, quòd si illi Cętus in totum sub Regulam fuerint per producta prius in Vniuersum de Canonicis Regularibus ab Apostolis, Marco, Augustino Anglo Regulis Augustini insignitis. Ex quo corpore Ordinis Canonici sub Regula Augustini multi Cœtus, & familiæ multiplicatæ sub pro-

Gregor. 12.

Vincẽ. Paren.

Parent.

posito Canonicorum Regularium, eo proposito, quod præpositum est in Bulla Canonicorum Regularium, videlicet: qui Regulis Augustini fuerunt Insigniti in vniuersum: Itaque malè concludit cum sequitur: ita vt, cum subiungat hanc Congregationem Frisionariam esse sub eadem Regula Augustini, manifestè pateat, quòd distinguere voluit ab existentibus alijs sub proposito Canonicorum Regularium hanc Congregationem sub vera Regula B. Augustini militantem. Ergo hæc Congregatio cum sit sub Regula eadem S. Augustini, eadem est cum ea, quam instituit Augustinus, cum dicit eadem, includit alios Cœtus, qui sub Regula Augustini viuunt. Si enim hæc sola Congregatio viueret sub Regula Augustini, non diceretur sub eodem, quod verbum habet respectum ad alios sub ea Regula. Sed, quicquid intelligatur de verbis, falsissimum est, quòd omnes aliæ Familiæ Canonicorum Regularium tempore, quo Eugenius hæc scripsit, non viuerent sub *Eug.* eadem Regula: Nam Nostra tunc temporis existens, prout Allegatores testantur, sub Regula Augustini fuit à Greg. XII. & Marti- *Greg.12* no V. & ipso Eugenio nuncupata, Instituta, reformata, vnita, quic- *Mart.5* quid volueris pone: quam liberè interpretantur verba Pontificum, non inspectis, quæ ijdem Pontifices dicunt, eadem conclusio per hæc inanis redditur. Vndecimò fol.165. Num.5. siue Canonici Regulares, & Monachi S. Benedicti, vt vniuersi, siue vt singuli concurrant, semper Canonici Monachos præcedere debent: non limitatur dictio Canonicorum Regularium ad huius, vel illius Congregationis, sicut nomen Monachorum S. Benedicti ad Congregationem S. Iustinæ, siue ad Præmonstratenses Cluniacenses. Duodecimò fol.128. Num.1. & inferius fol.191. num.6. repetita: vbi falsissimum: asserit dicere Bullam hanc solam Congregationem dictam Lateranensem militare sub Regula D. Augustini, quod nusquam somniauit Bulla, sed, quibus licet eadem Bullæ Verba detrahere, possunt, sed non licet, vt minus, id addere, & alterare. Vltimò fol. 209. cum lata sententia est, vt Canonici Lateranenses vti Clerici dimissa cappa in linea Veste, & Clericali Habitu incedentes præcedant, & Nos habemus hunc vsum concessum; cum in Bulla Pij dicitur, quòd sint Lateranenses, ex illis antiquis non excludit Nos: quod fecisset, si dixisset illos solos esse ex illis: concessum itē à s. me. Pontifice Maximo Paulo V. cuius memoria in benedi-

nedictione est; vt byretum ad morem Clericorum Romanorum gestaremus ex Decreto Illustrissimorum Cardinalium Congregationis Rituum. Hæc perfunctoriè collecta ex Allegationibus, vt cuique videre liceat Nostram etiam causam tractari in Nostrum fauorem in illis allegationibus, & productionibus: quòd si diligentius rationes, quæ etiam Nobis applicari possunt, vt applicantur Canonicis Regularibus Lateranensibus dictis, voluerit quis hic videre, si licebit, per otium transsumemus. Legendam autem Bullam Eugenij putamus, vt, quæ dicta sunt superius, facilius innotescant. Hæc quòad Primatum, & Præcellentiam Canonicorum Regularium vltrà ea, quæ ab alijs varijs locis, & allegationibus citatis pro modo Nostro collecta sufficiant. Nunc in tertio libro de Habitu eorundem differemus.

Eug.

Finis Secundi Libri.





NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium LIBER TERTIVS.

De Habitu Canonicorum Regularium.





Vditatem illam, qua ornabantur primi Nostri parẽtes, pulchriorem amictum vocamus, quàm fericum, purpureum, byssinum, & aureum, quia carebant illa erubescentia, quam per peccatum contraximus. Scribitur enim Gen.2. erant autem vterque Nudus, Adam scilicet, & vxor eius, nec erubescebant: non enim habebant Vestes primi Parentes in Paradiso, quia pulchritudo naturalis maior erat, quàm pulchritudo ornatus in vestibus. Hinc in vita æterna post resurrectionem vestes non sumus habituri, quia propter peccati turpitudinem inuentæ sunt: cessante autem omni culpa, & pœnalitatibus peccati, cessabit vestis: quia caro Beatorum fulgebit ibi sicut Sol: Iosephus autem dicit, quòd primi Parentes erant adhuc vt paruuli, non habentes vsum rationis, & ideo non erubescebãt de sua Nuditate, vt faciunt pueri: & arbor scientiæ accelerabat vsum rationis, & accelerabat ita, vt gustantes de fructu eius incęperint habere vsum rationis, & erubuerint de sua Nuditate, quod falsum est: Nam homo, & omnia opera Dei perfecta creata sunt; Ergo in sapientia completa, sicut in quantitate perfecta, & robore, & potentia generandi: præterquã quod lex non datur nisi capacibus, id est vsum perfectæ rationis habentibus: & Deus quidem dederat legem de comedendo, & non comeden-

Gen.2. *Sap.3.* *Ioseph.*

medendo,& quo modo poterant peccare, si non habuerunt vsum rationis? peccauerunt autem eligendo comedere de prohibito, antequam actu comederent; vel incipientes comedere, antequam fructus ille aliquid naturaliter operaretur: Ante igitur esum ligni vtebantur ratione, secundum quam imposuit nomina Adam omnib. animalibus,& volucribus, quòd nisi ex multa sapientia nō fit. Itaq. non erubescere non erat propter ignorantiam, sed ex conditione status, in quo ex originali Iustitia non erat aliquis inordinatus motus membri pertinens ad pœnalitatem, quæ consequitur peccatū, vnde erubescerent. Et ab exterioribus quidem præclarū Indumentum erat Nuditas, quia non patiebantur à frigore, æstu, & cæteris, quæ postea calorem,& dolorem pepererunt: ab interiori aūt, quia, vt dicimus, non erat inordinatio sensitiuæ, sed ad nutum rationis mouebantur singula membra. Quemadmodum enim nūc etiā vultum,& manus,& pedes,& si qua alia membra ad nutū moderamur, non erubescimus nuda monstrare, quia non mouentur nisi a voluntate, ita singula membra tunc ab homine regebantur. Insurrexit verò seruitus recalcitrans,& repugnans in membris appetentibus, vt contra etiam nutum hominis mouerentur,& ex hoc Nuditas orta

Rom. 7. est verecunda, quam deplorat Paulus: infœlix ego homo quis me li

Gal. 5.

Rom. 7. berabit de corpore mortis huius:& caro concupiscit aduersus spiritum:& video aliam legem in membris meis repugnantē legi men

Aug. tis meæ,& captiuantem me in lege peccati, i. in pœna peccati: An

Gl. ord. tea autem homo nihil putauit velandum, vt Augustinus dicit, quia nihil senserat refrenandum. Huius Indumenti præclarissimi Nobilitas ac primum elucebat: quòd cum nihil in illo homine esset inordinatum, neq. sensus, neq. ratio, magis conatus est Serpens in tentatione, quâm nunc faciat in nobis, in quibus ex iam inordinato appetitu interius ad omnes passiones in sensitiuo, etiamsi ratio,& voluntas ordinatissimi sint, procedit ad tentandum, vt ad actū explendum appetitus sensitiui flectamur. In primis verò Parentibus nullo existente inordinato, neque intellectu, neque voluntate, neq; sensu, cum non potuerit deordinari appetitus sensitiuus, nisi deordinata prius ratione, vt moueretur ad inordinatum desideriū Libertatis,& Dominij, perindeac quadam vi subiectus fuerit ad non faciendum quod voluisset per præceptum præcipuè negatiuū, quod videbatur illam excellentiam tollere, in qua constitutus erat: non

de simplici comestione tentatus fuit, vt noster appetitus ad delecta bilia gustus, & tactus inordinatus: tunc enim non existente fame, siti, & huiusmodi, non erat inordinatio in appetitu, sed ad displicen tiam præcepti, ad elationem sui, ad dubitationem de Verbis Dei. Vide quàm pulchra Vestis fuerit Adæ, & quanto nisu laborauerit Dęmon vestimẽta hæc tollere: vt meritò de Deo dici possit: Vestiui te discoloribus: & de diabolo: dimittit homines nudos indumenta Ezec. 16
tollentes: præterea, quia cum hoc indumentum fuerit gratia gratis Iob 24
data, quæ potest cum peccato mortali concurrere, nō statimac pec cauit Mulier ante comestionem, nisi alio tamen peccato electionis comedendi, cum perdidit gratiam gratum facientem, priuata fuit hoc indumento, & expoliata, nisi post consumatum peccatum in actum ipsius Adæ, tùm vt permitteretur tentari Adam, alioquin si erubescens Mulier fuisset post comestionem, & videns suam Nudi tatem, vel abscondisset se, vel erubescentem accedentem ad virum vir miratus contradixisset comedere, tùm ob alias rationes nō Nostri Instituti: præcipuè, quia nisi post multos actus, & tempus destitueretur ab illo indumento, tàm pręclaro, tàm excellenti, tàm nudo criminis duplicitatis, tàm ornato, & induto ordine, harmonia, consensu. Prius ergo in Eua deordinata ratio fuit ex prædictis, postea appetitus sensitiuus, cum vidit lignum ad vescẽdum suaue iudicās. Hanc vestem iustam originaliter, idest ab origine datam homini à Deo perdiderunt ambo, cum comedente Adam aperti sunt oculi eorum simul, non prius Euæ, cum comedit antè virum, vt suprà, sed post viri comestionem. Non erat Iustitia originalis gratia gratum faciens, sed tãtũ gratis data in ordinatione, & rectificatione inferio rum ad superiora, vt. filli sine labe immunditiæ creati tales sint, vt anima subderetur voluntati Diuinæ, etiamsi non fuerit ibi gratia gratum faciens, vt inquit Abulensis, scilicet, quòd in intellectu, & voluntate eorũ non erat aliquid, propter quod ipsi vellent repu- Abulēs.
gnare voluntati Diuinæ. Diligebant ergo naturaliter Deum magis quàm se ipsos, dato, quòd non haberent gratiam gratificantem, & hoc erat indumentum interius: exterius autem erat, quòd appetitus, & æstimatiua nullo modo repugnabant iudicio rationis, & electioni voluntatis, & proinde potentiæ executiuæ inferiores obediebant in exequendo, ad quod requirebatur debitum robur, sanitas posse non mori ordinata ad de-

bitam executionem voluntatis, cui sanitati subordinabantur cætera anteriora superindumenta, dominium in animalibus, & in sensu carentibus, vt bestiæ non nocerent, ignis non combureret, aqua non suffocaret, lapis non læderet, & sola ista connexio vocabatur Iustitia Originalis. Aequalitatem enim habet Iustitia, siue secundum rem, siue secundum proportionem, vt hr̃ 5. Ethycorum. Inter omnia igitur erat ista æqualitas proportionalis animæ ad Deũ &c. Ex quo primo Indumento, scilicet Obedientia animæ ad Deum, sequebatur tota reliqua concatenatio, vnde non poterat dici: verè Nudus sum, nisi primo, & interiori Indumento ablato, quod erat Obedientia animæ ad Deum: Sicut veritas conclusionis demonstratæ non potest deficere, nisi euanescat veritas principij. Fuit igitur iste ordo in destruendo Indumento; licèt non secundum tempus, sed causam. Cum ergo à voluntate Diuina recessit anima, appetitus, & phantasia recesserunt à recta ratione; cum iudicauit lignum pulchrum ad vescendum, & inclinauit ad hoc, vel magis propriè insurrexit, cum contrà voluntatem membra exarserunt, postquam Adam gustauit: nam cum inclinauit appetitus ad comedendum, deuiauit à recta ratione, sed non fuit inuoluntaria deuiatio propter electionem, sed cum membra contrà voluntatem motu fædo libidinis exarserunt. Antea potentiæ executiuæ obediebant desiderio, quia, quicquid homo volebat, poterat; postea non potuit, quod volebat: Sanitas defecit, quia subiecto morti creaturæ similiter poterāt inferre mortem. En quantis Indumentis priuatus fuit homo, quibus donatus fuit à Deo; Non enim à semetipso potuit indui, & dum ijs expoliatus fuit, pœna fuit eò, quòd ipse disrupit, vnde ortum, vt oculi eorum aperirentur, non quidem ad vsum rationis, quasi antea fuerint sicut paruuli, vt pace sua somniauit Iosephus, cum fuerint ex suprà dictis creati cum perfecto vsu rationis: præterquàmquod, si hoc fuisset per peccatum, magnum bonum attigissent, neque ad cognoscendum malum, quasi prius tantum bonum cognouerũt, vt inquit Rabbi Salomon, cum scientia sit oppositorum. Cognoscebant enim vtrumque cognitione speculatiua, intellectiua: bonum etiam experimentale non item malum, sed post esum, sed ad cognoscendum suam Nuditatem esse confusibilem ex conditione status, quod non erat antè, quamuis fuerint Nudi. Erat enim illa Nuditas valdè decora, & honesta, vt

Marginal notes: 5. Ethy. — Ioseph. — Rabbi Salomon.

Nuditas

Nuditas in Patria, in qua non erit vsus membrorum: non nubent, *Marc. 12.*
neque nubentur; in quo nunc verecundamur, vt inquit Augusti-
nus in lib. de Ciuitate Dei. Non enim cęci erant facti, aut prohibi- *Aug.*
tos fructus palpantes decerpserant; Sed sicut in fractione panis a-
perti sunt oculi Discipulorum, & cognouerunt, quem cognoscere *Luc. 24.*
non valebant, sic aperti sunt oculi eorum, ad quod antè non pate-
bant, quia anima rationalis bestialẽ motum in carne sua erubuit,
& pudorem habuit non solùm, quia sentiebat, quod antè non sen-
serat, sed etiam, quia motus ille pudendus de transgressione venie-
bat: ibi enim sentit, vbi gratia nesciebatur, cum in Nuditate nihil
indecens patiebatur, ibi completum est: Domine in voluntate tua *Ps. 29.*
præstitisti decori meo virtutem; illum decorem, qui Indumentum
est. Dominus regnauit, decorem induit, induit fortitudinem, & *Ps. 92.*
præcinxit se virtute, quod ideo in Deo factum sancitur, quòd in
homine fecit: Auertisti faciem tuam à me, & factum sum conturba *Ps. 29.*
tus. Hanc Nuditatem conturbationẽ talem inferentem necessa-
rium erat operiri, tegi, velari; vt in ipso etiam peccatore erubescen-
tia faceret Indumentum: & quidem aliud quæsiuit homo, aliud
fecit Deus: primi quippe Parentes consuerunt folia ficus, non qui-
dem putantes in folijs illis esset, quod cognoscerent ad tegendum
membra prurientia, sed occulto instinctu impulsi sunt ad hoc, vt
talis pœnæ significatio à nescientibus fieret, quæ conuinceret pec-
catorem, inquit Glossa Augustini. Indumentum ergo primò fa- *Glos. Aug.*
ctum fuit ad pœnitentiam, verùm non perfectæ pœnitentiæ vestis
fuit illa prius colligatio: Alucinus enim dicit: quia gloriam simpli-
cis castitatis amiserunt, ad duplicem libidinis pruritum confuge-
runt: Vnde cùm esses sub ficu vidi te, & descendi (subaudi) libera- *Jo. 1.*
re te: folia autem ficus fortasse simplici intentione tulerunt ad eru
bescentiam comprimendam, non quia fructus ligni fuerit ficus, vt
quidam Iudæi: non enim ausi essent iterùm in illam arborem ma-
nus inijcere, ex qua cognouerunt suam confusionem, neque iuxtà
arborem scientiæ erant, cum consuerunt: nam in alio loco stabat
Adam, cum dedit ei vxor pomum. Diabolus enim Euam tentauit
prorsùs separatam à viro, vt facilius seduceret, sed quia propè erat
vbi erant, vel quia aptior ad tegendum, cum in Oriente folia ficul-
neæ ad scuti magnitudinem accedere perhibeantur, & Glos. ord. *Gl. ord.*
Ioan. 1. dicit: Sub ficu abdi, est, esse subditum sub consuetudine
peccandi.

peccandi,& vmbra mortis,vt primi Parentes sub fici folijs se texe-
Aug. runt:& Augustinus in Cathena D. Thomæ Matthæi 24. per arbo-
Thom. rem fici intelligit genus humanum propter pruritum carnis:Ergo,
vt pruritum carnis tegerent, ad carnis pruritum cucurrerunt: non
perfecta vestis, quæ veram pœnitentiam, & Dei famulatum etiam
post peccatum designaret; imò magis fragilitatem præsefert, cum
prouerbio locum dederit,ficulneo baculo fragilior, nulli ædificio
apta:vmbræ pessimæ,adeo vt, qui sub ea dormit,stupidus ferè sur-
gat,ocissimè senescit:esa,pediculos gignit, à cœlo nō tangi dicitur:
Vide quem statum hoc inuentum ab homine pallium præfiguret:
post peccatum enim, & in peccato carne nil fragilius,ædificio cęle
Ps.33. sti non idonea:vmbræ mortis pessimæ, quia mors peccatorum pes
sima,ocissimæ voluptatis vermem conscientiæ gignit: Hinc abscon
dit se Adam à facie Domini, & à Cœlo non tangitur, quia carna-
les homines in labore hominum non sunt, & cum hominibus non
Ps.82. *D.Greg.* flagellabūtur;& D.Gregorius leuem in folijs ficulneæ, fragilemq;
iactantiam ponit,quam induit homo iniquitatis, vt ficus illa, quæ
siccatur à Domino,quia non habebat fructum. Iactare potest ho-
mo,gloriari,operari: ad perfectum non induitur, non sibi faciat
indumentum,sed à Deo expectet:vt ordiremini telam,& nō per spi
Isa. 30. ritum meum: quia enim fecit sibi indumentum, quocūque modo
accipiatur in folijs ficus, vel ad velamentum, vel ad pœnitentiam,
vel ad ornatum, nullo modo perfectum est in illo, quod homines
ab Adam in huiusmodi vestibus excogitabant: tantum abest, vt
operiretur Nuditas erubescenda;vt Noè non potuerit velari,quin
à maledicendo filio non reuelaretur: præterea neque, vt diximus,
pœnitentia grata fuit in folijs illis Deo, cum maiorem pruritum
congenerant: quòd si in vestibus pretiosis deinceps homines glo-
riati sunt,purpura,bysso,sericis,aureis:Hæc omnia tanquam à prin
cipio parum duratura comperta sunt.Etenim folia,& herbæ,& fę-
num hodie viride est,cras in clibanum mittitur, manè floret,tran-
Ps.89. sit:vesperè decidit,indurat,arescit: Sed neque omnis in vestibus Sa
lomonis gloria æquiparatur Indumento lilij teste Saluatore,cum
Isa 14. tamen ipsum facile marcescat:Hinc illæ voces: Subterte sternetur
Ps.111. tinea,& operimentum tuum erunt vermes: sicut opertorium mu-
Soph.1. tabis eos,& velut amictum mutabis eos,& mutabūtur:Visitabo su-
per eos,qui induti sunt veste peregrina,& multa alia ad aspernen-
dam

dam vestium gloriam dicuntur à Spiritu Sancto, & ad ostendendam earundem corruptionem: vt non laudarit Iesus Ioannem tãquam mollibus vestitum, quippè qui huiusmodi induti in domibus Regum terrenorum, scilicet sunt; non cœlestium. Et hæc quidem fuerunt Indumenta hominum cogitatu inuenta, fluxa, caduca, imperfecta, inania. Quæ verò Deus adinuenit, in duplici differentia constituuntur, secundum quòd dupliciter ad Deum se gerere debebat homo post peccatum: nam, quantũ ad vniuersale operimentum Nuditatis, D. Paulus absque discretione formæ, siue materiæ tegumenta tantum appellat, quibus necessarium fuit homini operiri. Habentes victum, & quibus tegamur, his contenti sumus: & de hoc genere Indumentorum, vt eo frugali, & humili omnes homines probi vterentur, vel vti deberent: etiam Ethnyci cognoouerunt in Pallio Diogenis, & huiusmodi, & in vestibus rudib. Christianorum. Contrà gloriosam, & ambitiosam diuitum pompam, vt ille Diues Euangelicus, qui induebatur purpura, & bysso, iam supra disseruimus. Ad illa duo genera habituũ, quib. in duobus operibus circà Deum homines indigebant, accedamus. Homo antè peccatum vnum tantum opus erga Deum operabatur: vt oraret, & in altum eleuaretur, ad quod nullo alio Indumento indigebat præter illud, de quo suprà; Iustitia scilicet Originali, in quo optimè complacuisset sibi Deus in actu eleuationis animæ hominis plus, quàm in veste nuptiali Euangelica, cum qua debemus ad nuptias Cœli ingredi, idest, cum operibus Iustitiæ: nam hæc mixta sunt operibus pœnitentiæ; illa autem absque pœnitentia induebant hominem, vt fuerit necessarium eò, quòd folia ficus, & alia indumenta pœnalia solis hominibus, etiam à Deo præcepta, non ad rigorem placabant ipsum Deum, filium eius indui illo habitu, quo homo indigebat ad satisfaciendum: vt dicat D. Paulus: formã Serui accipiens in similitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo, idest, vt sumeret humanam naturam, in qua per virtutem Diuinitatis suæ opera pœnalia exerceret ad satisfaciendum Patri pro nobis: & hinc, vt cõparticipes simus passionis eius, oportet, vt induamur Dñm Iesum Christum, idest vt Sumamus Habitum pœnitentiæ, & hic est primus; præterea ad placandum, & honorem etiam dandum Deo Benefactori nostro, Sacrificia, Orationes, Famulatum, Ministerium circà Diuina operantur homines,

1. Tim. 6

Luc. 16.

Phil. 2.

ad quæ cum particularibus Indumentis accedere debent, & Deo conuenientibus, quantum creaturæ materiam talem exhibere possunt, secundum Diuinam acceptationem, & præscriptum, vt ad differentiam aliorum hominum, qui sacris non sunt initiati, et qui pœnitentium vestes induunt, sine intermissione in Ecclesia proponant: & vtriq. huic statui hominum Deus Habitū præ-
Gen. 3. stitit, de quibus disserendum. Scribitur Gen. 3. fecit Deus tunicas pelliceas. Hoc primum indumentum homini datum à Deo, pelliceas quidem, id est de pellibus animalium, quas nō de nouo creatas esse, cum non debeat dari miraculum absq. necessitate. Animalia enim ad seruitium hominum facta sunt, & non fuit inde inconueniens tunc, cum indigebat homo vestibus, occidi animalia, sicut nunc occidi, vt manducemus carnes eorum: & quidem ad modestū habitum hominis, quo in necessitate positus vestiendi vsurus erat homo, pelles adhiberent, vt frigus arcerent, non vt ornarent personam: per vestimenta enim aeris intemperies excludebatur, quę per peccatum hominis iam vigebat, frigidus. s. & nimis calidus: nō quasi aeris qualitas post peccatum mutata sit: nihil enim de natura rerū fuit per peccatum mutatum, sed talis erat aer post peccatum, qualis prius, quā peccaret homo, & qualis futurus erat etiam non peccante homine, vt indiguerit ēt veste homo antè peccatum: ꝙ autē sic existente aere non indiguerit sic veste homo, fuit vel propter locum, in quo mansit, vbi est aer temperatissimus; & manentes ibi non indiguissent vestibus, ea ratione, quia non est eiusdem qualitatis cum alia terra, cum fuerit ille locus datus sanctis: Hæc autē terra sit exilium; vel melius, quia cum in moriendi necessitatem inciderit homo, ad patiendum ea, quæ mortis peruia, & vicina sunt, & consocia, disponebatur, vnde necesse fuit vestiri: ad quę accedit, quòd tradebatˉ potestas occidendi animalia non quidem ad esum carnium adhuc, sed ad vsum pelliū, ne putarent homines eò, quòd præceptum non fuerit comedendi carnes, prohibitum etiam hinc occidere animalia: occidit igitur animalia ad vestes faciendas, vt hac libertate vteretur homo; vide quantùm etiam ad naturalem vsum vestium Deus cōcessit, præscripsit, restrinxit. Verùm intimius penetrandum ad pœnitentiæ habitum: propterea enim tunicas pelliceas animalium mortuorum fecit homini Deus, vt ostenderet se esse mortalem, & de morte acquisita ploraret, & ad vestium visum

iugiter

iugiter recordaretur conditionis suæ,& de peccato moi tem inferẽte doleret:Ecce habitus pœnitentiæ. D.enim Augustinus ibi inqt: Hoc quoq.significationis causa factum est,& in factis quæritur qd factum sit,& quid significet,& in dictis quid dictum, & quid significet,& Strabus:ipsi fecerunt sibi perizomata ad operiendum peccatum suum,vt peccatum suum abscõderent:fortassis ita intelligitur, vt abscondere voluerint pruritum illum,quem erubescebant,& nõ volebant:verum ẽt hoc potest intelligi,vt abscondere contenderint peccatum suum,vt non sibi ascriberetur peccatum:nam vnusquisq. ẽt dictis abscondere nitebatur,cum Adam in Deum,& vxorem causam peccati reducebat:mulier,quam dedisti,inquiẽs, sociam mihi, dedit;& Eua in Serpentem,vt quæsierint excusationes in peccatis: ex quo patet quàm male Habitus ille perizomatum pœnitentiæ actum efformaret:Adde,ꝙ cum perizomata nõ operirent oĩa membra,mutilata erat pœnitentia: quemadmodum Diabolus in vno quoque procurat,vt Rex Amon legatis Dauid,id est inspirationib. ad pœnitentiam dimidiare vestes: Deus autem fecit tunicas pelliceas,quibus totum corpus operiebatur:quia in corpore, & anima patiebantur,& vtrinque pœnitentia describitur in animæ motibus ex dolore, & corporis ipsius doloris nondum socio, sed expositore.Hinc ortum;vt pro Habitu pœnitentiæ cęteri homines, in quib. vera luctus vita enituit,pellibus, pilis, cilicio ex pilis contexto vterentur:de Elia,vt cognosceretur à Rege, dictum est, quòd erat vir pilosus,id est(vt Lyrano placet)Habitus hyrsuti, vilis, asperi,& zona pellicea accintus renibus:in Hebręo,zona de Corio, vel cum pilis,vel absque,nihil refert: Agebat autem Elias cum Prophetis in monte vitam pœnitentium : ex quibus PP. Carmelitæ descendere gloriantes,in suis legibus pelles concedunt sibi & suis : serica autẽ prohibenr;& PP.Eremitani Zonam hanc circundati,Habitum Eremitarum pœnitentium præseferunt: ex eo, & eius similibus loquitur Paulus ad Hebręos recensens Prophętas illos in Habitu, & statu pœnitentiæ:Circuierunt in melotis,vestibus de pilis Camelorũ, vel Taxi,hyrsuti animalis,& deformis,cuius Habitus, inquit Lyranus,ostensus fuit ipse Elias: egentes, vt Elias in egestate pastus à coruis,& muliere: angustiati. Elias fugiens Iezabel, Dauid Saul,& Absalon: afflicti labore corporali, vt Elias lassus obdormiens subpter Iuniperũ: quib. dignus non erat mundus,vel quia viles ita exi

August. *Strabus.* *Gen. 3.* *Lyr.* *Heb. 11.* *Lyr.*

ſtimati, vt indigni cenſerētur hominibus, vel, et certius, propter peccata mundialia: ideo morabantur in cauernis, & ſolitudinibus: errantes, vt melius, & expeditius uacarent contemplationi, & actibus pœnitentiæ: non quòd non potuerint cum alijs etiam habitare ex malitia, cum ſit homo animal ciuile, vt comparetur beſtię, ſed vt melius nomen, quam hominis obtinerent, ideo vocatus Elias ho
3. Reg. 17. mo Dei: & ipſe Elias dixit de ſe: Viuit Dominus ante cuius conſpectum ſto: præter ſtatum communem, ſecundum quem omnes antè conſpectum Dei ſumus particulari, & cariſſima præſentia: Eſaù appellatus Seir, id eſt pelliculoſus, egreſſus de vtero Matris in morem pellis hyſpidus apparuit, quod fuit vel monſtrum, vel miraculum: nam homines habent pilos in ætate aliqua perfecta, cum ex calore inualeſcente humoris ſicci digeſti, & emiſſi per ſtrictiſſima loca pororum formentur in pilos ſecundum anguſtiam locorum, per quæ tranſeunt, figuram ſumentes: quòd ſi fuit aliqua ſpecialis complexio, aut monſtrum in eadem hora naſcentibus vtriſque fratribus gemellis, ipſi. ſ. & Iacob debebat accidere, vt piloſi naſcerentur, quamuis hoc generaliter non reperiatur, cum gemelli aliquan-
Pſ. 57 dò ſint inter ſe diſſimiles. Eſaù igitur ſignificat peccatorem ab ortu, ideſt principiò egreſſus de Paradiſo cum pellibus peccatorum: errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa: quas pelles non poſſunt quidem offerre Deo, vt Primogenituram accipiant terræ hæreditatis, prout Eccleſia dicitur primitiuorum: ſed Iacob lenis, abſque pilis
Aug. peccatorum, hædorum pelliculis tectus, ideſt (ſecundum Auguſt.) peccatoribus hominum, & Habitu pœnitentiali indutus pro nobis, apud Patrem obtinuit remiſſionem: in quo aliud elucet veſtimenti alterius ſignificatio: nam veſtibus Eſaù valdè bonis Rebecca
Gen. 27 induit Iacob; quæ ad ſtatum famulatus Dei, & Miniſterij Sacerdotalis pertinent, ex quibus alia ratione in ſimilitudinem carnis peccati oblatus eſt Ieſus tanquam Sacerdos in æternum ſecundū ordinem Melchiſedech, & Pontifex conſtitutus à Deo obtulit ſemetipſum in ſacrificium, de quibus veſtibus infrà: Quare et naturales pili Eſaù, & artificioſæ Veſtes à Matre appoſitæ de pellibus hædorum, pœnitentiæ indumenta repræſentant. Non tamen hinc colligendum pœnitentiæ ſtatum (quatenus humilitatem, & vilitatem, & abiectionem habet in ſe) non placerę Deo Pulchro, & Bono, qui pulchritudine delectatur: nam quamuis tabernacula Iudęorum

fuerint expoſita in deſerto aeris intemperiei de pellibus deformis materię:tñ aīum illius Prophętę ad innuendã eorũ pulchritudinẽ *Pſ. 83.*
incitabant dicentis:Quàm pulchra tabernacula tua Iacob: operimenta tabernaculi ex cortinis,ſagis cilicinis,de quibus infrà,& duplicibus pellibus deſcribũtur:primùm,vt neceſſitas ad imbres coercendas, & rorem,& pruinam indicaretur. Neceſſarium enim erat multa tabernaculi ſub diu perſeuerantis eſſe operimenta. Præterea ad decorem, & pulchritudinem, vt pulchritudo tabernaculi etiam ex varietate, & duplicitate pellium Arietum Hiacynthinarum appareret. Duæ ergo fuerunt cauſæ pluralitatis operimentorum, & *Exo. 26.*
neceſſitas,& pulchritudo.In opere namq; bono non ſolùm neceſſitas,ſed etiam pulchritudo conſideranda eſt. Neceſſaria eſt pœnitentia,tabula poſt naufragium peccati, quæ, dum charitate formata eſt, pulcherrima Deo apparet, vt videatur ipſe ex eius pulchritudine in amorem duci,dum etiam Eliam ad pulchritudinem pœnitẽtiæ Achab videndum inuitauit. Pelles autem non habebãt mẽſuram deſcriptam,vt Cortinæ,& Saga,determinatam: quia hęc minora erant tabernaculi longitudine,& altitudine,vel maiora.Pelles verò æquales erant in menſura tabernaculo, vt tantum extenderentur in longum, & in altum,quanta erat tabernaculi menſura; quia pœnitentialis Habitus commenſurari debet peccato, vt quantum in delicijs quis fuit, tantum habeat tormentum, & luctum,&.ſicut *Apo. 18.*
menſura delicti, ſit plagarum modus; quò ſpectat Gregorij vera, *Deu. 25*
quamuis ſeuera cogitatio,vt fructus dignos pœnitẽtiæ faciamus, *Gregor.*
non tantum fructus pœnitentiæ. Qui enim illicita nulla cõmiſit, poteſt licitis vti.Qui autem in illicita lapſus eſt,debet à licitis etiam abſtinere,& hoc eſt habere æqualem menſuram tabernaculi; pelles. Inſuper pelles Hiacynthinæ ad colorem,vt vulgò dicitur, azurinum vertentes,Cœlum repræſentabant,vt dixerit Ioſeph à proſpi *Ioſeph.*
cientibus eminus tabernaculum viſum eſſe tanquam Cœlum, tãtò magis patens,quantò à longè ſtans Publicanus pœnitens nõ audet ad Cœlum oculos leuare: & quantò Crebrius Stephanus ictus lapidum patitur,tantò clarius videt Cœlos apertos, nedum quia martyribus vltrà pateat,verùm quia etiam pœnitentibus aperitur. Eſt enim pœnitentia vna ex ſpeciebus martyrij ex D. Antonino in ſua *D. Ant.*
Summa; de qua Latro in ipſa pœnitentia dicit.Nos quidem digna *Luc. 23.*
factis recipimus. Et Oleaſter dicit,cũ infra pedes Dei apparuerunt *Olea.*

 lapides

lapides Saphyrini, quasi cum Cęlum est serenum; lapides luti,& duri lateris, qui sunt pęnitentis symbola, in pretiosos Cœli lapides mutatos esse à Deo: præterquàmquòd color Saphyrinus erat rubeus, lucidus, & verba, cum serenum Cęlum, describunt colorem lucidum, fuscum, siue cęruleum, sicut apparet in Cęlo Stellato, quę visibilia, vel secundum nostrum morem in modum visibilium apparentia ostendebant ex pęnitentia rubei, idest, sanguinei coloris serenitatem cęli oriri, idest, placabilitatem Dei super pęnitentiam

Exo.35. hominum: Cum verò Exo.35. Deus accipit munera voluntariè,& prono animo ad Tabernaculi ædificium: pilos Caprarum,& pelles

Ps.55. Arietum rubricatas,& Hiacynthinas: ostendit voluntariam debere

Ps.56. esse pęnitentiam, non coactam: Voluntariè sacrificabo tibi:& alibi:

Ps.37. paratum cor meum Deus paratum cor meum;& rursus: ego aũt in flagella paratus sum: non ouiũ pilos accipit, oues.n.sunt iusti, nihil ꝙ offendat habẽtes, sed cũcta, q̃ prosint, pellẽ, carnes, lac, agnos, qui nõ indigent operimẽto pęnitẽtię: cũ aũt videmus Ioannẽ iustũ pęnitẽtiæ Indumenta recipientẽ, quid nobis faciendum est inspicimus,& si non facimus, erubescendum: Nam si viridia ligna hæc sibi faciunt, quid faciendum aridis? Si in ignem mittuntur, quę ignẽ humore bonitatis effugiunt; quare, quæ ligna non habent, hæc in pœnitentiæ flammis non iaciantur? Capreæ autem ad altiora pergentes, hoc est, qui per Superbiam elati extra rationem, & sui status conditionem exurgunt, & Arietes cornibus erectis in Cœlum insurgentes, hoc est, ijdem peccatores pilos porrigunt ad operimẽta pœnitentiæ: nec tantum animalia nota, & gregaria, sed magna, vt Bubalorum pelles offerunt: quia non solùm vulgares peccatores de populo, sed Reges,& Principes pęnitentiam facere debent: Ita Rex Niniue prior surrexit de Solio suo,& præcepit cæteris: cũ insuper Capreæ pilos dent, Bubali autem pelles: quia maior debet esse pœnitentia Magnorum, vt Ambrosius illi Imperatori insinuauit, vt sequeretur Dauid Regem pœnitentem secutus errantem: & ipse Dauid maiori pœna se dignum Deo ostendit, cum dixit:

2.Reg. 24. ego sum qui peccaui, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Verbum autem in Hebræo, quòd versum est, Hiacynthinas, Bubalum significat: vel nobiliores pellium Indumenta ad delicatos mulierum Ma

Ezec.16. gnarum sotulares conficiendos, vt Ezech. 16. calceaui te Hiacyntho,& indui te subtilibus: tùm ad nimis extollendam rem: cũ Deus

exprobret

exprobret illi mulieri meretrici, per quam signabat Tribum Iuda, *Deut.31*
cui tribuerat multa bona, adornando eam pulchris Vestibus, & tamen fornicata est: tùm ad ostendendum quàm delicatè, quàm celeriter, quàm suauiter, quàm expeditè, quàm nobiliter succedat ad merita, & peccatorum remissionem pœnitens: quàm pulchri sunt
gressus tui in calceamentis filia Principis: Si enim ex filia Principis *Cant. 7.*
facta est vilis, vt tœdere eam debeat in terra nudare crura, transire flumina peccatrix anima, quotiescunque Sandalia hæc induerit, in quibus maximè delectatur Deus, vt Olophernes illis Iudith, pœnitentia ad principalem filiationem reuertitur: Amodò voca me, Pa- *Hier.3.*
ter meus es tu, Dux Virginitatis meæ tu es: citò proferte Stolam *Luc.15.*
primam: nondum primam, idest, æqualitatem meriti ad statum innocentiæ, non ipsam innocentiam: verùm etiam primam, idest, aliquando maiorem, quam, qui non peccauerunt, habent: vel qui putant se non indigere pœnitentia: quemadmodum Saluator dicit: *Mat. 21.*
Publicani, & Meretrices præcedent vos in Regnum Dei: Leu.7. Sa- *Leu.7.*
cerdoti offerēti victimam Holocausti cedebat pellis animalis, quia cum omnia cremarentur animalis in illo sacrificio, prout nomen sonat totum Incensum, nihil supererat aliud, quàm pelles: pœnitentia autem debet esse perfecta de omnibus, vt omnia crementur in igne contritionis: & pellis Sacerdotis erat, quia ad Sacerdotes pertinet tùm pœnitentiæ Sacramenta ministrare, tùm primò pro sui ipsius, deinde pro populi peccatis offerre victimam: Quare Saluator, qui absque peccato, non indigens offerre pro se, sed pro Nobis, nostras pelles induit, vt suprà diximus, de Iacob vestibus, & pel
libus Esaù, & Hædorum, non suis: & Paulus inquit: in similitudinē *Phil.2.*
hominum factus, & in similitudinem carnis peccati; & alibi: vt faciat opus suum alienum, opus ab eo Peregrinum, opus à Deo: Cū
Dauid esset in lecto in domo vxoris suæ Michol, Saul misit, vt ob- *Esa. 26.*
seruarent eum vsque manè, quasi indecens esset occidere hominē in lecto suo, vt surgens à lecto interficeretur, sed saluato eo per fugam de fenestra, posuit Michol ad lectum Statuam, & pilos Caprarum in capite, vnde puluillus factus est, vt fingeretur Dauid: Pul- *1.Reg.*
chra Historia: Verùm rationem, quare Michol Statuam posuit, & *14.*
pilos, vt sic effugeret Dauid, dare non possumus, cum satis excusaretur, cum dixit, officioso tamen mendacio: nam ad nutum vxoris maritus aufugit, nisi eum abire permitteret occidendum, absque

quòd

quòd Statuam poneret: nihilominus ad illudendum inimicos posita est, &(vt mihi videtur) ad moram; ne, si subitò dixisset fugisse illum, persequerentur statim inimici, & vicinius occurrerent: dicere enim ęgrotat: Mitti Nuncios hinc inde: statui, vt sic ægrotus tolleretur: tempus expetebat satis aptum ad concedendum Dauid, vt in

Glos. tuto se collocaret; & quidem (si Glossæ credimus) Hoc ad Christũ crucifixum refertur, & sepultũ: & sepultura erat quædam domus, ad quam custodiendam misit Regnum Iudæorum, quando ad sepulchrum Saluatoris milites adhibiti sunt, quod custodia est domus, vt Dauid interficeretur, quia Christus non in sepulchro, sed in Cruce est interfectus, refertur ad corpus eius: Christi enim nomen tollere, est Christum interficere: quia non crederetur in Chri-

Mat. 28. stum, si custodum prævaleret mendacium, qui dixerunt: nobis dormientibus venerunt Discipuli, & tulerunt eum: sed neque Saul potuit interficere Dauid, nec Regnum Iudæorum tollere, memoriam Christi; qui autem de Virtute Saul, idest, de Regno Iudæorum in Christum prẹsumpserunt, offenderunt in lapidem offensionis tanquam in Statuam, & eis Hædus visus est Agnus, quia, in quo peccatum non inuenerunt, quasi peccatorem persecuti sunt. Nos autem ad pœnitentiæ Vestes referentes hæc, benè putamus Dauid fugere relicta Statua, & puluillo piloso: cum anima peccatoris fugit ab ira Dei apud ipsum denuò ostensa pœnitentis imagine; vnde etiã Christus resurrexit relicto Sudario, & linteaminibus cum amaris, benè olentibus tamen vnguentis Mirrhæ, & Aloè: quia in Resur-

Apoc. 21. rectione animæ à peccato relinquuntur pœnitentiæ acta: absterg

get enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltrà non erit neque luctus, neque clamor: quia, quæ prima, abierũt; fuerunt tamen prima; posteriores enim gloriæ succedunt priorib. angustijs pœnitentiæ, & Draco illusus remanet, cum persequens hominem peccatorem, per pœnitentiam videt è suis manibus elapsum. Hæc apponuntur oculis eius ex iusto Dei iudicio condonãte, & saluante peccatorem, cõdemnante Diabolum, vt inde videat, quàm iustè, & misericorditer remissa fuerit iniquitas ei, qui tãtam fecit pœnitentiam; quemadmodum non solùm obtulit Deus Satanæ in innocentia eius Iob iustum, timentem, simplicem, verùm etiam post castigatum, & tribulatum, quòd in his omnibus non

Iob 2. peccauerit Iob labijs suis; mira res, inquit Dauid, ad Nathan. Vides quòd

quòd ego habitem in domo Cedrina,& Arca Dei posita sit in me- 2.Reg.
dio pellium,quasi diceret:Ego pœnitētiam facere debeo, & Deus 7.
pro me facit;quis maior est,inquit Saluator,qui recumbit, an qui Luc. 22
ministrat? & ego sum inter vos tanquam qui ministrat; languores Esa. 53
enim nostros verè ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit; tanquam ipse pateretur Regius hic Prophæta Passiones Saluatoris expressit; Dederunt in escam meam fel,& in siti mea potauerunt me Ps.68.
aceto:Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem;cum tamen non in sua, vt dicit, sed in Christi persona tot passiones, & pœnitentiæ opera completa sint. Varietatem picturarum in pellibus Tabernaculi honestæ conuersationis multis virtutum actionibus pœnitentiæ præcipuè depictæ ostensionem, & pompam accipimus, vt,quemadmodum Pantheræ pellis varietate decorata est,ita per Hiacynthum cœleste desiderium; Quanti Ps.21.
Luc.15.
Mercenarij in domo Patris mei abundant panibus; per rubricatas Christi Passiones, & Martyrum, & aliorum Sanctorum sanguinis, Heb. 12
& sudoris exemplum. Recogitate eum,qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris Heb. 11
deficientes; Sancti per fidem vicerunt Regna, ex qua fide labores tot sustinuerunt,quot ibidem à D.Paulo describuntur;pelles,quę extrahuntur de corporibus animalium, exempla Sanctorum sunt, quæ induere debemus(Proh dolor)At Herodes in pellibus gloriatur(ita eius nomē sonat)de quo dicit Christus;dicite Vulpi illi,& Mat. 13.
partes vulpium erunt;pellibus ornantur, cum tamen caro Vulpis non sit comestibilis; gloriantur cum malefecerint, & exultant in Ps.62.
rebus pessimis;malitia, & calliditate præseferunt quidam pœnitē- Prou.2.
tiam,cnm interiora eorum plena sint dolo;Sanson requiritur,qui igne caudis applicato, cum in finem vitæ inciderint æterno igni reseruato, ligatis quidem, sed auersis, idest pœnitentiam vanam agentes; & præangustia Spiritus gementes, Vineas, & si quæ sunt,parua vuarum grana,melius fi ondescentes; opera parua bona cuncta gloriæ hominum intenta consumptas aspectui publico Deus ipse proponat, Demiror paruam lachrymarum guttam, vnicam pectoris tunsionem,capitis demissionem,simplicem peccatorum confessionem,mereri tantam apud Deum gratiam; Sed habet Deus Instrumenta apta ad capiendum Beemoth, & Leuiathan quantum vis magnum, vt Sagena faciliter applicari possit ad nedū

pellem

pellem eius detrahendam, verùm & totum piſcem,totum Diabolum,& eius machinamenta effugienda,vincenda,deprimenda;vt,ſi
Iob 49. hoc homini, & ipſo Iobo impoſſibile videatur, non eſſe non poſſibile apud Deum omne verbum, appareat. Nunquid implebis Sagenas pelle eius?Prouidentię ergo Diuinæ aſcribendum,vt animalis huius omnia, quæ ſunt, cauda , pellis, caput , carnes,vſibus varijs hominum accommodari poſſint;ſiue ergo per pellem totus piſcis ſignificetur,in pœnitentiæ operibus totum Diabolum veſtienti demonſtratur; ſiue quòd craſſiſſima ſit pellis cętorum, & multã opportunitatẽ piſcatorib. præbeat, vel ad veſtitum , vt de Ichtio-
Philoſt. phagis ſcribit Philoſtratus, quòd habitent Stoberam Vrbem , vbi ex magnorum piſcium membranis veſtes intexunt ; & quid membrana niſi membrorum , & carnis pars ſuprema, quæ artus tegit ? ex ipſius Diaboli aſtutijs, & peccato materia ſuſcipitur pęnitendi.
D.Tho. Mirum,dum cęte dormiunt in rupibus, inquit D.Tho. audiunt piſcatores , & ferro inciſam pellẽ ad caudam eorũ , ipſis nõ ſentiẽtib. ob craſſitu dinẽ,funib.attrahũt,ꝙ cũ expergefacti ſentiunt,impetu recedẽtes pellem dimittunt: magis admirandum,cum quis mortis tanquam caudæ memoria detrahat ex ipſo peccato pellem pœnitentia, ale quid non attendẽte Dęmone ob ſecuritatem,quam habet,quia peccator incraſſatus,impinguatus toties ad cumulũ maximum peccatorum recalcitrauit,vt Latro propè crucem Domini , dum pro delictis moritur , ex ipſo Diabolo victoriam habeat,illa pœna,quam merebantur flagitia, facta materia iam mirabilis confeſſionis etiam verbo promiſſionis meritoria; quòd autem inquiũt quidam Sagenam eſſe materiam aridam, qua impleta pellis animalis poſteritati tradatur demonſtranda ad admirationem,non tamẽ ad metum;vt in palo alligata, & ſuſpenſa eminus etiam conſpiciatur,hoc eſt,quòd per pœnitentiam fit deluſio Dęmonis, vt abſque
Pſ.103. terrore exenteratus viribus appareat Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei:quamuis ergo maxima fuerint peccata, ſi pœniten-
Ezec.17 tia vera eſt,habet Deus Sagenam ſuam,i. Potentiam , Sapientiam, & Bonitatem:expandam ſuper eum rete meum , & extraham te in
Ezec.32 Sagena mea:habet hamum monſtrui huic tàm immani ſuffici ẽtem:
Abac. totum in hamo leuabis:habet gladium,quo ingentium piſcium ca
Eſa.27. pita diſſecantur, & quo tanta cutis durities incidi poſſit. Gladius Domini durus,& grandis, & fortis ad occidendum Leuiathan.Ha

bet

bet Gurgustium piscatorum,hoc est, tabernam obscuram, secretã, in qua membra eius à piscatoribus dissecantur, saliuntur, præparantur esui: Ecclesia est,& secreta confessariorum Officina,qua peccatores exenterantur,& salitos per secretam confessionem Deo pręparant,& siue fuerit caput,i.sapiens, vel pellis,i.Idiota, vel caput,i. maximorum perpetrator,siue pellis minorum peccatorum,vel siue caput, Princeps,siue pellis,de populo: omnium miserator Dominus,& Zachæi Principis, & Latronis priuati. Aliqua sunt indumenta pellium exuenda,antequam pelles veræ pœnitentiæ induamur; sunt verò circunstantiæ malarum affectionum:si mutare põt Aetiops pellem suam,& Pardus varietatem suam, sic vos benefacere, cum didiceritis malum. *Ier. 13.* Puer egreditur de ventre Matris indutus pelle,quæ dr̃ secundina,quam debet exuere, vt ad vitæ opera expediatur;& serpens veterem pellem exuit,vt noua induatur. Ita quicunque malæ consuetudinis,& conuersationis pellem non abijcit, ad vitam gratiæ,& remissionis venire non potest,vt Iustitia, & misericordia induatur,figuratum in eo,quòd, dum Sacerdotes detracta pelle hostiæ, artus in frusta concidunt. Hostiam quippe, aĩam Deo sanctam,& placentem offert,qui malis operibus detractis inciditur in partes pœnitentiæ,& operum bonorum.Extendenda porrò hæc est pellis per omnem cursum vitæ, vt, sicut Paulus dicebat post quattuordecim Annos fuisse cordi suo continuum dolorẽ eò, *Rom. 9.* quia optabat esse anathema Iesu;Quod quidem quamuis etiam intelligi possit conuersum iam ad Christum optasse multa pati pro reliquis, etiam hanc intelligentiam ex Patrum testimonijs includit, *Act. 7.* quòd vltrò alienus fieri ardebat a Christo; ac persequens suprà modum Ecclesiam eius,spirabat minarum,& cędis in discipulos Domini,pro quo vsque ad probatum tempus vitæ suæ huius rei se pœnitebat:ita semper cum Dauid peccatum nostrum debeat esse cõtrà *Esa.38.* nos, & cum illo Rege recogitandi omnes anni nostri in amaritudine animæ nostræ iuxtà Isaiæ placitum: pelles tabernaculorum tuo- *Esa.54.* rum extendere ne parcas: extenduntur enim pelles huiusmodi, cũ in tabernaculis ita fixis,& extensis mora diù facienda est. Alioquin Hieremias conqueritur. Non est qui extendat tentorium meum, *Hier.10* & erigat pelles meas; imò nedum ab aliquibus non extenduntur in longum tempus actus pœnitentiæ,verùm auferuntur ab his, qui super pellibus requiescunt,& exemplo sunt,scandaloq; impœnitẽ-

Mich. 3. tes his, qui vellent pœnitentiam facere, vt Michęas ait. Violenter tollitis pelles eorum desuper eis, qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & condita sunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollę. Maius enim crimen committitur, cũ opera pœnitentiæ per malum exemplum auferuntur à pijs, vt coquantur in ollis, & lebetibus Inferni, tùm carnes, tùm ossa, tùm corpora, tùm animæ: quàm expoliare pauperes bonis exterioribus, & personas per violentiam opprimere, quod solent Potentes facere ad similitudinem eorum, qui prius excoriant, & carnes deuorant, & ossa quoque confringunt, quod genus maximæ crudelitatis est: cum etiam Tiberius Cę-

Ezech. 34. sar, præter id, quod de hoc etiam Ezechiel scribit pastoribus Israel

Tiber. Cęsar. pascentibus se, non gregem, dixerit: pecus tondere boni esse Pastoris, non deglubere: ouium lacte, & lana contentos eos esse debere. Pellis, quæ summa in animalibus, & suis coloribus distinguitur in vno quoque genere, per quos ipsa animalia cognoscuntur, bona significat, quæ externa sunt, & quasi tegumentum quoddam internorum, ex quibus sæpe, qualis vnusquisque sit, intelligitur, vt locutio, genuflexio, lauatio manuum, modestia exterior: compositio vultus, & totius corporis, cœremoniæ Ecclesiæ, & Sanctarum Religionum: Hæc enim tegunt Virtutes internas, atque conseruant, & si absint, citò Virtutes, & maiora illa, quæ latebant, peribunt: itaque id sunt internis virtutibus, quod frondes pomis, vt

Ioel 1. Ioel 1. posuit vineam meam in desertum, & ficum meum decorticauit, nudans expoliauit eam, albi facti sunt rami eius: si decorticentur arbores, non tamen est citò arripere: ficus Ecclesiæ, est Religio Christiana inter vites populorum plantata propter fructus dulcedinem; Hoc est, quod maximè nituntur aliqui decorticare ficũ è terra: quæ videntur viliora, sed quibus maxima teguntur, & conseruantur, tollere: videntur hæc humilia, si externam tantum speciem spectes, sed si tollas, ficus decorticabitur, Ecclesia nudabitur, & albi fient rami eius, & siccabuntur, ideo de quibusdam, qui ho-

Iob 30. rum signum portant, legimus Iob 30. & mandebant herbas, & arborum cortices. Rident hæc Hæretici, & vani homines, qui, quid vera virtus sit, ignorant: At Serui Dei obseruant diligenter, & magnificiunt, quoniam, vt est apud Ecclesiasticum, Amictus corpo-

Eccl. 19 ris, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo: pro-

pterea

pterea de Beato Viro scriptum est: & erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit *Ps.1.*
in tempore suo, & folium eius non defluet: cui ergo folia hæc defluunt, satis declarat se neque fructum ferre boni operis, neque plãtatum esse secus decursus aquarum. Non enim possunt hæc dissociari, sed arbor, quæ secus decursus aquarum est, fructum suum dabit in tempore suo, & folia retinebit; quòd si folia non retinet, nec fructum feret: quòd si fructum non fert, in sicca, & sterili humo plantata est, non secus decursus aquarum; quare, qui dicunt satis Sibi esse cor mundum coràm Deo, & externa negligunt in vestibus, & verbis, in conuictu quotidiano, & cæteris huiusmodi: quæ ædificationi fratrum, & decoro vitæ humanæ inseruiunt, aut illam cordis munditiem, quam iactant, iam amiserunt, aut citò amittẽt: vt igitur desertor suæ Religionis censetur, qui vestibus illius vti non vult, vt Ecclesiæ desertor putatur, & est, qui cœremonias Ecclesiæ tollit, & vtiles non esse putat, ita profectò desertor virtutis est, qui externum virtutis ornatum, & decorem abijcit; sed, quemadmodum sub pelle caro est, & ossa, ita sub hoc virtutis externo tegumento virtutes sunt: quarum quædam carni similes sunt, quæ magis scilicet videntur, & quasi tanguntur, & molliores sunt, vt Liberalitas, Misericordia, Iustitia, Temperantia; quædam verò similes sunt ossibus, quæ magis latent, & fortiores sunt, ac duriores, vt pœnitentia, vera abnegatio sui, contemptus Mundi, fortitudo, siue contemptio omnium periculorum; Etenim sine ossibus carnis fluida, mollisq; natura non consisteret, neque sine his virtutibus, quas ossibus similes esse dicimus, reliquæ carni similes sese tuerentur. Quare eleganter de interiori homine dictum est; Pelle & carne *Iob 10.*
vestisti me, ossibus, & neruis compegisti me; carnis enim, & pellis consistentia, & compactio, ossibus debetur, & neruis: quia ergo ministri Diaboli, tàm qui extrà Ecclesiam, quàm qui in Ecclesia, sunt crudelissimi animarum interfectores, non solùm externa tegumenta, atque indicia virtutum è medio tollunt, sed etiam omnes virtutes, quantùm possunt, comedunt, siue cõsumunt: Iure, ait Propheta, qui comedunt carnem populi mei, & pelles eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt; Virtutes enim illæ duriores, & quasi osseæ nisi magno ictu, & valido malleo tentationum non conteruntur; at cum conteruntur, secum frusta deferunt reli- *Mich.3.*

 quarum,

quarum, quasi ossa, carnium. Si enim tollas pœnitentiam,& eius pedissequas, abnegationem sui, contemptum sæculi, fortitudinem in perferendis aduersis, secum ferent Temperantiam, Castitatem, Misericordiam: Disiunctæ autem Virtutes, atque diuisæ, consumũtur,& pereunt, sicuti frusta carnium,& ossa missa in lebetem, siue in ollam, vt idem Prophæta subiungit; Huc referri potest, quod de Dauid sene annoso frigido referunt Rabini quidam, quòd ideo induebatur vestibus,& non calefiebat, quia abscidit partem clamydis ab ipso Saul in spelunca quadam; qui enim per malum exemplum pœnitentis opera à nolentibus illa feiungunt, & ipsis pœnitentia erit irrita; propterea concludit Michæas: Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuẽtionibus suis.

Mich.3.

D. Hier. Nam quòd D. Hieronymus interpretatur in sene defici actus pœnitentiæ, vt ieiunia, super pauimentum dormitio, & cætera huiusmodi; crescere autem sapientiam, & prudentiam; potest etiam referri ad id, quod differimus, si non adsit calida adolescentula; Interiores nempè virtutes,& vera pœnitentia, cordis vestes; nihil ad calorem pœnitentiæ proficere: apparentes scilicet actus; tunsio pectoris, prostratio corporis, eleuatio manuum. Huiusmodi enim erat pœnitentia Iudæ ducti quidem ab ipsa, sed non ducentis ipsam; non ex corde, sed ex timore puro; ita dimidiatæ vestes legatorum Dauid incisæ fuerunt à Rege Amon; Hocquippè intendit Sathanas, quòd dimidiata sit nostra pœnitentia, & amictus non thalaris, sicut vestis Ioseph, vndique cooperientis; quemadmodum D. Greg. explicat verba Iob; Iustitia indutus sum; Indumentum, inquiens, vsque ad pedes operire corpus, & omnia membra debet; Singula Iustitiæ opera facere nullo prætermisso; & hæc quidem, quantùm ingenioli nostri vires suppetunt, de pellibus à Deo,& inde ab hominibus datis,& acceptis ad pœnitentiam sint dicta. Nũc alias item pœnitentiæ vestes introducendas iudicamus; & quòd cinis, & cilicium, & saccus fuerint huiusmodi, ipse Saluator testatur Math. 11. dum exprobrat Bethsaide, de cuius Ciuitate erat Petrus, & Andreas; quòd prædicanti, & mira facienti non credidit; Sicut & Corozaim ex illis vni, in quibus multa Iesus ediderat miracula; nam si in Tyro, & Sidone fuissent facta, quæ in illis, egissent pœnitentiam in cinere, & cilicio; quod quidem impletum

D. Greg.

Mat. 11.

pletum fuit post Christi Ascensionem. Legimus enim in Actibus Apostolorum Sidonem, & Tyrum prædicantibus Apostolis credi- *Act.*27
disse, adeoq. deuotos illorum populorum fuisse, vt Paulum Tyro abeuntem omnes vnà cum vxoribus, & liberis vsque ad naues comitarentur. Non ergo prædicauit non credituris, & euitauit credituros. Ipse enim sciebat, quare hoc faciebat, cuius omnes viæ misericordiæ, & veritas: proposuit tamen fines Iudeæ non excedere, ne iustam Pharisæis, & Sacerdotibus occasionem persequendi daret. Cinis autem & cilicium, Habitus pęnitentium sunt, vt sequit Glos. Cilicium enim assumitur pro memoria peccati pungentis, & *Gloss.*
cinis pro mortis consideratione. & Luc. 10. vbi idem asserit Dominus, *Luc.* 10.
Glos. ordinaria inquit in cilicio, aspera peccati pungentis memoria, qua in die Iudicij sinistra pars iudicanda significatur: nos *Glos.*
autem nunc eo vestimur, vt non induamur tunc, sicut diploide, in confusione nostra. In cinere, mortis consideratio, per quam tota generis humani massa in cinerem redigenda est. In sessione, humilitas propriæ conscientiæ. Vnde Propheta: Surgite postquam sederitis, *Ps.*126.
idest humiliamini sub potenti manu Dei, vt uos exaltet in die *1. Pet.* 5.
Visitationis. Quare Dominus Saluator acceptat has vestes in pœnitentiam. Sanè Iob pœnitentialem hunc Habitum appellat, cũ dicit. *Iob.*42.
Ago pœnitentiam in cinere, & fauilla: circumlocutio pœnitentiæ, & solemnis cœremonia, qua ex cognitione propriæ imbecillitatis, & sordium humanæ originis, cuius symbolum sunt fauilla, & cinis, deprecatur homo veniam culpæ admissæ. & reprehendit se, i. stomachatur, cum fastidio deprimit, proijcit (vt originale verbum significat) nauseat, reprobat conditionis suæ indignitates, & sordes, & partes diabolicas, prout varia lectio septuaginta, Nicetæ, Caietani *Septua.*
explicant: & quidem, sicut igne, & aqua, ita etiam aspersione terræ, & cineris viminum purgationes fiebant: Quare parricidium, *Nic.* *Caiet.*
quasi crimen inexpiabile, terra quoq. carere voluerunt, vt scribit Clemens in Pędagogo: & leges statuerunt lege Vnica. C. de His *Cle.*
qui par. vel lib. occid. & in nuncio mortis filiorum suorum surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terrã adorauit discissione vestium: præterquàmquòd ad ingentem calamitatem, & luctum exprimendam accepta fuerit, vt super mortem Saul *Iob.*20.
Dauid apprehendens vestimenta sua scidit; omnesq; viri, qui erant *1. Reg.* 1
cum eo, & fleuerunt, & ieiunauerunt: & pro Abner: Scindite vestimenta *Gen.*37.

menta,& accingimini saccis,& plangite antè exequias Abner;quod etiam fecit Iacob lugens filium suum multo tēpore scissis vestibus, & indutus cilicio: etiam ad alias exprimendas animi passiones, & motus,passim in sacris,& aliorum Historijs plura leguntur: præcipuè tamen ad pœnitentiam faciendam,& humiliandum,& sese de-
Ios. 7. primendum coràm Deo,& alijs,scissio hæc conueniebat. Iosuè scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coràm Arca Domi-
Ioel.2. ni: & Ioel,scindite corda vestra,& non vestimenta vestra, idest plus corda, quàm vestimenta: sicut etiam misericordiam uolo, & non
Matt.9. sacrificium.i.plus quàm sacrificium:nam illa externa declaratio nisi ficta,& inanis esset,futura internæ contritionis,& doloris cordis significatio quædam erat, sicut & carnis circuncisio cordis circuncisionem significabat,& exposcebat: ergo tot acceptis cladibus, & plagis scindit Iob vestimenta sua, & spontaneam pœnitentiā agēs subiectum se, & humilem Deo exhibet Vir sapientissimus, & Deo flagellanti comitem se adiungit,vt amplius laceret, maceret, & fatiget: tàm enim longè absunt Viri sancti, vt immissas à Deo calamitates respuant, vt, cum illas placere Deo intelligunt,alias etiam ipsi adijciant,spontéq; suscipiant. Hoc suorum malorum vnico leua-
Ps.34. mine vtebatur Dauid: cum mihi molesti essent, induebar cilicio: non contentus hostium molestijs, mihi ipsi Hostis eram ego ipse, & molestissimo cilicio ex animalium setis cōtexto me macerabam.
Ps.34. Humiliabam in ieiunio animam meam:præter hæc Hostis insidias, ego mihi cibum subtrahebam,& ieiunio animales, corporeasq. vi-
Ps.34. res debilitabam;& oratio mea in sinu meo conuertetur:cum illi mihi malè præcarentur,benè illis præcabar:quod difficile, & molestū
Ps.34. humano sensui esse solet,ijs nempè benè velle, à quibus læsus sis, quasi proximum,& quasi fratrem nostrum sic complacebam, cum mihi illi infesti existerent: ego mihi vim afferebam, vt omni via, & & ratione illis possem placere, & proximi, & fratris officio prodesse,quasi lugens,& contristatus,sic humiliabar illi: me de medio sublatum cupiebant,ego verò, quò illorum conatus promouerem,
2.Reg.3 & antè verterem,lugubrem vestem induebam,qua honorificè quasi meum feretrum persequerer,in quod illi iamdudum illatum, & repositum cupiuissent: Alludit ad id,quod fecit cum fugiens Absalonem spontè vrbe fortissima cessit, cum in vrbe, quàm in agro
Abulēs. melius se tueri,& defendere potuisset,vt obseruauit Abulensis, ta-

men sponte ignominiosam fugam suscepit, cessit vrbe Regia, & Regali sede fugit nudis pedibus: non enim tàm fugam celerem, quã molestam,& ignominiosam inibat,non equo, non calcaribus vsus; sed calceis etiam,qui in montes arduos, & difficiles ascẽdentem leuare posset,depositis, tùm etiam scandens, & flens, & nudis pedibus, & operto capite ascendebat, plorans videlicet pro more lugentium,lugens, & contristatus suam mortem, quam expetebat Absalon,deplorabat: non aliter se fecisse testatur Iob, postquam multa,quæ pertulerat,mala commemorauit,& mille se vulneribus proscissum dixit: conscidit me vulnere super vulnus,quas ipse pœnas alias adiecisset, subiungit.: saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam: quasi diceret: accepta vulnera non oleo, resina, malagmate leniui, neq. obligaui,non sanguinem fluentem compescui, atque vinciui; sed, quasi aceto, & sale persunderem, setoso cilicio cooperui,& cinere consperſi: scidit etiam vestimenta sua,quasi primis verberibus admonitus vestem proijceret, quò se necdum flagellanti præberet, illud vsurpans: quoniam ego in flagella præsentia, & futura paratus sum: quamuis dolor meus in conspectu meo sit semper, quem nunc iam perfero à te, & ab Hostibus meis illatum; non hoc impiorum ingenium,qui Dei comminationibus, vocibus ad pœnitentiam inuitantibus,& ad eius vestes induendas acclamantibus,quibus possunt,voluptatum generibus occurrũt. Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa.i.post peccatum,ad fletum,& ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lętitia; occidere vitulos, & iugulare arietes;comedere carnes,& bibere vinum. Cilicia facta sunt primũ à Cilicibus Populis, vulgò Caramanibus,Hircorum, & Caprarum pilis compacta, vt Varro ait. Prima ratione ad impetus sagittarum reprimendo,ex Vegetio. Nam per actum pœnitentiæ,& Habitum retardantur sagittæ,& comminationes Diuinæ. Cilicia fuerunt signa pœnitentiæ ad expectandam remissionem peccatorum à Deo. Sic Respha substrauit sibi cilicium tùm ad expectandum rorem de Cœlo,& pluuiam detentam propter peccatum, ad quod expiandum fuerunt traditi Cruci septem filij de generatione Saul; tùm ne aues lacerarent corpora occisorum.Pęnitentia enim,& mortuos pœnitentes conseruat, ne à Dęmonibus euacuetur eorum pœnitentia & fructus, & à Deo expectat rorem saluificum remissionis.

2.Re.15 | Iob 16. | Psa.37. | Esa.22. | Esa.22. | Varr. | Veget. | 2.Re.21

Cilicia adeo Deum placant, vt, quamuis non ostendant veram pœ-
3. Reg. 21. nitentiam cordis, quemadmodum de Achab sic humiliato intelli-
gitur. Scidit vestimēta sua, & operuit cilicio carnem suā, & ieiunauit,
& dormiuit in sacco; quòd, si non fuerit pœnitentia vera ob offen-
sam Dei, sed ex timore pœnæ, vt et Deus nihilominus vel tollat in
tpe pœnas inflictas, vel concedat temporalia bona; ita enim dici-
tur, q̄ dilata fuit deletio domus Achab, quia, quāuis talis pœnitētia
vel ficta, vel vera, sed ad horam cum reuersione ad vomitum, vt alij
de eo, de Achab intellexerunt, licet non sit meritoria gratiæ, &
euasionis pœnæ æternæ, tamen benè est meritoria aliquando eua-
Io. 3. sionis pœnæ temporalis, quemadmodum de Niniuitis actum est,
quòd non destructa fuerit eorum Ciuitas ad pœnitentiam Regis,
& Populi, quamuis postea per reditum ad perpetranda mala fun-
ditus euersa fuerit, vt in nostro Iona diximus; Cilicium, quod su-
4. Reg. 6. per carnem suam Rex Samariæ deferebat, in eius Vrbis obsidione
visum ab omni Populo, dum ad horrendum facinus fœminarum
inuicem promittentium comedendi filios suos scidit vestimenta
sua, & vidit omnis Populus cilicium, quo vestitus erat Rex, ad car-
nem intrinsecus, acceperat ipsemet ad affligendam carnem suam,
vt facilius impetraret Dei Misericordiam; & quantum vis propo-
suerit occidere, & miserit ad id faciendum Elisæum; & Elisæus vo-
cauerit eum filium homicidæ; puto tamen abundantiæ futuræ ce-
lerem ostensionem ab eodem Elisæo prædictam, à pœnitentia, &
Iudith 4. cilicio Regis aliqua ex parte profectam; Sacerdotes Domini in bel
lo Bethuliæ induerunt se non solùm cilicijs, sed & altare Domini
eodem operuerunt, pœnitentiam quidem agentes in corpore, sed
se ipsos in interiori, qui Hostiam se offerre debent Deo; fasciam il-
Isa. 3. lam pectoralem ablatam à pectoribus mulierum, & in eius locum
suffectum cilicium prophætat Isaias; quia in captiuitate actus pœ-
nitentiæ pro pulchritudinis apparatibus dati sunt; & quia eum lo-
cum, quem tenet rationale in Sacerdotibus, fascia in fœminis oc-
cupat amissa ratione per peccatum, quod est contrà rationem, de-
betur nobis cilicium pœnitentiæ; & si tenuis, & delicata fasciola
præmebat vbera, atque stringebat, ne ob crassitudinem, & grossi-
tiem impinguedinem inferant, idest; si licità opera, & vti licitis, &
delicatè viuere nouerat interdictum; nunc asperitas cilicij, & pœ-
nitentia vbera tumentia comprimere debent elationis, & super-
biæ,

blæ,quando parua humilitas,& leuis,non æstimatio sui operiebat ad decorem plena pectora bonis operibus:Nil reliquum habet Ieremias,vt Populo proponat post tot,& tanta peccata,nisi vt accingatur cilicio, & conspergatur cinere, dicens quid facere debeant: conuertantur scilicet ad pœnitentiam, & hanc firmissimam habeant armaturam: captiui ab hostibus apprehensi exuuntur vestibus eorum pretiosis, & induuntur saccis,& cilicijs, & ligantur manibus: ad Moab inclamat Ieremias: In cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium; quare eodem pœnitentiæ habitu induti captiuos nos confitemur Diaboli,captiuos Dei: illius,quia per peccatum facti sumus serui peccati:huius,quia pœnis obnoxij, & nos vtrunque confitentes vltrò, & ab hostibus liberamur,& pœnas æternas euadimus; maxima huiusmodi indumentorum ornamenta,quæ Sancti ad pœnitentiam, si peccauerunt, & ad vitæ austeritatem, & exemplum peccatoribus tribuendum, si non peccauerunt,imbuerunt: Ioannes Baptista enim non peccauit, & tàm asperam fecit pœnitentiam,vt videamus,quid faciendum sit in arido ligno,si in viridi hæc fiunt. S.Amabilis vici Ricomagensis Presbyter, & Confessor vestem cilicinam ferebat ad nudum corpus, eiusq; asperitate carnis petulantiam sapienter reprimebat, sed celabat id mediocribus indumentis,illud obtegens, seq; induens extrinsecus. S. Martinus Episcopus Turonensis cum aditurus esset ad Principem Valentinianum,& vxore Arriana degente, non exoraturus,quod oraturus erat:cum semel & iterùm frustra adire tentauerit, recucurrit ad nota præsidia, cilicio obuolutus est, cinere conspersus est, cibo,potuq.abstinuit, orationem noctibus, & diebus sex perpetuauit:Septimo die ab Angelo cõfortatus petit Principem:Hic assurgit illi,mirè cum vxore veneratur,quæ eidem omnia minora obsequia præstitit.En quàm mira vis pœnitentiæ.S.Cecilia desponsata Valeriano puella nobilis, & delicata, in carne induta cilicio, extrinsecus aureis vestita erat vestibus. S.Eligius Episcopus Nouiomensis induebatur quidem in primordio, cum miles adhuc esset,auro,& gemmis in vestibus: Habebat Zonas auro, & gemmis comptas, necnon & crumenas eleganter gemmatas, lineas verò metallo rutilas, oras vestium auro opertas, cuncta quidem vestimenta preciosissima,nonnulla etiam holoserica: Sed his omnibus ob ostentationem fugiendam primo tempore vtebatur

Ier. 4.

Ier. 48.

palàm; intrinsecus verò ad carnem cilicium gestabat ex consuetudine: postea verò, cum adauctius profecit, cuncta ornamenta in gentium necessitatibus consumpsit. Teneros corporis sui artus Sanctissimus Vir Maximus Episcopus Regiensis perpetua cilicij austeritate domabat, pro quo interiori tunica vtebatur, nec id Crucis studio vnquam deposuit; Sed in illo etiam se iussit sepeliri: Inter Mariti copulam, & delicias Elisabeth Regis Vngariæ filia sub sericis vestibus cilicium induebat, super tapetos stratos humi cubabat, ne ab oratione somno dimoueretur Ancillis reprehendentibus, & quòd verebantur eam asperitatem in malè illi cessuram; respondit: Duplex ex ea castigatione lucrū sibi prouenire, quòd lecti mollitiem post haberet, & quòd virili contactu abstineret: ita enim vacuam carnalibus delicijs mentem cœlestibus facibus aptari afferebat. S. Edmundus Episcopus Cantuariensis postquam ex adolescentiæ annis excessit, crescente in ætate corporis robore, creuit etiam inuisibilis militiæ pugna; quamobrem nō contentus ille cōmunibus cilicijs, quibus Mater eum à teneris annis vti voluit; nouum cilicij genus effinxit, quo carnem suam non tàm domare, quàm excruciare studuit: quod genus, & Priscis incognitum, & Recentioribus incompertum putabatur. Habebat cilicium non ex tenuibus pilis, vt assolet, contextum, sed ex cordulis quibusdam instar retis multa densitate inter se consertis, & intricatis confectum, cui multi inerant noduli humanæ carni propè intolerabiles; ab anteriori parte patebat funiculis à capitio vsque ad fimbrias hinc inde assutis constrictum: quare fiebat, vt eius noduli corpori arctius apprimerentur, & maiores cruciatus afferrent; Nec tamen hoc tormenti genere ille contentus, aliud addidit maiori admiratione dignum: Vt enim ex perpetua cilicij eius compunctione corpus doleret acrius, fune ex æquorum pilis implicato ita illud constrinxit, vt scapulis vsque ad renes crebro ambitu funis duceretur, & infima parte tanta vi astringeretur, vt vix corpus inflectere, aut inflexum erigere posset: & quia interdiù manus, & vultum, ne homines aduerterent, ea ratione affligere non potuit, noctibus cilicio eas affligebat: addebat verò ad femoralia cilicina & caligas, quibus assiduè vtebatur cum lorica illa, quam Mater ei reliquerat (erat autem lorica illa ferrea ad Zonas vsque pertingens, intra ipsam autē loricam duæ erant laminæ ferreæ, quæ cruciatum afferrent, cuius

filium

filium suum hæredem esse voluit) duplicia de manu Domini recepturus pro duplici martyrio, quo se ipse vltrò affecit: porrò in Aduentu, & Quadragesima plumbeam quandam vestem induit, & durum corium, atque nodosum, & ad dolores corporis augmentandos pluribus locis corpus suum funibus constrinxit, ne anima eius peccatorum funibus constringeretur: persimile genus tormēti in cilicio, vel fortè maius, & omni admiratione superius est, quod de alio Episcopo Cantuariensi, Thoma .s. refertur: nam cum postero die ex eius martyrio corpus eiusdem mundissimum quidem aliqui loturi essent, ad nudam carnem inueniunt cilicium adeo pediculis refertum, vt martyrium, quod pridie vir Sanctus perpessus erat, isto tolerabilius videretur: porrigebatur autem illud cilicium vsque ad genua, eoq; admodùm strictè femur cinctū erat: quæ res conspecta largos ex præsentium oculis lachrymarum fontes expressit: Apparebat enim tunc rigor pœnitentiæ, & vitæ asperitas, & sanctitas, quæ antea paucis cognita fuerat. B. Laurentius Episcopus Dublinensis in Hibernia, qui in Ecclesia sua Episcopali, siue Archiepiscopali (vt refert Surius) Canonicos sæculares mutauit in Regulares: &, vt hoc à Summi Pontificis auctoritate confirmaretur, duo ex Canonicis suis misit Romam, per quos S. Viri desiderium adimpletum est, imò ipse etiam fuit cum ipsis Canonicis Regularibus. Mox, vt indutus est Stola Episcopalis gloriæ, etiam gemmis virtutis expetijt coronari: circuncinxit enim se tunicam thalarem totam cilicinam non tantum induens, sed carni assuens, cuius cilicij asperitate, & vermium multitudine succrescēte perforabatur caro Sancti Pontificis, vt ex interiori ardore spiritus, flamma exterius resultante, ipsa caro velut in frixorio coqueretur, sicq; clauo clauum retundens, punctiones punctionibus reprimens proprium corpusculum vexabat, ex carne primo maledicto supposita spinas, & tribulos eliminare cōtendens, vt sibi aceruum frugum posset sic in posterum cumulare. Elzearius Comes cilicium ad nudum corpus habuit sub vestibus preciosis, & in eo etiam sæpè dormiuit: non fuit autem singulare Sanctis pœnitentię operibus addictis super stragula cilicina requiescere, verùm alij truncum planatum sæpè circundederunt, & per sepem hinc inde harundines acuminatæ instar retis, vt volutatione corporis ipsi dormientes harundinum puncturæ exagitarentur, & coronam li-

gneam fecere, in qua appendebantur quattuot lapides, vt ex motu eorumdem obdormitantium ipsorum capita lapidibus læderētur. Primordia Ordinis Minorum S. Francisci adeo in cilicinis, ferreisq. cathenis, & alijs pœnitentiæ Instrumentis, & indumentis efflorueruunt, vt ad vnum ex primis Capitulis concurrentes Fratres, ordine Superioris, ne tàm arctè imprudenter se castigarēt, & indiscretè, ad multas cētenas, & millenas, hmōi vestes deportatę fuerint ad pedes eius. Pelagia illa famosissima post susceptū baptismū deposita baptismali veste, cilicina induta in forma Monachi secessit secretò Hierosolymā, cū qua vsq. ad mortē vixit: Echluuiga Ducissa Poloniæ asperū ciliciū ex equorū cōfectū setis ad nudū corpus adhibuit, cui manicas albas de pāno assuerat, vt piè illuderet oculos intrātiū, ne ab eis latēs intrinsecus aspera vestis cerneret. Zonā ēt nodosā ex eadē materia contextā ad lumbos suos ferebat, eis adeo adstrictā, vt è carnibus eius laceratis oportuerit per suas familiares fœminas extrahi, & euelli, & saniem ex eius putrefactis carnibus pannis mollioribus abstergi: cum quo vir quidam ex ordine Templariorum zonam huiusmodi diligenter sacculo inclusam ei donasset corde simplici præsente Domina Anna Nuru eius: ipsa Anna aperuit sacculum, & cernens in eo eiusmodi generis asperrimum cingulum, virum reprehendit, quòd tale donum detulisset suæ socrui: quod ipsa audiens, blandè compescuit Nurum, quòd Dei voluntas fuerit, asserens, quod ille fecit. Si enim Domino non placeret, vt zona illa salutariter vteretur, non fecisset, vt pro munere sibi à viro offerretur: prima enim illa zona, quæ corpus eius corroserat, erat consumpta. Itaque nouam hanc, tanquam à Domino missam, hilariter accepit. Quod molestè ferens Anna, perpendens diuturnis afflictionibus, & cruciatibus eam ferè eneruatam, Confessarium eius rogauit, vt ei stimulum conscientiæ inijceret ob immoderatum rigorē, præciperetq; relicto cilicio, & zona illa, corpusculo suo molliorem tunicam adhibere: vbi verò hoc egit Confessarius, illa ingemuit: Deus ignoscat filiæ meæ eò, quòd meum voluit secretum prodere, nec tamen cilicinam deposuit vestem, sed vsque in supremum vitæ diem se illa castigauit, in eaq. defuncta est: si Historiam Sanctorum, & austeritatem vitæ omnium scriberemus, deficerent potius vires, & libri, quàm, quod habemus in Dei seruis ab ipso Deo effectum, recensere: verum de habitu tantum nunc pœnitentiæ cum disse-

differamus,quæ dicta sunt,sufficiant dixisse,vt hinc ostendatur,quā tum pro libito suo quisq. pœnitentiam faciens, cilicium, & aspera stragula,& vestimenta sumpserit,& sumat quamuis Episcopus,mulier in sæculo degens, Princeps, vt super cilicinam vestem Habitus conditionis suæ,& statum induere opus fuerit. Est igitur pellea, & cilicina vestis,Habitus pœnitentium pro cuiusq. modo, & voluntate,queadmodum est saccus:de quo 2. Reg.3. dixit Dauid ad Ioab, & ad omnem populum,qui erat cum eo.Scindite vestiměta vestra, & accingimini saccis,& plangite antè exequias Abner. Hæc enim fiebant apud Iudæos in signum magnæ tristitiæ.& 3.Reg. 20. serui Benadab.Ponamus saccos in lumbis nostris,& funiculos in capitib. nostris in signum ligaminis subditorum,& seruorum:pendere enim funem à capite,est iudicare se dignum nedum seruitute,sed suspendio.& 4.Reg.19.Ezechias, auditis verbis minacibus Regis Assiriorum,scidit vestimenta sua,& opertus est sacco tùm propter blasphemiam dictam contra Dominum, tùm humilians se coràm Deo, tùm etiam quia pro populi,& suis peccatis esse credidit,quòd Rapsaces contra Dominum talia sit locutus. & Esther 4.Mardocheus, audito Nuncio de occidendis Iudæis,scidit vestimenta sua,& indutus est sacco, lachrymosa .s. compūctione cordis in media ciuitatis platea,vt dilataret actus pœnitentiæ communitati,quæ dicit:In tribulatione dilatasti mihi.Iob.16. perlucidus locus habitus sacci reperitur,cum dicit.Saccum consui super cutem meam:exponēs qua rōne exceperit tot vulnera,nimirum humili,atque demisso animo, non reluctanti,neque contumaci,tùm etiam habitu supplici,atque miserabili:velut declaret mutationem status , vt pro splendida, & Regali veste,quam subtilior alia,atque mollior excipiebat interula, nunc vilissimo ex eo vnico amictu conteratur, quem consuit super cutem suam,cōcinnauit, circumcinxit carni suæ, vt hac ratione extremam inopiam significet:Vide,quantum Habitus pœnitentię mutationem de gratiæ statu ad peccati seruitutem insinuet:&,vt ostēdatur symbolum,& conuenientia,& affinitas sacci cum cilicio, Septuaginta transtulerunt: cilicium assuerunt corio meo : est autem, pro Latina voce sacci,Hebræis SAK,à qua proculdubio latina traxit originem; certumq. est fuisse telam rudiorem, & crassiorem ex asperioribus filis,siue villis contextam,vehendo frumento aptam, vt constat Iosuè in Gabaonitis,& Genesis 42. cum de saccis fratrū

Ioseph

2. Reg.3 | 3.Reg.20 | 4. Reg.19 | Esth. 4. | Psal. 4. | Iob. 16. | Gen.42

Ioseph scribitur: vnde etiam latini Saccarios dixerunt à vehendis
Pineda. saccis: aliquando etiam rectè vertitur cilcium: nam apud latinos
saccis affinia sunt cilicia, aut ferè eiusdem materiæ, & rationis: nam
Cicero. Cicero in Verrem: cum iste frumētū, coria, cilicia, saccos impera-
Varro. ret: fortè enim ea Regio habuit, quod Varro, & Columella de Cili
Colum. cia prodiderunt, Hircos, aut Capellas ibi Inueniri magnis villis,
proptereaq; tōderi, ex illisq; texturam, appellari à Cilicibus cilicia,
vt diximus, quorum vsum tùm in Castris, tùm in nauigijs fuisse te-
Ascon. statur Asconius, & Virgilius Georgicæ; vbi Seruius obseruauit ci-
Virgil. licijs loricas poliri solitas: nulla scilicet arma lucidiora, & fortiora
Seruius. contrà Dæmonem esse, quàm pœnitentiam, atque tegi tabulata turrium, ne iactis facibus ignis adhærere possit. Indignationem enim Dei retardat, vt de sagittis diximus: oportebat ergo esse telam crassissimam, ęgrotanti, & vulnerato homini maximè molestā: Significat ergo miserabilem Habitum: nam quondam lugentes saccum, & cilicium assumebant, vt supra suæ fortunæ, & status cōmutationem ad extremam inopiæ, & vilissimæ seruitutis rationem deuolutam significarent. Huius enim symbolum est com-
Isa. 3. mutatio mollioris vestis cum cilicio, Isai. 3. pro fascia pectorali
Am. 8. cilicium, & illud Amos: Induam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: nam serui, & accipiebant vilissimum, & crassissimū amictum, & caput ipsorū, atq. barba radebat. In isto pœnitentiæ sacco reponitur vas, in quo Ioseph auguratur, inscio Beniamin sacci, Domino: quia Deus promittit nobis per pœnitentiam remissionem peccatorum, nobis tamen ignoran
Eccl. 21 tibus, an illam mereamur: quamobrem continua debet esse pœnitentia iuxtà præceptum Sapientis: fili peccasti? ne adijcias iterùm,
Ioel 2. sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur: & quod Ioel asserit: quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? idest speramus, sed nescimus, verùm odio vel amore digni simus: imò pro certo habetur, quòd cum hoc pœnitentiæ sacco non licet nobis introire in Cœlum, quousque totam pœnitentiam vel hic, vel in Purgatorio
Ap. 21. faciamus: non intrabit in eam aliquod coinquinatum, vel abhomi nationem faciens: non enim peccator intrat in Cœlum, sed neque qui pœnæ peccati obnoxius est, quod est coinquinatum esse, non ratione status, sed respectu peccati, & causæ reatus: quemadmodū non licebat indutum sacco in Aulam Regis intrare: nulla reliquia

pœni-

pœnitentiæ ibi reperitur: Absterget enim Deus omnem lachrymā ab oculis Sanctorum, & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor. Verùm, vt ad vlteriora huius tractatus de Habitu progrediamur, Sicuti cilicio vestiri erat Habitus cuiuscunque ad libitum pœnitentis, & ipsum cilicium abscondebatur; & non super alias vestes ponebatur (priuato enim operi pœnitentiali deseruiebat) sic et saccus: attamen sacco accidit, vt communi careretur pluribus, &, vt super alias vestes, vel super nudam carnem poneretur, multis personis huiusmodi formam habitus induentibus, vt suprà recensuimus de seruis Benadab, & de Rege, & vniuerso Populo Niniuitarum, quibus præceptum fuit, vt sacco induerent singuli, & omnes à maximo vsque ad minimum, vt hac vnione, & publicatione Habitus delectatus Deus publicè misereretur; à quo reputo institutas Societates, Fraternitates hominum, qui induuntur saccis operto capite, & omni membro; vt ad opera pœnitentiæ accincti, ab aliorum cognitione remoueantur: sumpta est etiam huiusmodi sanctissima Institutio in Ecclesia ab Habitu sacceo illorū, qui in primitiua Ecclesia publicam pœnitentiam faciebant, &, Vtinam, vsque modò verè nitor, & simplicitas saccea in huiusmodi Societatum indumentis conseruata fuisset: verùm non saccis, sed laneis; & lineis vestibus potius ad deliciarum pompam vtūtur, quàm ad pœnitentiam ostendendam: attamen Habitus plurium vniformis in pœnitentia huiusmodi institutus fuit. His vestibus pœnitentiæ vtebantur quicunq. pœnitentiam agebant: quemadmodum de Monachis, ex D. Dionysio Areopagita, in superioribus disseruimus: qui in Ecclesia Dei non ministrantes sacrificijs, sed in habitu pœnitentiæ humiles exercebātur, factum inde, vt etiam ipsis Monachis, siue in Eremis pro suo quisque libitu habitantibus, siue sub Regulari disciplina, & vnius Abbatis, idest Patris: (Nam, Abba, Pater dicitur, In quo clamamus Abba Pater, idest, Pater, Pater. Erat enim in sua prima significatione, & vsu apud illos Monachos nomen superioritatis, & reuerentiæ, nō Dignitatis, & Ecclesiastici ministerij) gubernatione degentibus, Habitus etiam Monachalis i. pœnitentię tùm in materia pro Nuditate, tùm in forma, & colore pro Ministerio prompto ad exercitia pœnitentiæ, vel pro significatione eorū, quæ ad pœnitentiam spectant, determinatus sit variè ab Auctoribus Cœnobitarum, & Monachorum, de quibus aliqua summatim dicemus:

Apo. 21

cilio Viennensi l. 3. de Statu Monachorum horum meminit; & Io. *Concil. Vien.*
Andreas ibi exponens verbum, Habitui, Nam cum Clemens consti-
tuisset vestem habitui proximam nigram, vel brunam, aut albam, *Io. And.*
dicit, Habitum ibi sumi pro Cuculla, Flocco, Scapulare: Sunt qui-
dem similes inter se vestes hæ, Cuculla, Floccus, Scapulare: ego au-
tem dico Scapulare ita seiunctum à Cuculla, vt si in Scapulare re-
spiciatur, quòd super Scapulas totum collum, & caput circuit, Cu-
cullam verè posse dici; non autem, si id, quod infra Scapulas vtrin-
que pendet: Habet enim tunc formam potius collobij: & in hoc er-
rauit Volateranus, qui nostrorum Priscorum Patrum scribens Ha- *Volat.*
bitum, Scapulare appellauit albulum Cucullum, potius ad partem,
quæ Monachali congruit, animaduertens, quàm ad quæ alio à Mo-
nachali statui correspondet; quòd si non vtuntur Monachi dupli-
ci Habitu, simul Cappa, & Cuculla, vt inquit Io. Andreas: Nota, quòd *Io. And.*
licet sub Cappa sit portandum Scapulare, saltem sub Cuculla, vel
Flocco non: non perinde concluditur Habitum Monachorum es-
se Cucullam, & Scapulare, non Cappam: nam Cuculla potiori iure
dicitur Cappa illa clausa, quam communem habent Monachi cũ
Canonicis præcipuè Rhænanis, qui huiusmodi portabant apertã,
tamen antea Superiori parte; vt in Cappa communi Habitu Mona
chorum, & Canonicorum videatur horum, & illorum Domina-
horum quidem, cum huiusmodi portent Canonici Ecclesiarum,
& Episcopi, vt dicemus: Similiter Mantellum est commune vtrisq.
At Canonicis nostris licet portare illud absque ea parte, quæ Mo-
nachalis est in Scapulare, non absque ea tamẽ licet Monachis: Pars
ergo vna Scapularis rectè naturaliter potest dici Habitus Mona-
chalis, non altera item: & hinc Cappa dicitur non quidem, vt ele-
ganter Lebetius, à capiendo eò, quòd capiat totum, sed à capitio, *Leb.*
quasi capitiata, vt essentialis Habitus Monachorum sit Cuculla, i.
in Cappa ea pars, quæ operit caput: quare Cuculla Habitus lon-
gus, latus, vndique clausus, absque manicis, vt de Aegyptijs Mona-
chis Nicephorus Calixti innuit l. 9 Hist. non enim illi temerè à cõi *Niceph.*
Habitu vestitum suum mutauerunt: amiculum namq; manicis ca-
rens indicium, atque institutionem esse arbitror, ne manus ad in-
iuriam inferendam promptæ sint: Floccus omninò Cucullæ simi-
lis, sed amplarum manicarum, vt Nostri Monachi tùm Albi, tùm
Nigri deferunt; Scapulare, vestis strictior, & sine manicis, à laterib.

vtrinque scissum, & patens, ita dictum, quòd Scapulas contegat, non autem caput: ergo nomen ipsum indicat ex omni parte nō esse Habitum Monachalem, qui sub vnius Cucullæ nomine designatur, quæ Cuculla vestem caputiatam primùm, & naturaliter demōstrat; Est enim Cuculla genus vestis, quæ habet (non habemus nomina propriam significantia naturam, ideo vulgaribus, & Italis vtē dum) capucinum, papaficum, capitis opertorium, quòad verecun-
Iuuen. diam vtebantur mulieres, ex Iuuenali: quod quamuis verum sit, vt dicebamus, non à capiendo dictum, sed à capite; hoc declaramus principaliter intelligendum: nam quicquid caput operit alicuius
Mart. rei, etiam non hominis, Cucullus appellatur; vt opertoria vasorum, farmacopolarum, ex Martiale appellāte Cucullum opertorium piperis, & incensi, fortè etiā ad illud alludente, quo vtimur, ad inclu denda hæc, quod scartoccium dicitur, ad modum Cuculli: Cucullū
Colum. etiam dicunt telam illam, quæ super Nauis longitudinem, vel puppim ponitur tan quam caputium ad arcendas pluuias; & Columella familiam rusticam Cucullis indutam iubet ad idem: nihilominus habet & Cucullus, quod capitium, nudum .s. operire caput,
Varro. vel tegere pectus; quare non incongruè etiam Varro à capiendo pectore deducit nomen, & fuisse muliebre indumentum, quo illæ pectus vinciebant, à capiendo, i. comprehendendo denominatū. Nonius vult illum l. de vit. Pomp. Rom. quòd mulieres ex pectore, & lacertis essent apertis, nec capitium habebant: & Vlpianus, l. Vestis:
Vlpian. muliebria sunt veluti Stolæ, Pallia, Capitia, Zonæ. Huiusmodi erat illud palliū Rebeccæ ad scapulas pendens: quod, viso Isaac marito,
1. Cor. 6 super caput extendit: vt multæ mulieres portant ex dicto Pauli, ꝙ velent caput suum: Ergo Cucullus erat nedum capitium cingens, & operiens caput, verùm etiam scapulas, & pectus, quemadmodū Religiosi ferè quique: ita vt extensio Cuculli à capite in Monachis vsque ad pedes lata fuerit; in Canonicis autē, prout dicemus, & in Episcopis, alijsq; Cucullus, & Capitium adeo breue est, vt caput fortasse eo non possit operiri, & si pōt, non operiatur, cum byretis vtamur: quòd si Capitium coniunctum est Scapulari, non debet ea ratione dici absolutè Habitus Monachalis; quod summopere Le-
Lebet. betius Noster ostendere conatur; Sed de hoc latius inferius: Nunc sat sit tetigisse; Sat etiam est concludere nomine solius Cucullæ in-
Grat. dici Habitum Monachalem. Gratianus in Decreto c. 20. Cucullum

induit.

induit,& inferius;qui præter propriam voluntatem Cucullum induent.Nicolaus Papa ibidem; Cucullum induit,Monasticum Habitum induere fecit,& Cucullam induit: Monastico Habitu violẽter indutus est,vbi coegisset portare Cucullam præsentem Clericũ nomine Lambertum, minimè debere existimauimus sub violentia tali fieri Monachum; vbi patet Habitum Monasticum esse solã Cucullam;causa 19.q.3.Vrbanus II.Habitum Monasticum Cucullam simpliciter appellat.Innocẽtius III.extrà l.1.dist.14. de Canonico Regulari,qui Monachus factus fuerat, dicit: Cucullam ad memoriam delaturus,ad Vrbani dictum respiciens; Quòd si Synodus Aquisgrani Acta sub Ludouico Pio Canonicam Regulam formans in corrigẽdo errores eorum Canonicorum, qui vnà cum Clericali Monasticũ Habitũ vsurparant c.125.dicat,Canonici Cucullas Monachorum non induant; & ibidem reprehensibile asserat Canonicos Cucullas,quibus solis Monachis vtendum est, induere; nõ ꝑ hoc asserit plures Vestes vnius Monachi necessario esse Cucullas, quasi nõ dicendo Cucullam, multis Cucullis induere debeant, & ideo tres Cucullas appellari, Cappam, Floccum, & Scapulare; sufficit.n.pro Cucullis intelligi Habitum essentialem Monachorũ, qui ille fuerit, & quot illi fuerint;ꝙ satis certum hr̃ ex eo,quòd nõ sp oĩb. Cucullis,vt suprà dictum est etiam ab ipso tanto viro indutũ Monachũ exire Monasterium, & incedere iussũ sit, sed duabus tm̃,Cappa,& Scapulari,vel Flocco, & Scapulari: nõ cõtradicimus quidem Scapulare, quòad Cucullam esse Monasticæ conditionis; sed reformato Cucullo,& Capitio ad strictam formam,vt penè nõ operiat caput,in reliqua forma non esse simpliciter Monastici instituti. Iam verò,ex Cassiano liquet,qui sint Habitus Cœnobitarum, & ꝙ ex Apostolis institutum sit vestimenti genus Clericis,& Monachis seorsum, valeat authoritas Concilij Aquensis, in quo agitur; quòd in principio nascentis Ecclesiæ per Petrum in Occidentis, ꝑ Ioannem in Orientis regione, per Paulum in vniuerso ferè Orbe, & per cæteros Apostolos in sua quemque Prouincia ex oblatione fidelium tùm rerum,tùm hominum instituta,adaucta,& propagata sit Christiana Religio, patefiat Habitum etiam Monachis distributum. Cassianus verò multas indumentorum differẽtias statuit, Rebrachiatoria, siue Succinctoria, à ceruice per colli sinus depẽdẽtia,& stringentia,vestes ad expeditionem operum.Mafortes angu-

Nicol. Papa. Vrb. 2. Innoc. 3 Cassi.

stum pallium ad humilitatem, & etiam vilitatem prætij, ad paupertatem, vt pallia modò Capucinorum, & Reformatorũ, Ordinis Minorum, melotes, & pelles Caprinas, ad imitationem antiquorũ Patrum in Veteri Testamento, Vestes ad contegendum tm̃ corpus totum, non ad nitorem, & splendorem aptas, non quidẽ cilicinas, tũ ad ostentationem fugiendã; Nã Rex ille infra vestes tenebat non visũ ciliciũ, & si Niniue publicè portauit tpe, quo remissionẽ criminũ petebat, non erat cur ostentaretur Habitus ad gloriã; tũm quia perpauci cilicio vsi sunt, ferè omnes Monachi alterius materiæ humilis, & asperæ indumento, illis institutis, quia debetur obediẽtia, non quæ paucorum voluntas intulit, sed vetustas tantorum tpũm, & Vniuersalis numerositas Sanctorum Patrum concordi diffinitione, inquit, in posterum propagauit. Sed hæc quidẽ cũ cingulo, exemplo Eliæ, Ioannis, & Pauli, & Petri: & præcingentis se in vno, & prædicẽtis futura in alio. Vestes erant cões, tũm Monachis, tũ alijs Viris: verùm Cucullas pręcipuè Monachorum Egyptiorum habitũ declarauit perparuas, non tñ adeo paruas, vt nedum ceruicẽ, verùm ẽt humeros, & eorum confinia non operirent, ad tegendum capita tm̃. Canonici autem non caput eis operiunt, quibus indesinenter diebus, ac noctibus vtebantur, vt innocentiam, & simplicitatem paruulorum ẽt ipsius velaminis similitudine mouerentur, vt ita demisso, & velato capite reuersi ad Infantiã Christi decurrerent: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neq. ambulaui in magnis, neq. in mirabilibus super me: si non humiliter sentiebam, sed exaltaui aĩam meã. Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in aĩa mea. Collobijs quoq; lineis indutus vult esse suos Monachos, quæ ad cubitorũ ima pertingant, nudas de reliquo circũferentes manus: ad amputandas sęculi voluptates, & ad opus facilius exequẽdũ, ad mortificationẽ carnis spectante lino: qua re hac rõne ẽt à Monachis incidenter potest hmõi vestis vsurpari: cũ, quantũ ad nitorẽ, & splendorẽ, in quo parati debet vxor agni, cui datũ est, vt operiat se byssino splendenti, & candido, & ad cõparendũ corã sponso in Ecclesia, & sibi ministrandũ, est tantũ vestis Clericorũ; quare, vt non prætereã, ꝙ hic occurrit præter ea, quæ inferius dicenda sunt, quẽadmodũ vestis linea sub diuersa significatione põt Canonicis, & Monachis coaptari, ita ẽt vestis lanea scapularis, & alterius formæ, quæ tñ Cucullo careat, vel si habeat, non

Ps. 130.

Ap. 19.

ad

ad omnimodam eius operis executionem extendatur, vt de Scapulari cum nouo Cucullo asserimus; cum magno verò est illud Scapulare Cucullo, & opus suum indesinenter agens, operire.s.caput, q nominat D.Benedictus suis Monachis Cassinensibus. Hæc oīa Indumenta Monachorum, quæ asseruntur, caput, & totum corpus fere contegunt: itaque primum eorum est, caput contegere: nam & Habitus Canonicus corpus contegit, & quæq; Vestes ad tegendū corpus inuentę sunt D.Paulo dicente: Habentes victum, & quibus tegamur, his contenti sumus; omnis vniuscuiusq. conditionis veste ad tegendum corpus vtitur, pauci ad tegēdum caput: q præcipuè, præterquàm quod ad arcendos imbres, & ventum, vt pileolus Hieronymi, ex vsu Scripturarum ad alios vsus, vt inferius, & ad humiliationem, verecundiamq; demonstrandam inuentum est, vt de leproso dicitur in lege: quod habeat os veste contectum; cum cæteri veste contegant corpus, etiam ex lege præscripta particulari forma vestis Iudæorum in fimbrijs ad distinguendū eos à cæteris Nationibus, & ad aliqua, quæ pro pietate & Dei, Cœliq; memoria significantur exercenda: dixi ad alios vsus, quia & Clericis, & Canonicis, & Episcopis, cæterisq; Ecclesiæ Ministris aliquando pro aliquo significando mirabili in eorum Ministerijs operire capita iubetur; q si Scapulare scissum ponitur à capite vtrinq. commoditatis causa ad opera, ex D.Benedicto, & ad Diuina officia peragenda ex Clemente §. cum autem: satis hinc patet Scapulare esse Indumentum Clericorum, qui tm̄ deputantur ad officia Diuina: non Monachorum ad solos actus pœnitentiæ destinatorum: neque verò ex eo dicimus Scapulare esse Canonicorum, non Monachorum Insigne, quia illud cōe habent Ordines complures alij: cū verum sit, in alijs ordinibus speciem quandam esse Monastici propositi; non q à fęl. mem. Pio V. Fres vocentur Religiosi optimi Prædicatores, atq. inde à Monachis potuerint Scapulare mutuasse, quamuis antiquiores Monachi, supposito, quòd ab antiquissimis, siue dicas, Apostolis, siue alijs, siue Diuinitus distributus fuerit diuersus Habitus Monachorum, & Canonicorum, vt potius mutuare debuissent Monachi lineam vestem à Canonicis, q non factum est: quod tñ intelligēdū est, dummodò in statu, & conditione Monachali persistant: Nā etiam Monachis, dum ad seruiendum Ecclesiæ exaltati sint, lineis quibuscunque Clerici vsi sunt, & vtuntur quamuis, vt Monachi, sp Cucullis

1. Tim.

Leu. 13.

Cucullis vtantur; imò ēt, cum Altari deseruiunt, cottas, siue superpellicea super omnes Vestes induunt ēt Scapulare, prout distinguitur à Cuculla, præter ipsam Cucullam, quam sp super Rocchetum eleuant, plicata, & operta reliqua parte Scapularis: quemadmodū ēt multarum Religionum Fr̄es faciunt, qui sapiunt aliquo modo Monachatum: ad innuendum, & declarandum, q̄ esse Monachum cōuenit eis essentialiter, Clericum accidentaliter, & ex priuilegio: quapp non eleuantes totū Scapulare, sed partem solam, i. Cucullam magnam Scapulari superexistentem; & eleuantes eam Cucullam, vt statum Monachalē superexistere addito statui declararent, declararunt etiam Scapulare non esse Habitum Monachalem per se; totum. n. eleuarent, sed Cucullam, quam solam superponunt superpelliceo; Non ergo ex eo dicimus Scapulare Canonicum Habitum, quia cōis cæteris Ordinibus, sed quia diuersas facit res à Monachali, quæ sola in Cuculla integrantur; quam solam interdicitur superponere Habitui Canonico ex antiquitate, authoritate, vsu, & cæteris huiusmodi: non autem alias partes vestium Monachorum, non vt Monachorum sunt, sed vt vestes sunt; alioquin non possent Canonici vti laneis vestib. infrà, & Cappis extrà, & desuper laneis, si Habitus lineus est tm̄ Canonicorum, laneus tm̄ Monachorū; Verùm laneis vtuntur Canonici quibuscunq. Vestibus per accidens, dum absq. Cucullis illis Monachorum formis existant, vt Cappæ, & Scapularia nostra; lineis vtuntur modò Monachi, ita tn̄, vt pompam, & apparatum formalis Habitus Monachorum, qui Cuculla illa magna est, patefaciant; Quòd aūt pertinet ad continuam Habitus Canonicorum, & Monachorū delationē, vt interdiù, noctuq; deferatur; remissa legali obseruatione consuetudini, vsui, & constitutis; illud in primis causam esse reor; quòd Canonici Regulares sp paratos se esse memorari debent ad ministrandum sacris, & cū votis ēt Habitus prospectum habere; Sæculares Canonici statutis horis deferunt, quia ad statuta tpa Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, Canonicalibus, & Clericalibus delecti sunt; qui aūt à S. Sede Apostolica ad ministeria maiora tanq̄ in Ecclesiastica Hierarchia constituti sunt, sp Rochetum portant, vel portare possunt, vt Epi in suis Diœcesib, in quibus continuò inuigilare debent curæ gregis sui: extrà suam, in priuata persona degentes non induunt nisi cum publicè legaliter Ecclesiæ ministrāt. Monachi item sp Cucul-

lam

lam deferre debent; adhæremus autem Lebetio in portandis Camisijs paruis,& lineis tanquam propius Habitui Canonicali accedentibus. Nam Innocentius, de Statu Monachorum, quidem lineas interulas interdixit Monachis; nunquam tamen is, vel alius Canonicis Regularibus prohibuit; quod in visitatione fęlic.recor. Clem.VIII. quam fecit in S.Petri ad Vincula Romæ Anno 1599. vbi Nostri Canonici Regulares morantur,cum aliquis alioqui bonus, tunc quidem ignarus obijceret; Lineas interulas repertas in Arcis Canonicorum illorum interdicendas; respondit Pontifex adhærens rei.Hi Canonici sunt,non Fratres,seu Monachi. Non eo inficias institutionem Patrum Nostrorum fuisse salutarem, dum præceperunt ad austeritatem camisias laneas, quippequæ non ab-rogent Habitum essentialem Canonicorum. Verùm, vt omni ex parte lineas vestes esse Canonicorum explicemus,non desunt cilicia,& breuiores vestes asperæ super nudum portandæ, dummodò extrà linea vestis ad manum, & collum decenter appareat, præter aliam rationem, quam ipsemet Pater affert, quia Canonici leuiorem Regulam viuendi,quàm Monachi habeant,& Nauarrus idem asserit; Ridiculum autem puto ita Scapulari contraponere Rochetum ob arctitudinem,& stricturam aperturæ parua ratione habitę, quemadmodum Flocco, Cotta,& Superpelliceum Cucullæ; cum Cuculla præcipuè ita perpelletur,non quòd habeat manicas latas, vt Cotta,sed quia habet velamen capitis; similiter Flocco superpelliceum,non quòd non habeat manicas,vt Floccus; nam manus extenditur extrà oras superpellicei; intra autem Floccum semper tenebantur manus inclusæ;imò omni ratione diuersum apparet Scapulare à Rocheto:nimirùm,quia hic habitus clausus vndiq.& cum manicis, Scapulare apertum totum à lateribus, & adeo strictum, vt vel quattuor latitudines non possint vnum Rochetum formare;Voluntaria autem hæc,& vltrò absque auctoritate inuenta non amplectimur adeo, vt necessarium sit de illis multam facere mentionem;in hoc vnò tantum perseuerantes, quòd Scapulare, quod Monasticum est ratione Cucullæ amplæ, Canonicũ potest esse ex natura sua absq.Cucullo magno:sed tàm perbreui, quàm quo vtũtur Episcopi,non negantes Cucullam solam esse eius formæ,quam diximus, tàm amplæ, vt amiciret Scapulas, & pectus, & operiret caput magno,& amplo circuitu; Habitum Monachorum, vt ipse

Lebet.

Innoc.

Clem 8.

Nauar.

tantus

tantus Vir ſæpius in ſuis Aloyſijs de Habitu Canonico definit; nõ quidem alias Veſtes,ſiue Cucullam hanc dixeris ex parte, quia ſcilicet habeat Cucullam,ſiue Floccum,ſiue Scapulare: nam tùm illa Veſtis manicata,relicta diſputatione de materia,& forma,non con tradiſtinguitur, ſed fit affinis Cottæ largarum manicarum, & Floccus vndiq. clauſus abſque manicis,ſuperpelliceo,& Scapulare Habitui communi,qui omnes Habitus eò,quòd non habeant Cucullam illam, (optimè dico illam, ideſt illius generis,quod deſcripſimus,non ſimpliciter Cucullam) Monaſtici non ſunt eò, quia ex ſino ſunt,Canonicorum ſunt:nulla igitur alia forma,quàm Cucullæ perſtringit eos ad Monachalem Habitum:vt vſq. modò clarum ſit, Scapulare poſſe ex natura ſua non eſſe Monaſticū, cum nõ habeat formam Cucullæ Monaſticæ,ſed illius,quam Eccleſiæ Epiſcopi deferunt,tùm in ſuis cappis,quę magis Canonicorum ſimilitudinem capparum,præſertim S.Mariæ de Rhæno,habent,quàm Monachorum,imò Monachorum nullam,tùm in illo Habitu,quem Scapulare paruum (paruum libet modò appellare) Muzetam vulgò dicũt; poſſe aũt eſſe Canonicum.i.eorum, qui miniſterio Eccleſiæ Clericorum deputantur,vt infrà oſtendemus. Eſt quidem forma ꝑ proprietatem rei intellecta in cauſa,vt res ſit,& Habitus forma præſcripta,vt cuius Ordinis ſit Religioſus intelligatur:vt in Cõcilio Aquegranenſi dr̃;& tantarũ viriũ, vt delatus huius profeſſionis, quãuis non facta fuerit ſolemnis,& expreſſa,tacita tamen facta cenſeatur, vt diſt. 27. Nicolaus, de muliere ſanctum velamen aſſumente poſt obitum viri, decernit, vt non poſſit redire ad nouas nuptias, ſed in propoſito, quamuis ficto permanere debeat, pœnitentiamq. agere de fictione: & idem alijs Canonum,& Conciliorũ locis indicat:non eſt aũt forma Monachi habitus Scapulare ſimpliciter, ſed Cuculla deſignata. Quare, cũ Canonici non induant Cucullam, Monachi nõ poſſunt exiſtimari, nec ſub duab. formis exiſtere cum ſcapulare non ſit ſimpliciter Habitus Monachalis:quamuis cũ Monachis datur cotta,ex priuilegio accidit eis eſſe Clericos,nõ deſtructa forma Monachali:non.n.exuuntur Cucullam;ſed tunc, vt diximus,ſuperponũt. Et quidẽ accidere Canonicis Scapulare modo,vt ſuprà,deſcripto nunc cõcedimus, non abolita forma eſſentiali Canonici Ordinis,etiãſi pro eſſentiali haberi decretũ ſit, vt dicemus, ad tollendã cõtradictionẽ ſubſtantiæ,& accidentis,quæ multis ver

bis

bis inducitur:q.ſ.ſubſtantia non poſſit eſſe accidens,nec accidẽs in ſubſtantiam conuerti:dicimus tñ poſſe eſſe accidens in ſubſtantia, & ſubſtantiam excipere accidens,non deſtructa ſubſtantia rei: præterquãquòd Monacho non conuertitur in ſubſiſtendi conſequentiã Monachatus tributa cotta,vt tanq̃ Clericus miniſtret,neq. Canonico ſcapulare illud:q neque accidit Canonico,ſed ſubſtantiale eſt,vt Habitus Canonicus,& Clericalis ablata forma Cucullę illius; aliud autẽ eſt loqui de reb.generalibus,aliud de moralibus,& Eccleſiaſticis inſtitutis; in quo nec Clericus arma induit ſæcularium militum,nec mulier veſtem virilem,& è contrario,vt vetãt Patres vno ore oẽs in Concilio Aquiſgranenſi:neque Monachus induit Rochetum,cum ad Clericatum tranſit,qui Canonicorum Regulariũ eſſentialis Habitus eſt,ſuper Cucullam, ſicuti neque alterius Religionis Mendicantium, vt Io.Andr.explicat verbum Innocentij 16.q.1.de Monachis: q non diſcedant à ſtatu Monachorum quòad ſubſtantialia Monachatus de Habitu ſeruando, de Cõtinentia,& de nõ habendo proprio.Eſt item inſtitutio,& origo linearum Veſtium Canonicis incœptarum,vt in veteri lege, & in Apoſtolicis traditionibus,& vſu antiquo primęuæ Eccleſiæ Chriſtianæ apparet.Cucullas aũt datas poſtmodum Monachis ex inſtitutione ſcimus, tñ inferius demonſtrabimus, cum de Habitu Canonico fuſius diſſeremus, et ex veteri lege,& ex Apoſtolorum Inſtitutis,& P̃rum Eccleſiæ, Scapulare,prout deſcribimus,fuiſſe Clericis Sacerdotibus,& Pontificibus aliquo modo,& forma appoſitum.D.Auguſt. quidem ſuis Canonicis Regularib.reformatis ad Canonem Apoſtolorũ mentionẽ ſolã de byrro,& tunica linea facit in libro de vita Clericorũ, nullã autẽ mẽtionem de Cuculla:optimè neq.Nos Cucullam Canonicis tribuimus,vt Reformatores præcipui Canonici Regularis Ordinis Petrus Rauennas,& Vgo Archiepiſcopus Nicofienſis, de quibus in alijs huius Hiſtoriæ libris mentio fit: præcipit Benedictus Pontifex nullas alias ferendas Veſtes ſuper Veſtes lineas,quarum formã præſcribit; vt ſit rotunda circunquaque integra, non ſciſſa, neque aliqua ex parte reſciſſa,vt etiam Clem.3.tit.10. de ſta. Mon. neque illam alijs veſtibus occultari: ex quo patet,quòd ſi Scapulare induimus ſuper Rochetum,non occultamus Rochetum, alioquin etiam Cappæ occultat Rochetum, ſiue Mantella, quæ ſuper Rochetum idem Benedictus iubet deferri extrà Clauſtra,ſiue Rondellos honeſtos:

Io.And. *Bened.* *Clem.*

ſtos:ſed quòd non occultent omninò,vt ſuprà Rochetum ſit Veſtis ampla,rotunda,clauſa,non ſciſſa,non aperta: at non ſuperveſtis vocatur Scapulare,ſed Rochetum,qui ambit, & operit ex omni parte inferiorem tunicam:alioquin neque Epiſcopi poſſent , & aliqui Canonici Eccleſiarum Epiſcopalium ſuper Rochetos deferre Muzetas,quæ operiunt Rochetum, qui Habitus ſpecialis eſt Canonicorum ſæcularium,non omnium cęterorum Clericorum, qui cum Canonicis habent communem Cottam,ſiue ſuperpelliceum. Sunt amplius alij Canonici Regulares (quique illi ſint)deferẽtes Rochetum ſuper omnes alias Veſtes, & ſub Cappis, ſiue Mantellis, qui nunquam Scapulare ſuper Rochetum deferunt,uel aliud indumentum,tñ non ex eo Canonici non ſumus Nos,cum Scapulare ad Ordinem Canonicum,quamuis non ſpectet,non ſit tamen contrariũ; neque Monachi ſumus,cum Scapulare hoc noſtrum non ſit Monaſtici Inſtituti veſtis;& tamen Canonici aliqui iam olim Scapulare nigri coloris detulerunt,quod in Muzetam detruncarunt; nec nomen Canonicorum Regularium amiſerunt, quaſi ſi nulli alij hoc amiciuntur, Nos, qui amicimur, Canonici non cenſeamur:ita illi, qui Ludouico Pio Imperatore in Concilio Aquigranenſi eo Scapulari vſi ſunt,ſicut Nos vtimur,illi correcti. Nos à Iulio II. & Calixto III. adhuc retento Scapulari,quod non contrarium eſſet Habitui Canonico,veri Canonici D.Auguſtini,& Regulares decreti ſumus,vt non ſolùm falſum ſit parum eos Pontifices in his decretis, non Priuilegijs Nos iuuaſſe, vt ex natura etiam ſuperaddito Scapulari Canonicos Nos eſſe cõfirmarint:inſipientibus, & rationem habituum parùm ſcientibus, antea de veritate nominis Canonici Noſtri dubitantibus:Scimus Vrbanum II. eos, qui prius fuere Canonici, poſtea Monachi facti ſunt, à Monachatu ad Canonicum Ordinem reuocandos præcepiſſe; quemadmodum antea Gregorius VII. Decreto cauit: nequis Abbatum, Monachorumq; quorumcunque Canonicos Regulares à Canonico propoſito abduceret, & ad Monachatum pertraheret ſub Anathemate, non tàm ob cauſam eam,ne Canonica Dignitas quodammodo imminueretur, quàm quòd,qui famulatui Dei, & Eccleſiæ,Eccleſiaſticorumq; ſeruitijs, & officijs dicati ſunt, non debent ad ſæcularia, & minora exercitia reuerti: nam, quod ad ſacros vſus deditum eſt, ad alios non debet accipi: Eundemq; Vrbanum eam pœnitentiam adiecisſe,vt

ſe,vt qui defeciſſet,is poſtremum in Choro locum teneret, &,quã à Monachis temerè accepiſſet Cucullam, hanc deinceps ferret: His verbis mandamus,& vniuerſaliter interdicimus,ne quis Canonicus Regularis profeſſus, niſi (quòd abſit) publicè lapſus fuerit, Monachus efficiatur: Quòd ſi Decreto noſtro contraire præſumẽs agere tentauerit, ad Ordinem Canonicum præcipimus,vt redeat, & deinceps memorialem Cucullam deferat, & vltimus in Choro ſedeat. Scimus hæc,& qualiter Io.And.interpretetur verbum,memorialem:prioris maleficij ratione delicti nota cenſeri; at non inde elicitur dedecori eſſe Canonico, quæ non Cuculla eſt, Habitum induere: Nos enim nunquam Scapulare Cucullam ſimpliciter appellamus; eſto Cuculla ſit, de qua in illo Decreto,prout eſt quidem; non in Habitum Canonici deſignatur, ſed in Habitum Monachi: vt,qui voluit de Superiori gradu ad Inferiora deſcendere,delicti recordaretur: non eſt quidem delictum Cucullam induere ſimpliciter, alioquin, qui Monachi fiunt, delinquerent: error eſt,ſumpto prius Habitu Canonico Superiori, & eminentiori,Monachalem veſtiri; & ideo in memoriam huius delicti Cuculla præſcipitur Canonico Regulari tamen exiſtenti Canonico Regulari; nam ad Ordinem Canonicum iubetur reuerti; ergo ſimul poſſunt eſſe hæ duæ formæ in vno: reuerſus eſt ad Ordinem Canonicum, ergò eſt verè Canonicus:datur ei Cuculla, verus Habitus Monachalis,& tamen eſt Canonicus Regularis:tolle errorem,& delictũ: fac,præcipiat Pontifex idem cæteris non delinquentibus, qui Cucullam veram Monachorum portant, non deſunt eſſe Canonici, prӕterquàmquod ita Pontificis verbum arcetur ab inurẽda ignominia Cucullæ Monachorum,vt tantum memorialem illam appellet,non ignominioſam,non indecoram:actionem ſolam relinquẽdi Canonicalem Habitum, & Monachalem accipiendi reprehenſibilem indicat: At noſtrum Scapulare non ea Cuculla eſt, de qua Vrbanus: locum in Sacris excellentiſſimum habemus huic rei aplicandum:Sara erat vxor Abrahæ;ſi non fuiſſet,poterat eſſe vxor Abimelech: Hic hoc modo accepit eam,vt in vxorẽ duceret, quia dixerat maritus eius ſuam eſſe ſororem; non poterat autem eſſe vxor alterius,cum eſſet vnius: & quãtum adhoc:cum redderet vxorem ſuam viro Abimelech, dicit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: Hoc erit tibi in velamen oculorum tuorum, & quocunque

Io. And.

Vrb. 2.

Gen. 20.

perrexeris, memento te deprehensam, idest, memento, quòd à me fueris accepta in vxorem propter hoc velamen veritatis; quia dixit vir tuus, quia frater est tuus, & ego simplici corde feci: non fecissem, si sciuissem te esse vxorem suam, & ideo erit in velamen, & memoriam, tùm quòd ego nil mali feci, tùm quòd tu, dum fuisti in domo mea, non fœdata es; Quare, cum esset vxor Abrahæ, non poterat esse vxor Abimelech; & sicut, eò modo loquendi, per velamen oculorum datur intelligi, quòd non debuisset ab alio assumi in vxorem vxor alterius; & quòd, si non fuisset alterius, poterat licitè esse sua; ita poterat non Canonicus fieri Monachus, non poterat Canonicus Regularis factus fieri Monachus, & ideo data ei Cuculla non ad ignominiam Cucullæ assumptæ, sed Cucullæ malè, & temerè assumptæ: Cuculla Monachalis non conuenit Canonicis, & meritò nedum fel. rec. Paulus IV. Sed etiam ego minimus iudicaui, cum Cucullas magnas, ferensq; ad pectus, & tegentes caput, videbam iam abhinc quadraginta Annis, cum in hanc Canonicorum Regularium S. Saluatoris indignè, & immeritò ascriptus fui, non esse Canonicorum illum Habitum: nunquam tamen in mentem venit Scapulare, vel Humerale absque illa Cuculla non esse Canonicis tribuendum, illam quidem & Pius IV. & Franciscus Gôzaga, Illustrissimus Cardinalis item Alphonsus Carrapha meritò adimere, & amputare cogitauerunt: quinimò ipse Iulius II. qui Scapulare comprobauit Nobis, quod ademisset, credo, & magis credo ad rationem scriptam ab alijs: quia postmodum primus omnium in Nobis ipsius abusum animaduertit: quod non cogitasset, si vsum rationabilem retinuissemus strictiori capitio, vt sæpè diximus, & non Cucullato, & amplo inhærenti Hastæ, & Humerali; q in posterum nomen meritò tribuemus ipsi Scapulari. Sed, agè, auctoritas Pontificis magna volebat tollere Scapulare, siue Cucullam; & natura rei optimè fecisset Cucullam illam leuari, vtpote Monachalem, non Canonicalem: optimè etiam si Scapulare, non quidem ex natura rei, cum non possit dici hoc Scapulare, vel illud designatum Monachale, ita vt non Canonicale potuerit esse, sed
Greg. 12 ex auctoritate; Ergo auctoritati etiam Pontificis illius Greg. XII. qui concessit Scapulare Habitum non Monachalem, sed neque simpliciter Canonicalem, iure standum: cum Pontifex fuerit, qui vtcunque præcepit Cucullam illam verè naturaliter, & essentiali-

ter

ter Monachalem Canonico Regulari. Quòd autem Canonici Rhænani,& S.Saluatoris de Bononia Rocheto absque cucûlla vsi fuerint,non inde auctoritati derogatur Pontificis reformantis ibi Canonicos,ex qua,sicut variatio vestium in forma, & colore tùm Tunicarum,tùm Capparum, ita exhibitio nostri Scapularis orta est: cum præsertim essentialis Canonicorum Habitus effulserit primò: non est nostrum deligere,an melius fecerint, qui Scapulare Nostrũ assumpsere,an hi,qui nostra iam ætate exuendum putauerunt, & toto nisu,& animo ad hoc incubuerunt,cum videamus etiam contraria posse fieri sub diuersa ratione. Hoc debet fieri propter hoc, idem non fieri propter aliud:Manducare carnes possum. Si autem scandalizo fratrem meum manducando, non manducabo carnes in æternum,inquit D.Paulus. Si Scapulare cuculla est Monachalis simpliciter,auferatur necesse est, ex natura Habitus non Canonicalis. Si Pontifices etiam Monachale Scapulare concesserunt, iam ex auctoritate facta est Vestis Canonicalis:multò magis talis, cum nõ sit cucullatum ad modum Monachalem. Quòd si etiam Rochetum auctoritas Pontificia auferat, & statuat Canonicos esse, auctoritas facit,cum Canonici sint illi, qni Azurini vulgò vocantur,Cottis tã tum vtentes,non Rochetis: ego verò dico (iudicio meo subtracto meliori) Scapulare Nostrum absque illa cuculla Monachali nõ esse auferendum,cum inferius ostendere conabimur nedum esse Canonicalem illam formam absque Monachali cuculla, verùm Sacerdotalem,& Pontificalem.Nàm,quamuis multæ Reformationes Canonicorum Regularium factæ fuerint,interdicta Cuculla,& sola linea veste concessa;Hoc tamen semper pro certo constitutum esse concludimus, vt puram cucullam Monachalem interdicant, Rochetum purum Canonicalem vestiamur. ita omnia Concilia, Statuta,Canones, Præcepta, Authoritates intelliguntur tùm in primis,quæ in Concilio,siue Regula apud Aquisgranum collecto, & tempore Ludouici primi filij Caroli Magni Galliæ Regis,& Romanorum Imperatoris: quo viuente multa in Concilio Moguntiaco definita sunt pro re Ecclesiastica conseruanda Canonicorum Clericorum,vita,ac moribus conformandis: post cuius mortem anno futuro successor declaratus filius cognomento ob pietatem Pius Stephano IIII Pontifice apud Aquisgranum, qui locus Batheno durus antiquitus dictus fuit, inferioris Germaniæ Vrbem congre-

1. Cor. 8

gatis Patribus; quæ antea incœpta fuerunt Mocuntiæ, perfecta sunt, & præcipuè Canonicorum status ordinatus est, & redintegratus: duobus confectis Decretis quòad Canonicos altero, altero quòad Sanctimoniales, quas Canonicas, siue Canonissas dixerũt, ex Augustiniq; aliorumq; Patrum verbis confecta Regula est, cuius rei meminere egregij Scriptores Vincentius in Speculo Hist. ex Vgone: Tũc congregatis Episcopis, & nobilissimis Viris fecit componi, & ordinari Librum Canonicam formam continentem, qui, cum esset antea quinque tantum Capitulorum, in ampliorem latitudinem dilatus est: idem ex Sigisberto hæc Ausegisus Abbas Lodiensis ex vita Imperatoris Caroli Magni, & Ludouici filij ad Ecclesiasticam Legem pertinentia in duobus libris digessit. S. Antoninus aliqua particularia decreta exprimit, quæ Noster optimus, & eruditissimus Lebetius collegit, & conscripsit eiusmodi Regulæ aliqua Capitula, quamuis totum illud Concilium in Conciliorum voluminibus reperiatur: tamen ex antiquo in membranis libro decerpsit Bononiæ in Nostra Canonica S. Saluatoris conseruato: quæ Nos hic inserere non renuimus, vt hinc facilè pateat, quàm abusus Vestium distet à Canonicali obseruantia, quamq; Monachalis pura vestis abhorreat à Canonicali, & tandem quàm semper decernatur puram Cucullam differri ab Habitu Canonicali, non item alias vestes, quæ Cucullæ puræ non sunt.

Vinc. *S. Anto.* *Lebet.*

Vt Canonici Cucullas Monachorum non induant.
Cap. CXXV.

REprehensibilem, & Ecclesiastica emendatione dignum apud plerosq; Canonicos inoleuisse comperimus vsum eò, quòd contra morem Ecclesiasticum Cucullas, quibus solis Monachis vtendum est, induant; cum vtique illorum habitum pœnitus vsurpare non debeant, à quorum proposito quodammodo distant. Quia, sicuti indecens est, vt arma militaria more laicorum gestent, ita nimirùm inhonestum, & valdè indecorum est, vt alterius propositi Indumenta sibi imponant. Habitus namque singulorum Ordinum idcirco in Ecclesia abinuicem discreti sunt, vt, his visis, cuius sit propositi gestans, vel in qua professione Domino militet, liquidò cognoscatur. Nam & Domini lege vir muliebrem, & mulier

virilem

virilem prohibetur induere vestem, scilicet vt vterque sexus sibi conuenienti veste indutus incedat. Sicut enim turpe est virum vestem muliebrem induere, ita valdè indecorum est Canonicum vestem Monasticam induere, nisi tamen cum veste etiam propositum voluerit assumere, & quia huiusmodi vsus nulla auctoritate probatur, sed potius ab his, qui sanum sapiunt, meritò reprehenditur, & repudiatur, oportet, vt, abhinc ne fiat, pœnitus inhibitum sit. Hæc vsquehuc satis de Habitu Monachali, & de Scapulari dicta sufficiant. Nam, ad Habitum nunc purè Canonicum accedentes, illud in primis notandum duximus post varias vestes Canonicorum Regularium in primo libro enumeratas. Habitum Canonicorum illum verè, & realiter, & essentialiter esse, qui datus est, & acceptus ad Deo famulandum, & ea seruitia facienda, quæ Deo immediatè, vel proximè vniuntur. Hæc autem Indumenta, vt altius repetamus, prout diximus in Superioribus, distincta sunt ab illo particulari Habitu pœnitentialis Status Monachorum, siue in Cõuentu conuenientium, vt postea actum est, siue separatorum: Et quidem si priuati Monachi ad libitum induerunt cilicia, asperas vestes, pilos, ramos; vniti tamen in vnum ex præscripto Ecclesiæ, & Institutorum, vnum Habitum essentialem induerunt, qui cuculla Monachalis dicta est, vel plures tamen cum cuculla illa, vt diximus: ita Habitus seruientium, & famulantium Deo, antequam præscripta lex esset in antiquis Sacris de Sacerdote, & Pontifice Aaron, & Leuitis, vsque ad Apostolos, & primæuæ Ecclesiæ Decreta, quòd linea esset vestis in illas distincta, & variata, quas dicimus tunicas, supertunicas, Cottas, Rochetos, Superpellicea, Albas, & cætera huiusmodi, non adhuc restricto termino ad Rochetum pro Canonicis Regularibus, vel semper, vel eo temporis, quo seruitur Deo actualiter deferendus: indagandum est, quis fuerit, vel qualis quidẽ particularis fuit: Non habemus in scriptis quis antè Abel actum sacrificij exercuerit, quamuis possimus etiam asserere Adam sacrificasse pro suis peccatis, & pro offerendis Deo rebus concessis: quòd si Adam sacrificauit in tunicis pelliceis à Deo sibi factis, id fecisse, nihil in contrarium existente, intelligimus: in quo etiam, si de Adã loquimur, Habitus pœnitentiæ designatur: nam pro peccato primùm sacrificandum, & orandum illi erat: ea autem ratione non de Adam, sed de iusti Abel sacrificio accepto refertur Historia, quia sacri-

ſacrificantes,& Canonici famulantes iuſti debent eſſe.Huius autem Abel veſtis ſi non fuit exterior deſignata ſacrificio, habuit tamẽ interiorem perfectam,q̃ nõ habuit Cain.Inquit enim D. Gregorius, prout in Gloſſa,ſuper verba:Nõ ne ſi benè egeris recipies? aliud eſt rectè offerre,aliud rectè diuidere.Primum eſt,bono animo,& recta intentione facere bonum.Secundum, qđ ſit etiam diiudicare, diſcernere,& ſubtiliter penſare. Hoc fecit Abel,quia recta intentione ſacrificauit: & amplius, hæc veſtis interior totum animum contexit,cum diſcreuit,quæ obtulit de Primogenitis gregis ſui,& de adipibus eorum;& hęc fuit veſtis longa,& lata totum cor eius operiẽs: Cain rectè obtulit, & habuit Veſtem ſed curtam, non .n. rectè diuiſit,quia obtulit quidem de fructibus terræ, ſed de peioribus, & corroſis. Adam enim docuit filios ſuos colere Deum per oblationes,in qua re(ſi licet coniectari etiam de exteriori Veſte apta ſacrificio) quemadmodum Deo interius inſpirante, procul dubio venit in mentem Abel, vt offerret adipem ouium, quam rem Deus præcepit Moſi,& Aaron,vt offerrent populi: ita potuit,quia rem ſacrificandam etiam modum ſacrificandi inſpirare, quem præcepturus erat item,i.vt linea veſte vteretur Abel,&, quia tunc linum fortaſſe non erat factum, potuit corollas de folijs,& floribus,& herbis tùm ſacrificium, tùm ſeipſum ornare: quæ non tàm ab re dicũtur, vt non habeant aliquod veriſimile.Abel enim dicitur ideo obtuliſſe de Primogenitis,quia Primogenita ſunt puriora, & meliora, & ea magis acceptat Deus tanquam primordia virtutis generatiuæ; & ideo Deus mandauit offerri ſibi de Primogenitis, vt de adipibus, de quibus ſpecialiter fit mentio, non quòd iſta ſola offerrentur, & comederet carnes oblatas,ſicut dicitur in ſacrificijs pacificis Leu.3. 6.quia tunc non erat vſus carnium,ſicut poſtea, ſed ad conformandum ritui veteris teſtamenti,in quo Moſes ſcripſit ſpecialiter pertinere adipẽ ad ſacrificium Domini. Moſes autem ſcripſit Hiſtoriã Geneſis,antequam ſciret Deum præcepturum ei eſſe,vt adeps offeretur. Ergo,Deo inſpirante, ſicut inuenit quod ſacrificãdum erat, ita poterat inuenire aliquo modo modum, quo ſacrificãdum erat. Verùm hæc vltrò dicta ſint.Sufficit,quod etiam facit ad Inſtructionem famulantium Deo Canonicorum, eos debere, qui Deo ſeruiunt,cinctos interius puritate,recta intentione,iudicio diſcernẽdi, & huiuſmodi virtutibus;vt videantur ſolùm cum Deo conſuetudi

nem

D.Greg.

Leu.3.6

nem habere,& non cum hominibus,ſicut de Enoch dicitur,qui am bulauit cum Deo iuſtè viuendo,& modo ſingulari, & ſpirituali ſecum familiariter conuerſando,ideo tulit eum Dominus,& non ap paruit ſ.cum peccatoribus,& cęteris hominibus:non quòd ex pronitate ad malum,cui magnam reſiſtentiam faciebat Deus, à vita abſtulerit eum iuxta illud: raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius:quia non dicit textus,mortuus eſt, ſed non apparuit,ſicut cæterorum mors deſcribitur, quod Iudæi fingunt,ſed quia translatus eſt in Paradiſum,vnde cum Elia venturus eſt tempore Antichriſti: quemadmodum de Enos dictum eſt, quòd cępit inuocare nomen Domini,quaſi particularem famulatum Deo retribuens non ſacrificijs ſolùm,ſed nominis Dei inuocatione per linguam expreſſa colere,& deprecari d.Glo.interlinearis publicè, apertè contenta voce Pſalmis,& Hymnis Dei nomen celebrare piè & Religioſè: ita Iſai. 48.Iſrael,quem ego voco.i.proprio nomine appello, vt in Pſal.33. iſte pauper clamauit,i.Deum ſuo nomine compellauit ingenti clamore:nam,licet,clamare,& præiudicare ſignificet vox illa, vocare, ſemper tamen cum nomine illius perſonæ coniungitur, ad quã loquitur:fuit autem hæc particularis inuocatio actus Sacerdotis futuri,qui ſemel in anno ingrediens Sancta Sanctorum nomen ineffabile Dei ore exprimebat:quare fuit ipſe Enos nomine Dei inſignitus,ex Cirillo Alexandrino:& illa verba:ipſe cępit inuocare nomen Domini, Theodoretus,ex Aquilæ lectione,legit,ipſe ſperauit vocari nomine Domini.i.vocari Deus: quod non puto ad Idolatriam ipſius ſpectare,quaſi vellet adorari vt Deus,ſicut hoc innuere vidẽtur Hebræi; quod.ſ.illa inuocatio fuerit fabricatio Idolorũ ad Dei ſimilitudinem,ſed potius ad acclamationem, & prædicationem : ꝙ ſcilicet voluerit omnes ſcire ſe primum lingua inuocaſſe,& publicũ feciſſe nomen Domini: Verùm hæc antiquiſſima, & recondita, & expreſſam notitiam non facientia dimittamus, & cum de veſtibus eorum,qui Deo famulãtur,tractationem faciamus,ad veſtes eorũ, quæ in ſacris recenſentur,recurramus:primùm,quod puto,quò veſtes Sacerdotales nominantur, fuit, dum Rebecca veſtibus Eſaù valdè bonis induit Iacob, quas domi habebat:in qua Hiſtoria plura notatione digna.D.enim Hieronymus dicit:tradunt Hebræi Primogenitos functos officio Sacerdotum, & habuiſſe veſtimentum Sacerdotale,quo induti victimas offerrebant, antequam Aaron in

Gen.5. Sap.4. Gen.4. Glo. Iſa.48. Pſ.33. Cir.Al. lib.9. ad Iulia. Theod. Gen.27. D.Hier.

Sacerdotium eligerent. Relatio hæc ad Aaron vestiendum lineis probat lineam fuisse illam Vestem, cuius odorē subodoratus Isaac eò, quòd domi conseruatas illas Vestes habebat sub odoribus, di-
Gen. 27. Lyr. cens: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: ex cuius herbis fit linum. Lyranus ibidem, vsque ad legem datam tempore Moysi Primogeniti erant Sacerdotes, & ideo habebant vestes speciales præciosas, & odoriferas, quibus induti magnis solemnitatibus offerebant oblationem Domino; vsq. ad Moysen ergo nō diuersas Vestes habebant ab ijs, quas Moysi Deus præcepit, sicut nec diuersas oblationes, sed legi cōsentaneas, ergo lineas: quæ Vestes non tantū ad discrimen Primogeniti filij à cæteris fratribus destinabantur, inter quos fulgentius, & prætiosius illi, quam hi vestiri soliti sunt: quem gradum Primogenituræ acquisiuit Iacob, vnde, purpura, prætexta, latus, clauus, anulus, ex quibus cognoscebatur cuius ordinis erat huiusmodi vestitus: non solùm ad differentiam Primogeniti à cæteris, sed ad materiam sacrificandi: qui actus sacrificij offerrendi in legę naturę præterquàm quod erat multùm similis futuræ legi; fuit ēt ex Diuina inspiratione insita sanctis illis Viris, vt dictum est. Vnde facilè etiam colligi potest & habitus, & modus, & præparatio, & ipsa oblata sacrificia fuisse eadem, quæ in lege postea iussa sunt: habuit nihilominus id temporis particularia quædam tùm quò ad præparationem sacrificiorum, tùm quò ad ipsum sacrificantem. de pri-
Iob. 1. mo, legitur Iob. 1. qui fuit in lege naturæ; quòd mittebat ad filios, & sanctificabat illos, consurgensq. diluculo offerebat Holocausta
Orig. pro singulis. Mittebat, inquit Origenes, preces, orationes, & gratiarum actionem ad Deum pro filijs, & ad eos mittebat, qui pietatem admonerent. Noster Steuchus verus Nostri Ordinis Canoni-
Steuch. cus Regularis S. Saluatoris, de quo digna facienda est memoria in hac Nostra Historia, inquit, misisse ad templum Hostias, quod sumpsit ex Chrysostomo, qui, verbo mittendi, munus Sacerdotale intelligit: per templum verò, locum aliquem peculiarem, in quo tunc ipse iugiter sacrificare consueuerat, quasi intelligatur misisse ad Deum sacrificia: Missam vocat Ecclesia Catholica ex
Inn. Innocentij, D. Thomæ, Vgonis, & aliorum Theologorum sen-
Tho. tentia: nec obstat, quòd miserit ad filios, vt conuenirent ad sacri-
Vgo. ficium præparati, & prius sanctificati; ideo sequitur & sanctificabat eos. Sanctificare enim significat rem, quæ ad sacrificium pertinet:

tinet: Sanctum enim in Hebræa dictione, quam dicunt Kadas, signat aliquid Deo conseruatum, ascriptum, & factum: Sanctum, quod tùm ad sacrificium, tùm ad eius ordinem spectat, vt aliqua cœremonia, & ritu sacro distinguatur, & separetur à communi, & prophano vsu, quæ rectè omnia conueniunt, & in oblationes, & in Sacerdotes. His enim rebus, & personis sanctificatio, & præparatio, & discretio talis inest. Sanctificauerunt Eleazarum, idest, sacris initiarunt, vt custodiret Arcam Domini de Sacerdote: De sacrificio autem Iohan 17. Pro eis Ego sanctifico me ipsum, idest, offero in sacrificium: & D. Paulus ad spiritualem animorum oblationem transfert. Rom. 15. propter gratiam, quæ mihi est data, vt sim minister. Is Sacerdos offerens, & faciens animas Deo, minister quidem Christi Iesum gentibus sanctificans, faciens quasi per prædicationem meam sacrificium animorum Euangelium Dei, vt fiat oblatio Dei accepta, & sanctificata in Spiritu Sancto, & extenditur ad præparationem, quæ fit ante sacrificium, cum quis abstinet ab immundis, & prophanis, quæ redderent ineptum rei sacræ faciendæ, vel offerendæ. 1. Reg. 16. ad immolandum Domino veni: Sanctificamini, & venite mecum vt immolem. Exo. 19. Sanctifica illos hodie, & cras, & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium, & quamuis filij Iob non iubentur tollere, tangere, offerre victimam, tamen sanctificantur, quia nondum huiusmodi præparatio interna, & externa conueniebat, & necessaria erat Sacerdotibus sacrificantibus, verùm etiam astantibus saltem interna, vt sic comites sacrificij mundas preces adhiberent: Quemadmodum Iacob hunc religiosum ritum vniuersæ familiæ suæ indixit antè sacrificij oblationem. Gen. 35. Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra: Surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi Altare Deo: vbi obiter obseruandum: mutari vestimenta præcipi primùm, quia filij Iacob habebant vestes aspersas sanguine ex occisione Sichimitarum, & non decebat in talibus vestibus accedere ad loca sacra: prætereà, quia mutatio vestis exterioris indicat interiorem ornatum animi: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: Tertiò, quia magnum honorem intendebat Iacob impendere Deo in Bethel, & ideo tàm interius, quàm exterius cupiebat illum honorare, & ex hoc assumpserunt Iudæi consuetudinem, vt in festis suis, & cum ibant in Sy-

Io. 17. *1. Reg. 16.* *Exo. 19* *Gen. 35.* *Ioe. 2.*

Exo. 33 nagogas preciosiores vestes sumerent, quas possidebant. Hinc, cum peccauerunt in adoratione Vituli, dixit Deus per Mosen Israeli: Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam, quid faciam tibi, idest, depone vestes illas preciosas, quas ex meo mandato tulisti ex Egypto, quibus indutus fuisti ad piam solemnitatem, cum tibi dedi legem: sed vilioribus induere, & penitentiæ vestibus: ideoq; dicitur: Populus luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo, i. ornatioribus vestibus: & sic sciuit Deus, quid faceret illis, idest, ex modo loquendi: cum videam tuam humiliationem, & habitum penitentiæ, quæ est pars pœnæ pro peccato impensam cum sola pœna, quam mereris: Vide differentiam vestium eorum, qui coniunguntur Deo in dispensationem, & famulatum, quod factum fuit in legislatione, & eorum, qui peccantes supplicant in pœnitentia remissionem: Hoc ad Monachos, illud ad Clericos aliquo modo respondet: idem mos obseruatus fuit apud cæteras gentes cum præpararentur ad sacrificium. Thelemacus Palladi supplicaturus lauit manus aqua marina, qua vtebātur in sacris purificationibus, apud Homerum: & puram sumpsit vestem sacrificaturus, apud Virgiliū, de qua & plura affert Plutarchus de Egide, & Iside, & Theodore-

Theod. tus scribit, inter cæteras Aegyptiacas superstitiones, hanc vnam fuisse, quòd mulieres præcaturæ, & sacra operaturæ telis lineis amictæ dextra Teristrum, sinistra Speculum tenerent: & hæc specula mutuò accepta Israelitidas in Desertum asportasse, & partim de illis, partim de proprijs Mosi obtulisse: Placuit idem Cyrillo Alexandrino Hunc locum nobis ostendit vir apprimè eruditus Candidus Migliarino Venetus noster Canonicus, & nunc Prior S. Saluatoris Venetiarum: fortasse etiam vestes mutuatæ sunt, & illæ, & viri, quæ byssinæ pretiosiores erant, apud Aegyptios, & tanquam Re-

Gen. 41. gales, & nobiles, vt inquit Lyranus, ibi Gen. Induit eum stola byssina: byssus enim est genus lini candidissimum, ex quo fiebant vestes nobilium: ex his, quæ diximus, satis liquet, quibus rebus illa sanctificatio, & purificatio fieret: ablutione, mutatione vestium, abstinentia ab immundis, & præsertim mulieribus; de septimo autem proposito, idest, de sacrificāte in tempore legis ante scriptam: apud omnes scitur Primogenitorum fuisse huiusmodi ministerium: cum autem dicimus Primogenitos obtulisse sacrificia, de Sacerdote præcipuè offerente intelligimus, non de alio portante, & offerente vi-

ctimam

ctimam ſacrificandam manibus Sacerdotis: cui etiam communis eſt actio ſacrificandi, ideſt, his, qui illud, quod Sacrificium dicitur, ad Sacerdotem deferunt, vel qui interſunt ſacrificio: vt in Miſſa S. Eccleſiæ dicit Sacerdos pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, vt per primum intelligatur Sacerdos, per ſecundum circumſtantes, vel ij, qui alia aliqua ratione à Sacerdotibus faciendum procurant: Sic intelligitur illud, Exo. 5. dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in Deſerto, & ita D. Auguſtinus in quæſt. vet. teſt. illa dicuntur offerri, inquit, cuius ſunt oblationes, quas ſuper Altare ponit Sacerdos. Hoc munus Sacerdotis, & officium, & nomen non erat in cuiuſcunque poteſtate pro ſuo libitu accipere, vt videtur innuere Chryſ. Priſcos illos Sacerdotes ſecundum morem Melchiſedech per ſeipſos creatos fuiſſe ex mente aliquorum, tamen etiam ex mente ſua in Gen. agens de Melchiſedech ipſo; quòd fuerat fortè à ſe ordinatus, ſic enim tunc Sacerdotes erant & creabantur: nam publicum munus huiuſmodi publico vſu, acceptatione, & auctoritate debebat adhiberi: præſertim, cum pro quaque natione, quod offertur in Sacrificio eſt communi ſententia ſemper electum, vt hi hæc, illi illa offerant, non alia, de quibus quamuis dicatur, 3. Reg. 13. Quicunque volebat implebat manum ſuam, & fiebat Sacerdos excelſorum: indicat tamen tantum facilem fuiſſe aditum apud Idolatras ad falſam Sacerdotis cõſecrationem, prout etiam in Iudæorum Sacerdotibus venales fuerunt, & violenti ingreſſus in Sacerdotium, vt patet ex Machabæis, & Ioſepho: non ſibi tamen quiſquam ſacrificandi officium vſurpabat, ſed à Rege deſignatus: dicitur enim in conſequentibus, quod Ieroboam fecit de nouiſſimis populi Sacerdotes, non ergo ex voluntate quilibet fieri poterat Sacerdos; fuiſſet enim confuſio: Verùm Primogenitos Illuſtriſſimarũ præcipuè familiarũ fuiſſe Sacerdotes ex D. Hieronymo trad. Hebr. in Gen. addente Melchiſedech fuiſſe Sem Primogenitum Noè; & hæc eſſe Primogenita, quæ vendidit Eſaù Iacob: & ſi Iſidorus exiſtimet Primogenita fuiſſe veſtes illas valdè bonas Sacerdotales, ſcilicet, quas induti Primogeniti victimas offerebant, factas ex lino, quas coniecturati ſumus ſuprà, non negamus quidem hanc Primogenitis legem conceſſam fuiſſe ita legatam, & neceſſariam, vt non niſi ſoli Primogeniti ſacra facerent. Abel enim fuit Sacerdos ex D. Hieron. vbi ſuprà; & Auguſt. de

Exo. 5. *D. Aug.* *Chryſ.* *3. Re. 13* *Iſid.*

Mir.

Aug. de mir. sac. Script. Mir. Sacræ Script. & patet per actum, minor natu Cain; à multis etiam negatur Melchisedech fuisse Sem: Abraham functus Ministerio Sacerdotali non fuit Primogenitus Tharæ, sed natu minorem alijs fratribus, colligi potest ex illius, & Tharæ, cuius erat Auunculus, ætate: quamuis Chrysostomus affirmet oratione quarta, contrà Iudæos Laicum fuisse, & Laici nomine benedictionem accepisse à Melchisedech Sacerdote: cui potest responderi: Pontifices Summi, & Sacerdotes maximi soli Primo geniti fuerunt, vel qui personam sacram omnium Pontificum repræsentabant; at minores Sacerdotes, qui possent petere benedictionem à Maximis, potuerunt esse ex fratribus minoribus, & sic tùm Abel minor, tùm Cain maior sacrificare potuerunt: Aliam rationem Sacerdotij tūc temporis ex Regno acceperunt multi Patres. Isidorus in Ethymol. Beda, & alij exemplo Melchisedech Regis Salem: deductam etiam ex politia Romana: nam antea, qui Reges erant, Pontifices erant: Magnorum enim hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam Sacerdos, & Pontifex, & Romani Imperatores Pontifices Maximi dicebantur: refertur hoc testimonium cap. Cleros, 21. distinct. vulgatum apud Aegyptios ex Phylosophis Sacerdotem, ex Sacerdotibus creari Regem: Numa Rex ipse se in primis constituit Pontificem ex Dionys. Halic. Galba, ex Suetonio, triplex Sacerdotium gessit; Lacedæmoniorum Rex, Regem, & Sacerdotem agebat, ex Xenophonte: Sacerdotes in Zela rerum omnium potestatem habebant, ex Strabone: ad quam consuetudinem Gentilium nationum alluditur fortasse; cum Deus populum suum Regale Sacerdotium appellat, Regia, & Sacerdotali Dignitate fulgentem, quas Dignitates cum separasset Deus in populi sui politia, visi sunt voluisse repetere: Saul offerens Holocausta, & pacifica, 1. Reg. 13. cui dictum est à Samuele stultè egisti: & Ozias, 2. Par. 26. qui roboratus cum esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusq; Templum Domini adolere voluit Incensum suprà Altare Thimiamatis, & percussus est lepra: poterant ergo ante Legem datam, in qua soli Sacerdotes à Deo electi, & vocati id faciebant, Reges, & Principes sacrificare: nam non solùm penes Reges, sed apud Nobiles erat Ius sacrificij, & Sacerdotis, & Capita familiarum, & Principes Populi ex D. Hieron. quod indicatur, 3. Reg. 13. cum Ieroboam notatur delicti, quod fecit de nouissimis

Chrys. | Isid. | Beda. | Dionys. | Sueton. | Xenoph. | Strab. | 1. Reg. 13 | 2. Par. 26. | 3. Reg. 13.

ſimis Populi Sacerdotes: Græcis par erat munus ſacrificandi, & ſtatus Regius, nec erat peruia Dignitas hæc vulgò, ex Plutarco in Problem. ſed ſolis Patritijs concedebatur, & ſimiliter Romanis, ex Liuio, & Oroſio Conſulibus, Prætoribus, Cenſoribus; vt de Marco Marcello Conſule, & Pontifice: Iob quoque Sacerdos Primogenitus Zaræ Ducis, & Capitis familiæ Illuſtriſſimæ, vt quæ Ducibus, atque Regibus ſplenduerit, non vltimum locum teneret in ratione ſacrificandi ſapientia, penes quam fuit ius iſtud ſacrificandi, vt apud Aegyptios nomen obtinuit Triſmegiſti Mercurius, quaſi ter Maximus eſſet, Sapiens, Rex, atque Sacerdos: quem Eupolemus apud Euſebium de Præpar. Euang. exiſtimat fuiſſe Moſen, qui propter litterarum inuentionem id nomen conſecutus fuit: Sapientiam cum Sacerdotio, vel è conuerſo, coniunctum debere eſſe etiã Barbaræ nationes cognouerunt, quæ à ſuis Sacerdotibus rerum agendarum conſilia, reſponſa, & dubioſam ſolutionem petierunt: His obiter declaratis: Concludimus Eſaù ratione Primogenituræ fuiſſe nedum Sacerdotem, ſed primum Sacerdotem: & ob id veſtes illas habuiſse prętioſas, & valdè bonas ad ſacra peragenda deſtinatas, quas ex probabili coniectura lineas eſſe aſſerimus: de quibus etiam Vgo Cardinalis inquit: Veſtes Primogenituræ remanebant domi, neque eis vtebatur niſi certis temporibus (ſubaudi cum ſacrificandum erat) vt D. Hieron. ab ipſo Vgone citatus dicit, quòd fuerit veſtimentum Sacerdotale, antequam Aaron eligeretur in Sacerdotium: Prætereamus modò, quæ potius vltrò, & iuxtà noſtram conſiderationem iudicamus: antequam expreſſam legem veſtium Dei aſcriptorum famulatui, & Miniſterio ſpeciali legerimus: nunc ad ea veniendum Nobis neceſſariò eſt, quæ ab ipſo Domino præcipiuntur Moyſi de Aaron, & reliquis Sacerdotibus, & Miniſtris Templi: facies, inquit Deus, Exod. 28. Veſtem Sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem; & inferius: vt faciat Veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi; Sanctæ igitur Veſtes ſunt, & ſanctificati eas induunt, ideſt dedicati ſeruitio Dei, vt ſuperius expoſuimus: quia verò Sanctæ Veſtes ſunt, debent eſſe prętioſæ, & fulgentes primùm ad decorem, pulchritudinemq; quam vult Deus in rebus ſuis pulcherrimus, vt in omnibus vtenſilibus Templi ex auro, argento, ære: quę omnia ſecundum genus ſuum perfecta erant in pulchritudine: vtiles ſunt res à Deo

Plutar.
Liu.
Oroſ.
Exo. 28.

factæ, ideſt ad aliquem vſum: quibus cum ad vſum eorum vtimur, licitè facimus: inter res autem vtiles eſt differentia in perfectione ſecundum magis, & minus; quod fit ratione finis magis, vel minus perfecti: finis omnium perfectiſſimus eſt ipſe Deus, cui conuenit vſus rerum perfectiſſimarum; i. auri, & argenti, & lapidum prætioſiorum; Vnde erubeſcendum eſt nobis ſi aureis poculis ad Noſtros vſus vtimur, plumbeis Dei; & quia Populus ea appretiare conſueuit, quæ nitent, & ſplendent, vt Sacerdotes, & Populi ſeipſos, & illosmet exiſtimarent, prætioſis vti debebant veſtibus, & ad attentionem prouocarent miniſterij: non enim licebat ſacras veſtes in prophanis adminiſtrationibus induere: præterea ad miniſterium ſpeciale actio propria Veſtium Sacerdotalium ad memoriam reuocabat; quòd filij Iſrael erant coràm Domino, & eorum nomina in veſtibus ponebantur, vt in Rationali, & Ephod: & quia etiam Rationale ad veritatis inquiſitionem pertinebat, & iſtum modum ſecuta eſt Eccleſia, vt Miniſtri Altaris in Veſtibus ſacris miniſtrarent, non quidem ijſdem vt tunc, quia ille ſtatus non adhuc manet: neque quia eadem ſignificatio, quæ illarũ erat, iſtarum eſt: ſed conuenientibus huic miniſterio, & conformes habentibus ſignificationes miniſtris, vt tales ſint, quales per Veſtes ſignificantur. Femoralia ergo linea habebat Sacerdos tunicam lineam longam, zonam, ſiue baltheum, tiaram ſiue mitram ex byſſo candidiſſimo. Hæ erant communes Veſtes ſummo, & minoribus Sacerdotibus: ſingulares primi Pontificis erat tunica Hyacinthina ex auro, purpura, cocco, & byſſo: vt, ſi non certum erat hanc tunicã fuiſſe de lino, vel de lana, vtcunque fuerit de panno, vt de ſuperhu-
Lyr. i merali inquit Lyranus: tamen Abulenſis dicit fuiſſe totam Hyacin
Abul. thinã, & de filis Hyacinthini coloris: fila autem potius ad linum, quàm ad lanam referuntur: eſt quidem filum, quod à lino, lanavè deducitur: ſed vulgò dicimus cum additamento lanæ, cum filum laneum intelligimus abſque lini: cum lineum accipimus, ſicut è conuerſo, cum pannum dicimus abſolutè laneum, cum lineum addimus, lineum intelligimus: nihilominus, quamuis fuerit ex lana, habebat mala punica mixta in byſſum cum purpura, & cocco, & Hyacintho, & auro; quemadmodum & ſuperhumerale, & tiara ex byſſo inferius ſuperius Hyacinthina Ephod, præterea, quæ Veſtis ſuperhumeralis erat, lineum habet adiunctum, vt accinctus

Ephod

Ephod lineo;ex quibus patet, quàm superemineat linum in materia Vestium Sacerdotalium:lanæ ex qua aliqua tantùm: ex eo autē quod vocatur Vestis Aaron sancta,quia tantum, cum sancta peragebat,induebatur,alias communes suas Vestes sumebat: intelligitur,quàm deuotè Nos Vestem Canonicalem ad mancipationem seruiendi Deo deputatam deferre debemus, cum deferamus semꝑ ad ostensionem status Regularis ob eundem finem; memores semper, quòd seruitio Dei deputati sumus: imò Abul. Exod.25.dicit; Hyacinthus est ex D. Hieronymo in huiusmodi genus lini tincti colore cœlesti quasi azurino non intenso,sed quòd aliqualis est coloris,i.subalbus, & dicitur à quadam herba huius coloris; de qua Poetæ fabulantur in Hyacintho ludente cum Appolline, & decidente in terram,& sanguinem emittente,qui in colorem huius floris deuenit, & in Aiace; de quo Ouid. Metam. Erat ergo linea Vestis Hyacinthina illa colorata Hyacintho. Similiter dicit de purpura;quod erat genus lini tincti colore rubeo non simpliciter,sed vertente ad albedinem, vel nigredinem; quia si super tincturam leuē debet sortiri tinctura rubea, prior color faciet secundum degenerare à perfecta sua rubedine: & potest hoc reperiri vel in lana, vel in lino. Illa autem Sacerdotalis Vestis purpura erat ex lino. Similiter de cocco, quamuis dicat esse sericum,nihilominus cum asserit deputatum esse ad Ephod faciendum, lineum Ephod cum constet fuisse; vel lineum etiam coccum dicere oportet, vel si sericum ad ornatum Vestium linearum appositum, quia non inconuenit in Vestibus Sacerdotalibus; & quamuis Ephod erat Vestis altera Sacerdotis Magni cum doctrina, & veritate dicta Superhumeralis cū Rationali,de quo,& nō de vulgato Ephod dicitur, quòd ab Abiatar sumpto Ephod petita est veritas: si tradent Viri Ciclæ Dauid in manus Saul. 1.Reg.23. Erat enim Abiatar Sacerdos magnus succedens Fratri Achimelech occiso à Saul. 3. Reg.1. & 1.Paralip. 24. quamuis & Sadoch cum eo ex diuina electione,& prophætica pronunciatione assumptus est.Fugit quidē inter fratres vestitus Ephod vulgari omnium Sacerdotum; priusquam intelligeret sibi deuoluēdum magnum Sacerdotium; & ob hanc rem Sacerdotalia, vel necessaria ad veritatem indagandam, vt Rationale & Ephod Summi Sacerdotis tulit ob pericula, & statum timoris, in quo reperiebantur populi; minores autem Sacerdotes Ephod communi lineo

Abul. *D.Hier.* *Ouid. Metam.* *1.Re.23* *3.Reg.1* *1.Pa.24*

quidem, vt illud genus Summi, sed non ornatum alijs coloribus vtebantur; vt Samuel puer coràm Eli, vt illi octoginta viri occisi à Doeg vestiti Ephod lineo: excellentius genus vestis illud ob artem polimitam, idest, texturam variorum colorum, Hyacinthi, purpuræ, cocci, byssi; minoris gradus hoc aliorum Sacerdotum idem ob materiam lineam. Illud animaduertendum summoperè, Vestem lineam Sacerdotalem omnes Vestes communes, & vulgares cooperire debere; Quòd enim Sacerdos aliquis ministrat, ita se debet habere in Vestibus, vt nihil de vulgaribus vestibus appareat; & sicut totus ad ministerium vocatur, & non ad alteram rem, ita totus Sacerdos debet apparere, quod est, cum totus Sacerdotalibus vestibus coopertus est; Ergo mancipati seruitio Dei toti candidi erant, sicut modò Canonicus: color quippè albus, & sincerus super alios colores, in quo macula nulla est. Totus ergo candidus est, qui in tota vita compositus est, ita vt ex nulla parte macula vitiorum subap-
Isa. 52. pareat, Isa. 52. Mundamini qui fertis vasa Domini; Mundities hæc optimè in linea veste repræsentatur; linum enim fit ex herba toties macerata, & percussa, vt ex colore viridi sub iugo, & alijs reducatur ad nitorem album, & purum; de his vestibus Sacerdotalibus, & Canonicalibus dicitur Sapientiæ 18. In veste enim poderis, quam ha-
Sap. 18. bebat, totus erat orbis terrarum, & parentum Magnalia in quatuor lapidum ordinibus sculpta erant; & magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta. His autem cessit, qui exterminabat, & hæc excitauit; omnes Vestes Sacerdotales vnam vestem appellat Sapiens eò, quòd omnes ad vnum conueniunt; quarum vna materia principalis linum videlicet; in his erat totus orbis terrarum repræsentatus; byssum terræ deputant Hebræi, quia ex terra gignitur, purpuram mari, quia ex eius cocleis tingitur; Hyacinthũ aeri propter coloris similitudinem, coccum igni, &ætheri; Vel tunica linea signat terram; Zona Mare, quia cingit terram, Hyacinthina aerem, baltheus cingens ignem, terram ambientem; Superhumerale cum Rationali sibi coniuncto ex varietate lapidum pretiosorum, & colorum, cœlum sydereum Stellis ornatum. Duo lapides onichini in Superhumerali positi, duo luminaria magna, Solem, & Lunam, vel duo Hemisperia, quorum alterum super terram, alterum sub terra; duodecim gemmæ Rationalis signa Zodiaci, vel duodecim Menses, vel rationale terram, quæ instar puncti licet in se om-

nia

nia contineat, à cunctis velatur elementis: mitra in capite, superiorem partem mundi Cœlum scilicet Chrystallinum, & Empyreum; lamina sancta, Deum omnibus præsidentem: propter quod in illa erat scriptum nomen Dei Tetagrammaton, idest quattuor litterarum, quod est proprium altissimi omnium Creatoris, vniuersa, quæ subter sunt, Dei arbitrio gubernari; Mala punica, & tintinnabula, fulgura, & tonitrua, vel omnium elementorum consonantiam, & vniuersa sibi perplexa, vt in singulis reperiantur omnia: pulchrè autem, quod in medio est, appellatur Rationale: ratione enim cuncta sunt plena, & terrena cœlestibus inhæret, imò ratio terrenorum, & temporum, caloris, & frigoris, & duplex inter vtrumque, temperies de Cœli cursu ratione descendit; Vnde & Rationale cum Ephod arctius stringitur; in Rationali verò manifestatio, doctrina, & veritas est, quia nunquam in Dei ratione mendaciũ est, & ipsa veritas multis rationibus, & signis monstratur hominibus; vnde factum est, vt rationem Solis, & Lunæ temporum, & horarum, tempestatis, & serenitatis, ventorum, & omnium rerum nosceremus, accipientes à Deo sapientiam, & ab ipso habitatore, & Doctore fabricæ totius scientiam. Canonicus hinc, siue Clericus, & Sacerdos, & Pontifex pro omnibus, & toto orbe orat, & in Veste linea propria humilitatem in singulis habere debet, vt non superbiat, quia ad tàm excellentem gradum, & operationem eleuatus sit, sed potius in munditia sua humiliet se: fiet inde, vt qui exterminat vel ignis, vel Angelus, vel ipse Deus, obediat orãti, & misereatur populi, pro quo deprecatur, vt de Aaron dictum est eo loci; & Deus sępè promisit. Et vsque Alexander Magnus mitigatur ad visum Pontificalis Habitus, ne cũ Dario, cum furore accensus pergeret ad destruendam Hierusalem, ꝗ noluerit ei subijci, fœdera iã inita confringeret; destructis iam Tyro, & Sidone confinibus; de quib. Prophęta Vir Zacharias, & ipsi Iudęi sic exponunt Zachariam: non fuit autem Hierusalem destructa, quia in illo discrimine minores Sacerdotes responso accepto Diuinitus post Ieiuniũ, & orationẽ, singuli stolis lineis suis magno obuiam processerunt Alexandro: qui recordatus se vidisse iam in Gręcia illo habitu personã venerandam in visu noctis, qui animauit eum ad acquirenda Regna, & orauit, vt, cum seipsum eo modo, quo tunc, videret, misereretur suorum. Hæc, inquam, reminiscens Alexander, desilijt de equo, ge-

nu flexo adorauit, quasi illum directorem in omnibus suis operib. habuisset,& pacificè ingressus est ciuitatem, ciuibus libertate donata,& permissis quæ olim cum Dario in fœdere pepigerant:non hoc fuit contra præceptum Domini vti vestibus Sacerdotalibus extra tabernaculum, & templum,& atrium vetantis: nam,quod ex particulari inspiratione fit, non derogat legi vniuersali. Sic Dauid sacrificia obtulit in area Iebusæi; & Elias in monte, cum præceptum fuerit nullibi sacrificium offerri præter templum, & Hierosolymä. En quantam Dignitatem habet non solùm Clericus, & Canonicus in seipso,verùm etiam in Vestibus. Hucusque lineam Vestem propriam Canonicorum,idest Clericorum deputatorum seruituti Dei sine intermissione esse probauimus ex vestibus lineis non quarumcunque personarum,quamuis Sanctarum,sed solùm Sacerdotis,& ex Deo immediatè electi ad ministerium, & famulatum Dei; vt ex

*Exo.*28. Exod. 28.cap.declarauimus:item 29.cum laueris aqua, indues Aa-
29 39. ron vestimentis suis linea,& tunica,& cæteris, & 39. fecerunt & tunicas byssinas Aaron, & filijs eius. & Leu 8. Vestiuit Aaron subucula linea;filios quoque eius vestiuit tunicis lineis,& de Nadab, &
Leu. 8. Abiù mortuis ob oblatum alienum ignem Leu. 10. tulerunt eos,vt
10. 17. iacebant, vestitos lineis tunicis,& c. 17. tunica linea vestietur,fęminalibus lineis verenda celabit; accingetur Zona linea; tydarim lineam imponent capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta. Hoc itē probauimus ex Decretis Pontificijs:quod autem Institutio hæc sit Apostolica ex ea tantum ratione, quòd Iacobus, cognomento Iustus,frater Domini appellatus,qui lineis vestibus vtebatur, ordinatus fuit Episcopus Hierosolymæ à B. Petro, Iacobo, & Ioanne, vt Gratianus in Decreto de Episcopis promou.asserit, non facit vim vrgentem,ex eo enim quòd lineam Vestem (sacceam, & rudiorem melius dixerim) induebat,ideo Episcopus factus non est: vel ideo probatur linea Vestis esse habitus Canonicus, & Clericalis; quia ordinatus ille Apostolus fuit Episcopus: sicut neque ob vestem lineam etiam ab Hebræis commissum est illi,vt ingrederetur in Sancta Sanctorum,quod alij concessum non est, quousque Lex Moysis pœnitus ablata fuit. Vestes enim lineæ Iacobi non erant, quæ deputantur ad ministerium sacrum,sed suæ ordinariæ Vestes,quib. non ad Dignitatem,& specialem statum vtebatur;sed ad operimen-
D. Mar. tum.De D.autem Marco,quòd has lineas Vestes Clericis suis instituerit,

tuerit,facilè probatum inſpicitur,quia,quod per vniuerſam cuſto-
ditur Eccleſiam,quamuis deſit Diuina auctoritas,vel ſcripta Apo-
ſtolorum,& Conciliorum Decreta, putatur,& eſt Apoſtolica tra-
ditione ſancitum: cùm vniuerſalis Eccleſia lineas induat in ſa-
cris, quamuis nulla de hoc habeatur memoria ab Apoſtolis præ-
ſcripta,ab ipſisq; Apoſtolis originem habuiſſe cenſetur: vt Auguſt.
contrà Donatiſtas,& de baptiſmo,& præſertim in his,vbi de anti- *Aug.*
qua Eccleſiæ conſuetudine tractat. Iſidorus de Eccleſiaſticis Offi- *Iſid.*
cijs, lib. 2. Clericos ab Apoſtolis in Eccleſia Nazaræorum loco in-
troductos aſſerit,eam ferens rationem,vt dicat,huius etiam exem
pli vſus ab Apoſtolis introductus eſt,vt hi,qui in Diuinis cultibus
mancipati Domino conſecrantur,quaſi Nazaræi, ideſt, Sancti Dei
crine præciſo innouentur. Lex autem Nazaræorum non erat eadē
ac Clericorum,& Leuitarum:præcipiebatur enim eis dedicatio ſuę
perſonæ ad ſtrictius in Tabernaculo viuendum,non autem ad Cle
ricatum,& ad ea, quæ Clericorum ſunt, agenda, ideo non indue-
bant veſtes lineas,ſed tantum circà crines obſeruabantur cœremo
niæ,& alia, quæ ad votum ipſorum exprimendum exponebantur;
de quibus profuſè Abulenſis eo loci, vbi de Nazaræorum obſerua- *Abul.*
tione Scriptura Sacra teſtatur, cuius etiam Iſidori longa per om- *Iſid.*
nes Eccleſiaſticos Ordines diſputatione Aquiſgranenſi Concilio
ſubſcriptio refertur; probatur etiam Pontificali libro Habitus Ca-
nonicus:(ita vocarunt Cœremoniarum Præfecti)vbi ipſe Pontifex
in Clerico faciendo Deum precatur,vt benedicere dignetur illum,
cui tamen ipſius nomine Sanctum Habitum Religionis imponit,
& ſuperpelliceum Clericum induit,dicēs:Induat te Dominus nou
um hominē.Præfatus liber,etiam ex Concilio Toloſano,aliud no- *Concil.*
men habet,hæc enim legimus in illo: quando Presbyteri in Paro- *Toloſ.*
chijs ordinantur,Libellum Officialem à ſuo Sacerdote accipiant,
& ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi accedant: vbi Officialis Li-
ber,Pontificalis,appellatur: ex Hoſtienſi, & ex Clementina 2. tit. *Hoſt.*
9.de Iureiurando,in qua de iuramento faciendo ab Imperatore in
Pontificali contento,mentio fit,& explicat Io.And. D.Auguſt. de *D.Aug.*
vita communi Clericorum Clericis ſuis inſtaurandis non Habitum
mutandum præcipit, ſed corrigendum pretium eius, & vitam, &
mores reformandos,2.lib.de vita Clericorum: & pars altera Regu
læ ſuis Canonicis traditæ, de byrro, & tunica linea ſolùm mentio-

nem facit:nemo det byrrum,& tunicam lineam, nisi in commune: nisi talia offerat Sanctitas vestra, quibus ego solus, quasi decentius,vtar:offerat mihi,verbi gratia,byrrum pretiosum: fortè decet Episcopũ, quamuis non deceat Augustinum? tale debeo habere, quale possim,si non habuero,fratri meo dare, quale potest habere Presbyter, quale potest habere decenter Diaconus, & Subdiaconus. Petrus Rauennas Portuensis, qui Canonicos Clericos redintegrandos, & ordinandos curauit, Canonicis illis lineam Cottam tradidit in suis Constitutionibus,cap.21.Habeant præter hæc singuli Canonici vnam,vel,si fieri potest,duas Cottas lineas. Vgo Archiepiscopus Nicosiensis, qui eosdem Canonicos Regulares reformauit in agro Pisano,D.Augustino dicato Monasterio in nostram Congregationem recepto, iampridem Constitutiones Canonicis suis tradẽs,superpelliceum lineum, siue Cottam illorum Habitum esse declarauit: Benedictus XII.in Constitutionibus Canonicis datis ab ipso, & de forma, & honestate Habitus, & vestis,passim Canonicorum Habitum super indumenta linea vocat Superpelliceũ, vel Rochetum,vel Camisiam lineam: vsus perpetuus Basilicarum Lateranensis D.Io.& SS.Petri, & Pauli in Vrbe Roma id maximè probat item antiquissimus, quo ipsarum Canonici Sæculares Habitum suum Clericalem Rochetum appellarunt super imposito etiam Superpelliceo, quod in aliquibus alijs Ecclesijs Cathedralibus fieri contingit, sine quo Habitu non licet ingredi Ecclesias illas:quamuis exeuntes inde eum deponant:Canonici Regulares autem Rochetum semper vbique deferunt, & tàm die, quàm nocte portare consueuerunt, quippèqui nunquàm desciuerint à Prisca Regula Apostolorum,& Patrum nostrorum,qui lineum Habitum semper vel gestarunt,vel gestandum statuerunt,vt hac etiam Habitus ratione Regularis à Sæculari differret professio, vt in Aquisgranensi Regula dicitur.Ezechiel 9. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis: quamuis per lineas vestes Nicolaus intelligat solam munditiem:Vnde colligit fuisse Angelos bonos: interlinearis tamen explicat in Habitu Pontificis. Hier.pro lineis inquit, quod nos iuxtà Simmacũ interpraetati sumus, Septuaginta, podere Thedoction,ipsum verbum Hebræum, Baddim, Aquila præcipua,interprætati sunt, qui omnes Sacerdotalem, & Pontificalem Vestem fuisse innuunt. Huiusmodi enim sunt præcipuè,& Pontificiæ

Petrus Rauen.

Vgo Archiepisc.

Ben.12.

Ezech.9

Nicol.

ciæ prēſertim,cum Septuaginta idem verbum,& verbum atramentarium ad renes eius,trāſtulerint,Zona Saphyrina, quæ erat Veſtis Pontificis,& Gloſſa ordin. dicit,podere,quæ eſt veſtis vſque ad pedes pertingens, & ideo ita appellatur vna, quæ de octo Veſtibus Pontificis,quē latinè dicitur thalaris,de quibus Hieronymus opus luculētum compoſuit:ita eſſe probat acceſſus eius ad Altare æreū: quòd verò Danielis 7. Antiquus dierum ſedit, veſtimentum eius candidum ſicut nix;potius ad gloriam Deitatis accedit,& excellentiam eius, quæ eſt lux inacceſſibilis, quia candor inter alios colores plus habet de luce,& ad purum,& ſincerum eius iudiciū,quòd nullam perſonam in iudicando recipiat,& ad gloriam Chriſti trāsfigurati,cum veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix:quàm ad prēſcriptam formam Habitus Canonicalis: niſi velimus hinc colligere, huiuſmodi debere eſſe Habitum, quibus eſt dependentia à Sacerdote Magno Chriſto; iuxtà illud: tu es Sacerdos in æternum: Similiter Danielis 10. de Angelo veſtito lineis, quòd puritatem Angelicam demonſtrauit, ſicut in Aſcenſione Chriſti, & Reſurrectione,ijdem Angeli ſplendentes,& albas Veſtes prætulerūt: quòd ſi verum eſt Chriſtum fuiſſe indutum veſte linea, quæ inconſutilis appellatur, vt Signius Noſter refert alios dicere, & Ticinenſis, & alij,& Petrus,& Paulus,& Bartholomæus,vnde viri dealbati à Gentibus appellabantur, nullus locus ambigendi relinquitur, quin ab Apoſtolis inſtitutus ſit hic Habitus Clericalis: mirum tamen videtur,Egeſyppum,qui Iacobum lineis vſum fuiſſe tantum reliquit ſcriptum,hoc de cæteris Apoſtolis tacuiſſe: Sed Nos non negamus hæc, & multa alia potuiſſe eſſe, & redigi, cum ita fuerint ad Habitum Canonicorum aſtruendum: Verùm libet quæ ſtrictè,& neceſſariò conueniunt talem Habitum Canonicalem lineum eſſe, qualem certa Conſtitutio,& determinatio ſtabiliuerit,amplecti: concedo veſtigia eſſe Canonici Habitus, vel melius ſymbola quædam, & ſimulachra quod Act. 10. dicitur: Stetit coràm me vir,in veſte candida; quòd ſepeliatur Dominus in Syndone munda; quòd in Apocalypſi dicatur;ambulabunt mecum in albis amicti ſtolis albis, quia Nazaræi, non autem quòd ſint Leuitæ, vt Signius idem putat;ſed quòd deuoti Deo dicantur; Candidiores niue, nitidiores lacte; quod potius ad interiorem munditiam, quàm ad Habitum lineum, quem nunquam induerunt, accedit; quia baptizandi,

Gl.ord. Dan.7. Mat.28 Pſ. 109 Dan.10. Act.10. Apo. 3 Thren.4

zandi, antè, & post baptismum, Adulti albis induerentur; quòd
S. Hier. Sanctus Hieronymus ad Damasum scribat se Romæ Christi vestem induisse; idest, baptismalem; quòd nunc infantibus baptizatis lineus pannus capiti superimponatur; quòd propterea dicatur Sabbatum in Albis .i. cum baptizati dealbati comparent, & multa huiusmodi:non aũt ex his, & similibus argui põt determinatio Habitus Canonici,sed potius,quòd per has albas Vestes significatur.s.quòd Canonici ministri Domini sunt semper candidi,puri, mundi,vt columbæ simplices esse debent,iuxtà intelligentiam illo-
Eccl. 19. rum Verborum Eccl.19. omni tempore sint Vestimenta tua candida;quia sicut linum fit ex pressuris,& percussionibus, ita Canonici debent pati pro Christo, quod innuit byssus retorta; quia sicut linum est suaue,delicatum,ita Canonici suauiter viuere debent;quia ex lino varia instrumenta conficiuntur ad varia opera; ita Canonicus debet omnibus,varijsq́. virtutum generibus insigniri, vt post aureum illum vestitum,qui Charitatem,vel fidem indicat,circundetur varietate exterarum virtutum;quia velut linum purum in se facilius est vt polluatur,quàm cætera vestimenta,ita Canonicus prospicere debeat cum stat,videreq́. ne cadat; quod si acciderit, citius assurgat: sicut uestis linea maculata ablutione quàmfacillimè mundatur, & multa alia, quæ ad moralia significanda possunt adduci: sed Nos non quæ ad mores,sed quæ ad veritatem Historiæ accommodata sunt, & necessaria, & ad comprobandum, explicandumq́. Historię vigorem,& neruum,pertractamus. Mentio de Veste linea
Cassian. fit etiam apud Monachos ex Cassiano lib.1. de Institutis Aegyptiorum,&Antiquorum Religiosorum,qui vtebantur Collobijs lineis,
Concil. Carth. quæ Alba dicitur in Concilio Carthaginensi, quam Diaconus deferebat, cuius loco nunc dalmatica successit,vt legitur in vita Sancti Syluestri,& habetur 93.d.c.Item diaconus. & cap. Diaconus sedeat. 11.q.3.c.Episcopus presbyter;de quo habetur etiam in Historia Ecclesiastica de moribus Ecclesiæ Alexandrinæ, ex quo Canonici orti à B.Marco Petri discipulo,qui Habitum lineum portare cœperunt:vnde colligitur; si ex Monachorum Habitu accidentali,qui erat Collobium lineum,dicunt transferri in essentialem Canonicorum,licuit etiam ex essentiali Monachorum,quando id genus vestimenti sit essentiale eorum, transferre Scapulare dempta essentiali pœnitus forma ad Habitum accidentalem Canonicorum, cũ dem-

pta

pta primæua forma Collobij reductum illud fit ad Canonicalem. Non quidem his Collobijs lineis vsi sunt tantum in primordijs Monachi cum essent Clerici,sed laici.Nam Cassianus in lib.1.vt suprà, Monachorum,illorumq. laicorum Collobium lineum asserit fuisse vnam vestem; quòd autem his Collobijs lineis eo modo translatis ad Canonicalem Vestem vsi fuerint Canonici Eugubini,antequam Cathedralis fieret sæcularis, quemadmodùm & iam apud Tifernates,& nunc apud Canonicos Cathedralis Ecclesię Ferrariensis vidimus: & de accidentali Monachorum ad essentialem Canonicorum additum fuisse.Similiter de Girondello (quod vocant Rochetum, vel Cottam, vel Superpelliceum, quæ vltima remanserunt tantum Clericis sęcularibus,& Regularibus Canonicis,& sæcularibus aliq;bus suprà Rochetum)pro certo habemus esse,& fuisse Habitum Canonicalem; sed inter hos Rochetum præcipuè essentialem appellari,& esse,quia in illo notantur Canonici,tùm Regulares, tùm sæculares esse Canonici; aliàs induti solùm Cotta, & Superpelliceo, Clerici dicuntur:q; ad Monachos etiam pertinet, cum Clerici facti sunt;& ad Episcopos cum ex Ordinibus suarum Religionum, vel Monachorum,vel Mendicantium;non autem Canonicorum Regularium ad Episcopatum assumuntur,eò,q; Cotta, & Superpelliceo super Habitum Monachalem induantur non assumpto Rocheto,q; sit Habitus essentialis Canonici vtriusque. Statuto igitur Habitu essentiali Canonicorum Regularium, videlicet Rochero: nunc de alijs Vestibus eorundem cum differamus, operepretium erit probare quantum possumus,accedere eas ad decorem Canonicorũ,non ad substantiam Monachorum;q; tùm suis locis faciemus,tùm etiam modò.Has autem dicimus Tunicam laneam,Scapulare laneum, & Cappam laneam,cuiuscunque sit coloris: propterea q; color ad libitum Institutorum,& Apostolicę Auctoritatis potuit adhiberi Canonicis Regularibus,& sæcularibus. Videmus enim in aliquib. Cathedralibus rubeam Cappam,siue Muzetam,vt Pisis Pauonaceam, vt Lucæ nigram Almutiam,seu Pelliceum,vel ceruleam alibi: quæ accidentalia Canonicis non variant,neq.deformant essentiam Canonicorum Regularium,dummodò Rochetum habeant, vt cõmuniter Canones,& DD.quos vide in alijs de huiusmodi scribentib. & in his Nostris collectis passim,ne videamur transcribere,nõ colligere,prout quæq.Ecclesia statuit; quòd ad complementũ huius

Cassian.

libri spectat de Scapulari tractandum, de quo cum statuerimus nō fuisse, simpliciter in superioribus Habitum Monachi, restricto Caputio ad modum Muzetæ Episcoporum: nunc de substantia, forma, & significatione eius dicendum, quæ omnia accedere ad Habitum Canonicalē probabunt. Est insigne Claustraliū Indumentum ad discernendum non solùm, cuius quis Religionis sit (nam sub albo colore non potest per Scapulare discerni Religiosus Prædicator ab Eremitano, cum vterq. ferè sub eadem forma Scapulare deferat) sed aliam habet significationem. Hunc Habitum detulerunt Antiquissimi Canonici Regulares Alexandriæ sub D. Marco instituti, vt
Io. An. refert Io. And. in Cle. 1. de elect. à quibus orianda fuit Congregatio S. Marci iam nunc exhausta, & exinanita. Scapulare pullum in Capitij formam, quod Muzetam vocant, qualem multi Canonici deferunt Cathedralium, vt suprà, Canonici Regulares Lateranēses dicti mutauerunt, quod nigrum sumentes ex Instituto permultum tempus portauerunt. Ante Eremitanos, qui hoc genus vestium deferunt, etiam fuit insigne antiquissimum Claustralium. Virgo Benedicta seruis suis hoc monstrauit deferendum nigri coloris ad condolendum Christi Passioni cum ipsa B. Virgine, quasi sit simulachrū Crucis, & patientiæ Saluatoris, vt non immeritò patientiæ nomen vsurpauerit: Antiquissimo tempore fuit Habitus Canonicorum super Collobium lineum: antè omnes Monachos huiusmodi indutos fuisse Canonicos D. Marci Alexandriæ, in cuius Ecclesiarum ruinis ex fide dignis acceperunt Patres Nostri effigiatos Musiuo opere Canonicos illos Scapulari super Rocheto, quod testati sunt Canonici illi, de quibus paulò antè, qui vsque ad nostra tempora, præsertim Mantuæ, perseuerauerunt: Scapulare s. super Rochetum, quod modò deportabant hi, commune fuisse Clericorum primitiuæ Ecclesiæ proximè Alexandrinæ: quod postea redactum sub communi conuiuentium obseruantia, Clerici sæculares, sumptis eius vice almutijs, deferuerunt, cum non in Claustris cum alijs Conclericis, sed domi cum affinibus viuere maluerint: ex quo tempore Insigne Claustralium etiam Canonicorum nuncupatum est: cum Clerici Regulares à sæcularibus distincti sint, omnibus tamen Collobium, siue Superpelliceum sub eadem forma fuerit commune. Reformatis Clericis sæcularibus in Regulares, Petrus Damianus assignauit
Pe. Do. Almutias pelliceas, & laneas, & paludamenta super humeros: & al-

tera

tera reformatione Benedictus XII. inter alias Vestes. Sed, esto, non *Ben. 12.*
sit Habitus essentialis Canonicus; non est etiam essentialis Monasticus, vt probauimus. Verùm fuerit Monasticus essentialis, & eo modo, & forma, quā Monachi induebant. Pontifices instituerint Canonicos ad portandum: si Apostolica Auctoritate essentialis Habitus Canonicalis dictus est Rochetus, vel huiusmodi lineus amictus: eadem auctoritate dici potuit Canonicalis, Scapulare: imò & dictus est à Gregorio XII. Reformatore Ordinis Canonici in Nostris S. Saluatoris; nec ipse de nouo instituit, sed more maiorum, & *Greg. 12*
præsertim Alexandrinorum Canonicorum, quia id ex tunc factum esse obseruauit, & consultissimè quidem, quamuis suo tempore turbata sit Ecclesia Schysmatis procella, & secundum suæ mentis arcanum, vt ipsemet asserit, statuit deportandum, vt dicemus. Cum post mortem Cęlestini Quarti non daretur successor, Schysmate, & Federico præliante: Voto facto à quodam deuoto Viro, vt aduer *Celes. 4.*
teret Pontificem eligendum, quem orauit subitò proferendum in lucem, vt Festum Natiuitatis B.V.M. Celebraretur, Synibaldus Cardinalis, Innocentius IV. nuncupatus, creatus est, & voto adhæsit, & *Inn. 4.*
Festum Natiuitatis V.M. celebrari constituit die, quo celebramus. Vrbanus VI. pro eadem re eandem Virginem deprecans promisit *Vrba. 6.*
Festum Visitationis ad S. Elisabeth, die ab hoc cum hæc scribimus; secundo, easdem Indulgentias, quæ Christi fidelibus commissæ sunt pro Festo Sacratissimi Corporis Christi celebrantibus, impertiens. Gregorius autem XII. Matrem Dei implorans scapulare *Greg. 12*
grisæi coloris promisit interius deportare ad eadem schysmata tollenda, quod postea suis Canonicis dono dedit in album mutatum. Gestabant Canonici Rhæni semper Almutias, & Paludamenta, quę sunt idem ferè cum Scapulari, vt in Constitutionibus eorum c. de Vestimentis Almutium autem aliqui dicunt ita quasi saccum mendicitatis, quod pauperes mendicare debeant Religiosi: alij à capite, vt Caputium, vel à capiendo, ita ab amiciendo Gallorum vsurpatione deducunt. Verùm Almutię Capitis fuere tegumenta in Concil. n. Basili. sess. 25. legitur de Canonicis, ingrediant Ecclesias, Almutias, vel byreta tenentes in capite, de quorum significatione. l. 3. Clem. tit. 10. de Statu Mon. dicitur: quòd maiores Nostri hoc Habitu in memoriam reuocarunt peccatum, pro quo Parentes nostri, perdita Innocentia, à Deo pellibus vestiti sunt, vt dictum est, quib.

caput ob primum vſum tegebatur ad excolendam in primis humilitatem,& obedientiam, ne penitus videamur actus pœnæ auferre à Canonicis,& ſolùm Monachis tradere: quaſi Canonici non indigeant pœnitentia:indigent, & ideo aliquale ſignum ēt exterius oſtenderunt: verùm poſt officium famulandi Dei in Sacris, cuius rei eſſentiale ſignum Rochetum, & lineam veſtem acceperunt. Alio nomine Almutium dicebatur apud Ioan. Caſſianum lib.1. c. 4.Maphorte:quod genus Indumenti ex Iſid. l.2. offic. cap.19. & l. penult. Ethymol. cap. 25. Eſt velamen, quo fœminæ, dum maritantur, velantur, vt nouerint ſe ſubiectas Viris; vt Rebecca fecit viſo Sponſo Iſaac; & in vita Pauli, Lini nomine,idem Paulus accepit à Plautilla Maphorte, vt ſibi ligaret oculos, & miraculosè ſuum recepit Plautilla: geſtamē capitis poſtea verſum eſt,vt ad brachia,vel humeros geſtarent Canonici,vt vr: Sat eſt etiam Habitum Canonicalem fuiſſe, & eſſe poſſe aliquid, quod operiat caput, vt Maphorte, non vt Cuculla:quemadmodū Venetijs, cum Nobiles, & Patritij ſtolam in humero nunc geſtent, q̃ à capite, ſiue capitis rotundo byreto pendebat olim ob honeſtatem, quam per omnia redolet Habitus eorum prætextatus præter Dignitatem, vt in antiquiſſimis picturis facilè conſpicitur.Non eſt inconueniens Canonicos hr̄e veſtes,& formam earum conuenientem pœnitentiæ,quēadmodùm & Monachi,vt ſæpe dictum eſt,q in habitu pœnitentiali moretur,& oret: nam quicunq.Pontifices pro ſuis primùm peccatis ſacrificium faciunt, deinde pro populi: quare ipſi ēt Pontifices induuntur pœnitentialibus Veſtibus, cuiuſmodi videntur eſſe aliquo modo Manorthes,Almutia, & ſi cui vr,Scapulare:quia non ſumus ita obſtinati,vt penitus à Scapulari pœnitentiam alienā faciamus,cum ēt in Rocheto ipſo ex lino pœnitentia ſignificetur in herbæ maceratione:Studium Noſtrum eſt,oſtendere Scapulare,& ſi q̃ alia Indumenta præter Rochetum,& lineam Veſtem Canonicis p̄ſcribunt,non cōtraria eſſe Statui Canonico, vt de Canonico faciāt non Canonicum, cum ēt Pontifices veſtes pœnitentiales induant ſtatutis ab Eccleſia t̄pibus,vel ipſas veſtes Pontificias,& partes earum,quæ cum Monachalibus cohærent,ad modū pœnitentiæ aptū accommodent: Caputias Capparum ſuarum capiti coaptantes,q̃ ſuper humerum pendere alijs temporibus conſpiciuntur:ēt Pontifex

Caſſian.
Iſid.

sex antiquus cum ingrediebatur Sancta Sanctorum exercebat genera vestium Pontifici soli destinata: & cum cōibus cæteris minorib. Sacerdotibus ingressum illum faciebat deposita varietate picturarū,& auri ornamento,sub simplici lineo amictu pro expiatione orans:quod luctū,& pęnitentiam requirebat: resumptis postea pro gratiarum actione, & exultatione, ad q̄ pertinebant cætera sacrificalia transactis diebus propitiationis, qui erant afflictionis: Quemadmodum Ecclesia alijs coloribus vtitur in mortuorum sacrificijs,alijs in Quadragesimā, alijs in exultatione Sanctorum, nigris,siue violaceis:albis,siue rubeis,prout patet Leu. 16. imò apud Hebræos consuetudo fuit quasi à principio gentis illius,& vsq. hodie aliquo modo obseruatur, vt omnes capita cooperta haberēt, inhonestatē putantes nudum caput monstrare; præcipuè verò cū ad loca sacra ibant oraturi sumpta consuetudine ex eo, quod Moses audito Domino de medio Rubi abscondit faciem suam,non.n. audebat aspicere contra Deum, sed abscondere faciem suam, esse non potuit,quin tegeret caput, & vultum. Etin Sacerdotibus illis obseruabatur in Thiara linea minoribus,vt Cucufa dicta Cydaris: & in summo cum alia Hyacinthina super primā posita erat,tū ministrantibus, tùm consecratis iubebatur habere capita operta huiusmodi caputijs ad timorem,& reuerentiam illius legis,in qua inde subiectionem profitebantur: in noua autem lege, in qua est libertas,non oramus capite cooperto, & præceptum est in nouo testamento,vt qñcunque viri orauerint, etiam si aliàs consuescant operire caput,tunc debent illud habere nudum, & magna verecundia est, si habeatur velatum:Mulieres p̄p verecundiam sexus dēnt habere capita velata,vt Apostolus 1.Cor. 11.oīs vir orans,aut prophætans velato capite deturpat caput suum:oīs verò mulier orās, aut prophætans non velato capite deturpat caput suum: Vir quidem nō debet velare caput suum,qm̄ imago, & gloria Domini est: debet.n.mulier habere velamen in capite p̄p Angelos. Diuersitatis rationem in contraria obseruatione hæc, est, quia vetus Testm̄t fuit datum in timore:nouum pertinet ad libertatem, q̄ ex Christo accepimus,vt hr̄ Gal. 4. Sicut.n.dicit August. breuis dr̄ia Legis, & Euangelij,Amor,& Timor:ad timorem autem pertinet velatio capitis,& humiliatio,quæ ad subiectionem quandam est: ad libertatem capitis nuditas.(nullo existentē super caput:Non aūt ita sub-

Leu. 16.

Exo. 3.

1.Cor. 11.

Gal. 4.
Aug.

iectionis expertes sunt, qui in nouo Testamēto sunt, vt aliqualiter non operiendum sit eis caput, cum ministrant, vel ministrare incipiunt. Præcipitur.n.omnibus Sacerdotibus operto capite procedere ad Altare sacrificaturis, & tùm Epi, tùm alij Cappati Canonici Capitium in Cappis habent, vt, cum oportuerit, parati sint ad operiendum caput: quod etiam aliqñ faciunt, vt dictum est: Sed specialiter de Scapulari, vel Humerali Nostro dicamus: Habitus quippè est, qui ad formam: (nam de materia non est cōtrouersia, quin possint Canonici Regulares vti vestibus laneis, vt Tunica infra Rochetum, & Cappa suprà: sicut etiam Epi, & Canonici Sæculares faciūt, sicut etiam de colore, vt diximus, ēt in Canonicis posse esse variū) præcipuus Pontificalis in Sūmo Sacerdote Antiqui Instrumenti, à quo, sicut accepimus, ex Diuina ordinatione lineas vestes esse Pōtificias, & Clericales; ita Humerale, & Scapulare. Vna igitur, & ea Insignis ex Vestibus Pontificis erat Superhumerale: erat quadrangulum altera parte longius, cum quodam foramine in medio, vt caput Sacerdotis posset per illud foramen ingredi, medietate eius tegente posteriora Sacerdotis, & Humeros vsq. ad Zonam; altera medietate pendente in anteriori parte Sacerdotis, & tegente pectus Sacerdotis, cuius partis anterioris in medio fiebat foramē palmaris longitudinis, & latitudinis, in quo ligabatur eiusdem mensuræ Rationale, vbi erant lapides pretiosi, anulis, & Catenulis aureis: & hæc figura, & forma descripta est à Iosepho, quamuis alij dixerint Rationale fuisse partem pendentem ab Humero antè pectus per totum, & Superhumerale partem ad Scapulas operiendas ligatam cum Rationali hinc inde super Scapulas: opinio Iosephi consonat textui præcipienti poni duos lapides onichinos in vtroq. latere Superhumeralis: & Rationale mensuræ palmi: ꝙ si fuisset altera pars Superhumeralis anterior, non operuisset totā partem anteriorem: vtcunq. sit forma Scapularis est vtrinq. pendens: longitudo enim maior Nostri Habitus potius ad decorē lata est, quā ad essentiam; nam institutum fuit, vt suprà Rochetum, & Tunicam thalarē protraheretur, vt in Constitutionibus antiquis, pendebat autem vsq. ad Zonam ex vtraq. parte; & huius Vestis nomen duplex erat pro eo, quod duas partes Sacerdotis tegebat pectus vnde pectorale; humeros, vnde Superhumerale: Strictum hoc cū illo duob. lapidibus onichinis; In quibus erant scripta noīa filiorum Israel: & sub

brachio

brachio vtroq.latere condylis aureis:En tibi Scapulare noſtrū Pontificale indumentum,ſecūdū formā à Ioſepho traditā,cui,vt ſupius dicebamus,magis credendum eſt,cum conſonet literæ,& quia fuit de Genere Sacerdotali, & manſit in Hieruſalem tempore, quo adhuc ſtabat templum,& Sacerdotum miniſterium,& pluries potuit videre,& vidit veſtes,& ornamenta ipſorum, & certius talia ſcribere,quàm Rabbi Sal.& alij,qui fuerunt magnum poſt tempus: ſicut enim Hieron.dicit in Epiſtola ad Deſiderium:aliter viſa,aliter audita narrantur. Inter cætera Indumenta Pontificalia hoc primum in ordine præcipitur. Huic ſoli Rationale addebatur, in quo erat doctrina,& veritas,manifeſta reſponſio Dei facta petitioni Populi per Sacerdotem per fulgorem aliquem in lapidibus apparentem, ex Ioſepho,qui fulgor ceſſauit ducentis annis antequam ipſe ſcriberet libros de Antiquitate Iudæorum tempore Titi, & Veſpaſiani lucubratos. De hoc D.Gregorius dicit. Iubetur Sacerdos in vtroque humero velamine ſuperhumeralis aſtringi, vt contrà aduerſa, & proſpera virtutum ſemper ornamēto muniatur,& vt per arma iuſtitiæ a dextris,& ſiniſtris gradiens cum ad ſola interiora nititur, in nullo delectationis infimę latere flectatur:non eleuent proſpera, non turbent aduerſa,non blanda ad voluptatem moueant,nec aſpera in deſperationem premant, vt,dum in illis paſſionibus intētionem mentis humiliat, quanta in humero vtroque ſuperhumeralis pulchritudine tegatur, oſtendat: quod ex auro, Hyacintho,purpura,coccoq. bis tincto, & byſſo retorta fit,vt,quanta virtutum diuerſitate clarere debeat, demonſtretur. In auro intellectus ſapiētiæ demonſtratur,cui additur Hyacinthus,vt,quod intelligit nō ad fauorem infimum,ſed ad amorem cœleſtium ſurgat, ne dum laudibus capitur, veritatis intellectu euacuetur. His purpura permiſcetur,vt Sacerdotis cum ſumma,quæ prædicat,ſperat,in ſe etiam vitia Regia poteſtate reprimat: nobilitatem intimæ regenerationis aſpiciens,& cœleſtis Regni ſibi aditum moribus defendens. Vnde vos eſtis genus electum,Regale Sacerdotium,gens ſancta,de poteſtate etiam,qua vitia ſubijcimus,Ioannes ait:Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et Dauid. Nimis confortatus eſt principatus eorū. His bis tinctus coccus adiungitur,vt antè Dei oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur, & quæ hominibus rutilant, flamma intimi amoris accendantur. Charitas enim dum Deum, & proxi-

Rab. Sa. Hur.

D.Greg.

1.Pe.2. Ioan.1. Pſ.38.

proximum diligit, quasi duplici tinctura fulgescit; sed cum mens ad præcepta charitatis extenditur, restat, vt per abstinentiam caro maceretur. Vnde cocco bis tincto byssus torta additur, quæ candentem corporalis munditiæ castitatem significat; quæ.s. torta pulchritudini Superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ nitorem, & candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur, cumq. inter virtutes cæteras etiam afflictæ carnis meritũ proficit, quasi in diuersa Superhumeralis specie byssus torta candescit. Hæc Greg. quamuis igitur Humerale nostrum hic coloribus non polleat: facilè, quæ in vestitu antiquo Pontificis apparebant iugi, internæ mentis cogitatione possumus contemplari; laneum tamen & album est, vt, quod in albedine lineæ Vestis macerandum, s. nostra membra, & animi desideria comprimenda mundana monstratur, sub eadem albedine passiones, & virtutes libenti animo faciamus, & toleremus, quasi oleo lætitiæ vncti præ participibus nostris. Vna ergo albedo, & passionem, & in passione lætitiã præfigurat, vt, cum ieiunamus, nolimus fieri sicut Hypocritę tristes, sed vngamus caput, & lauemus faciem, hoc cum lino, illud cum la-
Beda. na conferentes. Beda autem inquit, quòd in humeris onera portamus: superhumerale Pontificis labores bonorum operum, quæ iugiter coràm Domino ferre debet, ostendit: quòd benè primò faciendum præcipitur: qui enim ad Sacerdotium, & magisterium Populi Dei promouentur; primùm eorum opera cognoscuntur, vt, dum hoc, quòd foris apparet, omnibus irreprehensibile patuerit, integritas cordis, & sinceritas fidei probetur. Superhumerale enim significat Euangelium, onus, de quo dicitur. Iugum meum suaue est, & onus meum leue: & alibi. Qui vult venire post me abneget semetip
Mat. 11. *Luc.* 9. sum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Ideo etiam purpura adornatur, quia in eius colore effusio sanguinis probatur, vel diuersarum tolerãtia pressurarum potest intelligi. Hæc enim est crux, quam post Dominum portamus. Talis igitur species in humero Sacerdotis inspicitur, vt eum doceat ad patiendum esse paratum. Quare non irrisoriè nomen patientiæ huiusmodi habitui indictum est ab aliquibus; sed verè ad ostendendam patientiam in loco, cui ponitur tanquam iugum: quod tamen suaue est, ideo ex lana: & oleo linitur; quia oleum facit, vt iugum suauiter, nec tanto in labore
Esa. 10. deferatur à boue: cõputrescet iugum a facie olei.i. deficit labor oneris

ris cum adest oleum Hilaritatis: præterquamquòd Coccus, ignis specie,fulgor,& bis tinctus dicitur, quia Ignis habet vim vrendi, & lucendi, quod ad vtrunq. nostrum Habitum pertinet, lineum ad ustionem propriam,laneum ad aliorum doctrinam,& exemplum, vt de Ioanne dicitur: ipse erat lucerna ardens, & lucens: & de luce ipsa cœlestis Hyerusalem alter Ioannes dicit, qđ non erit Sol,quo *Io. 5.*
Ciuitas illa non indiget.Sol.n.in se non patitur,& non mutatur cũ lucet: Sed lucernã eius est Agnus:lucerna quidem,quæ lucet ardẽ *Ap. 21.*
do, quia per passionem suam Christus meruit nobis illius Cęlestis *Apoc. 2*
Patriæ mansionem,vel ad doctrina lucendum,& rubiginem pecca torum tollendam ardore. Quare Pontifex Humerale, & Scapulare deferebat.Hoc potest etiam Canonicus deferre,tanquam Clericalem Habitum. Episcopi etiam,si non Humerale hmõi, Scapulare tamen,& Humerale habent, ꝗ Scapulas,& humeros, & pectus tegit:genus vestis,quam Muzzetam dicũt,vt Cęremoniale Episcoporum testatur.Est igitur Muzzeta Humerale,& Scapulare breuiatũ, nam dictio ipsa à verbo Italo, *mozzare*, suscipitur, quasi dimidiare,diminuere,troncare,decidere:qui Habitus habet Cucullam par uam,siue Capitium, ita tamen breue, vt caput operire nõ possit, & tñ non sunt Monachi Epi, quamuis fuerint aliqui antequam essent Episcopi,non tm̃ ad decorem, & ornamentum Ecclesia Sãcta illam Muzzettæ Cucullam,vt ita dicam apposuit eo,quia absq.illa truncatus Habitus,& deformis appareret circa collum,quod strin git: Verùmẽt ob mysticas,& sacras causas, quasi sp paratus sit Episcopus ad operiẽdum caput ob illam,quam superius diximus,subiectionem,humilitatem,reuerentiam,& actum pęnitentiæ; Quare idem ita accommodata Cuculla Humerali, & Scapulari nostro significat:Sicut autem cum Epus ad sacrificia peragenda Muzzetam exuit,& Cappam induit: quam ẽt in Ecclesia, vel Sacrario deponit Sacris induendus; quòd ad essentialem Habitum Clericalem non pertineat,sed super Rochetum: & Regulares Epi super Cottam,vel Superpelliceum,quòd etiam deposita Cappa,vel Muzzetta primò induunt super Tunicas, & Habitus, siue Monachales, siue Mendicantium:ita etiam si nos faceremus,non illaudabile esset,vt,deposito Scapulari,super Rochetum indueremus amictum, album,& cætera Sacerdotalia Indumenta.Hinc.n.patefieret in Nobis idem esse Scapulare,quod Muzzeta,& Cappa Episcopis:& quidẽ de Cap-

pa Nostra, & Canonicorum Regularium S.Mariæ de Rhæno inferius tractabimus, ostendentes, quòad formam, ferè eandem esse, q̃ Episcoporum Cappam. De Muzetta autem clarum relinquitur illum esse Humerale curtum, & decisum: præterquamquòd abusus ille aliquorum tolleretur: qui celebraturi relicta Hasta Scapulari in humeris, Cucullam exuunt, non quidem vt Monachalem Habitum aliquo modo abijcere videantur, sed ne fastidium, & inuolucrũ patiantur: quod cessat, cum deponitur ille Habitus totus, vel si placet deferre Cucullam ad modum præscriptum redactum, non dilatatur, sed potius restringitur: Si deponatur, conformabimur Episcopis: Sin autem, non ideo super Monachali Habitu Sacerdotales imponuntur, cum Monachalis non esse pateat: & Rubrica de modo induendi Sacerdotalia, prout in Missali Romano, præcipit, vt Prælatus Sæcularis induat super Rochetum: Regularis, vel Sacerdos Sæcularis super Superpelliceum, si commodè haberi possit, alioquin super vestes communes, quarum vltima talos pedum attingat. Ergo Sacerdos Canonicus Regularis ĕt super Rochetũ induere dẽt Sacerdotalia. Habemus in Episcopis aliquam in eorum ordinatione, & consecratione similitudinem Humeralis expressam: Nam cõsecrans consecrati ceruici, & humeris apertum librum Euãgelium imponit. & multo tẽpore tenẽdum proponit, Socijs Episcopis assistentibus, dum multa peraguntur circa illius consecrationem, & in verbis innuitur, vt Episcopus paratus sit iugum Euangelij deferre, & onus portare in Ecclesia S. Dei, prout in Pontificali videre est.

Pont. Præterea, quibus Archiepiscopis, & cæteris concessum est pallium illud, quod laneum tantum conficiẽ ex lana Agni, & in Aede S. Agnetis, Ecclesia Canonic. Regular. S. Saluatoris, Romæ ab Abbate pro tempore existente eiusdem Ecclesiæ, siue Priori S. Petri ad Vincula, in eius Virginis festo singulis Annis benedicitur: idẽ ostẽdit forma, & situs, quia super humeros cĩgitur, & à collo ad pectus per Scapulas protenditur ad eiusdem iugi Domini suauis deportationem ostendendam, vt in eodem Pontificali.

Pont. Quid moror? ipsa Planeta vltimus Habitus Clerici Sacerdotis, Casula dicta, quasi parua casa, quemadmodum fieri consueuerunt Tabernacula, & Papiliones: Planeta autem à verbo Græco, Planon, quod est error, quia errabũda per omnes partes Sacerdotis vsq. ad infra genua antiquo tempore extendebatur in limbis brachiorum, super brachia; & humeros

meros eleuabatur:& apponebatur in similitudinem Hastæ Scapularis antè,& retrò:quam formam nunc retinet detractis illis limbis vltrà brachia pendentibus:quod magis iugum Christi repræsentat, quàm antea: magis charitatem nedum operientem multitudinem peccatorum, sed se extendentem antè, & retrò ad omnes: magis Crucem Christi,qua signatur accipiendam in humeris, & colligendam inter vbera:magis vestem illam nuptialem,ingressui, & egressui nuptiarum requisitam, vt vocati, & electi etiam non simpliciter vocati habeamur à Christo;quod per duas partes Planetæ ostẽditur: magis plicatura sua antè pectus, & in humeris, quod passim ab Ecclesia ordinatur fieri, formam humeralis decisi, & Muzettæ præsefert præter ligamen intentionis,& operis interioris,& exterioris virtutis:magis per vnionem anterioris, & posterioris partis,vnitatem Charitatis, & Ecclesiæ: per diuisionem à brachijs, vt Scapulare,præcedentem, & subsequentem Ecclesiam Christi designat,vt qui præibãt,& qui sequebantur,Osanna concinant. Dalmatica similiter Scapularis formam continet mutuata per Syluestrũ Papam eam ordinantem, vel ab inconsutili Tunica Christi, vel à Collobio Apostolorum,veste.s.sine manicis:quam idem Syluester, detracta Cuculla,quæ cum Hasta Monachis in vsu erat,in Dalmaticam ad instar Scapularis additis breuibus manicis commutauit, vt habetur ĩ Rationali Diu.Offic.lib.3.c.de Dalmatica,& in sacrificio Altaris portandã instituit,93.d.c.Diaconi. Hæc de Habitu Canonico scripsimus,& de Humerali tractauimus,vt innotesceret omnibus nondum Canonicalem Habitum,qui à Statutis,& Constitutionibus Apostolicis emanarunt,fuisse, & esse, sed quem plerique esse,& fuisse negauerunt,ab ijsdem Apostolicis decisionibus sancitum esse,vt Canonicalis sit:decisiones easdem insuper à ratione,& alijs alia re,& occasione, datis præceptis à Pontificibus in vestiendo Clericos consentaneas, & minimè alienas esse: quo modo autem,& qua ratione, & tempore præscriptum Habitum totum Canonicorum Regularium S.Saluatoris,& S.Mariæ de Rhæno,quem titulum Nostris Canonicis addere non erubescimus, Canonicum Regul.determinatum est esse,Nosq; & Nostros Canonicos verè Regulares acclamatos,inferius dicemus: Nunc ad antiquissimam S. Mariæ de Rhæno Canonicam,& eius Historiam accedamus.

Rat.diu. offic.

FINIS LIBRI TERTII.

NARRATIONIS
RERVM GESTARVM
Canonicorum Regularium
LIBER QVARTVS.
De Canonica Rhænana,& S.Saluatoris Bononiæ.



PRæter ea, quæ in primo libro tetigimus de Canonica Rhænana, & S.Saluatoris Bononiensis Ciuitatis, vlteriora,& ea ampliora, quæ de eisdem Canonicis extant, enarranda sunt. Antiquitatem quidam, multi Nobilitatis originem asserunt. Nam Aristoteles dicit, Nobilitatem esse Maiorum Claritatem, Honorabilitatem Progenitorum (attenditur enim, secundũ virtutem Generis) virtutem,& antiquas diuitias. Lucretius autem dicebat. Nobilitas est quædam laus veniens de meritis Parentum, & illud Nobile, quod ex bono prodijt Genere, illud Generosum, ꝙ non à sui Natura declinat. D.Hieronymus nihil videbat in Nobilitate appetendum, nisi quòd Nobiles quadam necessitate astringuntur, ne ab Antiquorum probitate degenerent: non enim datur Nobili Patri Palma, sed cursui: plerumque Nobilitas Generis ignobilitatem parit mentis, vt minus se in hoc modo despiciant, qui plus in cęteris aliquid fuisse meminerunt. Gloria enim tantum in Patribus, inquit Chrysostomus, vacuum se esse ostendit ab omnib. bonis: nihil nocuit Timotheo Patrem habuisse Gentilem, nec Abrahæ qui Patrem habuit Taram luteorum Deorum cultorem: gloriã eius non potuerũt sordidare Paterni errores, vt filius peccatorum Pater Sanctorum non diceretur & fieret: Stamnum de argento

Arist.

D.Hier.

Chrysos.

egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum colatum seruatur, stamnum autem foras expellitur. Sicut indigna Posteritas laudes Antiqui Generis abnegat, ita præclarè facta egregia de Patribus dicta confirmant, iuxtà illud. Præconia veterum præsens docet vena virtutum. Laudabilis enim vena suam seruat originem, & fideliter Posteris tradit, quæ in sua gloriosa transmissione promeruit, & tunc similitudinem suorum fœlix ipsa custodit, quando pudet delinquere, quia similia nequit in suo Genere reperire. Hinc est, quòd melius agnoscitur ille elegisse Nobilem, quàm fecisse fœlicem, quia iste commonitus per veterum se facta custodit, ille autem exemplū non habet, nisi quod fecerit. Scimus Dominum Saluatorem nō solùm de alienigenis, sed etiam de peccatricibus voluisse nasci personis, vt qualicunque modo nascamur, dum tamen vestigia eius imitemur, ab ipsius corpore non separemur: extra Paradisum Adam factus est, intrà Paradisum mulier, vt aduertas, quòd non loci, non Generis Nobilitate, sed virtute vnusquisq. gratiam comparat sibi.

Cic. At Nobilitas est maiorum quidam Splendor, & Claritas, inquit Cicero: & ij Nobiles, in quibus maiorum virtus inest, & vt in vnum

Pla. colligamus vtrumque: sicut Plato illos Nobiles vocat, quorum maiores fuerunt boni Principes, iusti in certaminibus, & bellis præstantiores, hos autem nobiliores, qui virtute propria excellunt: ita

Io. 39. Saluator concludit: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Quare si ab Apostolis originem trahunt Canonici Regulares, Apostolicis viuere debent Regulis, & moribus: & si alij gloriantur in antiquissimo vigore obseruantiæ hoc, vel eo loci, si etiam Nos ostendemus continuatum hunc in Nostris cultum eiusdem Regulæ, profectò manifestabimus Nos non debere fortasse esse quod sumus, si non boni sumus, sed quod fuerunt Maiores Nostri; ne alij Canonici omne sibi, aut certè præcipuum Canonici Ordinis Ius, Dignitatemque, cæteris possessione deturbatis, assumere sibi haud immeritò videantur: operæprecium fuerit scire iam inde à Canonici Ordinis initio ad Martini huius nomi-

Mart. 5. nis V. Pontificis Maximi vsque tempora nullas fuisse in Claustralibus Religiosis, siue Canonicis, siue Monachis, quales nunc videmus, Monasteriorum, vel Canonicarum, vel Dignitatum Congregationes, sed singulos huiusmodi Cœtus, & Consortia seorsum priuatis suis Legibus, & Institutis quibusdā vixisse; qui licèt vnius,

A atque

atque eiuſdem ordinis eſſent,& Auguſtini,aut Benedicti Regulam Aug.
profiterentur;non vnum tamen , nec eundem in eo ordine omnes Bened.
ortum habuere, nec plures in vnum eodem Religionis Iure inuicē conuenere ; quin potius (vt de Epiſcopatibus ipſis dicendum eſt) aliæ alijs Priores paſſim in Christiano orbe varijs initijs,& temporibus,ac diuerſis(vt in primo libro diximus)auctoribus exortæ,inſtitutæ,atque ordinatæ ſunt priuatæ tàm Monachorum,quàm Canonicorum Regulares Domus, atque Familiæ . Quamobrem non eſt,cur alij Canonici Regulares,aut Nos S.Saluatoris Bononiēſ.Canonici aliorum quidpiam Antiquorum Canonicorum quaſi proprium Nobis arrogemus,& aſſumamus,ſed aut Ordinis ratione Canonicorum omnium (vt de Amicitia ſapientes Philoſophi , de Hominibus omnibus Diuini Apoſtoli ſtatuere) communia ſint omnia,aut certè Noſtras vtriq.ſine inuidia,aut contentione primi Monaſterij,alij aliorum.Nos Rhænanæ Deiparæ , & Domini Saluatoris Mundi,Origines, Iura, Dignitates, & Prærogatiuas habeamus: atq. etiam Maioribus, vel Virtute,vel Dignitate præſtantibus Viris Iure glorięmur,ſicuti alij ſuis alijs,ita Nos planè Noſtris Pontificibus,tùm multis S.R.E Cardinalibus , nonnullis etiam Patriarchis, ac Primatibus,& Epiſcopis pluribus,atq.alijs aliarum Eccleſiaſticarum Dignitatum Præſulibus , quos Rhænana Noſtra iaminde ab initio (quantùm memoria ex litterarum monimentis aſſequi adhuc potuimus) Familia tulit ; quorum ēt omnium nomina, ſi quis requiratur,aut neceſſe ſit,facilè proferamus. Quare (vt ad nos ipſos iam,remq. noſtram propius accedamus) illud præfari nobis in mentem venit,non temerè omninò illos quidem cogitaſſe,aut venia ēt , atq. excuſatione aliqua haud indignos fuiſſe videri , qui de Noſtri temporis Canonicis Regularibus dubitarint. Verinè ij , ac Germani Auguſtini Presbyteri,ſiue Canonici habendi ſint,an alia potius noua quædam,& ab Auguſtino longè diuerſa horum cenſenda Inſtitutio,ac forma ſit. Nam cum à B.P. illius Noſtri exceſſu, capta tandem,& à Barbaris Hoſtibus direpta Hippone Vrbe,Sanctiſſimi Antiſtitis Patria,& ſede,illius Clerici vnà cum reliquis ciuibus periclitarentur,vix ſanè Auguſtiniani Ordinis Nomen, Dignitatem,ac Statum retinere,& conſeruare potuiſſe videntur: retinuere nihilominus , & Deo propitio, ac fauente,facilè conſeruauere, Thirennoq.tranſmiſſo Mari fœlicibus auſpicijs ad Nos tranſtulere.

Sciendum est; duo Principia, siue duas Origines, alteram Ordinis Institutionis, siue Congregationis alteram, Vniuersitatisue Canonicorum Regularium Domini Saluatoris habere Familiam; sed de Congregatione postea: nunc de Ordine agendum est. Ordinis autẽ primam memoriam tenemus, Originem primã non tenemus: sed facilè tamen, si primam memoriam oculis subijciamus, primam quoque Originem coniectura, atque intelligentia consequemur, eamq. optimè constituisse videbimur, si ab Augustino ipso, aut certè à Gelasio Augustini, & Discipulo, & Canonico trahendam, atque in ijs potissimùm collocandam dicamus. Si quidem memoria, & litterarum monimentis proditum est, Gelasium Valerij Hipponensis Episcopi, & proximi Augustini Prædecessoris filium, qui cum Augustino Hippone vixerat in Monasterio discipulus, atque Canonicus vnà cum alijs nonnullis eiusdem Collegij socijs ab Aphryca in Italiam delatum Romam deuenisse: vbi cum à Leone Magno Pontifice perbenignè, perq. honorificè receptus, & in Lateranensi Saluatoris Basilica Primus, seu Præpositus constitutus fuisset, eam primùm in Canonicam Regularem confirmauisse. i. Apostolicum institutum, ac disciplinam iuxtà D. Patris Augustini Regulam in ea redintegrasse, ordinasseq. Deinde verò cum Pontifex Max. designatus Gelasius ipse fuisset, incredibile propemodùm esse, quantùm Canonicũ Ordinem dilexerit, coluerit, ornarit, amplificarit. Etenim plures Sanctissimus & (vt ità dixerimus) verè Canonicus Pontifex in Vrbe Roma Basilicas, & Ordinis huius Domos instituit: à quibus alię deinceps quamplurimæ passim in Italia, quasi lectissima Domini Vinea, propagines subitò prodiere: quas nihil ad Nos attinet hoc loci recensere. Sed (quod instituti Nostri est) inter has illæ duæ Nostræ Canonicæ, altera S. Mariæ ad Rheni fluminis ripas extrà Vrbem Bononiam ad duo passuum millia, altera Domini Saluatoris nuncupata in Vrbe ipsa, ambæ inuicem Religionis iure copulatæ præcipuè extitisse memorantur. Quæ quidem iam inde ab initio ad hanc nostram vsque ætatem singulari quodam Dei munere, ac Priuilegio integrè permansere. Nam cum ferè cæteræ omnes, quæ plurimæ, ac infinitæ propemodùm numero non in Italia solùm, sed in vniuersa penè Europa conditæ, ac institutæ fuerant; varijs fortunæ casibus, & calamitatibus, aut ipsæ interijssent, aut extinctis inibi Canonicis Regularibus sæcularibus Clericis in commẽdam

Aug. Gelas.

Gelas.

(vt nunc loquimur) traditæ fuiſſent, in duabus hiſce Noſtris Bononienſibus ſucceſſu perpetuo, & ſui fuere Canonici, Priores, atque Præpoſiti, & Regularis viguit Diſciplina, atque Religio: Quamuis enim Rhænanæ illius ſtructura iampridem vetuſtate, ac bello conſumpta, & deſtituta ſit, titulus tamen in ea manet adhuc, & Dignitas, quæ etiam nunc in maximum natu Patrem ferè conferri apud Nos conſueuit: atque hanc Domini Saluatoris amplam, & magnificam Sedem, ac Domicilium, & in ea ſimul florentem in primis Familiam habemus, quando frequentes ibi quidem Canonici, nẽpè numero amplius quinquaginta, iuxtà Apoſtolica Inſtituta, & Regularia B. Noſtri Patris Auguſtini, præcepta piè, Sanctèq; Deo Saluatori deſeruiunt, & ſacris myſterijs, Diuinis laudibus, & Sanctę doctrinæ ſtudijs dies, noctesq; cum ingenti Dei Optimi Maximi gloria, ſuaq; ipſorum maxima laude conuerſantes incumbunt. Nã, antè plures centenos annos, vt inferius, quàm per Martinum eius nominis V. Pontificem Maximum, qui Anno à Saluatore nato MCCCCXVI. Pontificatum inijt, Canonicorum, ſiue Monachorum Congregationes, quæ nunc dicuntur, reformatæ ſunt in Rhęnana S. Mariæ; ac non ita multò poſt in Domini Saluatoris ſibi inuicem Religionis nexu vnitis, & copulatis Canonijs, ſiue Monaſterijs Bononienſibus antedictis floruiſſe ſub Guidone primò Patre, quem Priorem dicunt, Canonicos Maiores Noſtros compertum eſt. Siquidem Innocentius Pontifex Max. Anno à Chriſto nato MCXXXVI. Canonicum ibi Ordinem D. Auguſtini, iam antea ritè inſtitutum, & quarto poſt menſe Gualterius Archiepiſcopus Rauennas, ſimulq; Henricus Epiſcopus Bononienſis, diù etiã antè ipſorum memoriam Canonici Ordinis tenorem (vt ipſi loquuntur) ibidem viguiſſe locupletiſſimè litteris ſuis teſtantur, eundemq; ſua quiſque auctoritate comprobant, & confirmant, atque in omnem poſteritatem Sartumtectum conſeruandum decernũt: multis à ſe, ac præcipuis Priuilegijs, & Prærogatiuis, tanquam arce quadam, aut Propugnaculis auctum, & communitum. Quæ omnia facilius intelliges, ſi horum litteras, quas inferius huius rei gratia ſubiectas ad verbum voluimus, perlegas, & perſcruteris: quę nimirùm res facit, vt in Auguſtino, aut Gelaſio prima Canonicorum Regularium Domini Saluatoris fundamẽta meritò iaciamus; idq. certiſſimis rationibus, ac veriſimillimis coniecturis facilè comprobemus.

Aug. *Mart. 5.* *Innoc.* *Gualter. Archie.* *Henric. Episc.* *Aug. Gelaſ.*

bemus. Primùm, quòd tùm vetusta sit, atque Illustris Rhænanorum, siue Saluatoris Canonicorum memoria, vt etiam quingentorum circa annorum spatium, & memoriam excedat, & ijdem interim Maximorum quorumcunque Pontificum, Antistitum Sãctissimorum, Summorum Principum, Sapientissimorum Virorum, Pijssimorum Hominum (vt pauló post docebimus) fauore, gratia, patrocinio, Priuilegijs, beneficentiaq; digni semper habiti sint.

Innoc. *Gualt.* *Henr.* Enimuerò si Innocentius Pontifex, & alij duo illi Gualterius Rauennas, & Henricus Bononiensis, Antistites Sanctæ Institutionis huiusce primordia in alia longè antè suam ipsorum memoriam tempora referunt, nec alij vlli proximiores proferuntur auctores,

Gelas. in Gelasium certè primum Canonici Ordinis, tùm Romæ, tùm passim in vniuersa Italia auctorem, propagatorem, instauratoreq; reducunt, quod probatur multis, quæ de his refert Sigonius hic

Sigon. inserenda necessariò. Anno Christi 789. Aquis in Conuentu Episcoporum ordinatum fuit, vt Clerici nedum in Episcopali Ecclesia, sed etiam alibi sub Episcopi cura Canonici viuant secundum suam Regulam, quæ quidem Augustini erat à Gelasio transporta-

Aug. *Gelas.* ta his verbis. Qui ad Clericatum accedunt &c. quod Nos nominamus Canonicam Vitam; volumus, vt illi Canonici secundum suam Regulam omnimodis viuant: Et Episcopus eorum regat vitam, sicut albas Monachorum: & alibi: Decreuimus, vt Canonici Clerici Canonicè viuant, & nihil sine licentia Episcopi sui, vel Magistri eorum compositè agere præsumant: In vno quoque Episcopatu, vt simul manducent, & dormiãt, & singulis diebus manè ad lectionẽ veniant, & audiant quid eis imperetur: ad mensam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam, secundum Canones, suis Magistris exhibeant: & vltrà: didicimus nonnullos Episcopos in gubernandis Congregationibus sibi subiectis Canonicis, videlicet, Monachis, & Sanctimonialibus, hactenus valde negligentes extitisse, quos & fraterno, & Synodali conuẽntu admonẽdos esse duximus, vt ab hac negligentia deinceps se cohibeant: Ex quo probatur Ordinem Canonicum viguisse antiquissimo tempore, quod idem inter alia probatur 872. dum in Synodo Ticinensi sancitum est, vt Episcopi proximiori Ecclesiæ Claustrum instituerent, in quo ipsi cum Clero Regulariter Deo militarent: quòd si in Ecclesijs Episcoporum, etiam in alijs, vbi Clerici, obseruandum fuit: probatur tertiò eo,

tiò eo, quòd 1083. Bernardo Episcopo Bononiensi Canonici Regulares S. Augustini. Canonicam ad Rhænum sub nomine S. Mariç constituerunt; ergo erant Canonici Regulares secundum superiora dicta monumenta, antequam constituerent illam Canonicam. Ergo multo antè tempore erant Canonici Regulares Bononiæ S. Augustini: idem asserit Cherubinus Ghirardacius in sua Historia Bononiensi. Anno 1087. Angela Virgine Bononiensi in Monte Guardiæ vitam Eremiticam iniussu parentum instituente; & cum socia Angelica tandem Patris voluntate coniuncta, sacellum cū domuncula constructum est Canonicis S. Mariæ ad Rhænum, qui eo loco potiebantur, Iura sua facilè concedentibus, qui locus postea ex Imagine Deiparæ florentissimè, & Sanctissimè vsque modo existit Monialibus inibi religiosissimè degentibus, vocantur Canonici S. Mariæ ad Rhænum post loci constructionem: qui antea ibidem Canonici Regulares S. Augustini vocabantur. Anno 1105. Paschalis Pontifex Albertum de Fagnano ciuem Bononiensem ex Canonico Regulari S. Mariæ Rhænanæ, & Archidiacono Ecclesiæ in Collegium Cardinalium cooptauit; & Ostiensem Episcopum declarauit: quo fit clarum Canonicos Rhænanos fuisse vnitos alijs Canonicis, et Episcopalibus, cum fieret transitus hinc inde: & proinde probatur antiquitas immemorabilis Canonicorum Regularium eorum: Anno 1224. Honorius II. Gherardum Alberti Caccianimici filium S. Mariæ Rhænanæ Canonicum Presbyterum Cardinalē creauit titulo S. Crucis in Hierusalem: qui postea Pontifex factus, Lucius II. est appellatus. Anno 1136. Innocentius II. Pisis Ordinē Canonicorum Regularium in Canonica S. Mariæ Rhænanæ firmauit. Oliuarius autem Diaconus eius ædem S. Saluatoris in Vrbe Bonon. construxit, quam nunc nobili, & magnifico extructam Monasterio cernimus: Anno 1144. Lucius II. duos ciues Bononienses S. Mariæ Rhænanæ Canonicos Cardinales fecit, Vbaldum Caccianimicum titulo S. Crucis in Hierusalem, & Guarinum Episcopū Prænestinum, quem haud gnarus veri, de Familia Guarinorum, asserit Sigonius, vt ostendemus. Hic à primis annis ad Clericalem Ordinem in Ecclesia Bononiensi prouectus, inde ad disciplinam Canonicorum Regularium S. Augustini asciuerat; in qua cum plurimos Annos vixisset, (Ghirardacius dicit quadraginta Annos ibi duxisse) vt maximo omnibus sanctitatis exemplo esset, atque interim

Bern. ep. Bon.

Cher. Ghir.

Ang. Bon.

Pasch.

Hon. 2.

Inn. 2.

Luc. 2.

Sigon.

Ghir.

oblatam Papienſem Eccleſiam reſpuiſſet, demùm à Lucio Pontifice eius affine(erat.n.Lucius ex Nobiliſſima, & Illuſtri Caccianimicorum Familia, fuit etiam Canonicus eiuſdem Canonicæ antiquiſſimæ S.Mariæ de Rhæno,& S.Saluatoris Bononienſis,quas Canonicas auxit ſuis bonis,vt vſque modò apud Vergatum in Bononienſi agro Pratum vocetur eius nomine,quod vulgò,corrupta dictione,dicitur Pratum Lucci, perſuaſitq; huiuſmodi Canonicis obſeruare,prçter Regulam D.Auguſtini,Conſtitutiones ſub nomine Regulæ Petri Damiani,quas in primis,& in capite;abſque alia Regulā

Paſc. 2. ſuppoſita, Canonicis Portuenſibus ſcripſit Paſchale ſecundo approbante,)Præneſtinus Epiſcopus inſcius,& inuitus declaratus, ac domeſtico nobilium equorum cultu ad tuendam Dignitatis amplitudinem decoratus eſt, quem ille ita recepit,vt ſtatim diuendi- tum pauperibus diſtribueret, modico,aut fermè nullo,quod ſplendorem præſeferret,inſtrumēto contentus. Quotidie ſe moriturum memorabat,& in hac conſideratione multas horas inſumebat:proprijs manibus pauperibus cibos,& veſtimenta etiam Epiſcopus miniſtrabat,& ſuppeditabat:propè mortem iam annorum centum,& decem raptus fuit in extaſim,& poſt multum temporis reuerſus in ſe lætitia geſtiebat:In vltima nocte ſuæ vitæ nouus, & inuſitatus ſplendor apparuit, vt meridiè ſolet lucere Sol ſtupore omnium circunſtantium,qui vſque ad Auroram diei ſequentis perdurans,animam Sancti ad Cœlum comitatus, in ipſa hora euanuit. Sexta die Februarij mortuus ſepelitur à Sacerdotibus in ſepulchro S.Agabiti Ciuitatis Præneſte in Campania:ob vitæ ſanctitatem,& miraculorum corruſcationem ab Alexandro III. inter Sanctos relatus eſt Anno Domini 1159 Hic idem eſt, quem Carolus Sigonius in ſuo de Epiſc.Bonon.vocat Guarinum Guarinium, ſed vera fide, prout patebit,de Fuſcherarijs fuit,& non de Guarinis. Reuerendiſſimus enim Noſter Pater,& Prior Generalis Alphonſus Bauoſius dignatus eſt mihi tranſmittere manu ſua deſcriptum exemplar ex Domus,& Familiæ Fuſcherariç Scripturis Authenticis,vt hic inſeram, huiuſmodi. Tranſumptum ex Originali,& Authentico manu propria mei D. Alphonſi Bauoſij Prioris Generalis die 9. Ian. Anni 1621.videlicet.In libro ſcripto,in quo ſunt depicta Inſignia Romanorum Pontificum, & Cardinalium,quilibet aſſeruatur in Bibliotheca Vaticana,primus Cardinalis, qui annotatur creatus à Lucio

Papa

Papa II. hic est, videlicet, Guarinus Episcopus Cardinalis Praenesti nus Canonicus Regularis, Patria Bononiensis, Familia Fuscheraria: quod ita esse Nos eiusdem Bibliothecae Custodes attestamur. Die 29. Aprilis. Anno Domini 1588.

Ego Federicus Vanaldus Vaticanae Bibliothecae Custos.

Ego Marinus Ranaldus Vaticanae Bibliothecae Custos ita esse attestor.

Collegium scriptorũ Archiuij Romanae Curiae Vniuersis salutẽ.

Notum facimus, & attestamur supradictos Dominos Federicũ Vanaldum, ac Marinum Ranaldum esse Vaticanae Bibliothecae Custodes, eorum attestationibus ita subscriptis in Iudicio, & extrà fidem indubiam adhibitam fuisse, & adhiberi. In quorum fidem praesentes fieri, & per Collegam Nostrum subscribi mandauimus, sigilliq. Nostri impressione communiri fecimus. Datum Romae in Palatio Apostolico, & Camera Archiuij die vlt. April. 1588.

Io. Maria Bucca Archiuij Romanae Curiae Scriptor.

Locus Sigilli.

Simulq. per suas gratissimas litteras certiorem fecit Originale huiusmodi exẽplaris apud Fuscherarios Nobilissimos, & Antiquissimos Bononienses Patricios extare: & admonitum voluit, vt fidẽ, vulgò dictam, superiorem insererem ex originali sigillo magno rotundo, Imaginibus SS. Petri, & Pauli munito transumptam: ardentissimo enim zelo, & Amore gloriae suae Sponsae Nostrae Congregationis incensus, ex animo eius communi vtilitati, gloriaeq. incũbit, cuius laudes non est hic locus celebrandi. Non credendum igitur est libello Antiquo Nostro Sacrorum Officiorum dicendorum ad Canonicorum Regularium laudes celebrandas, in quo Guarinius, vel de Guarinis scriptum fuit errore elicito ex conformitate nominis Guarini: cum multi in Ciuitate Bononia, tùm veteres, tùm noui homines hoc nomine appellentur, prout constat in Archiuio Ciuitatis Bononiensis, & in libro Baptismi. Cherubinus Ghirardacius *Cheru. Ghirar.* in Historia Bononiensi hunc de Fuscherarijs appellat contrà Sigonium, asserẽs, quòd Anno Domini 1141. erexit Hospitale, quod nũc *Sigo.* S. Iob appellatur, vbi pauperes eo Hospitio, & mensa recipiebãtur, & cura, prout etiam legitur in vita sua apud Canonicos Nostros

Sancti Saluatoris Bononiensis. Anno 1161. Hildebrand. Crassus Ciuis Bononiensis, & Canonicus S. Mariæ Rhænanæ Cardinalis ab Eugenio tit. S. Eustachij creatur. Hic Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo, quem in Anglia ab Henrico Rege crudeliter interfectum Alexander III. propter miraculorum claritatem inter Sanctos retulerat, Aram in æde Canonicali S. Saluatoris dicarat, quæ cum minus honestum locum videretur tenere, iuuenes Angli, qui tùm frequentes studiorum gratia Bononiæ versabantur, insigniori alteram in parte, æde ipsa amplificata, struxerunt: quam cum Gherardus Episcopus priori amota consecrare abnuisset, Episcopus Mutinens. id muneris Innocentij III. Pontificis mandato Prid. Non. Maij. Anno 1202. curauit. Anno 1221. ædes S. Mariæ Rhænanę à Canonicis erecta ab Vgolino Card. Legato est consecrata, quæ diruta vi bellorum est. Nam cum Ioannem Archiepiscopum Maffæus Vicecomes Maffæum Bernalos ipsum Bononiæ Imperio excepisset, ab vtroque Ioannes Aulegius ita defecit, vt cuius Vrbis præfecturam vicariam s. susceperat, eius liberum sibi Imperium vendicauerit: quod Bernalos ferendum non arbitratus, Anno 1359. bellum etiam grauissimum pro recuperanda Bononia mouit, quo bello cùm maxima omnibus Ecclesijs suburbanis detrimenta dedit, tùm præcipuè Castello ad Rhænum excitato, ipsam S. Mariæ Canonicam disturbauit; vnde ipsi exacti Canonici in Vrbem ad S. Saluatoris domicilium transtulerunt, eamq. in hodiernum vsque diem obtinuerunt. Ea Canonica permultos post annos diruta mansit, donec restituta est, vt modò cernitur, & in titulũ viuũ Prioratus redacta. Anno aũt 1419. Canonicos S. Mariæ Rhęnanæ, & S. Saluatoris, qui ad vnum Franciscum Ghiselerium Priorẽ deuenerant, Canonicis S. Ambrosij Eugubini Regularib. illis quidem, sed diuersi Habitus, & Obseruantię, à Greg. XII. probatos, ex Decreto Martini V. Nicolaus Albergatus Eps copulauit, qui S. Saluatoris nunc dicuntur. Hæc ex Sigonio ferè hic ad verbũ transumpta, vt videanť antiquissima Canonicæ Rhænanæ Priuilegia, quamuis Historiæ series ante lata cernatur, quæ tñ inferius extendetur. Quòd si verò est simile, verum et fit, necesse est, dicamus, quando in obscuris quidem, & incompertis rebus, quod verisimilius videtur (vt est Regula Iuris in 6.) id potissimum inspiciendum Nobis, atq. sequendum est. Deinde verò idem significantius constat ex eo, quòd Nobilissima Latera-

nensis

nensis Canonica,cuius Gelasius auctor fuit,& illi præfuit,commune cum Bononiensi nostra Domini Saluatoris, & nomen,& Symbolum habet. Siquidem ambæ Domini Saluatoris titulo nuncupantur. Imaginem Domini Saluatoris ambæ gerunt sinistra manu demissa reseratum librum continentem, ac dextera paulò elatiori benè populo dicentem. Ac de nomine quidem perspicuum est: Nam Canonica Domini Saluatoris Nostra hæc etiam hodie vulgò nominatur. De symbolo autem in Ecclesia ipsa Domini Saluatoris suspice,atque illicò quasi propria quædam illius nota sese oculis tuis offerat inspicienda huiusmodi Saluatoris Imago, qua etiam nunc in litteris obsignandis,aut rebus notandis quibuscunque Canonici Monasterij huius Patres vtuntur. Huc illud accedit; quòd Rhænanæ Canonicę huic Nostræ duas in Vrbe illustres Basilicas D. Potentianæ Hadrianus,& D.Praxedis Anastasius vterque eiusdem nominis IV.Pont.Max.vna cum bonorum dimidia parte dono concesserunt, vt in Canonica disciplina, in Dei cultu per Rhænanos Canonicos instituerentur, regerenturque, tantum de Cardinalium Patrum titulis sibi in integrum reseruantes, vt ex ipsorum litteris,quas inferius explicabimus, facillimè colligere licebit. Adde verò,quòd ex ipsis Rhænanis Canonicis Honorius, & Innocentius III. & Lucius II. Pontifices Maximi, purpurati Patres multi, plures etiam Episcopi, & Præsules alij (vt ex vetustissimo illorum Calendario intelligitur,& litterarum monimentis comprobatur) ac Patres innumeri tùm sanctimonia, tùm doctrina præstantes in Dei Ecclesia extitere. Nam,quòd ad duos Pontifices illos attinet, licet ij ex Lateranensi Basilica ad Pontificatum prouecti dicantur, eosdem tamen antea ex Rhænana Bononiensi in Lateranensem Romanam transijsse Familiam permultis,& ijsdem perspicuis,perq.euidentibus apud Nos constat documentis, & sanè cum eiusdem Canonici Ordinis domus essent illę, facilis tùm inter eas trāsitus fuit. At hæc nimirùm Lateranensis tam multa,tamq. illustria amoris,ac liberalitatis argumenta,tituli,videlicet,signa,donationes, Dignitates,officiaq. in Bononiensem Saluatorem, atque huius ad illā transitiones,nisi magna ipsi cum Lateranen. quasi ab hac originē trahenti,necessitudo,& affinitas quædam intercessisset, minimè conuenire viderentur: quibus sanè nominibus prima Rhænanæ Nostrę Familiæ memoria ab Innocentio II. ab ipso verò Augustino, aut

Hon. Inn. 3. Luc. 2.

Inn. 2. Aug.

Gelaſ. Gelaſio Iure optimo prima nobis ducenda, & conſtituenda Ordinis videtur origo. Iam verò à prima Canonicæ Rhenanæ Inſtitutionis memoria
Innoc. ſub Anno ſalutis noſtræ 1136. ex Innocentij, Gualte-
Gualt. rij, & Henrici litteris ad Annum vſq. 1419. cum vnio facta eſt Cano
Henr. nicorum Noſtrorum in Rhænanæ ipſius Mariæ, & Saluatoris priuatis Bononienſibus Canonijs, ſiue Monaſterijs antedictis: viguit cõtinuatio obſeruantiæ Canonicalis. Abhinc verò in vniuerſa Congregatione perpetua Canonici Ordinis ſucceſſio, progreſſus, & incrementa ex multis Maximorum Pontificum, Sanctorum Antiſti-
Fed. I. tum, Sacrorumq. Imperatorum, & pręſertim Federici primi Patris,
Henr. & Henrici filij; quos ambos Canonicæ ſuæ Rhenanæ parentes in
Car. 5. Calendario maiores Canonici Noſtri dixere, & Caroli V. litteris, Decretis, ac Priuilegijs ex Monaſteriorum, Canonicarum, Domorum, Sacerdotiorumq. acceſſionibus (quas vniones vocant) quamplurimis; ex Conſtitutionibus, vel à Maioribus traditis, vel à Patribus Noſtris deinceps ritè promulgatis: ex publicis, ac priuatis contractibus, & documentis innumeris; ex actibus quoque publicis, & annalium monimentis in hunc vſque diem, quæ facillimè demonſtrantur; & conſequenter ex continuata hac, atque perpetua rerũ ſucceſſione antiquiſſima: & à Gelaſio, ſeu ab Auguſtino ipſo primo Canonici Ordinis, ac Apoſtolicæ Inſtitutionis redintegrandæ auctore, ac duce profecta Origo non vllo vnquam tempore, vllove caſu interrupta, aut intercisa linea cognoſcitur: Etenim ſi iugis, atque perpetua quingentorum & amplius annorum Canonicæ Domini
Gelaſ. Saluatoris, ſiue Rhænanæ Familiæ extitit hactenus memoria: cur nõ
Aug. æquè antea à Gelaſio quoq. iaminde, atq. adeo ab Auguſtino Patre, legiſq. Latore ad annos ſeptingentos extitiſſe, ac ſubinde temporis iniuria, vel ſcriptorum incuria intercidiſſe veriſimiliter dicendum eſt? præſertim cum florentiſſimi, ac celeberrimi populi, gentes, Nationes, Vrbes, Regna, Imperia, Religiones quoque, ſectæ, ri-
Gelaſ. tus, cœremoniæ, ac ſacra idem ferè calamitatis experta ſint: quæ omnia interiectu temporis, peſtilentijs, diluuijs, conflagrationibus, bellis, excidijs, euerſionibus, ipſaque & quæ omnia aufert, vetuſtate confecta, conſumpta, atq. deleta penitus interijſſe omnium Gentium litteræ, ac monimenta teſtantur: nunc verò perpetui ſucceſſus ipſius ſeriem, Ordinemque iaminde à principio, ideſt à prima ipſa memoria petitum reteximus. Nam,

&ſi

etsi longè antea, vel ab ipso Magno Augustino perspicuum est *Aug.*
Canonicam Nostram extitisse Familiam: nulla tamen initij sui, atque progressus penes Nos in præsentia antè Innocentium II. sunt,reperiunturve litterarum monimenta, nimirùm incendio(vt de rebus humanis omnibus vsu nonnunquam venire solere quotidiè videmus)bellove,aut direptione è medio sublata, atque consumpta: quòd ipsum verisimile hinc maximè esse videtur: quòd nullas prorsus non solùm rei huius,sed ne alterius quidem generis cuiusuis literas ante hunc, nullave, quæ in hac re nostra adducamus,præ manibus habeamus documenta,præter illa,quæ superius tetigimus ex Sigonio, ita vt omnia simul ijsdem de causis interijsse *Sigon.*
facilè intelligamus. Verùm id tamen tùm facilè,tùm commodè facturos nos putamus; nam non solùm quæ apud Nos, vel publicè, vel priuatè in singulos Annos,& Menses facta sunt; verùmetiam, quæ in singulos dies(horas ne dixerim) contingere, probatissimis omnium generum scriptis (quòd fortè nemo quispiam alius Claustralium saltem de se,rebusq; suis fecerit,)ostendemus. Ex his omnibus elucet quantum antè tempus Innocentij II. fuerit Institu- *Inn.2.*
tio Canonicorum Regularium in Rhænana Ecclesia. Reformauit enim Innocentius, ergò post Institutionem Reformatio: & ne dicas posse reformari citò post Institutionem; ergo tamen etiam tu, quisque id dicas, asseuerabis viguisse primam obseruantiam Regularem per multa tempora, & paulatim decreuisse, vt reformatione indigeret: paulatim enim terra consumitur,& lapis: & mons cadēs defluit:& prius Virgines dormitauerũt, quàm dormierint,& prius motus pes ferè fuit Dauid, quàm effusi gressus. Primùm ergo dicendum,quòd eò existimationis, & Sanctitatis Ordinem Canoni- *D.Aug.*
cum reduxerat D. Augustinus, vt quamplures ex suis Clericis ad Episcopatum deligerētur,& Ordo Canonicus per Aphrycam propagaretur, constructis præsertim Monasterijs à Barnaba in Agro *Barn.*
Victoriano: à Seuero in Ecclesia Melleuitana; & à Possidonio in *Seuer.*
Calamensi. Cum verò Gensericus Vuandalorum Rex Arrianus *Possid.*
Aphrycam subiugasset, maxima strage Catholicorum, & Clerico- *Genser.*
rum facta, plures Augustini Discipuli cum Gelasio Neapolim pri- *Rex.*
mum,deinde Romam venerunt,& à Leone Papa humaniter(vt di- *Leo.*
ximus)excepti,in Ecclesia Lateranensi, iuxtà exemplum primorũ Clericorum, Canonicum Ordinem erexerunt, diutissimeq; per

suc-

succeſſores floruerunt. Ex his multi ob eorum præſtantiam in Pontifices Maximos electi ſunt, inter quos, mortuo Fœlice III. renunciatus eſt Gelaſius, qui dedicatis Eccleſijs S. Euphemiæ martiri in Ciuitate Tiburtina, atque SS. Nicandro, & Eleutherio in Via Lauicana, & S. Mariæ in Via Laurentina in poſſeſſione Chriſpi, milliario 20. ab Vrbe, in his Canonicum Ordinem locauit, alijsq; locis ampliauit, & Priuilegijs decorauit. Innocentius igitur Pontifex Maximus eius nominis II. Eccleſiam S. Mariæ propè Rhænum flumen ab Vrbe Bononia ad duo paſſuum millia diſtantem ſuo Priuilegio communiendam curat: Statuens, vt Ordo Canonicus, ſecundum B. Auguſtini Regulam, ibi antea inſtitutus, in perpetuum inuiolabilis exiſtat: bona quæcunque & præſentia, & futura iuſto quouis titulo adepta illæſa permaneant; à Decimis bonorum ſuis vel manibus, vel ſumptibus cultorum, necnon animantium quarumcunque ſoluendis immunis ſit, & Clericos, Laicosq; homines à ſæculo in Collegium ſuum admittere, Regulari Diſciplina inſtituendos liberè valeat, per litteras ſuas ſub datum Piſis 6. Cal. Sept. Anno ab Incarnato Dei Verbo 1136. Pontif. verò ſeptimo: ſub numero primo notatas, quas perſpicuitatis cauſa ad Verbum hic ſubijcere placuit.

Fæl. 3. Gelaſ. Innoc.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Dilectis filijs Guidoni Priori, & fratribus in Eccleſia B. Mariæ de Rhæno Regularem vitam profeſſis tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuum.

Quoties illud à Nobis petitur, quod rationi, & honeſtati noſcitur conuenire, animo Nos decet libenti concedere, & petentium deſiderijs congruum impertiri ſuffragium; proinde dilecti in Domino filij veſtris rationabilibus poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam B. Mariæ, in qua Diuino vacatis ſeruitio, Apoſtolicæ Sedis Priuilegio communimus: Statuentes, vt Ordo Canonicus, qui ſecundum B. Auguſtini Regulam in veſtra Eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis futuris temporibus ibidem inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona in præſentiarum eadem Eccleſia iuſtè, & Canonicè poſſidet, quæcunque etiam in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisq; Succeſſoribus, & illibata permaneant. Porrò, quia iuxtà Sacræ Scripturæ teſtimo-

ſtimo-

ftimonium. Decimæ sunt tributa egentium animarum, & religiosæ personæ, quæ de aliorum eleemosynis, seu beneficijs solent viuere, de rebus suis non debent molestias sustinere, decernimus, vt de laboribus, quos proprijs manibus, aut sumptibus colitis, vel etiam de nutrimentis vestris, nullus à vobis decimas exigere, vel suscipere audeat. Liceat etiam Vobis Clericos, siue Laicos à sæculo fugiẽtes (dummodò nulli conditioni teneantur obnoxij,) ad conuersionem suscipere, & iuxtà Canonicæ Institutionis Regulam in vestro Collegio retinere. Nullus ergo hominum tandem Ecclesiam audeat temerè perturbare, vel eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestijs fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt vsibus profutura, salua nimirùm Diœcesani Episcopi debita reuerentia. Si qua igitur in posterum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciẽs contrà eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòve commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui Dignitate careat, reamq; se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, ac Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit Pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen. 1. Mac. 31.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Dat. Pisis per manum Aymerici S.R.E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarij, 6. Cal. Sept. Indict. 14. Incarn. Dominicæ, Anno 1136. Pont. Domini Innocentij Papæ II. Anno septimo. *Innoc.*

Gualterius Rauennatis Ecclesiæ Archiepiscopus similiter, vt Innocentius Pontifex, Canonicum in eadem Ecclesia Ordinem secundum Regulam D. Augustini institutum confirmat, ac diù antè sua tempora Canonici Ordinis tenorem viguisse testatur, & Canonicos ijsdem, ac pluribus etiam Priuilegijs donat per suas litteras cereis bullis de more munitas sub datum Bononiæ Anno Dominicæ Incarnationis 1136. Mense Februario sub numero 2. notatas, quas item hic eadem de causa subiectas ad verbum voluimus.

In

In nomine Sanctæ,& Indiuiduæ Trinitatis. Gualterius Dei gratia Sanctæ Rauennatis Ecclesiæ Archiepiscopus seruus seruorum Dei licet indignus: dilectis filijs Guidoni Priori,& fratribus in Ecclesia S. Mariæ, quæ iuxtà Rhænum sita est, Diuino seruitio mancipatis tàm præsentibus, quàm futuris in perpetuum.

Ecclesiasticæ sollicitudinis pietas Nos iugiter admonet, vt religiosas personas, atque Religionem Deo placitam studeamus modis omnibus augendo diligere,& diligendo propagare. Nunquam enim obsequium Deo gratum impenditur, nisi ex radice charitatis procedat,& à Religionis puritate vndique custodiatur. Proinde dilecti in Domino filij vestris petitionibus clementer annuentes, Ecclesiam S. Mariæ iuxtà Rhænum positam, vel si quam aliam ædificaueritis, vel acquisieritis, in qua vacatis, vel vacabitis Diuino Officio, Sanctæ Rauennatis Ecclesiæ Matris nostræ Metropolitanæ, nostræq; Priuilegio decreuimus muniendos. Vt igitur locorum vestrorum quies per Dei gratiam tranquilla, & tuta persistat, statuimus, vt prædictæ Ecclesiæ cum suis rebus, tàm mobilibus, quàm immobilibus iustè sibi pertinētibus in omnibus, & per omnia sint liberæ ab omni conditione, atque seruitio, seu tributo, tàm Monachorum, vel etiam Clericorum, quàm Laicorum, vel alicuius tàm paruæ, quàm magnæ personæ Dominio, præter Episcopale ius. Insuper vobis, vestrisq; Successoribus perpetualiter concedimus, vt hoc, quòd modò ad ius, siue de Iure nostræ S. Rauennatis Ecclesię habetis, vel detinetis, seu in futurum iustè acquisituri estis, siue à quibuscunque alijs, quomodocunque vobis, aut vestris successoribus aliquid iustè obuenerit, siue quòd à Nostra Episcopali Ecclesia, seu ab alijs Ecclesijs, vel personis tàm Clericorum, quàm Laicorum habetis, ac detinetis, vel in antea iustè acquisieritis in decimis, scilicet, in Primitijs, & in alijs quibuscunq. fidelium oblationibus tàm viuorum, quàm defunctorum, terras quoque, Vineas,& Oliueta, Syluas cum pratis, piscationes, paludes, aquas cum omnibus vsibus, earum colonos, vel inquilinos, Dominicatum, & ordinatum, diuisum,& indiuisum, cultum,& incultum, omnia, & ex omnibus cum vniuersis vsibus suis tàm fructifera, quàm infructifera, in Montanis denique,& in Planitijs,& vbicũque modo detinetis, vel quocunque Iure habetis, aut in futurum habebitis, vel acquisieritis cũ scripto, siue sine scripto. Hæc autem omnia, sicut superius legitur,

vobis,

vobis, vestrisq. successoribus in eisdem Ecclesijs manētibus per huius Decreti paginam damus, concedimus, atque largimur, & ab oī vinculo, siue dominio (præter Epale Ius) libera, vel absoluta ab oī contradicente homine esse præcipimus, & in perpetuum concedimus, atque firmamus. Vitæ quoque Canonicæ Ordinem, quem professi estis, præsentis Priuilegij auctoritate roboramus, sancientes, vt nemini inter vos professione exhibita liberum sit sine tua, vel eorum, qui post te in eodem regimine successerint, aut sine communi Congregationis licentia de Claustro discedere: quòd si discesserit, vel commonitus redire contempserit; tibi, tuisq. successoribus facultas sit eiusmodi vbilibet à suis Officijs interdicere: Interdictum verò nullus Episcoporum, Abbatumve infrà Nostrum Episcopatū suscipiat. Sanè, Clericos sæculariter viuentes ad conuersionem suscipere, nullius Episcopi, vel Præpositi Nostri Archiepiscopatus cō tradictio vos inhibeat: quoniam diù.s. apud vos Canonici Ordinis tenor, Domino præstante, viguerit. Porrò sepulturas locorum vestrorum omnino liberas esse iubemus, vt eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni, & extremæ Voluntati (nisi fortè excommunicati sint) nullus obsistat. Ordinationes Clericorum, à quo malueritis Catholico Episcopo suscipere locorum vestrorum, fratribus permittimus: vel cum Episcopum non habet Bononiens. Ecclesia, vel, quem habuerit, constet non esse Catholicum. Laicorum ēt Nostri Archiepiscopatus susceptionem ad disciplinæ videlicet Regularis conuersionem, nisi fortè legalibus conditionibus teneātur obnoxij, à nullo Vobis Episcopo permittimus interdici, vel Clericorum tonsionem, qui Regulariter in loco vestro viuere per professionem deliberauerint. Fructuum autem vestrorum vndecunq. aduenientiū decimas, præter Episcoporum, vel Episcopalium ministrorum contradictionē, vobis cōcedimus obtinendas; decernimus ergo, vt nulli hoīum liceat Ecclesias vestras temerè vllo mō perturbare, vel earū possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare, sed oīa integra conseruentur, & ab oī vinculo, & conditione, atq. tributo, sicut superius legitur, in perpetuum absoluantur. Si quis igit. Decreti huius tenore cognito, temerè, (quod absit) contraire tentauerit, honoris, & officij sui periculum patiatur, aut excōicationis vltione plectatur, nisi præsumptionem suam satisfactione correxerit. Amen. Amen. Amen.

LEGIMVS.

Ego Henricus Bononienſis Epiſcopus.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis S. Michaelis.
Ego Belletus Diaconus Cardinalis S. Rauennatis Eccleſiæ.
Ego Rambertinus Subdiaconus Card. S. Rauennatis Eccleſiæ.
Anno Dominicæ Incarnat. 1136. Menſe Februarij. Ind. 14. factum eſt Bononiæ hoc fœliciter.

Henricus Bononienſis Eccleſiæ Epiſcopus idem facit ad verbũ, vt in Gualterij litteris, quibus etiam Henricus ipſe ſubſcripſit per litteras ſuas ſine Dat. ſed eodem tamen Anno, Menſe, ac die expeditas: quod à Gualterio Archiepiſcopo eius auctoritas, & ius dependeret. Notantur autem litteræ ſub num. 3. His autem omnibus in litteris Guido Prior appellatur, nempè primus in Ordine, & Canonica Rhænana, cuius memoriam, aut cognitionem habemus ex litterarum monumentis. Dominus Oliuerius Canonicus S. Saluatoris demonſtratur, Anno Domini 1139. die 12. Nouembris, Inſtrumento rogato per Aymericum Tabellionem, ſub num. 14. vbi Antiquitas ſimul, & Nobilitas Eccleſiæ huius S. Saluatoris perſpicitur, apud quam Inſtrumentum hoc celebratum dicitur. Hic autem Oliuerius Canonicus Diaconus S. Saluatoris ipſam Eccleſiam ædificaſſe in Calendario veteri S. Mariæ Rhænanæ ſcribitur (id autem eſt, redintegraſſe: nam, Parochialis cum eſſet, multis antè ſæculis extitiſſe credendum eſt.) Vocantur quoque Iura Eccleſiæ eiuſdem S. Saluatoris Mundi, quæ vnita ab initio fuit Canonicæ Rhænanæ, vt inferius dicetur, in venditione domus cuiuſdam, & reſeruantur ex Inſtrumento rogato per eundem Aymericum Notarium, Anno à Christo nato 1139. Id. Nouem. ideſt die 13. ſub numero 5. *Innoc.* Innocentius Pontifex idem Guidoni Priori, & fratribus eius Canonicis, tàm præſentibus, quàm futuris Canonicè ſubſtituendis in perpetuum Ordinem Canonicum in S. Maria Rhænana prædicta confirmat, eoſdem in ſuam, & Apoſtolicæ Sedis Protectionem ſuſcipit: Electionem Prioris ad maiorem, ac ſaniorem partem fratrum remittit, & alijs multis Priuilegijs auget per litteras ſuas, ſub datum Laterani, Idibus Februarij, Anno 1142. Pont. 13. ſub num. 6. *Luc.* Lucius II. Pontifex Max. Canonicum Ordinem ibidem con-

confirmat, & Sartumtectum in perpetuum conseruandum iubet: in suam, & Apostolicæ Sedis protectionem suscipit, ac ijsdem planè priuilegijs Priorem, & Canonicos prosequitur, quibus antea Innocentius, cuius etiam exemplar secutum se profitetur per suas litteras, sub datum Laterani 6. Cal. Ian. Anno Dominicæ Incarnat. 1144. Pont. 1. sub num 7. Hic autem Pontifex Canonicus Regularis S. Mariæ ipsius Rhænanæ fuit, Patria Bononiensi, ex Nobili, vt dictum est, Caccianimicorum Familia, quod ex vita eius per Canonicum quendam ex ijsdem conscripta perspicimus, nec minus ex Calendario antiquo adhuc in Monasterio Domini Saluatoris in membranis asseruato, vnde etiam vel facillimè colligas Rhænanam hanc B. Mariæ Canonicam longè antè Innocentij II. memoriam floruisse. Moyses Archiepiscopus Rauennatis Ecclesiæ Ordinem Canonicum in Ecclesia B. Mariæ propè Rhænum cōfirmat, & Guidonem Priorem, & Canonicos fratres suos ijsdem fermè, quibus antea Gualterius præcessor, Priuilegijs donat per suas litteras, etiā quattuor Episcoporum Imolensis, Corneliensis, Cesenatis, & Liuiensis manibus subscriptas, sub datum Rauennæ, die 8. Octobris, Anno Dominicæ Incarn. 1146. sub num. 8. Eugenius Papa Tertius, similiter Innocentij, & Lucij prædecessorum vestigia secutus, Ordinem Canonicum ibidem in perpetuum confirmauit, Priuilegia roborans. Bona eius, ac loca omnia Sartatecta conseruanda mandauit; & singula nominatim commemorat, & in ijs primam Ecclesiam S. Saluatoris in Vrbe Bononia, & Guidonem Priorem, & Canonicum Priuilegijs amplificat: idem sanxit de Protectione Sedis Apostolicæ, de Canonici Ordinis Obseruantia, de Indemnitate, & addidit nominationem Ecclesiarum S. Andreæ in Turricella, & S. Donnini iuxtà Bagnum; Idemq; de decimarum immunitatibus, de coërtione fratrum professorum in Monasterio; quorum etiam fugitiuorum fecit Priori excommunicandi potestatem. Idemq; recensuit de admissione nouorum ad Vitam Regularem; De Sacris percipiendis: de Electione noui Prioris; de Sepulturæ libertate. Inhibens insuper Episcopos, vel Archiepiscopos in ipsa Ecclesia B. Mariæ exactionem facere, vel Priori, & fratribus grauamen aliquod irrogare; seruatis tamen Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica Iustitia, & Matricis Ecclesiæ iuribus. Sub datum Romæ apud S. Petrum, 3. Id. Maij, Incarn. Dom. anno 1150.

Mos. Archiepis.

Eug. Innoc. Luc.

eius verò Pont. 6. Anastasius Papa Secundus; qui etiam fuit Canonicus Regularis, & primus Abbas S. Ruffi de Velletri: eodem modo trium Superiorum prędecessorum Innocentij, Lucij, Eugenijq; Romanorum Pontificum mentione facta, Ordinem Canonicum S. Mariæ Rhænanæ confirmauit: Canonicos, Canonicamq; ipsam in suam, atque Apostolicę Sedis Protectionem suscepit. Omnia itē ab eis statuta corroborauit, de perpetua Ordinis Obseruantia, de immunitate bonorum: inter quæ hæc suis nominibus appellauit: Ecclesiam S. Saluatoris in Ciuitate Bononiæ; S. Andreæ in Turricella: S. Donnini iuxtà Bagnum: S. Mariæ in Raticosa: S. Iacobi, quę dicitur Casa Dei, & quæcunque ad duas postremas pertinerent: Pontem quoque, qui super Rhænum situs est iuxtà Monasterium cum illius possessionibus, &c. de quibus etiam copiosè in Eugenio suprà, & alij, seruatis, quæ ibi etiam seruantur, auctoritate Sedis Apostolicæ Diœcesani Canonica Iustitia, & Matricis Ecclesiæ iuribus: Sub datum Laterani, 13. Cal. Iunij, Incarn. Dom. anno 1154. Pont. autem eius 1. Hic Pontifex Ecclesiam S. Praxedis in Vrbe Roma Guidoni Priori, & Canonicis Rhænanis concessit, vt eam, secundum Regularia D. Augustini instituta, gubernandam curarent, Ius tantùm tituli Cardinalitij integrum sibi reseruans: Probatur hæc concessio litteris Alex. Papæ Tertij, quas intelligentię causa loco suo de verbo ad verbum subijciendas curabimus. Probatur etiā ex mentione illius facta & à Lucio, & ab alijs. Hadrianus Pontifex Maximus, eius nominis Quartus, magna, & pia præfatione adhibita rogatu Guidonis tituli Pastoris Presbyteri Cardinalis, consilio fratrum suorum Cardinalium similiter, vt Anastasius, S. Praxedis Ecclesiam, & S. Potentianæ in Vrbe Guidoni Priori S. Mariæ iuxtà Rhænum, & eius successoribus Canonicis Ordinandam, regendāq; committit: nempè statuens, vt Ordo Canonicus ibi per eos constituatur, & iuxtà Regularia D. Augustini instituta in perpetuum cōseruetur: medietatem quoque bonorum ipsius Ecclesiæ (quæ singula suis explicat nominibus) ipsi Guidoni, & Canonicis pro tempore in ea degentibus concedit, confirmatq; suis litteris sub datum Romæ apud S. Petrum, 16. Cal. Apr. anno Dom. Incar. 1154. Pont. 1. sub num. 13. quas litteras (quoniam maximum ad res nostras demonstrandas habere monumentum, vt in proemio diximus, confirmandasq; perspiciuntur) propterea hic subijciendas duximus:

Anast. *Innoc.* *Luc.* *Eug.* *Eug.* *Alex. 3* *Luc.* *Hadr.*

mus: Tenor autem ipsarum huiusmodi legitur.

Hadrianus Epis.seruus ser.Dei: Dilecto filio Guidoni Priori Ecclesiæ S.Mariæ de Rheno,eiusq; Fratrib.tàm præsentibus, quàm futuris Canonicè viuentibus in perpetuum. Decor Domus Domini diligendus est,& locus habitationis gloriæ eius attenta diligentia, & reuerentia honorandus. Ecclesia namq; Dei, quæ non sine multo sudore, & labore peregrinatur in terris, pro eius amore,& desiderio,quæ perpetuis,& inconcussis gaudiorum præmijs fruitur in cęlis,religiosas personas,quæ famulatui conditoris nostri mancipatæ sunt,attentius reueretur,& diligit.Nos quoque,quibus à prouisore omnium bonorum Domino Vniuersalis Ecclesiæ cura, ipso disponente, commissa est: beneplacentem Deo Religionem pro Nostri Officij debito laboramus statuere, & stabilitam exacta diligentia conseruare,maxime in Vrbe Roma,in qua,sicut Antiquitus caput totius erroris fuerat,ita nimirùm Christianitatis tempore dignum est,vt in ea totius sanctitatis lumen effulgeat. Huius itaq. rõnis debito prouocati Carissimi filij nostri Guidonis presbyteri Cardinalis tituli Pastoris precibus annuentes, Ecclesiam S.Potentianæ consilio Fratrum Nostrorum tibi,tuisq; successoribus ordinandam, regendamq. Apostolicæ Sedis auctoritate committimus: statuentes, vt Ordo Canonicus in ea per vos,Deo auctore,constituatur,& iuxtà Institutionem, & Obseruantiam Regulæ vestræ perpetuis ibidẽ temporibus inuiolabiliter conseruetur. Ad hæc medietatem oĩum possessionum,quas prædicta Ecclesia in præsentiarum rationabiliter possidet,cum medietate Vinearum, & pensionum ad eandẽ Ecclesiam pertinentium,iuxtà dispositionem prædicti filij Nostri Guidonis presbyteri Cardinalis,Canonicis vestris in eadem Ecclesia commorantibus confirmamus: quandiù Canonicus Ordo iuxtà B. Augustini Regulam in loco ipso,Domino præstante,viguerit in vsibus, & dispositione Fratrũ ibidem Dño seruientium statuimus permanere. In quibus nimirũ possessionib. has proprijs decreuimus vocabulis annotandas: in Marana,tres pedicas: Candrelo, tres pedicas,& tres petiolas: Solone, vnam pedicam: ad turrem S. Basilij in loco, qui vocatur S. Alexander,vnam pedicam: ad S.Genesium, vnam pedicam,& nouem petias vinearum, sex hortos circa Ecclesiam,& Ecclesiam S.Ioannis in Petroilo cum pertinentijs suis.Nulli ergo hominum fas sit huius Nostræ Constitutionis, & Confirmationis

tionis paginã temerario ausu infringere, seu quibuslibet molestijs perturbare. Si quis igitur id attentare præsumpserit, secundò, tertiòve commonitus, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, honoris, & officij sui periculum patiatur, aut excommunicationis pœna mulctetur. Amen. amen. amen.

Ego Hadrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Imarus Tusculanus Episc.
Ego Vbaldus presbyt. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Manphredus presb. Card. tit. S. Sabinæ.
Ego Aribertus presb. Card. tit. S. Anastasiæ.
Ego Vbaldus presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem.
Ego Astaldus presb. Card. tit. S. Priscæ.
Ego Guido presb. Card. tit. Pastoris.
Ego Gherardus presb. Card. tit. S. Stephani in Cælio Monte.
Ego Io. presb. Card. SS. Io. & Pauli tit. Pamachij.
Ego Io. presb. Card. tit. SS. Syluestri, & Mar.
Ego Rodulphus Diac. Card. tit. S. Luciæ in Septa Solis.
Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.
Ego Io. Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi.
Ego Gherardus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata.
Ego Oddo Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Dat. Romæ apud S. Petrum per manum Rolandi S.R.E. presby. Card. & Cancell. 16. Cal. Apr. Indict. 3. Incarnat. Dom. anno 1154. Pont. verò D. Hadriani pp 4. anno primo.

Alex. Innoc. Luc. Eug. Anast. Alexander eius nominis III. Pont. Max. superiorum quattuor Præcessorum mentione repetita Innocentij, Lucij, Eugenij, & Anastasij: Guidoni Priori, & Canonicis Ordinem Canonicum cõfirmat, atque eadem omnia, quæ ab illis Priuilegia, & bona concessa, & cõdonata, comprobat, speciatimq; Ecclesiã S. Saluatoris in Vrbe Bononia per suas litteras sub Dat Beneuenti 18. Cal. Iunij, Anno Verbi incarnati 1169 Pont. X. sub nu. 15. Perpetuus autem Guidonis Prioris, & Canonicorum successus in Canonica, siue Monasterio Rhænano comprobatur publicis Instrumentis quamplurimis, nempè duobus 1139. 12. Nouemb. Aymerico Notario. 1149 7. Nou. Rolando, 1151. 11. Martij, Vgone. 1156. 12. Nou. Ramberto, 1170. 19. Apr. Raynerio. 1172. 5. Nou. Raynerio etiam Notarijs, quæ oĩa in Registris Monasterij referuntur, & in Catastis authentica habentur

tur. Videtur autem Guido annos circiter 37. suo in Prioratu transegisse: Obijt n. 3. Cal. Iun. anno 1173. vt in Calendario veteri Monasterij notatum habetur: sed amplius fuisse constat ex eo, quòd Prioratus eius initium non tenemus. Porrò Ecclesia S. Saluatoris in Vrbe Bononia cum Canonica S. Mariæ Rhænanæ Religionis iure cõiuncta in his omnibus contractibus memoratur. Nam duorum postremorum, alterum in Ecclesia ipsa S. Saluatoris, alterum in Claustro eiusdem dicitur celebratum, & in priori quoque, præter Priorem Guidonem S. Mariæ, tres S. Saluatoris Canonici adducunt hi

Domnus Albinus,
Domnus Iaccinus, &
Domnus Albertus.

Tùm verò

Alexander idem Pont. Gherardo Priori, qui Guidoni successerat, & Canonicis suis in Monasterio Rhænano iterùm Canonicorũ Ordinem ibidem confirmat: ipsos in suam, & Apostolicæ sedis protectionem suscipit: eorum bona omnia, & loca, sartatecta conseruãda perpetuò mãdat: interq. alia Ecclesias S. Saluatoris in Vrbe Bononia, & S. Praxedis Romæ, quas per Anastasium IV. Præcessorẽ suum concessas dicit, Cardinalis titulum sibi in integrum reseruãs: Cæterùm ijsdem, quibus ipse superius, & Prçcessores antea, Priuilegijs Canonicam, Canonicosq; prosequitur. Hæc autem repetiuisse vr̃ tùm ob nouã Gherardi Prioris Electionem, tùm quia in Superioribus nullam de Ecclesia S. Praxedis mentionem fecisset. Huius autem Priuilegij literæ datæ sunt Anagniæ 10. Cal. Febr. anno Dom. Incarn. 1177 Pont. 19. signatæ num. 18. quas Nos eadem de causa, qua Superiores Hadriani, hic ad verbum subiecimus. *Alex.* *Anast.*

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Gherardo Priori Ecclesiæ S. Mariæ de Rhæno, eiusq; fratribus tàm præsentibus, quàm futuris Regularem Vitam professis in perpetuum. Cum Nobis sit, licet immeritis, omnium Ecclesiarum cura, & sollicitudo commissa, pro statu Ecclesiæ vestræ Pastoralem cogimur sollicitudinem gerere, & paci vestræ, prout Nobis Dominus dederit, intendere diligenter. Vt autem à prauorum incursibus Apostolica sitis defensione muniti, Ecclesiam vestram, in qua Diuino estis obsequio mancipati, inducti pijs precibus, & iustis postulationibus vestris; sub B. Petri, & Nostra protectione suscipimus, & præ- *Alex.*

sens

ſentis ſcripti Priuilegio communimus. Statuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè, & Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtāte Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant: In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo prædicta Eccleſia conſtructa eſt cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam S. Andreę in Turricella, Eccleſiam S. Donnini iuxtà Bagnum, Eccleſiam S. Saluatoris, Eccleſiam quoque S. Praxedis (ſicut à piæ memorię prędeceſſore Noſtro Papa Anaſtaſio vobis conceſſa eſt, ſaluo iure, & reuerentia Cardinalis, qui pro tempore in eadem Eccleſia fuerit) vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus; Libertates quoque, & immunitates rationabiliter indultas à bonæ memoriæ Gherardo quondam Bononienſi Epiſcopo Eccleſiæ veſtræ, & alijs Eccleſijs veſtris, quas prædiximus, videlicet: vt cum omnibus rebus ſuis tàm mobilibus, quàm immobilibus ab omni conditione, & ſeruitio, & tributo tenentium ab Epiſcopo, tàm Monachorum, & Clericorū, quàm Laicorum, vel alicuius tàm magnę, quàm paruæ perſonæ dominio (præter Epiſcopale ius) liberæ ſint pœnitus, & quietæ, ratas habemus, & firmas, eaſq; perpetuis temporibus illibatas manere cenſemus; liceat quoque vobis Clericos, & Laicos è ſæculo fugientes liberos, & abſolutos ad conuerſionem recipere, & in veſtra Eccleſia abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in loco veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco abſque licentia Prioris ſui, niſi obtentu arctioris Religionis, diſcedere: Diſcedentem verò ſine communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere: Si verò diſceſſerit, & à vobis commonitus redire contempſerit, fas ſit tibi fili Prior, tuiſq; ſucceſſoribus, ſicut præfatus Bononienſis Epiſcopus ſtatuit, ipſum à Diuinis Officijs interdicere: interdictum verò nullus Abbas, ſeu Prælatus Bononienſis Epiſcopatus contrà Statutum eiuſdem Epiſcopi infra Epiſcopatū ipſum recipere audeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint (niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint) nullus obſiſtat: ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum

corpora

corpora assumũtur: Ad hæc Ordines Clericorum vestrorum, à quo malueritis Catholico Episcopo suscipiendi liberam vobis concedimus facultatem, sicut memoratus Episcopus facultatem ipsam vobis per scriptum authenticum noscitur indulsisse: fructuum quoque vestrorum, vndecunque de Episcopatu Bononiensi aduenientium, decimas vobis confirmamus: sicut eædem decimæ sunt ab eodem Episcopo Ecclesiæ vestræ prouida circunspectione concessæ. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominũ liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: Sed omnia integra, & illibata seruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura: Salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & Bononiens. Episcopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc Nostræ Constitutionis paginam sciens contrà eam venire tentauerit temerè: Secundò, Tertiòve commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui Dignitate careat, reamq; se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit Pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hi fructũ bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia pacis æternæ inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Vbaldus Ostiensis Episcopus.
Ego Io. presb. Card. SS. Io. & Pauli, tit. Pamachij.
Ego Albertus presb. Card. tit. S. Laurentij in Lucina.
Ego Boso presb. Card. S. Potentianæ, tit. Pastoris.
Ego Io. presb. Card. tit. S. Marci.
Ego Petrus presb. Card. tit. S. Susannæ.
Ego Iacobus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin.
Ego Cinthyus Diac. Card. S. Adriani.
Ego Vgo Diac. Card. S. Angeli.
Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Dat. Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, & Notarij, 10. Calend. Februarij, Indictione 11. Incarnat Domin. 1177.

Pontif. verò D. Papæ Alexandri Tertij, anno 19. Gherardus hic Prior Secundus Guidoni fucceffit anno 1173. à Canonicis ritè electus, de quo tamen nihil refertur antè Alexandri huius Priuilegium. Federicus Primus Romanorum Imperator, qui in Calendario veteri patronus Ecclefię S. Mariæ Rhænanæ appellatur, fub hoc ferè tempore, Priuilegio fuo Monafterium, & Canonicos in fuam recipit Protectionem, Ordinemq; ipsum, & bona eius, omnia Sartatecta conferuanda imperat litteris fuis, fub datum Vuizeburg, anno 1187. fub num. 19. Hæ verò litteræ probantur Priuilegio Hērici filij, qui Federici huiufce patris mētionem facit in Priuilegio, quod ipfe quoq. in Monafterio, & Canonicis (vt inferius dicemus) conceffit: ac multò magis Priuilegio ampliori, ac locupletiori Caroli eius nominis V. Romanorum Imperatoris Monafterio Domini Saluatoris iampridem conceffo; ideft anno à Chrifto Saluatore nato 1533. die 20. Ian. de quo poftea fuo loco videbimus. Alexander, qui fuprà, Priori Gherardo, & Canonicis eadem fermè ad verbum Priuilegia à fe antea conceffa iterùm confirmat: repetita Ecclefiæ S. Saluatoris Bononienfis, & S. Praxedis Romanæ mētione: Illud verò addit (cuius potiffimùm caufa Priuilegium hoc renouaffe vr̄) quod nouas quafdam, & indebitas exactiones propulfat, atq. in perpetuum fufceptæ à fe Protectionis huiufce monumentū Monafterio, & Canonicis, vt duos folidos Lucenfes quotannis fibi, fucceffioribusq; fuis perfoluant, imponit per fuas litteras datas Tufculani 12. Calend. Ianuarij, anno 1178. Pontif. 20. fub numero 20.

Feder. I Imper. *Henr.* *Car. 5.* *Alex. 3*

Alex. 3 Alexander idem donationem Gherardo, & Canonicis factam à Guidone Ardicionis, & à Rolādo Brocca Feltrenf. de Caftro Bagni approbat fuis litteris Dat. 4. Id. Ian. anno 1179 Pont. certè 21. fub num. 21. Lucius eius nominis Tertius Romanus Pontifex Canonicum Ordinem confirmat, Gherardumq; Priorem, & Canonicos ijfdem, quibus fuperiores omnes. Priuilegijs donat, facta etiam de Ecclefia S. Saluatoris Bononienfi, & alterius S. Praxedis Romanæ vrbis commemoratione: quam anteà per Anaftafium, & Alexādrum Prædeceffores conceffā affirmat fuis litteris Dat. Velitri. 5. Non. Maij. anno 1182. Pont. primo, fub num. 27. Lucius idem Epos Vniuerfos certiores facit de indulto à fe Canonicis S. Mariæ Rhænanæ conceffo; de ordinibus facris à quouis (dummodò Catholico Antiftite) liberè fufcipiendis per fuas litteras Dat. Veronæ 10. Cal.

Luc. 3. *Anast. Alex. 3 Luc. 3.*

Iun.

Iun.anno(vt præsumitur) 1182.eodem: nã deest annus sub nu.29.
Fides quoque fit Gherardum Priorem hunc secundum suo in Prioratu ad annum vsq.1183.fuisse: idest annos 11.Prioratum gessisse: publicis aliquot extantib.Instrumentis ijs.1180.19.Martij.1181.1.Sept.Gherardo.1182.28.Maij.Alberto.1182.29.Decemb.Ildebrando.1183.2.Martij,Gherardo eodem,Notarijs:quo.s.anno hic Aquensis Ecclesiæ Episcopus factus est: & ad annum vsque 1190. vixit,vt in Calendario veteri annotatur.Ecclesia autem,seu Monasterium S.Saluatoris hoc loco commemoratur.Nam postrema duo instrumenta in Claustro S.Saluatoris acta dicuntur, & in ijs referuntur Canonici ij, præter Gherardum ipsum Priorem.

Domnus Gualterius Præpositus, D.Odericus, D.Albertus Morandus,D.Vgo presby.D.Lamphrancus,D.Petrus presb.D.Rodulphus à Ponteclo.D.Vgo à Vedrana, D.Tignitroazzo, D. Gherardus Gallicianus,D.Michael,& D.Facidus à Casa sua.Huic aũt Gherardo successit Vgo Prior ritè à Canonicis electus anno à conceptu Virgineo.1184.vt ex litteris Lucij subiectis. Lucius Pontifex idem Episcopo Ferrariensi committit, vt venditionem Hospitalis Casaliolæ per Gherardum q Priorem S.Mariæ RhænanæArchiepiscopo Roffeno factam rescindat,aut inter Canonicos,& hunc componat per suas litteras sub Dat.Anagniæ 8.Cal.Decemb.anno 1184. Nam exemplum litterarum Vgoni Priori transmissum per Episcopum fuit,quod in Monasterij Registris refertur. Vrbanus eius nominis III.Pontifex Maximus Lucij successor proximus,Vgoni,& Canonicis Fratrib. in perpetuum Canonicum Ordinem confirmat: in suã, & Sedis Apostolicæ Protectionem suscipit, & Vgoni ipsi Priori,& Canonicis omnia superiorum Præcessorum Priuilegia renouat, & bona omnia,ac loca sartatecta conseruanda mandat; inter quæ Ecclesias S.Saluatoris Bononien.& S. Praxedis in Vrbe recenset,quas per superiores Prædecessores Anastasium,Alexandrum,& Lucium concessas dicit per litteras suas Dat. Veronæ 6.Cal. Febr. anno 1185.Pont.primo,sub num. 33. Vrbani eiusdem quaternæ extant litteræ breuiores; omnes sub Dat. anno ab incarnato Verbo 1187. Pont.primo,sed non ad eosdem datæ,neque ijsdem de rebus:Binæ enim ad Christifideles per totam Rauennatem Prouinciam pro refectione Pontis Rhænani;alteræ.Id.Iunij.sub num.34. Alteræ 11. Cal.Feb.sub num.36.tertiæ Archipresbytero, & Canonicis Bononiensibus

Luc. 3.

Vrb.3.

Anast.
Alex.
Luc.
Vrb.3.

nienfibus pro immunitate Decimarum Id.Iul.fub num. 35. Poftremæ, Vniuerfis Epifcopis pro facris ordinibus conferendis, & 11. Cal. Febr. fub num. 37. Clemens Pont. Max. eius nominis Tertius, qui Vrbano fucceffit poft Gregorium Octauum in Pontificatu intra quinquaginta dies defunctum, Vgoni Priori, & Canonicis Priuilegia Superiorum Prædeceffforum omnium confirmat; & bona omnia, & loca Sartatecta conferuanda mandat: & interea, fpeciatim Ecclefię f. S. Saluatoris Bononienfis, & S. Praxedis Romanæ, quę per Præceffores fuos Anaftafium, Alexandrum, Lucium, & Vrbanum antea conceffa, declarat fuis litteris fub Dat. Laterani 16. Cal. Apr. anno 1187. Pont. primo fub num. 38. Clemens idem Epifcopos vniuerfos monet de Priuilegio à Lucio, & Vrbano Præcefforibus indulto Canonicis Rhenanis de facris Ordinibus à quibufcunque Epifcopis liberè fufcipiendis: quod feruari mandat per fuas litteras Dat. Laterani. 5. Non. Martij, anno Domini 1187. Pont. primo, fub num. 43. Henricus eius nominis VI. Romanorum Imperator Federici Patris, cuius fuperius mentio facta eft, veftigia fectatus Canonicæ Rhenanæ locupletiffimum confert Priuilegium, & Paternum amplificat. Canonicos fub Protectione fua collocat cum bonis eorundem, locis, colonis, famulis omnibus, atque ea Sartatecta cõferuari iubet, propofita pœna librarum decem auri, æquis portionib. Canonicis ipfis, & Imperiali fifco foluendarum, per litteras fuas fub Dat. apud Bononiam 5. Cal. Sept. anno Dom. incar. 1187. fub num. 41. Hoc autem Priuilegium, & alterum Federici Patris recēfetur, ac probatur in Priuilegio Caroli V. Romanorum Imperatoris, de quo fuperius in Federico dictum eft. Gherardus Epifcopus Bononienfis veftigijs Superiorum Pontificum infiftendo, Priuilegia, exemptiones, immunitatesq; Priori Vgoni, & Canonicis Rhenanis confert, ac reuocat omnia antè conceffa, appellata fimiliter Ecclefia S. Saluatoris in Vrbe Bononia per fuas litteras Dat. Bononiæ, anno 1194. fub nu. 58. & extat exemplum authenticum manu Carbonis Notarij. Innocentius Tertius Pontif. Max. Epifcopo Bononiæ, & fimiliter Mutinæ mandat, vt Altare nouum in Ecclefia S. Saluatoris Bononienfis, quod Scholares Anglici redintegrādum, ac transferendum in honorem D. Thomæ Archiepifcopi Cantuarienfis, & Martyris curarunt, ritè confecrent quāprimùm per fuas litteras Dat. Laterani. 2. Non. Iun. anno 1203. Pont. 5. fub nu. 7. de

[Margin notes: Clem. 3. — Anaſt. Alex. Luc. Urban. — Clem. 3. — Henr. 6. Imp. — Feder. Carol. 5. — Innoc. 3]

qua re superius. Innocentius idem Vniuersis Episcopis, vt Canonicos quoscunque S.Mariæ Rhænanæ, qui ad eos sacrorum Ordinum suscipiendorum causa adierint, sacris initiandos curent iuxtà indulta illis ab Episcopis Bonon. sibi concessa, & elargita, Lucij, Vrbani, Clementis Prædecessorum exemplo mandat suis litteris Ferentin.13.Cal.Iun. anno à cõcepto Verbo,1204.Pont.6.sub n.8. Vgonis verò Prioratus monstratur quamplurimis publicis extantibus Instrumentis,& in Registris Monasterij notatis 1187.14.Cal. Iul.& 1187.3.Cal.Dec. Gutiphredo 1188.10.Cal.Iun.Horabono; & 15.Cal.Iul.Tettacapra.1189.7.Id.Sept.& ternis alijs 6.Id.Decembris Tettacapra Notario 1190. 11.Cal.Febr.Ioanne.1191. 5.Calen. Aug.1192.15.Cal.Feb.& 5.Cal.Maij.& 3.Cal.Aug.1193.3.Id.Feb. Tettacapra eodem:& 1193.4.Non.Decemb.Mamphrædino.1195. 7.Cal.Octob.& 6.Id.Nouemb.Tettacapra.1196.13.Cal.Ian.Guidone. & 5.Id.Decemb.Ioanne.1197.10. Cal.Sept.1198. 3.Cal.Martij.& Cal.Maij.1199.14.Cal.Iul.Tettacapra:etiam 1199.Id.Septẽb. Henrogetto:& pridie Non.Nou. Tettacapra.1200.6.Non.Maij:& 14.Cal.Aug.Vgolino.1201. 6.Id.Ian.Guacho.& 3.Cal.Feb.Henrico.1202.17.Cal.Apr.& 16.Cal.Nou.Tettacapra.1202.die 20.Nou. Carbone.& 6.Cal.Dec.1207.die 10.Iul.& 7.id.Sept.1209.8.Id. Dec.Tettacapra Notarijs rogatis.1205.3.Cal.Dec.& Prid.Cal.Dec. In his ferè Instrumentis omnibus Monasterium S.Saluatoris commemoratur; apud quod in Claustro pleraque confecta dicuntur. Porrò hic Canonici prȩter Vgonem Priorem referuntur hi.Domnus Vgutio Præpositus.Domnus Dominicus.D.Lambertus ab Argellata.D.Raynerius Lucensis.D. Albertus à Petrosa. D.Michael. D.Odoricus. D.Rodulphus. D.Albertus à Roffeno. D.Petrus ab Argellata. D.Presbyterinus. D.Henricus. D. Gherardus. D. Lamphrancus.D.Vgo à Petralbino.D.Gherardus Galliciani.D.Stephanus presbyter.D.Ioannes Romanus. D.Tygrinus.D.Landulphus. D.Ioannes Zaccharię.D.Bernardus.D.Gandulphus.D.Bonandus. D.Dominicus, vulgò Spiritus Sanctus; vbi obiter aduertendum Canonicos hos antiquissimo tempore Titulo Domnorum, vel Dõnorum insignitos fuisse. Vgo igitur Prior vixit in Prioratu annos circiter 25. Nam creatus est anno 1183. & obijt 1208. vt superius dictum est: quo quidem anno suffectus est in eius locum Raynerius primus eius hominis Prior. Honorius, qui Innocentio proxi-

Inn. Luc. Vrb. Clem.

Hon.3. mè successit, eius nominis Tertius Pont. Max. auctoritate sua corroborat, confirmatq; Priuilegia omnia Priori Vgoni, & Canonicis suis antea per Gherardum Bononiæ Episcopum collata: quæ ad verbum refert suis litteris, sub Dat. Laterani, 3. Id. April. à concepto Saluatore Mundi 1227. Pont. 1. sub num. 51. Hoc autem Gherardi Priuilegium, quoniam amplissimũ est, & ad Dignitatem simul, ac amplitudinem Canonicæ Rhænanæ demonstrandam maximè facit, propterea non ab re hic integrum subijciendum statuimus vnà cum Honorij confirmatione.

Hon.3. Honorius Episcopus seruus seruorum Dei: Dilectis filijs Priori, & fratribus Ecclesiæ S. Mariæ de Rhæno salutem, & Apostolicam Benedictionem. Iustis petentium desiderijs dignum est Nos facilẽ præbere consensum, & vota, quę à rationis trãmite non discordãt, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, concessiones, & confirmationes, constitutiones, & libertates tàm in obseruatione Ordinis Monasterij vestri, & ordinatione Clericorum vestrorum, quàm in Ecclesijs, & decimis, primitijs, oblationibus, terris, vineis, oliuetis, syluis, pratis, piscationibus, & alijs rebus à Venerabili fratre Nostro Gherardo Bononiensi Episcopo, de consensu Capituli sui, vobis indultas ratas habentes, eas sicut iustè, ac pacificè obtinetis, vt in authentico ipsius Episcopi, cuius tenorem de verbo ad verbum præsenti iussimus paginæ annotari, plenius continetur: Vobis, & per vos prædicto Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem authentici memorati est talis. In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Gherardus Dei gratia Bononiensis Ecclesiæ Minister, licet indignus: Dilectis filijs Vgoni Priori, & fratribus Ecclesiæ S. Mariæ, quæ iuxtà Rhænum sita est, Diuino seruitio mancipatis tàm præsentibus, quàm futuris in perpetuum. Ecclesiasticæ sollicitudinis pietas Nos iugiter admonet, vt Religiosas personas, atque Religionem Deo placitam studeamus modis omnibus augendo diligere, & diligendo propagare. Nunquam enim obsequiũ Deo gratum impenditur, nisi ex radice charitatis procedat, vt à Religionis puritate vndique custodiatur. Proindè dilecti in Domino filij vestris petitionibus clementer annuentes Ecclesiam S. Mariæ iuxtà Rhænum positam, Ecclesiam S. Andreæ in Turricella, Eccle-

siam

siam S.Donnini iuxtà Bagnum, Ecclesiam S.Blasij de Casaliola, Ecclesiam S.Mariæ de Monte Guardiæ, Ecclesiam S.Iacobi de Casa Dei, vel si quam aliam ædificaueritis, vel acquisieritis, in qua vacatis, vel vacabitis Diuino Officio, vt Ecclesiam S.Saluatoris, Sanctæ Bononiensis Ecclesiæ Matris Nostræ Priuilegio decreuimus muniendas. Vt igitur locorum vestrorum quies per Dei gratiam tranquilla, & tuta persistat, statuimus, vt prædictæ Ecclesiæ cum suis rebus tàm mobilibus, quàm immobilibus iustè sibi pertinentibus in omnibus, & per omnia sint liberæ ab omni condictione, atque seruitio, seu tributo tàm Monachorum, & Clericorum, quàm Laicorum, vel alicuius tàm paruæ, quàm magnæ personæ Dominio, præter Episcopale ius. Insuper vobis, vestrisq; successoribus perpetualiter concedimus, vt hoc, quod modò ad ius, siue de iure vestræ Ecclesiæ Sanctæ Bononiensis habetis, & detinetis, seu in futurum iustè acquisituri estis, siue à quibuscunque alijs, quomodocunque vobis, aut vestris successoribus aliquid iustè obuenerit, siue ab alijs Ecclesijs, vel personis tàm Clericorum, quàm Laicorum habetis, vel detinetis, & in antea iustè acquisieritis, in decimis scilicet, in primitijs, in alijs quibuscunque fidelium oblationibus, tàm viuorum, quàm defunctorum: terras quoque, vineas, & oliueta, syluas cum pratis, piscationes, paludes, aquas cum omnibus vsibus earum, colonos, & inquilinos, Domnicatum, & ordinatum, diuisum, & indiuisum, cultum, & incultum, omnia, & ex omnibus cum vniuersis vsibus suis, tàm fructifera, quàm infructifera, in montibus deniq; & in planitijs, & vbicunque modo detinetis, vel quocunque iure habetis, aut in futurum habebitis, vel acquisieritis cum scripto, siue sine scripto: Hæc autem omnia (sicut superius legitur) vobis, vestrisq; successoribus in eisdem Ecclesijs manentibus, per huius Decreti paginam damus, concedimus, atque largimur, & ab omni vinculo, siue dominio (præter Episcopale ius) libera, & absoluta ab omni contradicente homine esse præcipimus, & in perpetuum concedimus, atque firmamus. Vitæ quoque Canonicæ Ordinem, quem professi estis, præsentis Priuilegij auctoritate roboramus: Sancientes, vt nemini inter vos, professione exhibita, liberum sit sine tua, vel eorum, qui post te in Ecclesiæ regimine successerint, aut sine communi Congregationis licentia, de claustro discedere: Quòd si discesserit, & commonitus redire contempserit, tibi, tuisq; succes-

soribus

soribus facultas sit eiusmodi vbilibet à suis officijs interdicere. Interdictum verò nullus Abbas, siue Prælatus aliquis infra Nostrum Episcopatum suscipiat. Sanè clericos sæculariter viuentes ad conuersionem suscipere nullius Archipresbyteri Nostri Episcopatus contradictio vos inhibeat, quandiù s. apud uos Canonici Ordinis tenet, præstante Domino, viguerit. Porrò sepulturas locorum vestrorum omninò liberas esse iubemus, vt eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni, & extremæ voluntati, (nisi fortè excommunicati sint) nullus obsistat. Ordines Clericorum à quo malueritis Catholico Episcopo suscipere locorum vestrorum fratribus permittimus. Laicorum ēt Nostri Epatus susceptiones ad disciplinæ videlicet Regularis conuersionem, (nisi fortè legalibus conditionib. teneantur obnoxij) à nullo homine permittimus interdici; sed & Clericorum tonsiones, qui regulariter in loco vestro viuere per professionem deliberauerint: fructuum autem vestrorum vndecunq. aduenientium, & terrarum vestrarum tàm de noualib. prædijs, quàm de antiquis, à quocunq. colantur, decimas, sine alicuius personę contradictione vobis concedimus obtinendas. Et insuper vobis, vestrisque successorib. in perpetuum decimas omnium possessionū, quæ fuerunt Gherardi de Sala in Sala, & in S. Helena cōcedimus, & concessas huius Priuilegij munimine roboramus, saluo iure Ecclesiarū de Sala: secundum quod D. Henricus Episc. fę. mem. vobis obtinendas concessit. Decernimus ergo vt nulli hominū liceat Ecclesias vestras temerè vllo modo perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs vexationib. fatigare: sed omnia integra conseruentur, & ab omni vinculo, & conditione, atque tributo (sicut superius legitur) in perpetuum absoluantur. Si quis igitur Decreti huius tenore cognito (quod absit) contraire tētauerit, honoris sui, & officij periculum patiatur, aut excōicationis vltione plectatur, nisi præsumptionem suam satisfactione correxerit. Amen, amen, amen.

Henr.

Ego Gherardus Bononiens. Episc. manu mea subscripsi.
Ego Guido Diacon. Bononiens. manu mea subscripsi.
Ego Mag. Oddo Bonon. Ecclesiæ Diac. manu mea subscripsi.
Ego Henricus Bononiens. Archid. manu mea subscripsi.
Ego Presbyter Bonon. Ecclesię Canonicus manu mea subscripsi.
Ego Vgolinus Bonon. Ecclesiæ Can. manu mea subscripsi.

Ego

Ego Lamphrancus Bonon.Can.manu mea subscripsi.
Ego Sacerdos Algesius manu mea subscripsi.
Ego Sacerdos Albertus Canon.S.Petri manu mea subscripsi.
Ego Bonaguisa Bonon.Ecclesiæ Subdiac.manu mea subscripsi.
Ego Guido de Baniolo Bonon.Can. manu mea subscripsi.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.Dat.Laterani 3.Id.Apr.Pont.Nostri anno 1.

Ego Honorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Honorius idem Raynerio Priori S.Mariæ ad Rhænum,& S.Saluatoris Bononiensis,& Canonicis Priuilegium tribuit,vt clausis ianuis,sacris operari in ipsorum Ecclesia liceat(si quando ciuitas Bononiæ interdici sacris contigerit)per suas litteras,dat.Reate 7.Cal. Iul.anno 1220.Pont.3. sub num.55. Hoc autem loco illud in primis obseruandum monemus,Ecclesiam Domini Saluatoris in Vrbe Bononia Monasterium primùm, & Canonicæ S.Mariæ Rhænanæ vnitum dici cœptum,ac deinceps continenter dictum,vsq.quò Canonica ipsa Rhęnana(vt initio diximus)consumpta,& reliquijs eius in Vrbem translatis, vnicum Saluatoris nomen, ac Monasterium passim,& scriptis,& voce celebrari cœpit. Gregorius eius nominis Nonus Pontifex Maximus, Honorij successor proximus, Raynerio Priori S.Mariæ propè Rhænum, & S.Saluatoris in Vrbe Bononia, & Canonicis suis idem concedit Priuilegium, vt fas sit operam dare sacris in ipsorum Ecclesijs, ianuis tamen occlusis, & campanis minimè pulsatis, per suas litteras dat. Anagniæ, pridie Non.Aug.anno Dominicæ Incarn.1227.Pont.1.sub num.85. Gregorius idem peculiari suo Priuilegio Honorij Præcessoris confirmat Priuilegium id, per quod Honorius ipse Priuilegia Gherardi Episcopi Bononiensis antea firma,rataq; esse voluerat: quæ similiter Priuilegia hic ad verba inserta habentur ex ipsius litteris, dat. quoque Anagniæ 8.Id.Aug. anno Dom.Incarn.1227.Pont.1.sub num.86. Raynerius Prior spontè sese Prioratu abdicauit, puto,senio iam grauescens,& cœlestia magis,quàm humana cogitans, anno 1229.Nam hoc ipso anno 14. die Nou.legitur Michael Prior in Instrumento rogato per Herrigettum Notarium, & ipse Rayne-

Hon.
Greg. 9.
Greg. 9.
Hon. 3.
Gher. ep. Bon.

rius, anno 1230. die 4. Nou. interfuit electioni Thomæ Prioris, defuncto, scilicet, Michaele, qui Raynerio ipsi viuenti fuerat subrogatus Carbone Notario. Raynerius igitur Prioratum egit annos circiter 22. à quo absolutus, obijsse anno 1233. in Calendario memoratur. Huius autem Prioratus successum, ac progressum ostẽdunt quamplurima, quæ penes Monasterium sunt, publica Instrumenta: idest anno Domini 1209. die 11. Ian. & 10. Cal. Maij, & 4. & pridie Non. & 7. Id. Iun. Tetacapra Notario 1210. 16. Ian. Florabono, & 11. Apr. Boloneto, & pridie Id. Sept. & 10. Cal. Octobris, & 8. & 4. Cal. Nou. Tetacapra, & Cal. Nou. duobus Aegydio, & 8. die Nou. Iacobo, & 11. Dec. Petro, 1211. 14. Octobris, Guascone, 1212. 15. Martij, Raynerio, & 13. & 15. Dec. Carbone, 1213. vlt. Feb. etiam Carbone, & 6. Nou. Raynerio, 1214. 6. Iun. Carbone, 1215. 11. Maij, Ioanne, & 14. Octobris, & 3. Dec. Carbone, 1216. 4. Ian. & 14. Dec. Carbone eodẽ, 1217. 11. Febr. Bernardino, & 10. Febr. Rodulpho, & 4. Apr. Nicolao, & 7. eiusdem, Carbone, 1221. 4. & 14. Ian. & 1. & 4. Feb. & 12. Apr. & 13. & 14. Iun. & 13. Iul. & 9. Sept. & 14. Octobris, & 14. Nou. 1223. 14. Iun. 1224. 4. Maij, 16. Iulij, 13. Sept. 8. Octobris, 1225. 4. & 5. Octobr. 4. Nou. & 14. Dec. 1226. 13. Octob. 1227. 5. 6. & 15. Martij, 8. Octobris, omnibus Carbone Notarijs rogatis, in quibus passim referuntur hi Canonici. D. Thomas, siue Thomasius Præpositus, D. Vgo Petralbinus, D. Magister Raynerius, D. Iacobus, D. Bernardus, D. Michael, D. Michael Iosephi, D. Lambertus, D. Ioannes à Casaleclo, D. Vgolinus, D. Odoricus, D. Vincẽtius, D. Petrus Argellatensis, D. Haylinus, D. Bonus, D. Bonandus, Dom. Gherardus, D. Stephaninus, D. Io. Romanus, D. Aegydius, D. Henricus, D. Magister Petrus, D. Rodulphus, D. Petrusbonus. D. Gottifredus, D. Solidus. Illud prǽterea obseruandum est Raynerium hũc & primum S. Mariæ, & S. Saluatoris simul Priorem, sicuti ab Honorio (vt diximus) Pontifice, ita à Notarijs etiam dici, ac scribi, vel ab ipso Prioratus initio cœptum, vt in prædictis Instrumentis omnibus videre licet. Michael igitur Prior quintus in Monasterijs S. Mariæ, & S. Saluatoris Raynerio viuenti successor datus est, cuius Prioratus ostenditur tribus extantibus publicis Instrumentis, idẽ 1229. 14 die Nou. Henrigeto, 1230. 5. Martij, & 10. Octobris, Carbone Notarijs rogatis. At 21. abhinc die, nempè vltimò Mẽsis eiusdem, vitam cum morte commutauit Michael, vt in Calendario ve

teri

teri notatum habetur, fuit igitur in Prioratu annum ferè, quo tempore Canonici leguntur hi, D. Thomas Præpositus, D. Raynerius à Benno q. Prior, D. Solidus Prior S. Apollinaris, D. Romanus, D. Albertus, D. Raynerius à Valle, D. Benes, D. Ioannes à Casaleclo, D. Petrus Argellatensis, D. Stephanus, D. Haylinus, D. Bonus Archipresb. D. Guezus, D. Iacobus, D. Bonagratia, D. Bonuinus, D. Grymaldus, D. Giuibaldus, D. Sigrius, & D. Michael; De Cōuersis verò, nulla yllius mentio habetur. Huic porrò Michaeli Thomas, siue Thomasius Prior sextus successit, Canonicè à suis Canonicis fratribus electus, vt de eius electione apparet Instrumentū publicū manu Carbonis Notarij Bononiensis, sub die 4. Nou. anno Dom. Incarn. 1230. In huius verò electione interfuerunt Canonici prædicti omnes, & præterea Conuersi fratres, hi; Ranfredinus, Gherardus, Petrus Clauinus, Martinus, Gozolus, Ioanninus Iordanus, Ioanninus Licernas, Benceuenes, Bonus Albertus, Martinus, Viuianus, Guido à Preta, Theucius, Petrobonus à Ponte, omnes, & singuli Conuersi; Nam hi omnes nomine proprio tantummodò scripti, alij verò Conuersi per, C, litteram prænotati leguntur, C, Gherardinus à Ponte, C, Gherardinus Syndicus, C, Petrus de Lābatino, C, Guido de Monte, C, Raynaldinus à Gualdrada, C, Raynaldinus Cananarius, C, Petrus de Aldrogo, C, Ioāninus Thuscus, C, Bernardin⁹, C, Rodulphus, C, Vētura, C, Martinus, C, Mattheus, C, Aegydius à Casaleclo, C, Credolus, C, Michael, C, Petrus de Corno, C, Comes, C, Azzo de Badi, C, Michael de Sala, C, Benesegia Barci, C, Vgolinus de Gleola, & C, Vgolinus de Pragia, Omnes numero 37. Thomas autem ad annos decem, & octo Prioratum administrauit: nam anno Domini 1248. ad Episcopatum Imolensem assumptus est. Probatur autē eius successus, & administratio quāplurimis extantibus in hunc vsque diem publicis Instrumentis ijs, 1231. 16. Sept. 1232. 14. Apr. Carbone: etiam 1232. Mens. Sept. Bernardo, & 25. Octobris, Raynerio Caruaria, & 15. & duobus, vltimo Nou. 1233. 15. Ian. & 8. & 22. Febr. 1234 17. & 22. Ian. & 11. & 7. Maij, & 20. & 21. & 28. Sept. & 6 Dec. duobus Carbone Notarijs, 1235. 29. Ian. Thomasino, 3. & 7. Febr. Carbone, 13. Maij, Bernardo, 1236. 5. Febr. Carbone eodem, & 17. Apr. Fanino, & 22. & 26. eiusdem Ioseph, 1241. 3. & 23. Martij, & 20. Iul. & 27. Nou. 1242. 6. Nou. 1243. 6. Febr. Cambio, & 25. Iul. & 5. Aug. Bernardo, & 16.

litteris suis Dat.etiam Perusiæ Non.Febr. anno Domini,& Pontif. eiusdem sub num.26. Innocentius, qui suprà Priori S. Ioannis in Monte committit, vt in ea causa Priorem, & Canonicos S.Mariæ tueatur, & Sartatecta ab omni molestia, & damno malorum conseruet, suis litteris Dat.similiter Perusię.15.Cal.Mar.anno Domini, & Pont.eodem sub num. 27. Gregorius Pont. Max. eius nominis X.Priori S.Barbatiani Bononiensis committit, vt Canonicos Rhænanos à molestijs Priorissæ S. Matthiæ super Sacello S.Mariæ de Montisguardia vendicet, per suas litteras Dat. Laterani Prid. Id. Maij.anno Domini 1227. sub num. 75. Pont.1. De huius autem Prioratu satis superq. constat quamplurimis publicis extantib. instrumentis,& apud Canonicos accuratissimè adhuc asseruatis, idest 1249. 6.Iul. Bonauentura: etiam 1249. Carbone. 1251. & 1252. Berardo. 1252. Carbone. 1253. Iacopino. 1253. 13.Sept. Vbaldino. & 1253. 5.Octobr. Paulo. 1253. 10.Octobris. Vgolino. 1253. 8.Febr. 1254. Rambertuccio. & 1254. Bartholomæo; & quattuor simul, Carbone. 1255. Bellentio, & 10. Maij. Bellencino. 1256. Amato. 1258. 1259. Berardo. 1263. 4. Octobr. Rodulpho. 1264. 14.Martij, Alberto. 1257. 29.Maij, etiam Alberto, etiam 1267. Carbone. 1268. 28.Martij, Alberto. 1271. 2.Dec. Notario Episcopatus, Notarijs, in quibus passim referuntur Canonici hi. Domnus Ioannes Albertini Præpositus, *D.*Albertus, *D.* Petrus, *D.* Bonadies, *D.*Rolandus, *D.*Benes, *D.*Stephanus, *D.* Boloninus, *D.* Michael, *D.* Petrus Zaccharia, *D.*Bonagratia, *D.* Ioannes Parmens. *D.* Iacobus, *D.* Venantius, *D.*Guido, *D.* Ioannes Argellatensis, *D.* Matthæus, *D.* Iacobinus, *D.* Vgo, *D.*Nicolaus, *D.*Gherardus, *D.* Giuibaldus, *D.*Sigrius, *D.*Peuerarius, *D.* Grymaldus, *D.*Bartholomęus, & *D.* Symon. Porrò Ioannes Vbertini Prior 8. subrogatus est Guezo defuncto, anno *D*omini 1272. mense Maio, per Canonicos suos, qui quinque duntaxat Electioni huic interfuerunt nominis huius. *D.*Rolandus, *D.* Gherardus à Monte Maiori. *D.* Gherardus à Salustra, *D.* Matthæus, & *D.* Ioannes vterque ab Argellata; & per Conuersos numero quattuordecim, qui fuerunt hi. Bonadies, Pensibonus, Vgutio, Vgutio alter, Ioanninus, Gandelphinus, Multibonus, Candius, Bonacosa, Albertinus, Zanibonus, Rodulphus, Andriolus, & Bertolus. Hic tamen Ioannes non parùm passus est difficultatis in Prioratu incundo: quòd nimirùm al-

Greg. 10

tcr

ter creatus est Prior Ioannes Guglielmi, qui sacrario in Monasterio Rhænano præerat. Nam, facta inter Canonicos dissensione, hunc elegerunt octo Canonici hi. Domnus Michael, D. Iacobus, D. Petrus, D. Iacobinus, D. Franciscus, D. Venantius, & Domnus Guido. Cum Cæteri Canonici simul, & Conuersi omnes (vt diximus) Ioannem Vbertini prætulissent: Illi autem Guglielmo Episcopus Bononiens. faciebat: huic verò Vbertini Nobiles Bononienses, & Archiepiscopus Rauennas: quo factum est, vt post longam disceptationē tandem aliquandò Ioannes Guglielmi assertus Prior vnà cum Canonicis ijs, qui cum ipso faciebant, ad Ioannem Vbertini, qui in Monasterio agebat, remq; vti legimus, Prior administrabat, redierit, illiq; recōciliatus obediētiam præstiterit, cuius tamen certa habita ratio est. Hic itaq; Ioannes Vbertini vir probus fuit, & prudens, atque optimè Monasterium gubernauit. Vixit autem in Prioratu ad annum vsque 1311. quo anno die 8. Dec. vitam cum morte cōmutauit, vt in Calendario veteri, cuius antea meminimus, annotatur, atque annos 39. gessit Prioratum. Cæterùm de horum disceptatione, atque electione, deq. confirmatione Ioannis Vbertini, & perpetua successione in Prioratu constat quamplurimis publicis extantibus, & in Monasterio asseruatis instrumentis, idest sub anno 1272. 18. Maij, Spagnolo; etiam duobus 18. Maij, Vgolino; & quattuor simul, & 19. Maij. Bonauentura, etiam 19. Maij, Carbone: & 21. Maij, Vgolino; & duobus similiter 22. Maij, Vgolino eodem; ēt tribus simul 23. Maij, ēt Vgolino; & 1. Iunij, Alberto; & 1. Iunij Ioanne: & duobus 2. Iunij, altero Matthiolo, Blasio altero: & 4. Iunnij, Vgolino; & 6. Ioannes, & 14. Thomasio: & 16. Alberto, & 21. Bonauentura: tùm verò 22. Iul. etiam Bonauentura Item 1. Aug. Arnulpho, & 12. Bartholomæo, & 19. Nou. Paschalino: & 1273. 3. Decemb. Caccianimico: & 12. Martij, Bonauentura; & 24. Nouemb. Arnulpho: &: 1278. 5. Feb. Iacobo, & 16. Carbone. 1280. 10. Martij, Bartholomæo. 1282. 6. Maij, Vinciguerra: 8. Iul. Michaele, 16. Aug. & 28. Nou. Forense. 1283. Amico. & 7. Feb. Gulielmo. 24. Nou. Iacobo. 1284. 11. Apr. & 17. Iun. Arnulpho: & 1288. 10. Aprilis. Rolandino: 1294. 13. Aug. Thoma, 1296. 16. Octobr. Bonfiliolo. 1297. duob. vltimo Martij, Seuero. 1298. duobus, Maio, & Iunio, Ioanne: 1303. 17. Maij, Petro. 1304. 18. Martij, Vgolino. 1305. 29. Ian. Albertino; & 15. April. Ioanne, & 10. Iulij, Francisco, & 29.

Sept.

Septem. Ioanne,1306. 23.Ian. Francisco,1309.20.Iulij,Iacobo,& 1309.24.Iunij,Vgolino Notarijs.Porrò in his omnibus sub Ioanne Priore leguntur Canonici hi: *D.* Rolandus Præpositus, *D.* Bonadies,*D.*Petrus,*D.*Guido,*D.*Antonius,*D.*Bologninus,*D.*Gherardus à Syluestris,*D.*Ioannes Gulielmi,*D.*Matthæus,*D.*Iacobinus,*Dom.* Franciscus,*D.*Vgolinus,*D.*Michael,*D.*Iacobus,*D.*Venantius,D.Bonauentura,*D.* Gherardus à Monte Maiori, *D.*Ioannes ab Argellata,*D.*Petricciolus,*D.*Vgolinellus,D.Giuibaldus,& D.Io.Parmēsis. Cæterùm ab hoc ipso anno 1311.vsque ad annum 1320.nullus fuit in Monasterio Prior, propterea quòd Sedes Apostolica in Auinione posita omnia sibi sacerdotia, siue beneficia, ac Monasteria ipsa vacantia ad necessitates quasdam suas subleuandas ad aliquot annos reseruarat:Sed interim per Præpositum Canonicum,& Canonicos Syndicos à suo ipsorum Capitulo electos, res administrabantur,vt aliquot publicis probatur Instrumentis,nempè anno Domini 1312.15.Martij, Rodulpho 1313.28.Apr. Francisco 28.Nou. Philippo:& 13.Dec.eodem Philippo,1314.26.Martij,& 1319.20. Apr.etiam Philippo Notarijs rogatis. In hoc quasi inter Prioratu habentur.D.Boloninus,& D.Ioannes Syndici. Et præter hos octo in Monasterio Canonici alij,qui sunt. D.Matthæus Præpositus,D. Gratiolus ab Alerarijs, D.Gyraldus, D. Franciscus, D.Gulielmus, D. Andreas, D. Iacobus, & D.Nicolaus. Ioannes huius nominis *Ioan.*22 XXII. Pontifex Maximus committit D. Abbati S. Proculi Bononiensis, vt bona Monasterij S. Mariæ ablata restituenda procuret, censuris,& pœnis Ecclesiasticis opportunè adhibendis,per suas litteras dat.Auinione,5.Cal.Maij, anno Incar. Dom.1320. Pont.verò 4.sub num.7. Porrò hoc ipso anno 1320. subrogatus fuit Prior à Canonicis D.Gratiolus, qui nonus fuit: & ad annum vsq. 1328. Prioratum gessit:quo eodem anno non multò antè mortem Præpositum constituit suum D.Raynerium Ghiselerium, defuncto D. Matthæo Præposito. Huius autem Prioratus demonstratur publicis Instrumentis his,idest anno Dom.1322.24.Maij,& 25.Augusti, Iacobo,1323.21.Dec Iacobino,1325.19.Apr.Iacobo,1326 2 Ian. Benedicto:& 2.Febr.Lambertino:& 8.Francisco:& 9.Ioanne: & 1.Maij etiam Ioanne:& 26.Iun.Francisco,& 5.omnibus, Iacobo, & 1328.26.Iun.Manrio, & duobus 11.Dec. Petro Notarijs rogatis:quibus postremis Instrumentis,cum D.Matthæus Præpositus è

vita discessisset, D.Gratiolus Prior Præpositum (vt diximus) creat Ecclesiarum S.Saluatoris, & S.Mariæ propè Rhænum, D.Raynerium Ghiselerium huius Ecclesiæ Canonicum, eundemq. in Præpositurae ipsius possessionem ritè immittit. Hoc autem loco illud quoque animaduertendum est: Ecclesias S. Mariæ propè Rhænũ, & S.Saluatoris in Vrbe inuicem vnitas dici, & Ecclesiam S. Saluatoris suos Canonicos, & suum Præpositum peculiariter habuisse; quod de Canonicis iaminde ab initio factum fuisse constat ex primis Instrumentis, in quibus Canonicos S.Saluatoris descriptos, si legis, inuenias. Porrò ex Instrumentis, quæ sub Gratiolo Priore vidimus, leguntur Canonici hi. *D.*Matthæus Præpositus, *D.*Iacobus Syndicus, *D.*Andreas, *D.*Nicolaus, *D.*Petrus, *D.*Zaccharias, *D.*Beneuenutus, *D.*Franciscus, *D.*Perinus. Item Conuersi septem, quorum nomina referuntur hæc. Franciscinus, Petrus, Gratiadeus, Beneuenutus, Ioannes, Miceus, & Imolensis. Obijt autem *D.*Gratiolus Prior anno eodem 1328. die 20. *Dec.* Hic autem quo anno Prioratũ inijt, præcepta aliquot Canonicis suis ad honestè, religioseq; viuendum dedit, & ad Canonicam disciplinam Monasteria sua reuocauit, vt ex eius scriptis præceptis intelligere licet. Cęterùm Gratiolo successit Vbertus *Decretorum* professor, qui cum ad annos tres Prioratum fœliciter gessisset, in Episcopatum Concordiensem ascitus est, vt ex Calendario colligitur: Nullum autem sub huius administratione Instrumentum, nullamve scripturam factam, quæ momenti quicquam habeat, reperimus. Tùm verò ab huius promotione ad Episcopatum, ideſt ab anno Domini 1332. ad annum vsque 1342. nullus fuit Prior electus in Monasterijs: propterea qđ sibi iterùm Pontifex In Gallia residens omnia sibi Sacerdotia, ac Monasteria vacantia reseruasset: sed per Canonicos, & Canonicorum Syndicos, necnon Præpositum Raynerium Ghiselerium res administrata est, ad quod vsq. tempus nulla extat (quòd sciamus) authentica scriptura, nisi Instrumenta quattuor ideſt, 1334. 9. Octobris, Iulio Crasso, & 1338. 12. Maij, Gulielmo, quibus D.Raynerius Præpositus, quo de superius, à Canonicis suis pro Capitulo absoluitur à rerum administratione. Item etiam 1338. 9. Octobris, Gulielmo eodem, quo idem Dominus Præpositus absoluitur à censu quopiam à D. Bernardino Abbate Monasterij S. Bartholi Ferrariensis: & 1340. 8. Maij, etiam Gulielmo Notarijs. Ab anno verò

rò ipso, 1342. ad annum vsq. 1349. Priorem egit Ioannes Columna S.R.E.tit.S.Angeli Diaconus Card. à Sede Apost. à qua postea Sede Priores adhuc duo dati; tametsi ex Canonicis ipsis vsque ad vnitam sub Francisco Ghiselerio Priore Congregationem nostrã: sub hoc autem Priore Io.Card.duo tantũmodò contractus in Monasterij Registro referuntur, alter anno 1343. 20. Nou.Paulo: Alter 1344. 11. Dec. Iacobo Notarijs; plures verò extrà Registrum in voluminibus habentur, quæ ferè sunt absolutiones à fructuum solutione per fisci Apostolici Procuratores, nempè anno Domini 1345. 12.Apr.1346. 13.Maij, 1347. 25.Aug. Guillermo Notario. Item 1348.14.Apr.Blasio, quo D.Raynerius Ghiselerius Præpositus Monasteriorum à Ioanne Cardinali Priore Procurator cũ summa auctoritate constituitur:& 1348.15.Apr.Nicoluccio, Notarijs, quibus omnibus in contractibus duodecim Canonici referuntur hi: D.Raynerius Præpositus, & Syndicus, D. Petrus Francisci, D. Gulielmus Christianus, D. Ioannes Fauentinus, D. Bonauentura Gallutij, D.Fridericus à Luiano, D.Bartholomæus, D.Zaccharias, D.Beneuenutus, D.Thura, D.Paulinus, & D.Peregrinus. Clemens *Clem. 6.* eius nominis Sextus Pont.Max. mortuo in Gallijs Ioanne Cardin. Priore, in eius locum sufficit ipsum Raynerium Ghiselerium Præpositum, qui fuit huius nominis Secundus, abrogatis.ſ.statutis, cõsuetudinibus, & Priuilegijs Monasteriorum ipsorum Bononiensium, ob eam nimirùm causam, quia ipse Pont.iampridem Prioratus, Dignitates, Personatus, ac Sacerdotia omnia tàm Regularia, q̃ Sæcularia, quibus vacare contigisset, collationi, dispositionive suæ reseruasset in posterum:id autem egit suis bullatis litteris dat.Auinione, 7.Cal.Apr.anno Domini 1349. Pont.verò 7. sub n.30. Clemens idem Abbatibus Monasteriorum S.Pauli in Vrbe, & S.Syluestri Nonantulæ Mutinensis Diœc.necnon Priori S.Bartholi Bononiensis mandat, vt in Monasteriorum prædictorum corporalẽ possessionem inducant, & ijs vti, & frui procurent Raynerium Priorẽ, per suas litteras dat.die, mense, & anno ijsdem, sub n.31. Vixit autẽ *Clem. 6* in Prioratu Raynerius annos 25. tribus minus diebus: Nam anno 1374. die 19.Mar.è vita discessit:probatur quoque Prioratus, atque in eo Canonicus Ordo aliquot publicis extantibus Instrumentis, idest anno 1349. die 23. Maij, Gulielmo, & 11. Dec. Thomasino, 1353.14.Sept.Rodulpho.Item 4.& 25.Dec.& 1354. 4.Octobris, &

15 Nou. Gulielmo, 1358. 15. Nou. Suprano, 1363. duobus primo Ianuarijs, Francisco, 1365. duobus 16. Ian. Bartholomæo, & 4. Febr. Francisco, 1370. 3. Nou. & 1372. 29. Apr. Francisco eodem, & 12. Iul. Thoma, Notarijs rogatis, necnon alijs nonnullis in Registro descriptis Instrumentis, in quibus omnibus passim, præter Rayneriũ Priorem, Canonici octo adducuntur hi: D. Bonauentura Præpositus, D. Iacobus à Bisano, D. Io. Antonij, D. Argentinus à Burgo, D. Io. Bononiensis, qui postea Præpositus fuit decedente D. Bonauentura, D. Nicolaus à S. Io. in Persiceto, D. Bartholomæus Caciorlus, D. Franciscus Ghiselerius, qui idem postea Præpositus, defuncto quoque Ioanne, legitur. Iam verò mortuo Raynerio duo eodem tempore subrogati Priores. Nã Guillermus tituli S. Angeli S. R. E.

Greg. 11 Diac. Card. qui tùm Gregorij eius nominis XI. Pont. Max. Vic. Generalem Bononiæ agebat, Priorem alterum designat Michaelẽ Canonicum, & ipsum Nemansensem Ordinis S. Augustini, qui tũ liberalibus disciplinis Bononiæ operam dabat; alterum eligunt in Monasterio Canonici, qui tres tantum reliqui fuerunt, D. Franciscum Ghiselerium Præpositum, virum probum, atque laudatum, licet vix iam tunc 28. is attingeret ætatis Annum: Verumtamen Gregorius Pontifex, de quo suprà meminimus, cùm Monasteriorum omnium, ac Prioratuum collatio, ac dispositio sibi tùm fortè non multò antè Raynerij Prioris obitum (vt anteà etiam significauimus) reseruata fuisset, protinus ambas tàm Michaelis, quã Francisci electiones irritas fecit eò, quòd nullæ iure viderentur, vtpotè contra Apostolica Decreta initas: Tùm verò Card. ipsi Vicario mandauit, vt auctoritate sua altervtrum illorum, quẽ videlicet potiorem arbitraretur, siue Franciscum, quem Canonicum, ac Præpositum Claustralem Monasteriorum ipsorum Bononiẽsium vocat, siue Michaelem Priorem declararet; idq; per suas litteras dat. Sallone Arelatensis Diœc. 15. Cal. Iul. 1375. sub num. 23. At Card. Vic. Pontificis auctoritate fretus, rursus Michaeli Prioratus contulit, & eorum possessionem tradidit, licet Gregorius in litteris suis Franciscum prætulisse videretur, quippequẽ in priori loco in mandanda collatione collocarit, ac nominarit. Hic igitur Prioratum administrauit Annum vnum, menses amplius octo. Nam Prior constitutus fuit Anno Domini 1374. Mẽse Maio; cessit autem Anno 1376. die 10. Mar. nimirum promotus ad Prioratum de Ozorio Ordinis S. Au-

S.Augustini Magalonensis Diœcesper Gregorium Pont.eundem, vt ex ipsius subiectis litteris apparet; vnde colligitur transitus, & communio Canonicorum Rhænanorum cum alijs Canonicis aliarum Ecclesiarum etiam extrà Italiam, vnius Ordinis, & rationis, & Regulæ. Gregorius idem Franciscum Ghiselerium Canonicum, & Præpositum Monasteriorum S.Saluat.in Vrbe, & S.Mariæ propè Rhænum Bononiensium certiorem facit: Se Prioratus ipsorum Monasteriorum tunc ob promotionem Michaelis Prioris ad Prioratum de Ozorio Ordinis eiusdem S.Augustini Magalonēsis Diec. vacantes, donationi Apostolicæ in ipsius fauorem, idest, quo ipsi ritè conferantur, reseruasse, meritis ipsius, quæ à fidelibus Nuncijs accepisset, adductum, per suas litteras sub dat.Auinione, 6.Id Martij, Pont.Anno 6. idest salutis, 1376.sub num.25. quarum hoc est initium. Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei: Dilecto filio Francisco de Ghiselerijs de Bononia Canonico S.Saluat. Bon. & S.Mariæ de Rheno propè Bononiam Prioratuū inuicē Canonicè vnitorum Ordinis S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaq; probitatis, ac virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales, & cætera. Gregorius itidem Abbatibus S. Stephani, & S. Fœlicis, necnon Archipresbytero S. Auxiani à pinu Bononiensi mandat, vt Prioratus S.Saluatoris, & S.Mariæ à Rhæno Monasteriorum Bononiensium inuicem vnitorum Francisco Ghiselerio ipsorum Canonico conferant, earumq; possessionem tradant, vbi eis per promotionem Michaelis antedictam vacare contigerit, per suas litteras sub dat.& tempore ijsdem, sub num.etiam 25.quæ hęc principio habent. *Greg.11*

Gregorius Episcopus ser.ser.*Dei: Dilectis* filijs S.Stephani, & Fœlicis Bononiensium Monasteriorum Abbatibus, ac Archipresbyteris Ecclesiæ S.Auxiani de pino Bononiensis *Diœc.* salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaq; probitatis, & virtutum merita: super quibus dilectus filius Franciscus de Ghiselerijs de Bononia Canonicus S. Saluatoris Bononiensis, & S.Mariæ de Rhæno propè Bononiam Prioratuum inuicem Canonicè vnitorum Ordinis S.Augustini apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt, vt sibi redda-

Greg.11 *Greg.11* *Greg.11*

mur ad gratiam liberales. Cum itaque hodie dilecto filio Michaeli Sarlandi Priori Prioratus de Ozorio Ordinis prædicti Magalonensis Diœcesis de ipso Prioratu, tunc certo modo vacante, per Nostras litteras duxerimus prouidendum, &c. Franciscus igitur Prior constitutus annos circiter quinquaginta tres egit in Prioratu, sed solus ferè, atque vnicus Monasteriorum suorum Canonicus: nam nulli cum eo vspiam leguntur Canonici, nisi anno 1401. vnus D. Petrus Benedicti Bononiensis, & anno 1408 idem, atque alter D. Antonius Ghiselerius, qui duos post annos 1410. cum cæteris omnib. si qui modo alij tunc supererant in Monasterijs illis Canonici, peste consumpti perhibentur, & res vniuersa ad vnum Franciscũ Priorem redacta, ita vt abhinc ipse Frãciscus solus ex Canonicis in Monasterio Domini Saluatoris egerit, solus rem vniuersam administrarit, ad annum vsque 1418. Hæc verò dicta sufficiant de progressu, & Prioratibus Canonicæ Rhænanæ, & S. Saluatoris Bononiensis. Non solùm Priuilegijs Romanorum Imperatorum, atque Summorum Pontificum, vt vidimus, gauisi sunt Rhænani Canonici; verùm & Summis Pontificibus, Illustrissimisq; Cardinalibus quamplurimis decorati sũt proprijs in ędibus suis, ac Canonicis: fuerũt quidem per ea tempora plures, vt iam demonstratum est, ex Ordine Canonico Pontifices: præcipuè autem ex Monasterio Rhænano quattuor, Doctrina, Virtute, ac Sanctimonia percelebres electi sunt. Anno scilicet 1124. Honorius de Fagnanis Ciuis Bononiensis (licet nescio qui faciant illum de Villa quadã in Comitatu Imolensi, sed alia est eiusdem nominis Villa in Comitatu Bononiensi, quę rectius dicitur Fiegnanum sub Podestaria Casalis fluminẽsis) Canonicus Regularis S. Mariæ de Rhæno antea vocatus D. Lambertus Archidiaconus Episcopalis Ecclesiæ Bonon. quẽ postea Paschalis II. Pontifex Hetruscus, Anno 1105. in Collegiũ Cardinaliũ cooptauit, atq; Ostiensem Episcopũ declarauit. Cætera de hoc Põtifice inuenies apud Platinam, Panuiniũ, & clarius apud Iaconũ. Nescio qua ratione Panuinius dicat hunc fuisse Canonicum Regularem Lateranensem, cum apertissimè constet fuisse Rhænanũ: nisi velit Lateran. appellare ea ratione, quia vnita fuit Lateranensis Ecclesia Ecclesiæ Rhænanæ, vel id scripserit arbitratu, & complacentia eorum, qui aerem verberant, & amplectuntur, quasi sponsam Iunonem accepturi, & diuites, qui dormientes nihil inuenerunt in manibus

Hon.

nibus

nibus suis:verè dormientes,qui,dum dormiunt, dicunt ablatũ corpus Christi,quos illudit D.Augustinus.De integra, & sancta mente huius Pontificis mirabile quidem refert de illo Gulielmus Tyrius sacri belli scriptor,dicens:Mortuo Calixto II. Papa, Comitijs noui creandi Pontificis institutis, diuisis Cardinalium studijs,duo suffecti sunt, Lambertus Episcopus Ostiensis, atque Theobaldus Buccapecus presb.Card.tit.S.Anastasiæ,atque ille Honorius 2.hic Cœlestinus II.est appellatus. Quæ res cum omnes,qui de salute,ac Dignitate Ecclesiæ cogitarent,vehementer angeret,Cœlestinus eodem die,quo electus fuerat, se abdicauit. Honorius autem,cum ne ita quidem suam probari electionem ab omnibus intelligeret, (ꝙ negotio,& arte Leonis,& Roberti Fregepanum fuerat conciliata) post duodecim dies,conuocatis Cardinalibus insignia vltrò deposuit,& se item honore abdicauit : dicebat enim malle se Ostiensem Episcopatum iure obtinere, quàm Romanum iniuria:Episcopi verò,presbyteri,atque Diaconi Cardinales humilitatem eius prospicientes,quod perperam factum fuerat, emendarunt, atque ijdem, Honorio de integro electo, ad eius pedes procubuerunt,atque illi tanquam Vniuersali Pontifici obedientiam præstiterunt. Schysma hoc fuit 24.in Ecclesia Romana. Post electionem Honorij II. proximo die Dominico apud S. Petrum 12 Cal.Ian.ab Episcopis Cardinalibus consecratus,& suæ Coronationis insignia adeptus, per manus Gregorij Ioannis filij Romani de Regione Transtyberina Diaconi Cardinalis S.Angeli, & S.R.E. Archidiaconi, adstantibus Cardinalibus,Clero, & Populo Romano,summa omnium alacritate,Summus Pontifex salutatus, & cõclamatus est. Is, vt primus Patriam in Vrbem Dignitatem Pontificiam intulit, sic eam statim pro auctoritate multis insignibus beneficijs cumulauit. Etenim cũ Cardinales eligeret,in primis quattuor Ciues Bononienses cooptauit;Hubertum de Rata,virum eruditissimum presbyt.tit.S.Clementis;Gherardum Alberti Caccianimici filium ex sorore progenitum Canonicum S. Mariæ Rhænanæ presbyt. tit. S. Crucis in Hierusalem. Petrum Garisendum presbyt. tit. SS. Syluestri, & Martini in Montibus,& Vgonem Hieremeum Diac.S.Theodori Archipresbyterum S.Petri. Postremò autem Anno 1125.Ecclesiam S.Christinę Sacræ Camalduli Eremo donatam à Victore Episcopo Canonico Regulari ciue,& Bononiensi confirmauit. Et Anno 1129. Canoni- D.Aug.

cis

cis Ecclesiæ Rhænanæ Canonicè viuentibus, bona, quę possidebāt, rata fecit: & vt componere super decimas possent, indulsit. Atque Ecclesiam S. Mariæ in Monte Palense donauit. Ac mox cum maxima omnium mœstitia diem obijt. Hæc profectò ex Annalib. Nostris, & ex libro doctissimi Viri Caroli Sigonij de Episcopis Bonon. pag. 77. decerpsimus. De hoc etiam si plura intelligere cupis, lege
Sign. Signium Nostrum. Anno 1136. Innocentius II. Romanus antea
Innoc. 2 vocatus, D. Gregorius Canonicus Regularis eiusdem Ordinis Canonici in Monasterio ipse Rhænensi, ac S. Potentianæ de Vrbe vnito, vbi Can. & Canonicum Habitum suscepit sub Adriano IV. vt
Hadr. 4. in Bulla præfati Pontificis sub Dat. Romæ apud S. Petrum 6. Cal. April. 1154. vt suprà, dum esset Bononiæ causa studij, ad summum Apicem ascendit Dignitatis Pontificiæ; seditq; Annis 13. mensibus 7. diebus 8. vt in Calendario Rhænano antiquo legitur. Commendatur ibidem eius obitus Anno Dom. Incar. 1143. Hic verò Pontifex 14. mense Sept. sepultus est in Laterano in Concha Aporifirica miro opere sculpta. De hoc item mendosè Panuinius, quòd fuerit Canonicus Regularis Lateranensis, fuit quidem Romanus de Regione Transtyberim Familiæ, de Papa, vel de Paparescis vocatæ, ꝙ intelligitur ex antiquo Pulpito marmoreo Romæ in ædicula S. Iacobi Transtyberim adhuc stante, ab eius Nepote Curcio Cardinali S. Hadriani facto, vt Elogium marmoreæ tabulæ inscriptū indicat. Hanc gentem eam, quæ nunc de Matthæis nobilissima in Vrbe viget, fuisse persuadetur, quia in vetustis tabularum eius familiæ Instrumentis, qui nunc de Matthæis, tunc de Paparescis, vocantur: præterquàmquod Matthæi ex Transtyberim oriundi sūt: & nouæ hæc eius gentis insignia non multum differunt ab antiquis illius Clypeis. Matthęorum igitur Familia Antiquissima Nobis Romæ in Ciuitate, & dilectione coniuncta. Anno 1144. post decursum Annorum 19. ab Honorio, Deus iterùm Bononię dedit, vt ciuem suum videret, iura Christiani populi ex sede celsissima moderātem. Siquidem Gherardus Caccianimicus Cardinalis, de quo antea, mortuo Cœlestino II. biduò postquam Romę ciuilis seditio crassaretur, 4. Id. Martij à Cardinalibus 43. Pontifex creatus est, & Lucius II. vocatus; Vir Prudentia, & Doctrina, animi Magnitudine, & rebus antea præclarè gestis tanto Sacerdotio Dignissimus, vt omnes Historici contestantur. Eius autem vita Nostris Annalibus

ita

ita conſcribitur, & hūc mendaciſſimè Panuinius Canonicus Regularis ex Congregatione S.Phrygdiani Lucenſis appellat, vt patere poteſt ex ijſdem Annalibus. Hic de Caccianimicorum Antiqua, & haud ignobili Familia ortus, Pře Alberto ab Vrſo, D.Gherardus antea dictus eſt. Hic in primo ſuæ Iuuentutis flore ſacris litteris apprimè eruditus, Canonicam S.Mariæ de Rhæno in Patria eſt ingreſſus, & Habitu Regulari initiatus. Eandem Canonicam bonis, & Religione ſatis auxit, atque Illuſtrem reddidit. Ex quibus extat (vt ſuprà dictum eſt) adhuc apud Vergatum in Comitatu Bononiæ Prædium, quod Prædium Lucij dicitur, vulgariter autem corrupto Vocabulo (Pratum Lucci) ab incolis cognominatur, & etiã inter ſacra altaris Indumenta quædam planeta ſerica aerei, vel cerulei coloris cum eius Inſignibus, ideſt in ſpacio Albo Vrſus niger anterioribus pedibus eleuatus, ad noſtra ferè vſque tempora viſa fuit integra. Mox verò, vt Innocentius II. Frangipanes ex parte Romanorum Nobilis, imò de Regione Trãſtyberina, qui à Paſchali II. ex Canonico Regulari fuerat Diaconus Cardinalis creatus, Summi Pontificatus infolas ſuſcepit. Hūc Gherardum præfatæ Canonicæ de Rhæno tunc Præpoſitum, & ſibi familiariſſimum ad ſe aduocauit, ſecumque in Lateranenſi Canonica locatum, inde non multò poſt ad Cardineum Presbyterium tit. S.Crucis in Hieruſalē aſſumpſit Anno Domini 1138. & poſtea S.R.E. Bibliothecarium, & Cancellarium, in locum Aymerici Diaconi Cardinalis prædefuncti ſubſtituit. Tunc ipſi Canonici Rhænani Petri Damiani Regulam, de qua paulò antè dicebamus, hortatu huius Pontificis, qui fuerat eiuſdem Ordinis Concanonicus, & ad inſtantiam Ven. D. Gherardi de Caccianimicis de Bononia eius Canonicæ Rhænanæ Præpoſiti ſub Prioratu Ven. Dom. Guidonis, ſuſcepere pro ſuis Conſtitutionibus. Ipſum autem Petrum Damiani S.R.E. Portuenſem Epiſcopum, & Cardinalem ob ſingularem vitæ ſanctitatē, egregiam eruditionem, ac zelum, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, Hieronymum Iuniorem appellabat ipſe Innocentius Pontifex; & Rhænani Canonici ſumma in Veneratione illum habebant. Dicebantur quidem Canonici Rhænani à Monaſterio S.Mariæ de Rhæno, ꝙ olim inter famoſiſſimas Italiæ Canonicas numerabatur, fundatum intrà tertium lapidem à Mœnijs Ciuitatis citrà Põtem Lateritiũ à parte inferiori in loco, qui dicitur Caſalecſum, erectum principio

Paſch.2

pio

tum erecta. Vt autem Canonicos S.Saluatoris de Bononia eosdē esse Rhænanos intelligas; non ignorato qualiter post susceptā reformationem,& Regulam præfatam ab Innocentio II. in ipso Monasterio Rhęnano videlicet Anno 1136. Auliuarius,siue Oliuarius Bononiensis eiusdem Monasterij Canonicus,Diaconus tùm Cardinalis,& ipsius Innocentij Secretarius alterum in Ciuitate à solo excitauit vnà cum Ecclesia Monasterium, atque sub titulo D. Saluatoris dicauit in loco,qui dicebatur Campus longus.Erat autem locus ille de Iuribus Abbatiæ S.Bartholomæi de Ferraria pro directo Dominio; pro vtili verò Monasterij S. Mariæ de Rhæno, vbi Hospitium erat, quò diuertebant Canonici ipsi Rhænani, cum in Ciuitatem proficiscerentur pro obeundis quotidianis negotijs. Aedificauit scilicet de nouo totum Monasterium. At Ecclesiam tantummodò restaurauit, ac redintegrauit cum esset Parochialis multis antè sæculis:quod probatur,quia de præfato Auliuario extat in Instrumento facto Anno Domini 1139.die 12.Nouembris, per Aymericum Tabellionem, sub num.4. vbi antiquitas simul, & nobilitas huius Ecclesiæ S.Saluatoris dignoscitur, apud quam Instrumentum præfatum celebratum dicitur: Vocantur quoque Iura S.Saluatoris Mundi, quæ vnita ab initio fuit Canonicæ Rhænanæ in venditione domus cuiusdam Instrumento rogato per eundem Aymericum Notarium 1139 .die 13.Nouembris,sub num.5. Quoquo autem modo verificatur, ædificata de nouo ab ipsomet Auliuario dicta Ecclesia ob insignem eius restaurationem, ædificata verò fuit in honorem Saluatoris Mundi ob præcipuam illorum Canonicorum deuotionem erga ipsum, eo præsertim miraculo, quod in Beryto Ciuitate Syriæ factum est sacra in eius imagine, dum à perfidis Iudæis turpiter,atque crudeliter suorum more maiorum, & clauis,& lancea transfixus fuisset; ex qua statim effluxerunt sanguis,& aqua;quibus peruncti, & perfusi omnes infirmi,paralitici, cæci, surdi, ægrotantesq; vniuersi protinus fuere sanati. Refertur hoc miraculum à Diuo Athanasio in secunda Synodo Nicæna,Actione quarta.Quare dedicarant olim Patres in sua Rhænana Ecclesia præcipuum Altare ad huius miraculi Saluatoris gloriam, & celebritatem perpetuam, festiuitatemq; per singulos Annos 5.Id.Nouem.(eo namque die accidit quidem Iconæ præfatæ miraculum) non minori solemnitate, quam Natalis eiusdem Sal-

uatoris concelebrabant. Magis autem accreuit huius miraculi deuotio, quòd ipse Oliuarius ab Innocentio præfato Pisis acceptam dono ampullam ipsius sanguinis miraculosi eius nomine Pontificis detulit, nouamq; postea in Ecclesiam Bononiensem transtulit, quā iccircò sub titulo Domini Saluatoris dedicauit die 25. Maij: quo die solemnitas præfati miraculi in posterum semper celebrata fuit apud ipsos Canonicos Rhænanos, & Nostram Congregationem: Pro cuius etiam postea celebratione habitum fuit Indultum ab Alexandro Papa VI. eius viuæ vocis oraculo ad instantiam Illustrissimi Cardinalis Francisci Piccolominei Senensis, tùm Protectoris Nostræ Congregationis, aliàs verò Pontif. Max. sub nomine Pij II. Vt festum Iconæ Saluatoris in dicta Bononiensi Ecclesia celebraretur in vltima die Dominica Mensis Maij, attento, quòd in ipsa celebratione festi præfati aliquando occurreret solemnitas Pentecostes, aut Corporis Christi, aut Ascensionis Domini, vel quattuor Temporum, propter quod oporteret tunc dictum festum ad alium diem sequentem transferri; qua ex re celebritas huiusmodi, & eius deuotio Populi amodò diminueretur. Ita igitur huiusmodi impedimento occurrere, & tàm Religiosorum prædictæ Congregationis, quàm Ciuium dictæ Ciuitatis commoditati, & consolationi visum est consulere; quod habitum fuit Romæ sub Anno à Natiuitate Domini 1503. die verò 15. Mensis Aprilis. Hoc idem Templum S. Saluatoris à Patribus restitutum Matthæus Rosa Tannensis Episcopus dedicauit Anno Domini 1478. die 12. Martij, Anno verò 1517. die 20. Octobris. D. Nicolaus Buccaferreus Bononiensis Prior, & D. Pellegrinus de Fabris Bononiensis Visitator viri profectò Sanctissimi, & Religionis amatores præcipui, qui pluries Summum Magistratum gessisse leguntur, fabricam Monasterij, quod nunc nobili, ac propè mirabili structura ædificatum cernimus, concorditer incœperunt. Quam postea vsque ad finem deduxerunt D. Angelicus Grossus Bononiensis; & D. Florianus Cedropianus Bononiensis: Patres quidem & pietate, & doctrina, & supremis Dignitatibus celeberrimi apud omnes. Non omittam quoque in gratiam eiusdem Ecclesiæ Nostræ S. Saluatoris Bononiæ: quòd Anno 1532. die 30. Decem. qua die colunt Hyspani translationem B. Iacobi Apostoli Carolus V. Imperator, qui tùm erat Bononiæ, ac præfatæ Ecclesiæ deuotissimus; eo die cum suis comilitonibus

Ordinis

Ordinis S.Iacobi de Spata num.120.interfuit ſolemni Miſſę ipſius nomine decantatæ à ſuismet cantoribus hac ſacra in æde, inſerta declamatione Hyſpano Idiomate.Stabat autem Imperator in Capella maiori,ſeu Tribuna, in parte ſiniſtra cum ſuis Heroibus, ſiue Baronibus, Oratoribus, & Legatis Principum apud Maieſtatem eius,&Aulicis principalibus: Comilitones verò ipſius ab ipſa Tribuna ad Portam vſque principalem Eccleſiæ duas in acies diuiſi hinc inde, & in Veſtimentis albis, ſeu Cappis ſuis rubea Cruce in modum Spatæ ſignatis conſtituti: res quidem viſu iucundiſſima, longeq; admirabilis. Miſſa celebrata, & facta ſacra Communione generali,fuerunt admiſſi Reuerendiſſimus P.D. Angelicus de Groſſis Bononienſis tunc Prior Generalis Congregationis, Reuerend. P.D.Florianus de Cedropianis Bononienſis Prior Monaſterij,cum omnibus ſuis Canonicis num. 26. Sacerdotibus ad reuerentiam ſpecialem, atque perſonalem ipſi Cæſari ſolemniter exhibendam: quos omnes, atque ſingulos ipſe libentiſſimè, atque hilari vultu in ſuos amplexus,atque ſingularem protectionem accepit. Poſtremò D.Cæſarius Bergomenſis Abbas S.Cęciliæ de Crouaria, Procurator eiuſdem Monaſterij S.Saluatoris, genuflexus antè ipſum Imperatorem,duo Priuilegia,vnum Federici I.alterum Henrici VI.Rhęnanæ Canonicæ Protectorum obtulit, & humillimè confirmari ab ipſo Carolo expoſtulauit. Quæ proprijs manibus Imperialibus conſtringens ipſe Cæſar inter manus dicti Procuratoris alta voce confirmauit,& reformari mandauit, vocato ad ſe Illuſtriſſimo Secretario ſuo, & Magno Commendatore D.Franciſco Couos Hyſpan.pro celeri expeditione: Et cum vellet dictus Procurator poſt gratiarum actiones veſtem ipſius Imperatoris deoſculari, noluit ille:imò amplexatum eum deoſculatus eſt,atque deuotè ſeſe Orationibus ſuis,& Patrum omnium fidentiſſimè commendauit. Accepto autem quamceleriter præfato Priuilegio in bona forma, vt deſiderabatur,ipſe Procurator hæc omnia tùm in lapide Macineo expreſſa in dextris Tribunæ, vbi peracta ſunt, ad perpetuam eius Eccleſiæ gloriam, ſculpenda, atque inſigenda curauit; durantq; in hodiernum vſque diem integerrima.Fuit autem Priuilegium dicti Caroli V.ſequentis Tenoris.

Prædeceſſoribus Noſtris conceſſa, confirmare, innouare, & amplia re dignaremur, quorũ Priuilegiorũ Tenores ſequunt in hæc verba.

Federicus Dei gratia Rom. Imp. Aug. omnibus Imperij Noſtri fidelibus præſentibus, & futuris notum eſſe volumus, quomodo Nos, Canonicos Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Rhæno, & eorum poſſeſſiones, & bona omnia eis pertinentia, & homines, & Colonos eorum in Noſtram tuitionem, & protectionem ſuſcepimus. Statuentes & Imperiali auctoritate firmiter præcipientes, vt nulla perſona parua, vel magna, ſæcularis, vel Eccleſiaſtica prædictos Canonicos moleſtare audeat, vel bona eorum diripere, aut ſuper homines, & Colonos eorum aliquas iniuſtas exactiones extorquere. Quicunque igitur auſu temerario contrà hoc Noſtræ auctoritatis præceptum facere præſumpſerit, Noſtram offenſam ſciat ſe incurſurum, & pro pęna libram auri Eccleſiæ, & Canonicis cõponet. Dat. Vvit, &c. Vvrg.

Henricus VI. Diuina fauente Clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus ad æternæ vitæ remedium, & præſentis Regni Noſtri Incrementum, credimus accedere, ſi Dei Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ab iniuſtis exactionibus, & à malignantium temeritate defenſamus, & earum commoditatibus, & vtilitati piè intendamus; ea propter notum fieri volumus vniuerſis Imperij Noſtri fidelibus tàm præſentibus, quam futuris: quòd Nos Diuinæ retributionis intuitu Eccleſiam Beatæ Mariæ de Rhæno, & Canonicos ibidem Deo ſeruientes cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſijs, Villis, Hoſpitalibus, Caſtellis, Vineis, Agris, Syluis exultis, & incultis, hominibus quoque, & Colonis, & Vniuerſis poſſeſſionibus, & rebus tàm mobilibus, quàm immobilibus, quas nunc iuſtè, & rationabiliter tenent, vel in poſterum acquirent, in Noſtrã tuitionem, & protectionem ſuſcepimus. In hoc Sereniſſimi Patris Noſtri F. Romanorum Imp. D. Aug. pia veſtigia ſequentes. Statuimus igitur, & Regia auctoritate firmiter præcipimus, vt nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullus Nobilis, nullus Capitaneus, nullus Poteſtas, nullus Conſul, nulla Ciuitas, nullum Commune, nulla denique perſona, magna, vel parua, ſæcularis, vel Eccleſiaſtica prædictos Canonicos moleſtare prę ſumat, vel bona eorum diripere, aut ab Hominibus, & Colonis eorum aliquas iniuſtas exactiones extorquere. Quicunque igitur

auſu

ausu temerario contrà hoc Nostræ Constitutionis præceptum facere præsumpserit, offensam Nostræ Cesareæ Maiestatis incurret, & decem libras auri purissimi pro pœna componet; quarum medietas Cameræ Nostræ; reliqua verò medietas Ecclesiæ, & Canonicis persoluatur. Datum apud Bononiam Anno Dominicæ Incarnationis 1186. Ind. 5. Cal. Sept.

Nos igitur præfatorum Prioris, & Canon. S. Saluatoris honestis petitionibus clementer inclinati, præinserta Diuorum Federici, & Henrici Prædecessorum Nostrorum Priuilegia, & litteras, ac omnes, & singulas immunitates, gratias, exemptiones, iura, indulta, & alia in illis contenta, in omnibus suis punctis, clausulis, & sententijs de Verbo ad Verbum, prout superius descripta sunt, eisdem Fratribus, & Monasterio, seu Canonicæ S. Saluatoris, eorumque successoribus ex certa Nostra scientia, animo deliberato, sano, & maturo accedente consilio, & auctoritate Nostra Cęsarea approbauimus, confirmauimus, & innouauimus, & per præsentes confirmamus, approbamus, & innouamus, atque Imperiali firmitatis robore munimus; supplentes ex eadem certa scientia, & Imp. Nostra auctoritate omnes, & quoscunque defectus, si qui in præmissis quouis modo interuenissent. Præterea præfatorum Canon. commoditatibus, & augumentis piè, & vtiliter intendere volentes, ad præfatorum Augustorum Imitationem eandem Ecclesiam, seu Canonicam, & Monasterium Sancti Saluatoris, aliàs S. Mariæ de Rhæno cum omnibus suis Canonicis, & Religiosis personis, atque eorum omnium bonis, iuribus, iurisdictionibus, pertinentijs, & præeminentijs, Ecclesijs, Membris, Locis, Domibus, Hospitalibus, Villis, Castris, Vineis, Agris, Pascuis, Syluis, Nemoribus, Aquis, Piscarijs, Piscationibus, Molendinis, Terris cultis, & incultis, Hominibus quoque, & Colonis, ac vniuersis possessionibus, & rebus tàm mobilibus, quàm immobilibus; quas in præsentiarum iustè, & rationabiliter obtinent, vel in posterum quoquo iusto, rationabili, ac legitimo titulo adipisci poterunt, intuitionem, defensionem, & spiritualem nostram, & Imperij Romani protectionem suscepimus. Imperiali lege statuimus, ac sub inuiolabili, & perpetua obseruantia firmiter præcipimus, & mandamus; quòd nullus Princeps, Dux, siue Marchio, nullus Comes, vel Vicecomes, nullus Nobilis, aut Capitaneus, vel mi-

les,

les, seu stipendiarius; Nullus Magistratus, siue Consul, aut Iudex, seu Vicarius, nulla Ciuitas, Dominium, siue Communitas, nulla denique persona magna, vel parua, Ecclesiastica, vel Sæcularis, prædictos Canonicos, & Religiosas personas Congregationis S. Saluatoris molestare, vel quoquo modo, aut quacunque causa per se, vel per alios lædere, aut inquietare, vel eorum Monasteria, & loca vexare, aut aliquam in illis Iudiciariam, vel aliam potestatem exercere, aut ad easdem ipsis inuitis Canonicis accedere, seu in eis immorari, aut eorum bona diripere, vel ab hominibus, seu colonis eorum aliquas iniustas exactiones extorquere audeat, vel præsumat. Si quis autem temerario ausu contrà huiusmodi Nostræ Constitutionis, Voluntatis, & Indulti præceptum venire præsumpserit, Nostræ Maiestatis indignationem, & offensam, ac pœnas infrascriptas se nouerit ipso facto incurrisse. Præterea sancimus, & Imperiali auctoritate, & ex certa Nostra scientia statuimus, & volumus, ac indulgemus huiusmodi Nostri Indulti gratiam, & prærogatiuam ad omnia, & singula omnia alia Monasteria, & loca, Canonicos, Moniales, & personas, res, & bona præfatæ Congregationis Sancti Saluatoris Ordinis prædicti vbique per Vniuersam Italiam consistentia, præsentia, & futura in omnibus, & per omnia particulariter expresse extendi, prout tenore præsentium eandem extendimus. Non obstantibus in contrarium quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Nostræ Cōfirmationis, Ratificationis, Protectionis, Defensionis, Extensionis, Voluntatis, & Gratiæ paginā infringere, aut ei quouis temerario ausu contraire. Si quis aūt id attentare præsūpserit, indignationem Nostrā grauissimā, & pœnā decem Marcarū auri puri, pro dimidia Fisco Nostro Imperiali, & pro reliqua dimidia iniuriam passorum vsibus toties, quoties contrafactū fuerit, per soluēdā se nouerit irremissibiliter incurrisse; Et vt præsens Imperiale Nostrū Decretum ratum, & inconuulsum semper, & omni tempore in posterum permaneat, præsentem paginā Nostra manu subscriptam, sigilli Nostri Imperialis appensione communiri fecimus, & mandauimus. Dat. in Ciuitate Bononiæ, die 20. Mens. Ian. Anno Dom. Incar. 1533. Imperij Nostri 13. & Regnorū Nostrorum 18.

Carolus V.

Ad mand. Cæsareæ, & Catholicæ Maiest. proprium

Il Berburgerum.

At vbi Cœlestinus II. huius carnis sarcinam deposuit, dictus
Cœlest.2 D. Gherardus, omnium consensu Pontifex eligitur, & Lucius Secundus vocatur in festo S. Matthæi Apostoli, hoc est die Iouis 21. eiusdē mensis, anni salutaris, qui tunc bissextilis currebat 1144. solemni pompa, ac totius populi lętitia coronatur. qui statim, quantū valuit, nil prætermisit, q ad illos, qui pro terræ Sanctæ expeditione laborabant pro tanta re, tamq; necessaria pertinere arbitrabāt, miro redimendæ Hierosolymæ excitatus ardore: quippequi ex tit. S.Crucis in Hierusalem fuerat ad Summi Pontificatus apicē proue ctus: cuius quidē tituli collabentem basilicā totam fermè restituerat, Monasterium renouauerat, claustrū cū tabernis, officinis, & Canonicorū cellis à fundamētis restituerat, & suis prouentib. auxerat. Hic ēt B.Guarinū Bonon. Canonicū Rhęnanū consanguineū suum in Canonico Ordine iā quadragenariū, qui de bonis suis Paternis Xenodochiū. S. Iob (q Hospitale Guarinum iccircò dr) in Patria construxerat, & dotauerat ab ipsa Canonica Rhænana ad se aduocatum, in Prænestinum Episcopū, licet maxime reluctantē vt diximus suprà, asciuit: necnon D. Ildebrandum de Grassis antiquissima Familia, & perillustri Bonon. I.V.D. & pfatæ Canonicæ de Rhæno Præpositū in presby. Card. tit. 12. Apostolorū pmouit, & assūpsit.

Lucius, vt ex Carolo Sigonio de Epis. Bonon. legitur. Patriæ memor. 4. Id. Maij: Superiorum oīum Pontif. Priuilegia Bonon. cōcessa Epo renouauit: Mense aūt Dec. cū vna ordinatione septē Card. crearet, ciues quattuor elegit: inter quos duos. S. Mariæ Rhęnanę Canonicos, Vbaldū Caccianimicum presb. tit. S. Crucis in Hierusalē, & Guarinū Guarinum (inquit Sigonius vt suprà, sed malè, veracius aūt Fuscherarium Episcopū Pręnestinum) constituit. Præterea Vgonē Misanum presby. tit. S. Laurentij in Lucina; & Raynerium Marescotum Diac. SS. Sergij, & Bacchi fecit Cardinales presbyteros.

Innoc.3 Anno 1198. Innocentius III. quem ignorauit Panuinius cuius ordinis esset, & vnitum Ordini Canonicorū Regul. Rhænanorum nomen, & Ordinē Canonicū S. Potentianæ de Vrbe non olfecit, Patria Anagninus, antea vocatus D. Lotharius Transimundi de Illustrissima Familia Comitum Signæ filius, & Canonicus Regul. S. Potentianę de Vrbe, ac S. Marię de Rhæno tunc simul vnitarum: qui sua mirabili Doctrina, & morum integritate à Cœlestino III. inter Cardinales numeratus, post eum immediatè oīum cōsensu Pōtifex denuncia-

nunciatus est. Sub tali,ac tanto Pontifice dedit Deus Ecclesiæ suæ duo luminaria magna Sanctos Viros,Dominicum,& Fráciscũ,quo rum vtriusq.institutæ fuerũt ẽt Congregationes.Inter q̃ cętera eius pietatis opera,ære,ac studio,suo maximo Hospitale Romanũ S.Spiritus toto orbe terrarũ percelebre fabricatũ est,maximisq̃. prouentib.dotatũ,atq.locupletatum.Altare S. Petri maximopere decorauit,atq.ornauit.Singulis Ecclesijs librã argenti vnã donauit ad calices faciendos pro sacrificijs. Ecclesiam S.Sixti ob vetustatem ferè collapsam restaurauit.Plura decreta fecit cùm laicorum, tùm Clericorum morib.reformandis,aliaq.multa doctissimè ad Christianã vtilitatẽ conscripsit. Commendatur eius obitus apud Rhæn. Anno Dom.Incar.1216. 6.Non.Iulij Anno sui Pont.18. septimo mense, & 16.die,& Perusij sepultus est. De hoc scriptores referunt ita:constat eum in quouis genere probatissimum fuisse, dignumq́; qui inter sanctos Pontifices censeatᷣ. Testatur D.Petrus Michaelis Venetus Concanonicus noster in Commentarijs suis se legisse 16. Canonicos de Rhęno ipso ad Cardinalatus honorẽ assumptos.Nec sanè mirũ,inquit,cũ ipsa Lateranẽs. Ecclesia,& oẽs Ecclesiæ titulares Cardinaliũ regerẽtᷣ per hos tunc Canonicos,qui oẽs Regulã iam vulgatam D.Patris Augustini à Concilio pręsertim Maguntino citrà, de quo diximus,imitandam susceperunt. Nã ẽt tùm Romæ Rhęnani Canonici tenebant duo Monasteria S.Praxedis, & S.Potẽtianę, ex quorũ vtroq.cœtu ibidẽ profitentiũ Canonicorum Cardinales Titularij earum Ecclesiarũ promouebantᷣ, pro eius videlicet tẽporis more,vt in plurib.tunc hmôi titularib.Vrbanis,obseruato. Tũc Pontifices per bullas nullũ aliũ in titulis S.Potentianæ, & S.Praxedis,S.Crucis in Hierusalẽ,& S.Marię Nouę de Vrbe statuerũt posse eligi,& dari,nisi ex Canonicis Regul.Cardinalẽ. Ita sanè Alexãder Papa III.dedit bullã Canonicis S.Crucis in Hier.de Vrbe;statuens, ad instar Lucij Papę II.vt nullus eligi posset presby.Card.eiusdẽ tit. nisi Ord.Canonici.Aliam similẽ, ad instar Vrbani II. Innocentij II. Cęlestini II.Lucij II.Eugenij III.& Hadriani IV. fecit S.Mariæ Nouę de Vrbe:ꝙ nõ posset eligi Diac.Card. eius tit.nisi Canonicus Regul.ex quib. probabitᷣ infrà in Rñsionib. non fuisse Canonicũ Reg. S.Phrygdiani,qui fuit Pontifex.Præter igitur quattuor Card.supremo Diademate coronatus, quos nominauimus suprà: inuenimus etiam in Annalibus,& Calendario Rhęnanis Cardin. infrascriptos.

Alex.3. Luc.2. Vrb.2. Innoc.2. Cælest.2. Luc.2. Eug.3. Hadr.4.

D.Anſelmum Canonicum de Rhæno Card. creatū ab Honorio II.
Hon.2. D.Aymericum Burgundum Virum Illuſtrem S.Mariæ Nouæ Diac.
Calix.2. Cardin.& S.R.E.Cancellarium à Calixto II.creatum Anno 1120.
Antea verò Canonicum Rhænanum:obijt 1138. 5.Cal.Iun. cuius calicem magnum habuimus, & Schyphum argenteum, & decem vncias auri. D.Thedouinum Germanum, vel Theodinum Canonicum Regularem S.Mariæ de Rhæno ab Innoc.II.Presbyt.Card. &
Inn.2. Epiſcopum Portuenſem, & S. Ruphinæ creatū Anno 1134. obijt Anno 1150.de Menſe Martij, per quem habuimus ſex Bizantios.
Luc.2. D.Vbaldum Caccianimicū Bon.Rhænanū à Lucio II.Presb.Card. tit.S.Crucis in Hieruſalem,creatū Anno 1144.fui Pont.Anno 1.& hunc ſolum fecit in ſua prima creatione Cardinalē. D.Guarinū Fuſcherarium Presb.Card. & Epiſc.Præneſtinum, de quo ſup. cuius dies ſolemnis agitur,8.Id.Feb. D. Magiſtrum Guidonē Canonicū
Luc.2. Regularem S. Mariæ de Rhæno à Lucio II.Presb.Card.S.Potentianæ,tit.Paſtoris,creatum Anno 1144. Hic dedit Rhænanis Canoni
Hadr.4. cis ſuis Monaſterium ſui tituli,annuente Hadriano IV.eius obitus commendatur 1154.4.Cal.Maij,Habuimus pulcherrimū Pluuiale, & Calicem magnum. D.Boſum Anglum ex Papæ ſcriptore Presb.
Hadr.4. Card.S.Potentianæ tit.Paſtoris,S.R.E.Camerarium ab Hadriano IV.Anno 1155.creatū. D.Petrum Bonum Veronenſ. Canon.Reg.
Alex.3 Rhænanum ab Alex.III.Presb.Card.tit.S.Suſannæ,creatum Anno 1171.Habuimus in obitu eius Paramēta maximè inſignia.D.Ildebrandum Craſſum Ciuem Bon. Canonicū Regularem S.Mariæ de Rhæno,eiusq. Canonicæ Præpoſitum,& Rectorem Eccleſiæ S.Ge-
Eug.3. miniani Mutinæ Diac.Car.S.Euſtachij ab Eugenio III.Anno 1146. creatum.Idem Ildebrandus Presb.Baſilicæ Apoſtolorū Epiſcopus
Sigon. Bon.reperitur apud Carolum Sigon.de Epiſc.Bon.Verùm,vt opinatur ipſe Sigonius, electus abdicauit.Siquidem Anno 1168.Epiſcopus Mutinen. & Legatus Sedis Apoſtolicæ Vicetiæ obijt. Sed
Luc.2. alibi dr̄,maximè autem noſtris in Annalib.à Lucio II.inter Cardinales poſitus, & eius obitus commendatur Anno 1178.6.Id.Nou. ſepultus apud Vicetiam in Eccleſia maiori, cū ibi legatum ageret, cuius Rhænanum Monaſterium habuit ducentos Bizantios cū capella,& quibuſdam vaſis argenteis tàm ad Diuinum,q̄ ad humanū opus deputatis,cum vineis etiam,& terris,quas in hodiernum vſq. diem Nos poſſidemus.D.Gherardum Caccianimicū Bon. Nepotē

Papæ Lucij II. qui dum esset Prior S.Mariæ de Rhæno, Archiepiscopus Aquensis ab ipso Lucio fuit creatus. Anno 1183. obijt autem 1193. die 18. Decembris. Domnum Gregorium de Crescentio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, qui obijt Anno 1208. Id. Maij. D. Raynerium Canonicum Rhænanum Car. de Vrbe veteri, cuius obitus Commendatur 14. Cal. Iul. 1217. Habuimus eius purpuram, & quadraginta aureos Pisanos. D. Vgonem Priorem S. Praxedis de Vrbe Card. eius tit. cuius obitus commendatur 1256. 9. Cal. Iul. D. Bernardum Priorem S. Potētianæ de Vrbe, atq. eiusdē tit Card. cuius obitus commendatur, 8. Id. Octob. 1276. D. Henricum secundū à Fracta Episcopum Bon. qui Anno 1140. se abdicat. Is 1141. prid. Non. Octob. inuenit corpus S. Petronij incognitū Ciuitati in æde S. Stephani, & à Lucio II. confirmationem Priuilegij Pafchalis II. accepit, obijt 1145. D. Gherardum Gislam, seu Giselū, seu Ghiselle de Scannabecchis Episcopū Bon. obijt Anno 1198. Is titulum Principis sacri Imperij ab Henrico V. Imperatore accepit, quo ēt nunc Episcopus vtitur, & à Cęlestino III. multis Priuilegijs ornatus. D. Odoricum, vel Odorisiū Ēpum Forconiensem, vel Foro corneliensem, obijt 1204. 4. Cal. Iun. D. Vbertum Archiepum Cantuariensem; qui obijt Anno 1205. 4. Id. Iul. D. Villanū Archiepiscopū S. Mariæ Pisanæ Ecclesiæ: qui obijt Anno 1207. Non. Oct. D. Albertum Reginū, obijt 1207. Non. Apr. D. Gherardum Priorem S. Marię de Rhęno, postea Bituricensē Episcopum factū Anno 1206. obijt Mutinæ, 1216. Non Iul. D. Vbertū Decretorum Doctorē egregiū Priorē Rhæni, postea Ēpum Concordiensem: obijt Anno 1214. 11. Cal. Oct. D. Guidonē Archiepiscopum Aquensem, obijt 1233. 15. Cal. Mar. D. Thomā Præpositum Rhæni factum Episcopū Imolens. Anno 1207. sub cuius dominatione Domus Rhænana magnū honorem, & magnū statum habuit, obijt 1248. 3. Cal. Oct. D. Synibaldū Ēpum Imolēsem, obijt Anno 1257. 14 Cal. Iul. Sepultus est in Ecclesia Rhænana iuxta Altare S. Saluatoris coniunctim sepulturæ D. Faitæ Matris Papæ Lucij II. D. Maynardum Episcopū similiter Imolensem, qui mortuus est apud Rhænū Patriam, & D. Cō canonicos visitaturus. Habuisse legimus, & alias Dignitates, atque Prelaturas Superioribus inferiores, extraq. proprias Sedes. Legitur .n. D. Raymundus Abbas S. Bartholomęi de Mussignano extrà Pla noriam. D. Gherardus Præpositus S. Marini de Carpo Mutinensis Dięcesis.

Luc. 2.

Luc. 2.

Henr. 5.

Cęlest. 3.

Diœcesis. D. Gherardus Prior S. Feliculæ de Parma. D. Martinus Abbas S. Dionysij de Mediolano. D. Rolandus Abbas Monasterij Virgilensis. D. Lāphrancus Prior S. Prosperi de Fauentia. Ordinis eiusdem Canonicorū de Rhæno erant quoq. tunc Monasteria S. Ioannis in Monte in Ciuitate, & S. Victoris extrà Bononiā, quorū omnium obitus in eodem Calendario Antiquo Rhænano pariter cōmendantur, Priorū inquam, & Canonicorū, & Conuersorū. De his duobus Monasterijs fit mentio specialis in c. cum in Ecclesijs, de Maior. & Obed. Graduum quoq. Doctoratus, & Magisterij assumebant. Plures. n. leguntur Doctores, & Magistri in ipsomet Calendario; videlicet, D. Petrus, & D. Raynerius ambo eodem tempore in Familia Rhænana Magistri, Anno 1227. D. Vgo Prouenzalis Sacræ Theologiæ Magister, qui obijt 6. Cal. Nou. 1230. D. Vuilielmus de S. Germano Magister, & Capellanus Domini Papæ, qui obijt 17. Cal. Decem. Anno 1233. D. Rogerius Magister, qui curauit fieri nouam sepulturam pro Conuersis in Cœmeterio Nouo; qui obijt 10. Cal. Sept. Anno 1260. & alij prout in eodem Calendario annotati sunt. In quo multa alia ad ipsos Canonicos spectantia describuntur, obitus. s. eorum, Benefactores, Legata pia, redditus, & id genus alia, quæ hic non apponuntur studio breuitatis. Ex quibus patet quàm antiqua, quàm celebris, quot, quantisq́ Priuilegijs decorata, quotq́. Canonijs Romanis iuncta fuerit Rhænana Canonica, & S. Saluatoris de Bononia.


FINIS LIBRI QVARTI.

NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium

LIBER QVINTVS.

De Reformatione Ordinis Canonici in Can. Reg. Congr. S. Saluatoris, Ord. S. Aug.





Escriptis ijs, quæ ad Canonicam Rhænanam pertinebant, vsquequò Franciscus ferè solus remanserat vtriusque Monasterij Habitator: Acta primùm Reuer. in Christo Patris, perpetuaq; memoria digni Protoparentis Nostri b. Stephani Ioannis de Agarijs de Senis enarrare volentes, operepræcium duximus Historiam etiam habitæ propagationis Canonici Ordinis in Congregatione S. Saluatoris per eundem, veluti per Instrumentalem causam, intexere, excerptam ex Antiquissimis Chronycis Nostris, præcipuè Petri Michaelis Veneti, qui eam Historiam scripsit sub Annum 1480. septuagesimo ab Origine Nostræ Reformationis, quæ fuit 1408 vtpotè eorum Patrum B. Stephani sociorum, & contemporaneorum aliquis vidit, & cum eis habitauit. Quod facere satis congruè posse non arbitror, nisi etiā de Sanctissimi, ac Beatissimi Gregorij Papæ XII. vita, qui eiusdem Congregationis fuit efficiens, & principalis causa, aliquid interseratur. Igitur S. Saluatoris Congregationem Canon. Reg. ad distinctionem sæcularium dictam, per quam Ordo Canonicus Almi Patris Augustini Hypponensis Episcopi, ac Doctoris eximij ab Apostolis veraciter institutus, atque in S. Christiana Ecclesia vtcunque continua- *Petrus Mich.*

tus, Reformationem accepit tali successu per eundem Sanctissimũ
Gre. 12. D. Gregorium Papã XII. legitimè institutã, & per successores Summos Pontifices ad instantem vsq. ætatem prouectam extitisse quãplurimis Pontificijs Documentis, & Authenticis Diplomatib. expressè, vt infrà, legitur, & probatur. Postquam Sacrosancta Sedes Apostolica, & Romanã Curia, quæ in Gallijs à Clemente Vascone Papa V. translata, & ibidem vltrà septuaginta Annos exulauerat, inde per Gregorium Lemonicensem Papam X. anno sui Pontificatus 7. Domini verò 1376. inchoante die 17. Ian. in propriam Romanã Vrbem cum inenarrabili Romani Populi, atque totius Italiæ lætitia fuerat restituta. Idem Pontifex post alterum sequentem Annũ, videlicet, 1378. die 28. Martij humanis exemptus est. Cardinales verò in Conclaui ad noui Pontificis Electionem congregati, à Romanis, verbis & minis Italum Pontificem eligere compellebantur. Verebantur enim, nè si Vltramontanum eligerent, in Romana Curia iterùm, & sedes vltrà montes ab eo transferretur. Quam ob caussam moti Cardinales, vt ab illo Ergastulo eis liceret euadere, Bartholomæum Neapolitanum à Pisis oriundum, Barensem Archiepiscopum elegerunt, eumq. Vrbanum VI. nominauerunt. Tertio verò mense prius quam vltrò, cum pacificè adoratum de more Pontificem confirmassent: egressi ab Vrbe 14. Gallici Cardinales mutandi aeris causa (sed re vera asperitatem, & seueritatem Pontificis veriti) Aragonam, deindè Fundos, annuente Ioanna Apuliæ, & Siciliæ Regina, confugere, & in vnum cum suis sequacibus conuenientes alterum Pontificem Septembris mense elegerunt, Rubertum, videlicet Gebertinum 12. Apostolorum Presby. Card. & Italiæ Legatum, quem Clementem VII. vocauerunt, asserentes, quòd à Romanis vi, metu, & fraudibus inuasi, atque coacti Italum Vrbanum pro forma tantum elegissent. Clemens itaque cum sua Curia apud Auinionem profectus sedem ibi constituit: pro vero Pontifice, à Gallis, Hyspanis, Castellanis, & Britonibus adoratus, cui post quindecim annos defuncto anno 1393. Septembris mense Petrus Boldrinus de Luna Castellanus subrogatur, & Benedictus XIII. vocatus. In Constantiensi Concilio postmodùm Anno 1417. die 26.
Concil. Const. Iulij depositus fuit, sicq. 22. & pessimum schysma exortum fuit, quod per 30. annos durauit. Vrbano autem post annos vndecim, & menses octo successit Bonifacius IX. Perinus Tomacellius Neapolitanus

nus antea dictus Anno Dom.1389.qui erat Annorum 30.cui post annos 14.& menses nouem Innocentius VII.Cosmatus Sulmonensis,antè dictus Car.S.Crucis in Hierusalem die 17. 1404. suffectus est. Hic inter cæteros Cardinales tres creauit, qui omnes ad Ponti ficatum assumpti fuere,quorum primus,de quo agimus, fuit haud immeritus Reuerendiss. D.Angelus à Turricello oriundus nobiliss. & Antiquissima Corrariorũ Veneta Familia, Greg. appellatus. De quo Gregorio,vt clarius innotescant eius vita,& mores, & desideriũ vniendi Ecclesiã,anteq; verba faciamus, inserenda decreuimus, q̃ Platina,& Panuinus scribũt in Historia impressa Coloniæ 1593. At verò dum Schysma in Ecclesia Dei longius prothraeret,cum pnicie Christiani nominis,altero Pontifice Romæ creato,altero Auinione:Principes Galliæ, Duces.f.Biturucensis,Burgundus,Aurelianus, qui tùm ob valetudinem Regis Gallias gubernabant, calamitatem Ecclesiæ tandem miserati, Auinionem ad Petrum Lunã Benedictũ XIII. appellatum,perueniunt,hominemq; rogant,vt collabenti Ecclesiæ tandem consulat,etiam si abdicare se Pontificatu necesse esset,quemadmodum in Conclaui se facturum promiserat iureiurando interposito dum Pontifex creatur. Spondent præterea alterum Pontificem, qui tùm Romæ crearetur post mortem Innocentij idem facturum. Ita enim inter hos Principes, & qui in Italia erant Reipub. Christianæ amantissimi conuenerat, vt abrogatis duobus de Pontificatu contendentibus, quorum alter Gallicæ, alter Italicę factionis haberetur,vnus aliquis postea deligeretur omnium nationum Pater, et Pontifex. Respondet Benedictus, se quidem grauiter offensurum,si Ecclesiam Dei desereret,cui Patronus, & publicus Pater consensu bonorum non furtim, sed publicè ascriptus esset,nolle se in dubium ponere,quod iustis suffragijs sibi demandatum fuerat, quòd dicerent, sublato Schysmate, de concordia agendum esse,sibi admodum placere,modo id in loco fieret libero: ne coactus quispiam potius, quàm sponte facere aliquid videretur. Vnum tñ se polliceri, idq. iureiurando affirmare, si aliter tolli Schisma non posset, depositurum omnẽ Pontificiam dignitatem,modò idem eodem tempore ab altero Antipapa statim fieret.Principes itaque cognita hominis voluntate,consultare inter se cœperunt, quonam modo Benedictus in sententiam suam perducerẽt,quorum colloquia, & consultationes Benedictus veritus,

Plat. Pvnu.

A 2 Pon-

Pontificias ædes armis, & commeatu optimè muniuit: in quibus aliquot menses obsessus, tandem, paratis ad fugam triremibus, per Rhodanum in Cataloniam, unde oriundus erat, adnauigauit. Sunt autem qui scribant Principes Gallos id molitos in Benedictum esse instantibus Cardinalibus Gallicis, qui eum oderant, quòd alterius nationis esset, & non Gallicæ. Nam, cum post mortem Clementis, de creando Pontifice Gallico inter eos non conueniret, hũc post longam altercationem crearunt, vt virum bonum, & Reipub. Christianæ amantissimum: qui eos sępè admonuit, vt honestè, ac Sanctè viuerent, vtq. a Simoniaca prauitate cauerent, aliter se in eos grauiter animaduersurum. Huius itaque mores ferre nequeuntes, Principes Gallos in virum optimum, & constantis vitæ concitasse. At verò Cardinales, qui post mortem Innocentij Romæ erant, cognita trium priorum Pontificum in tollendo Schysmate negligentia cognitoq; etiam discrimine, in quo Resp. Christiana vbiq. terrarum, maximè verò in Gallia versabatur, in vnum conuenientes, Conclaui ad S. Petrum in Vaticano habito, iurarunt singuli, maximis execrationibus interpositis, abdicaturos se statim Pontificatu, si sibi deligi ad tantum magistratum contigisset, hac conditione tamen, vt id quoque ab Antipapa fieret. Venerãt autẽ in hanc sententiam, vt et Gallicę nationi satisfacerẽt, quę ob impotentiam creandi Antipapæ consuetudinem introduxerat, à qua remoueri non sine ignominia videbatur, nisi id quoque ab Italis fieret: vtq. in sententiam Benedicti venirent, qui hac vna ratione, non alia, sanari Ecclesiã posse dicebat. Quod si sibi contigisset vtrumq; abrogari, vnum verum Pontificem omnium, qui tum erant, Cardinalium consensu creandum esse, cui omnes Reges, & Principes ob temperarent. Creatus itaq. Romæ Anno Domini millessimo quadringentesimo sexto Pridie Cal. Nou. Angelus Corrarius Venetus tituli S. Marci Presbyter Cardinalis, qui (vt dixi) Gregorius XII. appellatus est, statim, quod ante Pontificatum promiserat se facturum, scripto, adhibitis etiam notarijs, & testibus confirmauit, suaq; manu scripta tabellionum notauit. Cum verò de eligendo loco, quo sine discrimine vterq; venire posset, mentio haberetur, neque ea de re satis inter eos cõueniret, collusores, & fœdifragi ab vtroq; Cardinalium conuentu sunt habiti: qui Pisas, hinc Romam, hinc Auinionẽ adnauigantes, vno consensu Gregorium, & Benedictum

Di-

Dignitate Pontificia priuarunt, consentientibus in tam grauem sententiam omnibus nationibus preter Hyspaniā citeriorem, Regem Scotiæ, Comitē Armeniaci, qui Benedicto fauebant. Inita deinde creandi noui Pontificis ratione, qui benè ac Sanctè sine vlla seditione Ecclesiam Dei gubernaret, uenere in hanc sententiam, vt Alexandrum Quintum crearent. Dum autem Gregorius abesset, creandique Alexandri ratio haberetur, armis omnia Romæ circumsonabant. Ladislaus enim Rex occupata Ostia pedestribus, naualibusque copijs, adeò Romanos incursionibus vexauit, vt inita pace honorificè postea in Vrbem receptus tamquàm Dominus, & Magistratus mutauerit, & portas, ac mœnia pro arbitrio animi sui operibus, & custodijs firmauerit. Verùm superueniente Paulo Vrsino Ecclesiastico Duce apud S.Iacobū in Septimiano acerrimè pugnatum est, multis vtrinq. desideratis: in Transtyberi namq. Rex suos tùm continebat, arbitratus se illo in loco tutiorem esse ob nauales copias, quas Ostia Romas subuexerat. Is verò deinceps cedens, potius, quàm fugiens, Vrsinæ factioni, quæ in dies magis, magisq. augebatur, Neapolim proficiscitur, debilitata præsertim factione sua ob superatos antè ingressum suum Columnenses, Io. Columna, Baptista Sabello, Iacobo Vrsino, Nicolao Columna Ducibus, qui occupata S.Laurentij Porta, Vrbem iam ingressi erant. Verùm, superueniente Paulo Vrsino, superati, vt dixi, & capti ex magna parte fuerant. Ex his capitali supplicio duo affecti sunt; quorum alter Galeotus Normannus eques insignis; alter verò Richardus Sanguineus est habitus, è familia nobili, ac vetusta originem ducens. Reliqui verò incolumes dimissi fuerant, ne amplius Ladislai auspicijs militarent. His aūt pturbationibus adeò Romæ annonæ caritas inualuit, vt mensura tritici, quam Rubium vocant, florenis decem, & octo venderetur propter abacta pecora, & rusticos partim captos, partim necatos, vt in bello fieri consueuit. Angelus Corrarius genere Patricio ortus, Sacræ Theologiæ Magister ex Episcopo Castellano Venetijs, Patriarcha Constantinopolitanus titulo tenus, & Chalcidensis in Insula Euboea Episcopus primùm, mox Presbyter Cardinalis, tit. S.Marci, & Piceni Legatus ab Innocentio VII. efficitur. Pontifex verò designatur in Vaticano Palatio 13. Cardinalium votis prid. Cal. Dec. Anno 1406. octogenario maior, coronatus Nonis Dec. ad S.Petrum: Sedit Cæsaribus Roberto, & Sigismundo

mundo Regibus Romanorum, Annos 8. Menses 7. die 5. Hic ea cōditione, veluti inter Rex; Pontifex Romanus renunciatus est, vt tollendi schysmatis causa, Summum Sacerdotium deponeret, si idem Benedictus XIII. factitasset. Vterque Iureiurando id promisere: q cum Imperij dulcedine præstare nolle viderentur, vtriusque Pontificis Collegia, ijsdem relictis, Pisas conuenere, ibiq; Generale totius Christianæ Reip. Concilium congregatum est. Quæstionibus in vtrumque legitimè habitis, Synodus Pisana vtrumque de Pontificatu contendentem priuauit Non. Iunij Anno 1410. Pontificatus Gregorij Anno 2. Mense 6. die 6. Cum ipse iam duabus ordinationibus Cardinales 13. creasset. Qui non nisi in Concilio Constātiensi in aliorum Patrum numerum suscepti sunt, quando Gregorius ipse pro vnitate Ecclesiæ sarcienda, sponte per Procuratorem absens Arimini Pontificatu se abdicauit. Quod factum fuit sessione 14. die 4. Non. Iun. Anno 1415. Nam Pisani Concilij Decretis, tanquam minus legitimè congregati, parere recusauerat. Obijt Eps Cardinalis, & perpetuus Piceni Legatus biennio post Recanati, Anno 1417. paulò antè Martini V. creationem nonagenarius; ibiq; in Cathedrali Ecclesia sepultus est cum hoc Epitaphio:

Maximus Ecclesiæ Princeps, Summusq; Monarcha
Ordine Gregorius bissenus clauditur Arca.
Hic pro pace datus cœlesti munere, semper
Ferbuit æthereos superis manere decenter:
Archischisma malum, facta hæc dementia Pisis
Ipse pius releuat, facta est Constantia testis;
Cardine bis Sacro Pastoris conscia Sede
Marchia suscepit Racannati Flauuius Aede.
Obijt Anno Domini 1417.

Altius autem vita Gregorij repetēda, & singulares actus, & progressus inserendi. Hic namque Parentibus Christianissimis ortus, Pater eius N. coletus, qui inter cateruas Ciuium non segnis habebatur, paulò antè suis meritis ad Principatus Nobilitatem assumptus: Mater vero Polissena nominē, fœmina fuit Sanctissima, atque grauis, Quibus non tam Prolapiæ Nobilitas, quàm Dei Cultus, nō tàm diuitiæ, quàm elæemosyna, fuerunt in prætio. Hi ergo hāc speciosissimam plantulam, hunc, videlicet, Infantem à Deo electum, antequem natum Anno Domini 1335. genuerunt, antè quem &

alium

alium genuerant Philippum nomine adeò virtutibus, & moribus insignitum, vt inter Ciues suos breui Procuratorem S.Marci (qui Supremus citrà Ducatum eius Ciuitatis Magistratus est) facillimè obtinuerit. Angelus itaque ab ipso pueritiæ tempore nihil puerile, nihil terrenum, sapiens à Deo, innocenter crescebat, vt nominis naturam sit perfectè assecutus, adhuc Infans videretur. Postquam verò è pueritia excessit, poscente ætate ad capiendum animi cultum litterarum studio traditur, vbi tùm ingenij velocitate, tùm discendi desiderio breui admodùm æuo multa ingenuarum disciplinarum scientia imbutus tantum excelluit, quantum magno futuro Pontifici opus erat. Factus autem iuuenis æqualium sodalitates, & consuetudines penitus vitans pro diuersorio Dei habebat templa: creuerat namque cum eo tanta erga Religiosos viros deuotio, & beneuolentia, vt semper in aliquo eorum Monasterio reperiretur. Vbi verò adesse aliquem Religiosum, & deuotum Virum audisset, statim, relictis omnibus, ad eum accedens, se totum illi exhibens præstabat, & ministerium pariter, & subsidium tribuebat: grauitatem autem, & modestiam sic retinebat, vt in eo pulcherrima senectus resplendere omnibus videretur: forma namque corporis insignis erat, sed animi Sanctitate præstantior. Accidit autem Reu. D. Amadeum de Placentijs de Parma virum vtique deuotissimum, & integerrimum, qui de Paduana Sede, ad quam anno 1372. electus à D. Francisco Carrariense seniore fuerat delectus, & ad Episcopatum Castellanum Venetum per obitum D. Pauli Foschari assumptus, & subindè Presb. Card. S.R.E. creatus Anno Domini 1379. die 14. Nou. ex humanis non absque totius populi mœrore exemptum ad cœlestia Regna vocari, cuius rei gratia, cum de eligendo Pastore sermo inter ciues haberetur, pariterq; de more conuenissent omnes Ciuitatis Proceres, vnanimes, pari voto eundem D. Angelum, quem omnibus haud parcè ornatum virtutibus, Religioni, & Sanctimoniæ deditum, mundoq; penitus abdicatum, animaduerterant, licet reluctantem, atque imbecillitatem suam ad tanti Magistratus Amplitudinem arguentem, in eorum Pastorem quadraginta duo loco assumpserunt. Confirmatur in Episcopatu à D. Vrbano VI. in quo morum, & vitæ seueritatem pariter cum Dignitate augendam esse putauit. Talem itaque deinceps in vtroq. homine se exhibuit, vt exemplo sui cogeret, quos prece, aut Imperio

flectere

flectere nequiuisset. Vtranque.n.vitam ita complexus est, vt nunq̃ à Diuinorum contemplatione negotium, aut à negotio contemplatio læderetur. Semper etiam, quòad vixit, voluntariam paupertatem ita cunctis antè tulit diuitijs, vt, præter necessaria corporis indumenta, & illa quidem vilia, ac suppellectilem tenui vitæ peropportunam, nihil ei reliquum esset: quin etiam quandoq; quos legebat, mutuò petebantur libri. Talibus itaque intentus operib. eius sanctæ vitæ odor longè, latèq; per totam Italiam in dies diffundebatur, cuius cum fama ad præfati Summi Pontificis Vrbani VI. aures fuisset allata, cum ad se accersitum ab suo discedere latere noluit, eumq; ad Patriarchalem Bizantinæ Sedis titulum promouit. Pontificis ergo, cui contraire nefas erat, deliberatione cognita, ne contrà Ecclesiastica Iura duas occupare videretur Ecclesias, propriæ Patriæ Episcopatui, quem sex rexerat annos, eodem annuente Pontifice (licet quantum Venetus id ægrè tulerit Populus dici nequeat) liberè cessit. Ex qua cessione D. Ioannes Lauredanus ipsius suffectus est loco. Vrbano autem de medio sublato, sufficitur Bonifacius Anno Domini 1389. Quo t.pe omnibus Claustralibus Ordinibus penè ad ima collapsis tàm ex pestilentissima contagione sub Annum 1348. suborta, quã ex infandi vigesimi secũdi schysmatis incendio Catholicam Ecclesiam pluribus annis deuastante, quamplures aliæ nouę Congregationes, & Religiosorum Virorum Collegia, præsertim intrà Italiam, paulatim pullulare cœperunt. Dum Pontifices Summi alter in alterius factionis sectatores diris execrationibus, & Ecclesiasticarum censurarum comminationib. vicissim digladiabantur. Inter quas ea Regularium Presbyterorũ, quæ S. Georgij de Alga dr̃, ortum habuit. Erat namq. Rector tunc præfatæ Ecclesiæ, quæ Sæcularis erat, D. Ludouicus Barbus viginti annorum ætatem non excedens, sed moribus, & conuersatione, vt eius acta testantur, iam inter perfectos connumerandus Religiosos, ad quem accesserũt D. Marinus Guarinus cum duodecim alijs Venetis Patricijs, qui Diuino acti Spiritu celibem vitam actitare decreuerant: inter quos erant etiam D. Antonius Corrarius, & D. Gabriel Condulmerius ipsius D. Angeli alter ex Fratre, alter ex Sorore Nepotes, ægrè quidem ferentes eiusmodi profanata tempora, quibus omnia, & spiritualia sub enormi confusione peiium iri videbantur, neutralitati inhærentes in eum solitarium locum extrà

Vrb. 6.

Ciui-

Ciuitatem sese receperunt, quò ab omni semoti sollicitudine, diuinis liberius rebus, sibiq. possent deseruire. Quos omnes ipse Dominus Ludouicus benignè susceptos, eorum cognita deliberatione factus est eorum voti particeps. Hi ergo cum vnanimes in cōi, sub laicali tamen habitu, viuere statuissent, ad Romanum Pontificē miserunt, quatenus, præfato Collegio confirmato, de modo, & forma viuendi prouideret. At Pōtifex eorum sancto desiderio cupiens satisfacere, præfato R.D. Angelo, quem inter mundanas turbines degentē, nedum Claustralem, Anachoritam vitā ducere sciebat, mandauit, vt præfatis Presbyteris de conuenientibus Institutionibus secundum conscientiam suam prouideret. Qui Sanctissimus Patriarcha præceptis Apostolicis libentissimè obtemperauit, atque eā Cōgregationem in tantum dilexit, & amplexus est, ꝙ postea ad apicē summi Apostolatus assumptus, eodem Habitu, quo S.R.E. Car. ab antiquo tpe, licet colore, & forma aliquatenus postea alterato, vsi fuerant, Concistorium intraturi eam decorari voluerit; pluribusq; Priuilegijs, Indulgentijs, & Gratijs eidem concessis, à quo D. Ludouico Congregatio Venerabilis Sanctæ Iustinæ Ordinis S. Benedicti, & plurima fuerunt reformata Monasteria. In eorum etiam Religiosorum sanctissimo Cœtu tunc Laurentius Iustinianus præfati Marini ex sorore Nepos censebatur, qui ad præfatum Monasteriū, cum esset annorum decem, & nouem, Anno Dom. 1400. confugerat, & consequenti tpe Eps, & primus Patriarcha cum Ciuib. suis Venetis extitit designatus. Bonifacio autem Papa IX. viam vniuersæ carnis ingresso successit Anno 1404. Innocentius VII. vt iam prædiximus, qui anno secundo, & vltimo sui Pontificatus Domini, videlicet, 1405. inter cæteros eundem Reuerendissimum D. Angelum ad Sacrum Cardineum Presbyt. tit. S. Marci vnà cum Magistro Petro Filardi Cretense Ordinis Minorum Illustrissimi Ducis Mediolani à consilijs, atq. primùm Vicentino Epo, deinde Mediolanēsi Archiepiscopo, quem ad titulum 12. Apostolorum, necnon & D. Ottonem nobilissimum Columniensium, seu Hannibaldensiū Romanorum, quem ad titulum S. Georgij ad Celum aureum ipse Pōtifex assumpsit. Sequenti anno, videlicet, 1406. mens. Octob. sublato è viuis Innocentio p̄fato, post adhibitas debitas exequias, Cardinales oēs cum diū inter se deliberarent, vtrum foret expectandū, si fortè Benedictus XIII. qui tunc in Gallijs moram trahebat, cede-

re vellet,aut personaliter interesse; visum est eis de cōi consilio ad noui Pontificis electionem procedere plurib.de causis: formidantés,ne nimirùm in morando maior confusio,vel iactura Christianę Plebi accideret.Ingressi igitur Conclaue die 3 1.eiusdem mensis,& Anni, oīum bonorum suffragijs electus fuit præfatus D. Angelus Corrarius Car.tit. S.Marci, & Patriarcha Cōstantinopolitanus vir iam septuagenarius,& à puero,vt iam prælibatum est,magnę sanctimoniæ,& sapientiæ,qui Greg.XII.vocari voluit, & non immeritò, vt esset similis noīe ei,quem in oībus vitæ actib. æmulabat. Statim itaq.publicata electione iurm denuò,& votum pariter cōfirmauit, oīa s.pro viribus operari,et,si opus fuisset,Pontificatui cedere,quatenus vnio redderetur Ecclesiæ.Cognita aūt Florentię morte Innocentij Ciuitatis Primarij Venerabilem P.F Io.Dominici Florentinum Priorem S.Dñici de Fesolis Prædicatorij Ord. Romā dirigūt, qui sacro Cardineo Cœtui persuaderet,vel et Pontificis Electionē retardarent,vel si adeam procedere intendebant, oēm darent opē vnioni. Hic namque bonus Pater,vt vita eius aliquo modo innotescat,cum esset bonæ indolis, adolescens annorum 17.Prædicatorū Ord.cū maximo feruore Ingressus fuerat, & breui doctissimus absque Doctore,vt ipse de se testatur,euaserat:plurima n.dicauit opa, q ingeniū,& sapientiam eius testantur:fuit staturæ proceræ, & gratiosi aspectus,atq.ad oēm materiā cōsilio facilis,& profundus,paupertatis Amator,prudentissimus,circūspectus,cibi,somniq. parcissimus,atq.continuis laboribus infatigabilis,feruens deniq.ac vtilissimus declamator. Hic et primus collapsas penè eius Prædicatorij Ord.vitæ Regularis sacras obseruationes,quę absūptis oīs Ordinis Patribus in vasto illo infandæ lucis incendio, ac pestilentissima cōtagione, quo sub annū salutis 1348.p præcipuè Italiā prorsus cōciderant,in aliqualē lucē dicēdo,& augēdo,adhærentibus sibi pluribus Comitibus,primū Venetijs in Cōuentu S.Dñici de Castello reuocauit.In qua et Ciuitate Monast.p suis Ord Sororibus titul.SS. Corp Chri cōstruxit.Cōuētū itē S.Dñici de Fesolis pdictū à fundamētis ædificauit, qui postea legato sex milliū Florenorū p Nobilē Mercatorē Barnabā de Aleis facto perfectus est Anno Dñi 1403. Quo et Anno ad conuersionē susceperat F.Antoniū Nicolai Tabellionis,& Thomasiæ de Florentinis filium: qui postq. Anno 1446. ad summū Præsulatū suæ Patriæ Ciuitatis euectus,& anno 1459.in

Vigilia

Vigilia Ascenf. Domini, videlicet; secunda Maij fracto huius carnis Claustro vitam cum morte commutauit. Anno tandem 1528. vltima Maij in festo S. Trinitatis ab Hadriano Traiectēse Papa VI. solemnibus cœremonijs in Ecclesia S.Petri de Vrbe astantib. Clero,& Populo insignis scientia,atque doctrina, & crebris miraculis præclarus in Sanctorum Confessorum Catalogo vnà cum B.Borone Germano Coepiscopo fuit enumeratus. Præfatus itaque Pater Ioannes Dominici pedester Romanam Curiam adiens, Reuerendissimorum Patrum Collegium in Conclaui cōgregatum pro Pōtificis creatione reperit, coràm quibus electo postea Gregorio præfato,data opportunitate, Oratorem pro Florentinis agens in publico Concistorio luculentissima doctrina,atque deuotissima Oratione Patres ad Ecclesiæ vnionem exhortatus est;pro parte suę Excellentissimæ Communitatis omne auxilium,fauorem pro vnione, & Castra cum copijs,& comeatus fertilitatis, vbi, & quando opus esset pro commodo vniuersalis Concilij celebrandi, liberè offerēs, spondens,& promittens.Gregorius itaque, qui eius vitæ bonitatē, sapientiam, facundiam, & in agendis reb.industriam,ēt dum esset in minoribus,habuerat præcognitam,eum familiariter apud se, licet renitentem,retinuit. Altera autem die priusquam Pontificiam Coronam de more adeptus,& à Venetorum, & Florentinorū Legatis solemnissimam accepisset Obedientiam, D.Antonium Corrarium ex F.Philippo Nepotem,Camerarium,& Bononiensem Episcopum, D Gabrielem Condulmerium ex sorore alterum Nepotē ambos ex Ordine S.Georgij de Alga,vt suprà attigimus,Thesaurarium,& Senensem Episcopum, quendam P.F. Ioannem Dominici Ragusinum Archiepiscopum; Magistrum Lucam Ordinis Humiliatorum in sacra pagina cruditissimum,& celeberrimum, decrepitæ licet ætatis,Episcopum Fesulanum,& D.Ioannem à Puteo Thiphernatem Episcopum creauit. Statimq; Benedicto XIII. qui iam in suo Pontificatu nefario annum agebat 12.scripsit,ad concordiā cum inuitans, mutuam offerens Pontificatus abdicationem. Cui Benedictus tantisdem ferè syllabis eandem inuitationem,& exhortationem respondit,& de loco tractantes, de Saona Liguriæ conueniunt,ad quam per Mare,& Terras facilior esset accessus.Gregorius igitur consignatis Paulo Vrsino,ex Primarijs Romanis millenarijs Ecclesiæ defensore, ac Tribuno, quibusdam Ecclesiæ Oppi-

dis, Mense Augusti sequentis Anni ab Vrbe Romana egressus Viterbium applicuit: vbi constitutus Anno Domini 1407. & Episcopatus 2. die 23. eiusdem Mensis Augusti in Camera sua, præsentib. præfato D. Antonio Episcopo Bononiensi, & Camerario, D. Ioanne à Puteo Episcopo Ciuitatis Castellæ, & D. Gabriele Thesaurario electo Senensi, concessit Fratri Angelo de Vrbino Ordinis Minorum auctoritatem, & licentiam posse dare Indulgentiam in articulo mortis D. Comellæ vxori Nicoleti de Clugia, & quibusdam alijs Laicis iuxtà tenorem, & formam, quam ipse Pontifex, cum esset Romæ, in publico Concistorio ædidit, & publicauit. Quam Nobis etiam in Constitutionibus Nostris vtendam dedit. E Viterbio autem se mouens, disuasus à quampluribus Christianis, ne Saonē adiret eo, quòd p.p Genuenses, & Gallos vnà cum Antipapa Benedicto fœderatos suspectus esset locus, Senas se recepit, vbi aliquandiù moratus est. Est locus ad tertium lapidem ab Vrbe Senarum distans, ab Incolis olim Fultignanum, postea Lisceda, nunc verò Licætum, à trecentum annis circà sortitus vocabulum, nomen ex Illicibus arboribus factum, qui inibi frequenter, passimq; sponte sua prodeuntes Syluam efficiunt, cum eo etiam loco Sylua, & Lacus perexiguus haud procul distans, vbi ad pedes montis cuiusdam Lacus dr, vbi amnis certis tantummodò defluit annis, omnia circumcirca inundans loca, quam inundationem non modica loci semper consequitur penuria, Syluelacus dedere cognomen. In huius itaque loci medio Sacellum Saluatori sacrū constructum extitit à Sāctissimis Viris, qui inibi antè annos Domini 600. Eremiticam Vitā susceperant. In quo etiam fertur postea D. Ioannem Franciscū Petri Bernardini Asisiensis, priusquam Minorū Ordinem procreasset, aliquandiù substituisse, atque Sacellum precibus eius Gregorius Anagninus Papa VIII. Anno sui Pōtificatus 1. Domini verò 1328. in protectionem susceptum à D. Bonfilio Senensi tùm Epō consecrari mandasse, vbi ipsius Pōtificis auctoritate singulis annis in anniuersario ipsius dedicationis, quæ Cal. Maij fuit, vnius anni, ac dierum quadraginta Indulgentiam perpetuis duraturam temporibus concessit. Volens, & mandans, quòd in Ecclesiastico Obsequio officium Dedicationis Basilicæ Saluatoris, prout in Lateranensi Romana Ecclesia die 9. Nou. sicut hactenus fecerat, continuaret. Verū cùm Alexander Anagninus Papa IV. Eremiticas Familias sub D.

Aug.

Aug. Patris Regulam ab Innocentio Flisco Ianuensi Papa IV. qui Roseum etiam Galerum sacris Amplissimis S. R. E. Patribus addiderat ex omnibus Eremitis, ac circumcessionibus vndiq. tuguria, Syluestriaq; loca incolentibus, ac sub diuerso Habitu, diuersisque Regulis, & titulis conflatam, intra Vrbem Anno Domini 1224. vt simul in communi viuerent induxisset, confirmasset, reformasset, auxisset, ac multis Priuilegijs, & Gratijs decorasset, sub vno tantum capite, & regimine eum Ordinem, quem Eremitarum præfati S. August. denominauit regi, & moderari, perpetuò mandauit. Volēs eundem Primatem Priorem Generalem nuncupari, à quo Prouinciales, & Conuentuū singulares Priores annuatim instituerētur, ad libitū suū amouibiles. Sicq. factū est, vt idem ēt Fultignanū Senēse de Sylualactis Monasterium, sub eodem S. August. Eremitarū Ordine deueniret, quod antea, vt fertur, sub S. Guglielmi dogmate militauerat, sub qua noua tunc Institutione, vltra centum quinquaginta annos, pacificè perseuerans, ea ipsa Basilica cum Cœnobio sæpius ab ipsis Patribus resarcita, & ampliata extitit. Verùm post hæc ab eiusdem Prouincialibus multis incōmodis, perturbationibus, dispēdijs, exactionibus tùm pro Generalibus, tùm pro Prouincialibus Capitulis congregandis, faciendis Visitatoribus, ipsi Illicetani cum sæpius, & acrius, ac suprà vires excruciarentur, ad Generalē Procuratorem pro opportuno remedio recursum habuerunt, quo ipse, qui Magister Bartholomæus Venetus tūc dicebatur, Anno Domini 1392. Schysmatis præfati tempore, videlicet, sub Bonifacio Papa IX. eosdem cum ipsorum Monasterio ab omni inferiorum Prelatorum molestia, & Iurisdictione liberauit. Sed, cum ab eorum vexatione ipsi Prouinciales minimè desisterēt, idem Generalis Prior in Conuentu Generali Ariminense Anno Domini 1394. per suas patentes litteras omnibus Prouincialibus, & alijs inferioribus Officialibus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna mandauit, ne in aliquo circa dictos Fratres Illicetanos, & eorum Monasteriū se intromitterent. Quam exemptionē Magister Nicolaus de Cassia immediatè successor Anno Domini 1406. confirmauit; sicque sub speciali Protectione, & Regimine Procuratoris Gen. Ordinis solummodò vsque ad nouī Canonici Habitus assumptionem perdurarunt. Eorum itaque deuotorum Patrum, qui ea tempestate in eo sacro Illicetano Monasterio sub arcta obseruantia degebāt, hæc

recitan-

recitantur nomina, videlicet. Frater Philippus Leonardi de Agazarijs Senensis. Frater Dominicus Cimi Vghi Senensis. Frater Ioan. Francisci de Astaggia. Frater Io. Christophori Salimbeni Senensis. Frater Regolinus Angelini Philippi Senensis consanguinei Fratris Bernardini Ordinis Minorum, postea à Pio Papa II. Sanctorũ Catalogo adnumeratus. Frater Andreas Angelini. Frater Io. Antonij Guidi, sier Vãnij. Frater Frãciscus Nani, sier Nutij. Frater Bartholomæus Salui. Frater Christophorus Ioannis. Frater Ceccus, aut, Frãciscus Berti de Toiano. Tres Conuersi, & omnes supradicti Patres Senenses, & Clerici num. 13. cum eodem B. Patre Stephano Ioannis: horum itaque primus Frater Philippus Prior, quem Magistratum sæpius obtinuerat, atque sub ea sancta cõuersatione quinquagesimumquartum agebat annum. (Habitum quippè in eodem loco Anno Domini 1353. susceperat, & longam indè ætatem vixit.) proximus autem huic erat B. Pater Stephanus, de quo agimus, post eandem Dignitatem Supremam, quam semel, atque iterùm laudabiliter gesserat, tũc Suppriorem, & Procuratorem agens, quod munus per plures annos etiam cum Fratre Ambrosio Honophrij de Senis subindè defuncto summa omnium pace obierat. Hic anno 1354. natus Patre Ioãne, & optimis moribus diligenter nutritus, cum esset annorum 14. Anno Domini 1368. eodem sacro Habitu initiatus eundem per 40. annos gestauit. Hi ergo sub eodem sanctitatis proposito vitam prorsus cœlestem actitantes, lacte, & solidiori cibo Apostoli sensum æmulati, reliquos pro cuiuscunque ætatis viribus à turbis semotos, in ea solitudine cum silentio Christo Saluatori suo sub maxima obseruatione educabant, & de redditibus in communi pariter viuentes, in quibusdam tantum vniuersi Ordinis Primati subijciebantur. Sed quoniam idem Eremitarum Ordo in eandem miserabilem sortem, quam omnes alij Claustrales prorsus ad ima penè deuenerant, deductus fuerat: supradicti Patres ab ipsiusmet sui Ordinis Confratribus alterius Cœnobij intrà Ciuitatem sub D. August. Patris vocabulo constituti, intolerabilibus iniurijs, ęmulationibus, ac persecutionibus frequenter lacessiti, angustiati, afflicti erant: sępius etiam (quod magis molestum ferebãt) cum aliquem bonæ indolis probum adolescentem ad prouectam educassent ætatem, à Generali Priore violenter raptus ad aliquod Ordinis Monasterium in eo præferendus transmittebatur: super

quibus

quibus præfati Patres omni spe destituti vlterius amplius posse, & numero, & deuotione augeri, sed potius formidantes, ne in deterius collaberetur, ad quem confugerent, ad quem clamarent, penitus ignorabant, cum omnia tunc corrupta præcipiti sorte agerentur, labe schysmatica annos supra triginta vbique crescente, quam humano præsidio sanari posse desperabant. Pater iccirco Stephanus prudentissimus, quamuis non Prælatus, Zelator tñ animarum, quas suas appellabat, & existimabat, & cui tanquam Patri omnes obtemperabant, & vt speculator astans desuper omnium actus diligenter conspiciens, die, noctuq; vigilijs, & orationibus feruenter insistebat. Sollicitus quippe erat, ne quicquam mali, aut sinistri adhæsione illius pestiferi schysmatis gregi illi quolibet eueniret. Experientia.n. didicerat, quod excrebrescente peruersorum malitia, nedum Laicos, & populares, verumetiam ipsos Religiosos, & spirituales Viros, qui aliquando vt lucerna super candelabrum in superioribus stare videbantur, malorum persuasionibus pristinum feruorem, rigoremq; Sacræ Regularis Obseruantiæ paulatim descrentes, euanuerant, à statuq; perfectionis eiusdem turpiter ceciderant. Videmus insuper hmõi etiam Viros sub specie boni persæpè decipi, & illudi. Corrumpunt.n. attestante Apostolo, bonos mores colloquia mala. Angustiæ sunt vndique, & vbique labor, & dolor. 1. Co.15
Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, in vanum laborant, qui custodiũt illam. Adiutorium ergo nostrum à Domino incessanter requirendum est, si ab insidijs inimicorum omnium eripi cupimus, & liberari, quatenus Diuina Prouidētia protecti diluuij periculum cũ Noè euadentes, & de Ergastulo Arcæ incolumes exeuntes, sacrificium vespertinum in odorem suauitatis dignè Domino Deo offerre valeamus. Nam more, & exemplo Prothomartyris Stephani, sui quò ad nomen Patroni, curam omnium ouium in spiritualibus, & temporalib. gerens, quamuis Syndicus, nõ Prior, necessaria, prout cuique opus erat, omnibus indifferenter ministrabat. Non.n. spiritualia in eius regimine temporalibus, nec è contra t̃palia spiritualibus impedimentum aliquod vnquam inferebant; sed omnia suo loco, & t̃pe per ordinem prudenter expediebat. Non certè immemor, aut segnis, vel surdus auditor sermonis Prophætæ dicentis: Septies in die laudem dixi tibi, magnificus, & strenuus imitator sp fuit. Nam horis Canonicis, & præsertim in nocte iuxta illud Psalmi-

Ps. 126
Ps. 123
Ps. 118

stæ:

Ps. 118. stæ: Media nocte surgebam ad confitendū tibi, primus sp interfuit, Psalmodiamq; Epistolam magno cordis affectu exprimens, dulcedinem, quam intus sentiebat, atque gustabat; læta, iucundaq; ac exhilarata facie, & alijs nonnullis indicijs exterioribus foris etiam inuitus religiosè persæpè alijs demonstrabat. Expleto itaque matutinali Officio, memor Apostoli dicti: oportet sp orare, & nunquam deficere, se illicò ad secretam, priuatamq; orationem deuotè prosternebat, ibiq; per horam, & eò amplius cum alijs immobilis consistens, illisq; recedentibus, non recedebat ille, sed post aliquandiù orans, sese, ac oues cum grege Domino humiliter commendabat. Denique ab oratione surgens, ad cellulamq. rediens, lectionib. sacræ paginæ, cæterarumq. diuinarum scripturarum meditationibus tpe, magna charitate, & compassione quotidie visitabat, eosdē supportandū ipsas ægritudines patienter, & psertim illas, q incurabiles videbantur, hortabatur, & eas æquanimiter tolerantes Deo Creatori suo semper gratias agere conarentur, qui pro eorūdē aïarū salute sic eos in easdē infirmitates incidisse permiserat, vt pro tolerātia, patientiaq. ipsarū ægritudinum, tandē salui fierent. Pusillanimes aūt confortabat, rōnabilibusq. persuasionibus eos cōsolabat, eosq. pariter salutis iter arreptum, forti animo, firmaque fide, vt incedere non hæsitarent plurimùm persuadens, magno charitatis ardore hortabatur. Tristes verò, seu afflictos, aut tentatos, vel de proximo quacunq. de causa tentandos cum cerneret, verbis, & exemplis, ac suarum instantia orationum illis assistens, illicò adiuuabat, nec passim ab eis recedebat, nisi prius Christus ante diuinam inspirationē assistens ventis fluctuosis tentationum, malarumq. suggestionū procellis misericorditer impressis, sedataq. turbationum tempestate, tranquillitas, quæ Christus est, per spiritualem cōsolationem in eorum mentibus affluenter effluxisset. Ad exteriora postremò exiens aliquantò sese præstabat, ita vt nunquam ociosus, vel sine bonarū actionum operibus reperiretur. Amator præterea, & sectator sanctę paupertatis semper fuit, erga pauperes pius, hospitesq. gratiosus, atque benignus habitus est. Villibus enim, & grossioribus pannis semper induebatur, nitidis tamen pp Habitus reuerentiam, ne sordidus Habitus alijs fastidium, seu scandalum generaret. Sicq. religio ipsa, quæ intus, & extra pura, nitidaq. consistere debet, ex huiusmodi immunditia in conuersatione hominum non vilesceret, atq. for

desce-

Eph. 6.

desceret. Quid plura? sobrius certè, castus, & patiens semper vixit, Austerus aũt sibi, alijs verò misericors, sibi quidem graue pondus Iustitiæ imponens, alijs autem leuem, & ita se in omnibus virtuosè se habuit, quòd ab omnibus magis amaretur, quàm timeretur. Rebus igitur sic se habentibus Stephanus super gregẽ, tanquam sibi à Deo commissus esset, vigilanter insistebat. Et ecce non multũ post, dum ipse Pater feruentissimus vti Speculator peruigil desuper assistens nonnullas ex eius ouibus cespitare, charitatemq. in cordibus multorum refrigescere, rigorem Regularis Obseruantiæ in aliquib. tepescere, minui, ac relaxari apertè cerneret, nonnullos per abrupta, & deuia quæq. ire, atque alios per amplam, & latam viam, quæ ducit ad mortem, pergere conspiceret, ingemuit valdè, nimisq. tristis effectus est. Videbatq. præterea Fratres, filiosq. Christo genitos, sacrisq. Religionis vestibus indutos, illosq. verbi cœlestis pabulo à teneris annis nutritos, ac verbo, & exemplo, & exhortationib. plurimùm consolidatos per Superiores dicti Ordinis sibi auferri, ad longinquasq. & extraneas nationes, vbi non ita regulariter, & sub disciplina Obseruantiæ Regularis degebant, seu viuebãt, deduci, & trãsmitti, ægrè ferebat, nec omninò pacificè, aut æquo animo tolerare, seu supportare poterat, cum expressam ruinam, animarumq. eorũ manifestam subuersionem intueretur. Vnde in seipso ingemiscẽs, ac fremens, & dolens, amaritudine incredibili cruciabatur. Tactusque dolore cordis intrinsecus, ac prorumpens aliquandò in hanc vocem miserabilem, sibimet aiebat. O infœlix Stephane quid agis? videsne vbi sis? aut miser quò vadas? Stephane siste parumper gradum, & vltra progredi noli, si incassum laborare non vis, aut in vanum tuum consumere tempus. Multum quidem ab ipsis cunabulis insudasti, teq. magnis laboribus, ac maximis periculis multipliciter exposuisti, vt te, aliosq. Christo lucrifaceres; nunc autẽ in puncto, & in momento à te omnia auferuntur, & indignis turpiter dantur. Scio verè, & benè scio Diabole, ꝙ inuidia tua mors introiuit in orbem terrarum, quæ in membris tuis ẽt nunc in hoc Monasterio nõ deficit. Displicuerat enim tibi inimice omnium bonorũ, ꝙ hic spiritualiter, & sub disciplina regulariter viueretur; & me his medijs perturbare voluisti. Nil nempè agis inimice humanæ Naturæ, nil certè perficis, ꝙ si non hic, alibi omninò perficiam, ꝙ deuotè iam cœpi. Hæc secum. Ad Dominum aũt sic. Tu Dñe, qui corda no-

sti omnium,& ante omnia,antequam fiant,præuides,nec est,quid conspectu tuo se abscondere valeat, sine cuius nutu folium arboris ad terram non cadit,tu scis quæ fecerim,& quomodo in conspectu tuo fideliter ambulauerim,ne,quæso,permittas me à te separari,vel errare sicut oues non habentes Pastorem.Certus enim sum Domine,& pro certo firmiter teneo manum tuam abbreuiatã non esse,sed potens,& omnipotens es et nunc,vt semper fuisti, & sic de nihilo aliquid aliud misericorditer reformare potes. Vide ergo Domine,& considera,quòd salua conscientia in Ordine isto tutus de cætero remanere non possum , nec deinceps quietus viuere valeo. Fera.n.pessima me,filiosq; meos deuorare,perdere,& pœnitus mactare vult.Ostende mihi,obsecro,Clementissime Pater locum,& modum,quibus me coaptare possim,animamq; meam,& alumnos meos de Diaboli faucibus liberare queam.O Christe,ò Christe fili Venerande,da mihi intellectum,vt,quæ agenda sunt pro salute mea, liberè videam,& adimplenda,quæ viderim, læto animo conualescã. Veni Sancte Spiritus vnà cum Patre,& Filio, qui es trinus, & vnus Deus,& emitte Cœlitus lucis tuæ radium , vt Spiritus tuus bonus deducat me,& confratres meos in viam rectam,& pariter salutis tuæ currere possimus,& in lege tua,ac in operibus mandatorum tuorum,die,noctuq; meditantes mereamur saluari per te Christe Saluator,qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen. Oratione autem facta omnis tumultus perturbationum illicò sedatus fuit,totusq; pacificus,& quietus deuotè rema-
1.Re.1. nens,Diuinæ dispositioni pœnitus se commisit, vt de B.Anna legitur,quòd post orationem non sunt amplius vultus eius in diuersa mutati,ob certam,& indubitatam fidem, quam in Deum iactauerat cogitatu.Stephanus itaq; Pater feruentissimus vigilijs,& orationibus die,noctuq. insistens à Domino hac in re quotidie Diuinum flagitabat fauorem. Interimq; visum est bonum in conspectu eius hoc suum desiderium Fratribus etiam alijs,qui in timore Domini positi erant protinus intimare. Et accersitis nonnullis etiam Fratribus,quos ipse benè nouerat eiusmodi esse propositi, præsertim Iacobo Patria & Senensi,homine vtiq. Religioso,maturo, atq. discreto,plurimùmq. sibi domestico,ac familiari, de eius conscientia , ac probitate,magnam in Domino confidentiam habens,sic eos secretè alloquitur.Quid agimus Fratres Carissimi,quid agimus? Videtisne

tisne quomodo cultus diuinus, imminutus sit, rigor Regularis Obseruantiæ iam tepescit, & deficit, charitasq; fraterna in nemine reperitur? Si ita hic stabimus, quid erit de nobis? omnia enim turbulenta sunt, & confusa, nec est qui faciat bonum, nec est vsque ad vnum, quia vnusquisque quærit quæ sua sunt, & non quæ Christi, vel proximi. Verè, fratres dilectissimi, non est hic deinceps locus rectè viuendi, Deo simpliciter seruiendi, aut virtutes cumulandi, vt hactenus. Ex quo aliquando constat sub huiusmodi Habitu, & Ordine, religiosè, & qetè de cętero minimè viuere posse, sed alibi sub isto, vel sub alio Habitu, & Professione, vitam, & conuersationem nostrã ducere, si huius Pelagi cupimus effugere fluctus, ac mortis animæ volumus euadere periculum. Quibus sic finitis, prostratisq; in terra, Stephanus Pater feruentissimus ad Dominum talem orationem, & preces humiliter fudit. Domine Deus omnipotens, qui ex nihilo cuncta creasti, respice quæsumus super hanc familiam tuam corâm oculis Maiestatis tuæ humiliter prostratam, tuamq; Misericordiam deuotè implorantem, vt sicut aliàs Antonio & Paulo, cæterisq; Patribus in Eremo errantibus, quem locum idoneum eis foret, pœnitus ignorantibus, loca amoenia, & eorũ saluti cõgrua, atq; salutifera ostendere dignatus es, ita nobis quoq; famulis tuis iter pariter salutis incedere cupiẽtibus, sed vbi, aut quo mõ omninò non intelligentibus, ostendere digneris viam, modum, & formã, per quas tuti, securiq; sine offensione per viam Mãdatorum tuorum, remota Petra scandali, & lapide offensionis, à timore nocturno, vel ab incursu, & Demonio Meridiano nullatenus timẽtes currere festinanter valeamus per te Christe Saluator, qui trinus Deus extas, & vnus per infinita sæculorum sæcula Amen. Quibus expositis, & sic finitis ab inuicem recesserunt. Quid, super huiusmodi negotio vnusquisq; sentiret, altera die prudenter responsuri. Conuenientes autem die altera Patres ipsi in vnũ, mutuoq; colloquentes, & de propria salute curiosius inter se percũctãtes, Patri Stephano, vti eorũ cãpi Ductori, humiliter vnusquisq;, & oẽs vnanimiter respõdentes dixerũt. Vera quidem sunt, quæ die hesterna nobis, P̃r, exposuisti, nec, rebus sic stantibus, aliter fieri potest, nec salua cõscientia cũ pace, & quiete in Ordine isto deinceps viuere possumus, Deoq. Pater Venerande dic, fac, & iube: parati enim sumus te vnanimiter sequi, ac in omnibus semper tuis parere mandatis. Exhilaratus igi-

tur Stephanus Pater Sanctissimus ex huiusmodi responsione, Fratribus ait. Benedictus Deus, qui non amouit preces nostras ab auribus suæ Clementiæ, sed sm̃ misericordiam suam exaudiuit orationem nostram, vt nos saluos faciat benedictus Deus. Sciscitantes verò, & à Patre scire cupientes sub quo Habitu, vel Ordine mutatio hæc fieri deberet, curiosè flagitarunt. Quibus ille ait. Non deserentes Regulam Almi Patris August. sed illam inuiolabiliter seruantes, sub Habitu, loco, & Institutione, quem, & quam dabit Nobis Sedes Apostolica, ei Nos coaptãtes regulariter viuemus, quatenus oĩb. obstaculis, cæterisq. impedimentis, quibus hucusq. perpediti sumus; de medio pœnitus sublatis, Creatori Nostro quietius, ac feruentius de cætero fideli, ac pura mente seruiamus, qui est benedictus in sæcula. At illi exhilarati immenso gaudio respondentes dixerunt Amen, fiat, fiat. Habito itaque inter eos cõsilio, pluries vnicum tantũ eorum desolationis, & męstitiæ salutiferum remedium sibi superfuisse omnes vnanimiter fatebantur ad peragendã in suis animis cogitata: si fortè aliquo honesto modo ab Obedientia, & omnimoda subiectione Prioris Generalis, vniuerso Ordine quorumcunque Officialium, ac Ministrorum eius surripi, & liberari possent, super quibus frequenter cum præfato Sanctissimo Greg. XII. quorum erat Amator, & Benefactor, vt ex primo Priuilegio patet, sermonẽ habuerant, qui ad eos, dum esset in minoribus, pro negotio S.R.E. illuc transiens sæpius diuertebat, quippèqui omnium Religiosorũ, vt suprà dictum est, haud segnis indagator fuerat. Ille autem eorum mœstitiæ plurimùm compatiens, bono esse animo, & assiduis orationibus Dei misericordiam implorare, benignè hortabatur. In proximo esse, vt à tantis liberarentur angustijs, prędicens: satis enim domesticè, & dilectione paterna se eis exhibebat, & præcipuè Patri Stephano, cum quo sæpius longos, & secretos sermones habebat, ac quoties illuc aduenisset, coràm eo cum maxima deuotione sacramentaliter confiteri volebat. Audito autem ab eis eundem pium Patrem ad summum Apostolatum assumptum, & inde Senas applicuisse, quanto gestiuerit gaudio, & lætitia, nullus explicare posset, statimq. communi voto omnes Patrem Stephanum, tanquam eloquentia, & virtute præstantiorem, sibiq. magis familiarẽ cum Fratre Iacobo ad eundem Pontificem totius Familiæ nomine reuerenter adorandum delegerunt: quos, cum vidit, alacriter, gra-

tanterq.

tanterq. ſuſcepit, clamq. introductis, cum eis longo temporis ſpacio collocutus eſt. Cum ergo eorum vitæ Inſtituta, animiq. deliberationem didiciſſent apertius, tanta præcipua erga Patrem Stephanum deuotione, fide, ac dilectione deuinctus eſt, vt in eos ſui voti fundamenta iam iactare deliberauerit. Erat.n. Reu. Pater Stephanus pulcher aſpectu, læta facie, & rubuſto corpore, annum tunc agens ſuprà quinquageſimum, cui inerat quædam deſuper infuſa ſpiritualis, affabilis, humana, iucunda, & erudita facundia, vt, quotquot eum audiſſent, in ſui delectationem facilè conuerteret, vt nullus vnquam ad eum acceſſerit, quin melifluis eius verbis delectatus, & incredibili quadam ſermonis dulcedine captus, & quaſi Diuino repletus ſpiritu ab eo receſſerit. De eo namque inter familiares Pontifex loqui ſolitus erat: ſeſe cœleſtem virum inter homines tandem adinueniſſe alterum ſanctum Thesbiten Eliam pellicea Zona ad lumbas ſuccinctùm, quem, pro ſui nominis Ethymologia, vniuerſi Canonicorum Ordinis coronã, & vitæ ſanctitatis Exemplar, & Normam exponeret. Meditabatur namque inceſſanter, atq. intrà mentis arcana anxiè geſtabat Conuentus aliquatenus à primæua erectione deformatos in Reformationes erigere, quod à quibuſdam etiam Prædicatorij, & Franciſcani Ordinis feruentiſſimis Religioſis tentari cernebat. At Pontifex illud idem, ſed alijs forma, & modo intendebat. Vouerat.n. Regulares Antiquos Ordines in Dei Eccleſia reformare, & præcipuè Canonicorum, & Monachorũ Clauſtralium, quorum vix agnoſcebantur veſtigia. Qui tandem votum ſuum eis propalare volens, eo diſſimulato, bono eſſe animo hortatur, & vt Lucam, quò ipſe ex eo itinere diuertebat, ad certum præſcriptum tempus, & diem venire perſuadet: vbi demùm, aperto Conſilio, eos plenius conſolatus eſſet, eorumq; ac reliquorum ſupplicationibus commendatum ſe reddens, benedictos à ſe dimiſiſſet in pace. Pater verò iam ſuæ ſpei aliqualiter compos effectus ad propria reuerſus ſingula quæque longa ſerie cæteris Confratribus retexuit, qui ſummo repleti gaudio eadem peroptabant, quò eorum mentibus redderetur quies, nihil aliud tñ, quàm in eodem Habitu, vel alio à Pontifice dato abſolutam, & liberam à contrario, vt cernebant fieri, vitã ducere ſperántes. Pontifex autẽ pacta fermè tota hyeme Lucam profectus eſt. Extat.n. quædam Commiſſio ab eo D. Franciſco Bembo Epiſcopo Caſtellano Venetiarum, & D. Fr.

Ioanni

Ioanni de Mantua Gradensi Patriarchæ directa, data Senis Anno Domini 1407. die 15 Octobris. Lucam verò cum peruenisset, patefactæ sunt ei insidiæ Saonæ paratæ à Benedicto XIII. qui Genuam applicuerat, quorum Genuensium Classis, annuente Carolo VI. Francorum Rege, qui eidem Benedicto Antipapæ operam præstabat, Romam versus duxerat, priusquam inde Gregorius discessisset, vt eum captum in manus eius traderēt. Sed, orta tempestate maxima vlterius progredi nequeuntes, rem infectam reliquerunt. Appropinquante autem die, quo Patres Nostri Pōtificis monitu Lucam accedere deberent. Anno Domini 1408. die 25. Martij capitulariter congregati vnanimiter elegerunt præfatum Reu. Patrem B. Stephanum cum Fr. Iacobo, quibus per Procuratorium, & Amplissimum Documentum manu Sier Galgani Cerboni Senensis Notarij authentici confectum dederunt in mandatis: vt Lucam accedentes noīe eorum omnia, & singula Pontificis mandata audirent, perciperent, & perficerent, prout præhabita iamdudum inter eos matura consideratione deliberauerunt. Inde verò cum Domini benedictione discedentes Lucam perueniunt. Altera autem die coràm Pontifice assistentes, qui benignè fuerunt ab eo suscepti, & longè eos alloquens exordio, tandem aperto Consilio Bullam Apostolicam Reformationis Canonici Ordinis in Stephano, Socijs, & Loco Ilicetano sub titulo Can. Regul. S. Saluatoris sub dat. ibi die 3. eiusdem Mensis, & Anni, manibus proprijs eis tradidit. Quod cum Pater Stephanus ea, quam decuit, humili reuerentia susceptum explicasset, percurrissetq; diriguit, quam maxime prospiciens nouum Habitum, quem nunquam fuerat opinatus, vel si opinatus esset, se indignum eo existimauerat. Pontifex autem pacificè, & leniter eū consolabatur, rationabiliter declarans hoc propensionis fuisse con silij, vt tutiori hoc modo ad eorum perficiendum vteretur desiderium, tandem cunctantem diutius, nec humanis magis persuasionibus, q̃ Apostolica acrius auctoritate permotum, peruicit demùm in sua sñia, quatenus nouæ, & primæuæ Congregationis, quam primum in Reformationē antiqui Can. Reg. Ordinis longo tpe parturierat, Ducem eum, & Patrem mox procrearet. Cum ergo pius Pater pij Pontificis salubribus consilijs aliquantulùm acquieuisset, nihil tamen innouare voluit, quousque, eodem permittente Pontifice, ad Confratres suos reuersus, eorum denuo audiret sñiam. Pertime-

timescebat.n.ne fortè inuisum,& insolitum abhorresceret Habitū. Reuersi itaque Commissarij Apostolici Ilicætum, & cuncta, quæ fuerant gesta,referentes,Apostolicas litteras producunt,quibus in primis locus ipse Ilicætanus in Prioratum Can.Reg. publicatur,& eius Inquilini Religiosi præsentes, & futuri inter Regulares Canonicos sub titulo absolutè S.Saluatoris. Qui manumissi ab omni exterorum,& Eremitarum præsertim antiquo Dominio, suscipiūtur immediatè sub Romani Pontificis Protectione,& Sedis Apostolicæ,nouo Habitu,nouis Sacris,& Cæremonijs,nouisq; Apostolicis Decretis sub Canonicorum Fratrum Prçnomine initiati,commendanturq; tribus ex antedictis Amplissimis Romanæ Curiæ Patrib. à quibus aliquando alia quoque Statuta, & Supererogationes acciperent,quas Constitutiones appellant, & cætera omnia pro eorū solidiori Statu,quòad inter viuos fuissent,disponerentur, Conseruatione, & Protectorum,quos nunc dicunt, primum Cōgregationis munus obeuntibus, in quibus etiam litteris hanc Nostræ Congregationis institutionem testatur veridicus Pontifex ex suę mentis arcano proprio consilio fuisse conceptum, quo Dei Ecclesiam ex perfido,& diuturno illo schysmate,vt præmissum est,nouo Claustralium Religiosorum Cœtu tàm reparare,quàm insignire pro eo suo voto sollicitus laborabat,vt aptius esset,nono,& vndecimo Priuilegio ostendit, cum post hanc plures quoque Congregationes, vel erexerit,vel iam cōceptas,aut erectas perfecerit, quib.vtrumq; & Canonicum, & Monasticum Ordinem reddiderit reformatum. In hac autem prosequenda maiorem ostendit effectum: neque.n. aliarum nullam tot ornauit Priuilegijs, nullum hoc ipsis toties testimonium exhibuit,se procurasse,se instituisse,se tanquam nouam plantulam ex solo suæ mentis arcano posuisse,& irrigasse,cui Habitum,cui Leges,cui pium nomen,cui titulum, cui ipsum dederit viuendi Normam,& hęc omnia sub certissima spe numerosæ olim,& sanctæ sobolis, de cuius profectu Religiosè velut alter Paulus dę suorum Philippensium gloriabatur,& sibi applaudebat,eam ꝑ pea gaudium suū,& coronā appellans. Vates nāq.vti dr,vbique diuinitus,nullis,inquam,tot laudum prærogatiuis prosecutus est,vt pro eius meritis nō illis vulgaribus,& passim abbreuiatis arbitrio suo, verùm primarijs patientiæ,constantiæ,& fidei,quæ insigniter in Patribus redundaret.Hac etiam titulum hunc ipsum extremo sui Pōtificatus

tificatus tempore per nouum quoque Elogium Constantiæ prçconizauerit. Priuilegio Canonici, Fratres Cõstantes S. Saluatoris perpetuò celebrarentur. Quç omnia cum supradicti Fratres audissent, vnanimes libentissimè easdem suscipientes litteras eidem nouç Institutioni, & Habitus mutationi tandem assensum præstitere. Rogatum facientes eundem Patrem Reuer. B. Stephanum Apostolicum Commissarium, vt, quàm citius ad Pontificem reuersus, præfata, & reliqua omnia ab ipso decreta effectualiter adimplerentur.

Priuilegium Primum. Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Excitat Nostræ mentis arcanum specialis, & affectuosa dilectio, qua domum Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus ad Rom. Eccl. nullo medio pertinentem Ord. S. Aug. Senensis Diœcesis, sumus hactenus prosecuti, & paterno prosequi studio non cessamus: vt circà statum eius attentæ considerationis intuitum dirigentes: opem impendamus, & operam: vt illa ad Dei laudem, & gloriam, non solùm in suis bonis, & iuribus conseruetur; sed etiam prosperis iugiter gratuletur euentibus: & votiuis, fauente Domino, in spiritualibus, & temporalibus successibus augeatur. Hinc est, quòd nos motu proprio, non ad dilectorum filiorum dictæ domus, quæ hactenus Ordinis Fratrum Eremitarum dicta S. Aug. extitit: vel alicuius alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatç petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia eandem domum in Prioratum Conuentualem Auctoritate Apostolica erigimus, per Priorem sub conditione, & modo infrascriptis perpetuò gubernandam. Volentes, & eadem auctoritate statuentes, quòd ipsi Fratres actu in eadem domo residentes, eorumq. successores, qui erũt pro tempore, Canonici Regulares, & secundum Regularia Instituta huiusmodi Canonicorum Regulariũ deinceps viuere, & Fratres S. Saluatoris nuncupari debeant. Et quorum quilibet sub Scapulari Rochetum: superius autem Cappam grisæi coloris laneæ mordentis ad instar Capparum Conuersorum Carthusiensis Ordinis gestent: qua quidem Cappa & ipsi Fratres vtantur, cum eos exire contigerit septa Prioratus, seu domus hmõi ad populum, siue turbam. Necnon Prioratus, siue Domus hmõi cũ eisdem Fratribus, & Conuersis, ac personis in ea degentibus prçsentibus, & posteris cum omnibus membris, necnon bonis mobilib. & immobilibus ipsius Domus, siue Prioratus, ad Domũ, siue Prioratum

ratum huiusmodi, tàm rõne Domus, siue Prioratus, quàm persona rum huiuscemodi quomodolibet pertinentibus, ac deuolutis, & deuoluendis pro tempore ab omni Superioritate, Dominio, & Po testate Prioris Generalis dicti Ord. Fratrum Eremitarum: necnon Episcopi existentis pro tempore, ac dilectorum filiorum Capituli Senensis, ac quorumlibet aliorum Superiorum Sæcularium, & Regularium auctoritate prædicta prorsus eximimus, ac totaliter liberamus. Ita, quòd Prior Generalis, Episcopus, & Capitulum, & alij Superiores prædicti nullam possint in eos Visitationem, Correctio nem, vel aliam Iurisdictionem exercere. Sed nobis, & Apostolicæ Sedi immediatè sint subiecti, & insuper præsentib. adijcimus, quòd ipsi Canonici, seu Fratres, qui Regularem vitam eorundem Canonicorum Reg. pro tempore professi fuerint, & sub eadem obseruan tia Regulari dictorum Canonicorum Regularium pro tpe in Domo huiuscemodi residebunt, possint, quoties opportunum fuerit, tamen iuxta Regularia Instituta Can. Reg. idoneum Fratrem etiam eiusdem Ord. professorem in Priorem eorum, & eiusdem Domus eligere. Qui tamen, postquam electioni de se factæ præstiterit consensum, Diœcesano loci, vel eius Vicario in spũalibus Generali, qui erit pro tpe, per Electores huiusmodi dumtaxàt debeat reuerẽter, & humiliter præsentari. Quiq; postquam taliter præsentatus extiterit; censeatur eo ipso à sede præfata confirmatus. Et ex tunc dictũ Prioratum in eisdem spũalibus, & temporalibus liberè, & licitè valeat gubernare. Qui quidem Prior semper vno Anno completo intelligatur absolutus: nisi tunc per maiorem partem eorundem Fratrum Domus præfatę in electione d. Prioris vocem habentium, determinatum fuerit ipsum Priorem in dicto debere Prioratus officio Domus eiusdem vlterius permanere. Quodq. dicta Domo eius Prioris solatio destituta per mortem Prioris eiusdem, vel alio aliquo casu eadem vacatione contingente: quòd, durante vacatione hmõi, prædictum officium per antiquiorem Fratrem d. Domus in Sacerdotio constitutum, exerceatur: quousq. noua electio alterius Prioris, iuxta præfatum modum, fiat, & ad effectum debitum perducatur. Volentes etiam, & auctoritate præfata concedentes eisdẽ Priori, & Fratribus, siue Canonicis, Conuersis, & Personis, quos ꝑ tempore in domo huiusmodi residere contigerit (vt præfertur) ꝙ ipsi potiri, & gaudere possint, & debeant liberè, & absolutè omnib.

Priuilegijs,Indulgentijs,Gratijs,& Exemptionibus,& Libertatibus eis hactenus,ac Ordini Fratrum Eremitarum, & Canonicis Regul. hmōi,ac Monasterijs,& locis eorum tàm per sedem præfatam,quā alias per quoscunq.concessis,& quib.Fratres Ord. Eremitarum, ac cæteri Can.Reg.ac eorum Domus,Monasteria, & loca qūolibet potiuntur,& gaudent.Et insuper volumus,& ordinamus, quòd Ven. Fr.Noster Antonius Episc. Bononiensis Camerarius, ac dilecti filij Gabriel electus Senensis Thesaurarius Noster: necnon, & Ioannes electus Ragusinus eisdem Priori, & Fratribus, siue Canonicis, Conuersis, & Personis, de conuenientibus Constitutionibus, & norma viuendi pro conseruatione Prioris, & Fratrum, siue Canonicorū,Conuersorum,& Personarum prędictarum prouideant, & omnia alia,& singula faciant,ordinent, & disponant in præmissis,& circà ea,prout eis visum fuerit expedire. Decernentes ex nūc irritos,& inanes oēs Processus,& excōicationis,suspensionis, & interdicti sententias: si quas forsan contra hæc quacunque auctoritate contigerit promulgari:& etiam ex nunc ratum,& firmum motu simili habemus quicquid per eosdem Camerarium Thesaurarium, & Electum Ragusinum in pmissis,& circa ea dispositum fuerit, seu quomodolibet ordinatum. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ erectionis, voluntatis, statuti,exemptionis, liberationis,adiectionis,ordinationis,concessionis,& Constitutionis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem Omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat.Lucæ.3.Non.Apr.1408.Pont.Nostri Anno 2. Dupplicata gratis de mandato D.N.Papæ.

H. de Simæa.

Primum:error illorum est,qui scribunt Auctorem huius Cōgr. F.Stephanum Eremitanum Legimus enim Gregorium non confirmantem,aut approbantem, sed ipsum instituentem iuxtà suæ mentis Arcanum,conceptum iamdiù proprio consilio, quo Dei Ecclesiam ex perfido,& diuturno schysmate collabescentem (vt præmisimus)nouo Religiosorum Claustralium cœtu tàm reparare, quàm insignire Pontifex Sanctus.pro eo voto suo sollicitus laborabat:idque motu suo proprio,non ad alicuius instantiam,sed de sua mera liberalitate, & ex certa scientia sua cum de Stephano nulla fiat in

hoc

hoc Priuilegio mentio. Secundum. Stephanus non fuit Bononiensis, vt quidam scribunt; at Senensis, nec sibimet assumpsit auctoritatiuè gestamen Canonicum, vel ascripsit, nec exquisiuit, sed ex commentu eiusdem Pontificis datū sibi fuit, atq. constitutum. Tertium: Institutio, status ac titulus Congregationis attendendus: Creatur.n. nouus Prioratus sub Institutis Can. Reg. Instituuntur noui Can. Reg. particulari Congregatione Ordinem Reg. Can. reformantes sub Regularibus eisdem Institutis, & sub titulo absolutè S. Saluatoris: contrà scribentes hos non esse Can. Reg. nec creatos fuisse tales: quod.n. fuerit creatio, & Institutio ad Reformationem Ordinis Canonici in vniuersum declarat apertè ipsemet Pontifex specialis amator illius deuotæ Familiæ S. Saluatoris, & affectuosus Can. Ord. Reformator. Quartū: & si de omnibus, quas seu condiderit, seu reformauit Congregationibus vtriusq. Ord. Can. & atq. Monastici, eadem quidem ratio fuerit, quam asseruimus: nō omnium tamen idem fuit argumentum in earum prosequēdarum affectu: neq. enim aliarum vllam tot Priuilegijs ornauit, nulli hoc ipsum toties testimonium exhibuit: vt dictum est. Quintum: errant similiter, ac toto Cęlo errant, qui Scapulare in Can. Reg. vituperāt, & ob Scapularis gestamen hos Can. Reg. esse negant. Et quòd grisæum, non album sicuti Cappam dederit, non ad desiderium B. Stephani, sed ad deuotionem Pontificis, qui illud eiusdem coloris voto gestauerat, & à suis scapulis detractum dono speciali cōcessum, sumitur ex ipsius verbis Priuilegij, dum Cappam grisæi coloris laneam iungeret laneo Scapulari, vtrumque Indumentum super Rochetum, Rochetum quidem sub Scapulari, & Cappam super Scapulare. Sextum: in ipso Priuilegio vbiq. Canonici nuncupamur iuxta Institutionem, & titulum præmissum. Septimū: Pondera item ea verba (Canonici seu Fratres:) & paulò infrà (Fratrib. siue Canonicis) quibus clausulis modò vnum, modò alterum verbum præponitur; vt intelligas per vnum exponi alterum: cum hic eadem sonent, ac si dixeris Gregorium Papam Pont. Max. & Gregorium Pontificē Maximum, seu Papam, perindè vt accipiuntur hæc verba, Possessiones, siue Prædia; & Prædia siue Possessiones: Vbi dictio illa seu, & siue; expositiuè, nō distinctiuè, hoc in loco interpretatur. Octauum. Prænomen (Fratrū) Canonicos non dedecet, vt multi somniant; sed de hoc alibi. Nonum: Attende: quid verbum hoc (huiusmodi)

D 2 & illud

& illud mox; (ac cæteri Canonici)veros.n. Canonicos Nos institutos,vt cæteri alij Can.Reg. importat,contrà olim negātes Nos esse Canonicos.Decimum.Primùm in ipsa Congregationis erectione, omnium Can. Reg. Priuilegia sibi communicantur, vt ridenda sit leuitas eorum, qui sua perinde iactitarunt, vt sola nobis participari,& per horum tm̄ participationem Nos inter Can.Reg.censeri;ac si sub Verbo(omnium)ipsi, qui nondum erant,soli comprehenderentur,vel sua,quæ nondum constabant,istis forent antiquiora.An verò per participationem, & non magis per Institutionem Canonici constarent, &si habitus lineus per se solus satis foret aduersus istos,ipsum tamen præsens hoc Priuilegium,& sequentia contestātur. Vndecimum. Vide Pont.Max.commissionem,simul & Cōmissariorum cum Pontifice necessitudinem, quibus, vt sibi magis fide, & affinitate dilectis (quod subindè ostendetur) præmissi sui Arcani executionem credidit.Quę eò tendunt,vt omnia ad solam prorsus Pontificis,& non alterius cuiuscunq. seu abbreuiatoris,seu supplicantis dispositionem referas, vt ex ipso Priuilegio clarius quoq. innotescet. Duodecimū. Quamuis.n. vocemus Nos Nostrum Prothoparentem Stephanum: non tū ipse Nos fecit, sed genuit, sicut Adam Prothoparens omnium omnes genuit; sed non ipse omnes fecit.Fecit.n.Deus:ipse fecit Nos,non ipsi Nos.Ergo Pontifex Nos fecit Canonicos,quibus postea præfecit Stephanum, vt in sequentibus.Sanè Lucas ascendens dicit Adam,qui fuit Dei: ita Nos Stephani,qui fuit Pontificis Nobilioris Institutoris quò ad Dignitatē, quam Aug. qui præfertur Benedicto merito in Regula compilanda,& proferenda.Pontifex Nos fecit Can. Reg.tm̄ Regulæ D,Aug. Ergo non solùm ad Augustinum,sed Nobilius,quàm ab Augustini persona institueremur,instituti sumus: si,vt omnes communiter dicunt,standum est auctoritati Pontificis.Non.n. Nos ex Nobis Can. Reg.facti sumus:ab hoc lineam,ab illo laneam vestē sumentes absq. immediata Pontificis Institutione,sed posteriori nō Institutione, sed confirmatione: & melius confirmat Can. Reg.veros à Pontifice institutos esse, quàm in aliquam formam interseri: etiam si concedatur eò vsque fuisse Habitum Canonicorum in ea. Decimumtertium. Erratum fuit, & circà annum ab his, qui assignant Annum 1410. præfatæ Originis, quod patet ex ipsis Apostolicis litteris Gregorij,& processu: etenim biennio præcessere. Priuilegium da-

tur Lucæ 3. Non. Apr. eius Pont. Anno II. currente Anno, Christi verò 1408. Assumptus quidem fuerat Pontifex Anno 1406. Iterùm ergo Pater Reuer. cum socio Lucam post relationem Sanctiss. Pontificis exhibitam, prçfatas litteras tribus Reuerendiss. Commissarijs Apostolicis, videlicet, Reuerẽdiss. D. Antonio Episcopo Bononiẽsi Camerario, Gabrieli electo Senensi Thesaurario, & Ioanni Dominico electo Ragusino executoribus, reuerenter debita cum instantia præsentarunt, qui Reuerendiss. DD. in vnum congregati volentes, vt par erat, Apostolicis obedire mandatis præfatarum litterarũ, prædictos coràm eis humiliter genuflexos nouo Canonico Habitu in eisdem litteris distincto, & ab ipso Pontifice motu proprio, proprio consilio, certaq; scientia electo, excogitato, ac proprijs sumptibus pro se, & omnibus alijs socijs cõfecto, Rochetó, videlicet, lineo sub Scapulare, quod est Claustralium Insigne præcipuũ; & Cappa desuper grisæ coloris ad instar Capparum Carthusiensium Conuersorum, die Martis 24. Apr. hora tertia inuestierunt, quo etiam die de eorum mandato confectus fuit executionis Processus. Quẽ, super eo additis postea nouis Constitutionibus in 14. distinctis capita, die 4. proximi sequentis Mensis Maij; præfatis nouis Canonicis tradiderunt, dantes eidem Patri Stephano, quem primum Patrem præfatæ nouæ Institutionis ipse Pontifex delegerat; plenam libertatem, & omnimodam facultatem Priorem, & cæteros omnes eius Monasterij tàm Clericos, quàm Conuersos in nouam Canonicam erectos eodem & Habitu amiciendi, vt apertè legere est in eisdem executorialibus litteris, die, hora, mense, & anno suprà notatis manu Hermani de Symea Clerici Coloniẽsis confectis.

Antonius miseratione Diuina Episcopus Bonon. Camerarius. Gabriel Dei gratia electus Senensis Thesaurarius D. N. Papæ: ac Io. Electus Ragusinus: Commissarij ad infrascripta per Sanctissimũ in Christo Patrem D. N. D. Gregorium Diuina Prouidentia Papã XII. specialiter deputati: Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, ad quorum notitiam præsentes litteræ peruenerint: Salutem in Domino, & fidem indubiam præsentibus adhibere. Noueritis, quòd litteras eiusdem D. N. Papæ vera Bulla plumbea cum filis sericis rubei, croceiq; coloris impendentibus more Romanæ Curiæ bullatas, sanas, integras, non cancellatas, non corruptas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes: Nobis per Religiosos Viros Fratrem Stephanum.

num Ioannis, & Fr.Iacobũ Andreæ Canonicos Regulares Domus Prioratus S.Saluatoris de Syluålacus Ordinis S.Aug.Senensis Diœcesis,coràm Notario publico,& testibus infrascriptis præsentatas, Nos cum ea,quadecuit,reuerentia,recepimus sub ijs verbis.Gregorius Episcopus ser.ser.Dei ad futuram rei memoriam. Excitat Nostræ mentis arcanum.specialis &c.Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, & receptionẽ, fuimus per dictos Fratrem Stephanum Ioannis,& Fratrem Iacobum Andreæ Canonicos Regulares Domus S.Saluatoris de Syluålacus Ordinis S.Augustini dictæ Senensis Diœcesis cum instātia debita requisiti: quatenus eos de Habitu Canonicorum , siue Fratrum Domus Prioratus S.Saluatoris de Syluålacus Ordinis S. Aug. Senensis Diœcesis prædictæ inuestire:ipsisq; necnon Priori, & alijs Concanonicis, & Fratribus Conuentus dicti Prioratus de eodem Habitu, ac etiam de conuenientibus Constitutionibus , & norma viuendi pro conseruatione dictorum Prioris , & Fratrum, siue Canonicorum , ac Conuersorum , & Personarum ad dictum Prioratum spectantium dignaremus prouidere. Nos igitur Antonius Episcopus, & Camerarius,& Gabriel Senensis,& Ioannes Ragusinus electi Commissarij præfati cupientes voluntatem & ordinationem dicti D.N. Papæ, Nobis commissam adimplere , vt tenemur : iccirco prælibatos Fr.Stephanum, & Fr.Iacobum in præsentia Nostra personaliter cõstitutos,& id flexis genibus humiliter petentes,de dicto Habitu,videlicet,Scapulari, Rocheto, & Cappa grisei coloris lanæ mordentis , ad instar Capparum Conuersorum Carthusiensium Ordinis , duximus inuestiendos; damus etiam & tenore præsentium concedimus dicto Fratri Stephano Ioannis plenam licentiam,& speciale mandatum Priorem , omnesq; & singulos Canonicos , & Fratres Conuersos,& Personas dicti Prioratus de dicto Habitu secundum qualitatem personarum inuestiendi. Nos.n.potestatem,& Constitutiones, & Normam viuendi per Nos pro conseruatione dictorũ Prioris,& Conuentus,ordinandi,corrigendi,innouandi,& renouandi Nobis omnimodè reseruamus plenariam . Volumus insuper & dicta Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte,decernẽtes , ꝙ dicti Prior, Canonici, & Fratres Conuentus dicti Prioratus S.Saluatoris de Syluålacus omnibus, & singulis Priuilegijs,Indulgentijs,Gratijs,Exemptionibus,& Libertatibus,quibus fit mentio

in dictis litteris Apostolicis, de cætero pacificè, & quietè gaudeat. Inhibentes insuper Venerabili, & Religioso Viro Priori Generali Fr. Ord. Eremitarum S.Aug. pro tpe existēti; omnibusq. alijs, & singulis tàm Ecclesiasticis, q̃ Sæcularibus Personis cuiuscunque gradus, ordinis, vel conditionis existant; ne præfatis Priori, & Conuentui, ac Fratribus, & Canonicis d. Domus, seu Prioratus S.Saluatoris de Sylualacus, quò minus ipsi cum omnibus Iuribus, rebus, bonis, & pertinentijs suis dictis Priuilegijs, Gratijs, Indulgentijs, Exēptionibus, & Libertatibus pacificè, & quietè viuere valeant, iuxtà dictarum litterarum Apostolicarum formam, & tenorem: Et quò minus eædem litteræ Apostolicæ, & præsentes Nostri Processus debitæ executioni demandentur: omniaq; & singula in eis contenta suum debitum sortiantur effectum, impedimentum aliquo modo præstetis, seu præstent: nec ipsis aliquam molestiam inferatis, seu inferant, neque impedientibus, seu molestantibus eosdem Canonicos, Fratres, & Conuentum super præmissis in aliquo detis, seu dent consilium, auxilium, vel fauorem. Alioquin in omnes, & singulos impedientes, & impedientibus ipsos Priorem, Canonicos, & Fratres, & Conuentum, ac personas, & subditos eorum super præmissis in aliquo dantes consilium, auxilium, vel fauorem, & singulariter in singulos contradictores in hac parte, & rebelles, excōicationis: in Capitulum verò Ecclesiæ Senensis, si in ijs fuerit delinquens, suspensionis à Diuinis: & in eorum Ecclesiam interdicti, sñias, sex dierum Canonica monitione præmissa, ferimus in ijs scriptis, & ēt promulgamus. Absolutionem verò omnium, & singulorū, qui præfatas Nostras sñias, seu earum aliquam incurrerint quoquo modo, Nobis, vel Superiori Nostro tantummodò reseruamus. Dat. & actū Lucæ in Domibus inhabitationis Reuerendiss. Patris, videlicet, D. Antonij, & Camerarij prædicti sub Anno à Natiuitate Dñi 1408. Ind. 1. die Martis, 24 Mensis Apr. hora Tertiarū, vel quasi. Pōt. Sanctissimi in Christo Patris, & D.N. D.Gregorij Diuina Prouidentia Papæ XII prædicti, Anno 2. præsentibus ibidem RR. in Christo Patribus, & Dominis Hieronymo Epō Nathuanensi: Nicolao Epō Montiscerbinensis, ac nobilibus Viris D.Philippo Cortario D.N. Papæ Germano: Francisco Iustiniano Domicello Venetiarū: Bartolino Zanibonis Domicello Cremonēsi: necnon Religiosis Viris, & Frib. Matthæo de Viterbio: Petro de Sardinia Presbyt. ꝓfessis Ordi

Mon-

Montis Oliueti Aretinæ Diœcesis,& Andrea de Pisis, Francisco Serbōdo de Florētia Fr̄ib. p̄sbyteris professis Ord. Prædicatorū: necnō honorandis Viris Dominis Martiano de Rampinis de Terdona Cameræ Apost. Notario, Presbytero Alberto de Columna de Angleria eiusdem Reuerendissimi P. D. Antonij Episc. Bonon. prædicti Capellano,& pluribus alijs testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Subsequenter verò Nos Antonius, Gabriel, & Ioannes Commissarij prædicti Constitutiones, & Normā viuendi pro conseruatione dictorum Prioris,& Fratrum, siue Canonicorum, Conuersorum,& Personarum Domus, siue Prioratus, & Conuentus S. Saluatoris de Sylualacus, Nobis, vt præfertur, reseruatas auctoritate Apostolica Nobis in hac parte commissa ordinauimus,& disposuimus,& per præsentes ordinamus, & disponimus in hunc modum.

Quoniam Regula Almi P. Augustini, quam Vos in Christo Fratres dilectissimi, dicti S. Saluatoris de Sylualacus Senensis Diœcesis estis professi,& per professionem ad ipsius Obseruantiam obligastis,& obligatos Vos esse volumus: Regularem vitam instruit ad perfectum, non est opus multarum Constitutionum textura: Verùm, quia Sanctissimus D. Noster D. Gregorius Papa XII. Nobis cōmisit, vt pro decore vestræ conuersationis,& vitæ aliqua ordinaremus seruanda: præmittentes, quòd non intendimus, quòd vos infrascripta obligent ad culpam, sed tantum ad pœnam, quam committimus arbitrio Præsidentis: pauca seruanda subnectimus, quæ sub Capitulis certis distinguimus. Videlicet,

De Officio Ecclesiæ.	Cap. 1.	De Ieiunijs.	Cap. 8.
De Inclinationibus.	Cap. 2.	De Silentio.	Cap. 9.
De Receptione Nouitiorū.	C. 3.	De lectione mensæ.	Cap. 10.
De Instit. Nouitiorum.	Cap. 4.	De Habitu Clericorum,& Conuersorum.	Cap. 11.
De Professione.	Cap. 5.	De Lectis.	Cap. 12.
De Institutione, seu Confirmatione Prioris.	Cap. 6.	De Capitulo quotidiano.	C. 13.
De Cibis.	Cap. 7.	De Infirmis.	Cap. 14. & vlt.

Quas quidem Constitutiones, & Normam viuēdi dictis Priori, ac Fratribus Canonicis,& Conuersis,& Personis dicti Prioratus, p tpe existentibus, præsentibus,& futuris auctoritate Apostolica suprascripta tradidimus, ordinauimus,& disposuimus. Nobis nihilominus

minus Constitutiones hmõi,& viuendi Normam,corrigẽdi,immutandi,renouandi,& reordinandi (si postea visum fuerit) potestatẽ omnimodam expresſè reseruantes. In quorum omnium,& singulorum fidem,& testimonium præmissorum patentes has fieri, siue p̃sens publicum Instrumentum Nostrum hunc processum in se continens exinde fieri, & per Notarium publicum infrascriptum subscribi,& publicari mandauimus, nostrorumq; sigillorum fecimus appensione communiri.

Ordinatæ,& concessæ fuerunt dictæ Constitutiones, & Norma viuendi dictis Priori,ac Fratribus,& Canonicis,Conuersis,& Personis dicti Prioratus S.Saluatoris de Sylualacus per Nos Cõmissarios præfatos,sub Anno,Indictione,Pontificatus,& loco, quibus suprà die 4.Mensis Maij: præsentibus ibidem Reu. in Christo Patre D.Antonio Dei gratia Episcopo Pensauriense, necnon Religioso Viro Fratre Dominico de Neapoli Ord. Minorum professore,& discreto Viro Martiano de Rampinis de Terdona Apostolicæ Cameræ Clerico,ac Ser Michaele de Cassina Clerico Pisano, testibus ad præmissa vocatis specialiter,& rogatis. Et ego Hermannus de Symea Clericus Coloniensis publicus Apostolica, & imperiali auctoritatibus Notarius, quia prædictarum litterarum Apostolicarum præsentationem,receptionem, requisitionem, inuestituram,commissionem,inhibitionem,sententiarum fulminationem, Constitutionum traditionem,ac reseruationem,omnibusq; alijs, & singulis præmissis: dum sic,vt pręmittitur,fierent,& agerentur vnà cum prænominatis testibus præsens interfui, eaq; omnia, et singula sic fieri vidi. Ideoq. hoc præsens publicum Instrumentum præsentẽ processum in se continens,alijs occupatus negotijs per alium fideliter scribi feci,subscripsi, publicaui,& in hanc publicam formam redegi,signoq; & nomine meis solitis, & consuetis vnà cum appensione sigillorum Dominorum prædictorum signaui,rogatus,& requisitus in fidem,& testimonium omnium,& singulorum pręmissorũ.

Primum appellantur Canonici Regulares, antequam induant Habitu Canonico. Videant qui negant: quàm verùm sit Nos esse Canonicos,cum ita appellemur à Cõmissarijs Apostolicis, antè datũ Habitum Canonicum,ad statim induendum Nos Habitu Canonico,paratis,& accinctis. At sunt,qui melius voluntatem Pontificis erigentis Reformationem in Nobis Can.Reg. sciunt, vel scire præ-

sumunt post Annos 200. quàm ipsi Iudices, & Pontifex erigentes tàm aperto testimonio fidem facientes, Nos antè indutum Rochetum fuisse Canon. Regul. ex designatione, & electione Pontificis. Secundum. Canonicus Habitus in eisdem litteris distinctus, & ab ipso Pont. motu proprio, proprio consilio, suaq. scientia electus, & excogitatus declaratur contrà Scribentes, Stephanum sibimet assumpsisse Habitum. Tertium. Proprijs eiusdem Pontificis sumptibus pro Stephano, & omnibus alijs socijs est confectus. Inopinatos enim (vt prædiximus) ab eo Ordine segregauit illos Gregorius; & quàm citius, vt patet, eos de ipso Habitu inuestiri voluit. Ex quo fit, q potius fuerint donati illi Rochetis, quibus Pontifex ipse, vel ipsi Commissarij Nepotes Prælati vtebantur. Quartum. Intelligendum est ē: hos inuestitos, & alios inuestiendos de Habitu essentiali Ordinis, & de Habitu largo modo accepto, qui est tantū Cōgregationis pro distinctione aliorum Can. Imò datur eis facultas, & mandatum alios de Habitu ipso inuestiendi absque vlla mentione professionis. Quintum. De Habitu Conuersorum nihil innuit Gregorius in Priuilegio. At Commissarij Constitutionum Auctores inhibuerunt Rochetum Conuersis, de quibus, & eorum Habitu vide alios. Sextum. In ipsis Constitutionibus continetur, q Prior cum sex alijs Clericis ex senioribus professis, qui nunquam recesserint ex Congregatione, possit eis adijcere, & diminuere, ac eas pro voluntate, atque visum eis fuerit expedire, declarare. Quare intelligitur hic præfatos Commissarios præfatam potestatem sibi reseruasse, idest in primaria Constitutionum editione, ac viuendi forma contra tumultuantes, & Patrum Reformationes impugnantes. Septimum. Hic declarantur Canonici S. Saluatoris non participātes quorundam Indulgentijs, & Priuilegijs, sed proprijs gaudentes, liberalitate Pontificis eos instituentis; & Commissariorum præfatorum optima protectione suffulti. Octauū: potestas data scribitur ipsi P. Stephano a RR. Commissarijs inuestiendi Priorem, & cæteros Fratres noui Ord. Canonici, & nouæ Habitu Congregationis ob reuerentiam à cæteris habitam ei ob electionem Pontificis, quā tùm ex se eius personæ & quia Supprior, & Syndicus, & quia omnes eum vt Patrem venerabantur, & quia illum præcipuè miserat pro rebus suis ad Pontificem. Hoc apertè dictum est contra illos, qui Patrem Stephanum tūc volunt Magistrum fuisse Nouitiorū,

nec

nec sine malitia dñt, vt ĩ mĩsionib. patebit. Nonũ. Notãt ẽt hora tertiarũ, in qua ipsi F. Stephanus, & F. Iacobus p̃fatũ Habitũ inuestiti fuerunt, tanquam hora felicissima Pronosticationis: quod & in ipsa gratiam supercœlestem Spiritussãcti cũ oĩbus donis eius receperunt ipsi Apostoli, & recepturi eramus etiam Nos, q̃ iugiter fiat. Præfatus itaque Reu. P. eodem Canonico Habitu decoratus, talibusq́. Apostolicis diplomatibus munitus, cupiẽs quàm citius reliquos iam Canonicos tanti muneris fieri participes, de consilio, & hortatu Reuerendiss. D. Ioannis Dominici Commissarij ex tribus, ad Monasterium S. Dominici de Fesulis sui, videlicet, Prædicatorij Ordinis accedens, reliquos Confratres ex Ilicęto ad se conuocat, quò cum omnes, præterquàm ex Conuersis Frater, videlicet, Franciscus Berti de Toiano, conuenissent, eos iam ex Mẽdicantibus Canonicos effectos Pater salutat, Documẽtumq́. Apostolicorum Cõmissariorum cum nouis Constitutionibus, eorum Episcopalium sigillorum appensione munitum exhibet, cunctaq. gesta ex ordine pandit, ipsosq́. antẽ se genuflexos, astantibus vndecim eius Fesulani Monasterij Religiosis, & Sier Marcò Petri Fabiani de Mugello Territorij Florentini publico Notario ad hæc rogato, eremiticis vestibus exutos eodem Canonico Habitu similes sibi candidatos idẽ Apostolicus reddidit Stephanus Canonicos die 28. Iunij eiusdem anni 1408. quibus omnibus ritè peractis ad propriam Canonicam rediere omnes. Inter illos autem, quos gratiosè vestiuit, quidem quattuor fuerunt præcipui, quorum vnus fuit Frater Iacobus Antonij Virtutiq. probatissimus, & magnis virtutibus plurimùm ornatus: Frater Regolinus Angelini eximiæ puritatis amator, profundeq. humilitatis feruentissimus sectator, Qui Germanus seu Consobrinus B. Bernardini fuit, quos vtrosque in corpore cõstitutos, oculis proprijs pluries vidisse manibusq. suis palpasse testatur scriptor Chronicæ Frater Petrus Michaelis Venetus, Frater Franc. Magnæ Sanctimoniæ, & in omnibus exemplaris fuit, qui ob eius laudabilẽ vitam, & conuersatione non solùm in vita hominibus gratus fuit, verùm etiam post mortem Deo gratissimus extitit: Et Frater Dominicus Zoni, Regularis obseruãtiæ promptissimus Zelator: qui omnes vnà cum Stephano Patre Collendiss. ac Fratre Iacobo collegæ fuerunt vna Patria Senensi progeniti, vno, eodemq. proposito, & Habitu confœderati, mutua dilectione, & charitate affecti, & colle-

gati, qui etiam insimul se habentes vsq. ad mortem omnes perseue rauerunt, vno excepto, F. Dñico Zoni videlicet supradicto, qui his non contentus ob frugem melioris vitæ (vt creditur) ad Regulam adhuc arctiorem S. Francisci in Monasterio extrà Muros Senensis dicto la (Capriola) nō post multùm se contulit, & conuolauit. Sicq. Pater ipse cum his socijs, & alijs, vt dictum est, vestitis Habitu Canonico eiusdē loci, sed non eiusdem perseuerantiæ in aliquibus, Can. Reg. effectus est, de quorum numero inter cæteros fuit quidem Frater Petrus etiam Senensis Prædicator eximius, quē ab Ordine Fratrum Prædicatorum, ex licentia Apostolicæ Sedis, exemit. Homo etenim magnæ scientiæ, & probitatis, atque profundæ humilitatis semper fuit. Qui post obitum prædicti Patris Congregationem ipsam per plures annos vtiliter rexit, ac prouidè gubernauit. Considerauit namq. Pater ipse feruentissimus se esse cultorem positum in Agro Dominico, in Vinea custodem, pastorem in causis, ministerium sibi traditum studiosè complere non tm̄ verbis, sed & factis plenè exercere voluit. Legerat quippè de Domino scriptum esse.
Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere: Humiliauerat enim semetipsum, faciens se omnium subditum, & discipulum, & vt Apis argumentosa hinc indè varios virtutum flores perquirere cœpit, quatenus ex ipsis postea mel extrahere, & deducere posset ad fructus optimos, & mellificatos reportandum, non pro se tm̄, verùm etiam pro socijs, quos vt filios alebat, atq. nutriebat. Et veluti fidelis seruus, & prudens à Domino cōstitutus super familiam suam, non diebus, neq. noctibus à colloquijs Diuinis, & oratione cessabat. Et se primùm, deindè alios circà Zelum nouæ professionis assumptæ incitabat. Conuersationem hominum, & familiaritatem illorum exterius fugere, Deumq. interius intimè quærere, ac Mundum cum eius pompis, & Amatoribus fortiter spernere, & quotidiè persuadendo feruenter eos instruebat. Ad tolerandū insuper tentationes, malorūq.
Iac. 1. persecutiones, eos exhortando, plurimùm mouebat. Beatus vir, inquit Apostolus, qui suffert tentationem, qm̄ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Et alibi. Non sunt condignę passiones huius
Rom. 8. temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Eia ergo milites Christi, meiq. Commilitones, & socij laboris, & peregrinationis meæ simul, & tribulationis viriliter agite, & nolite timere quia,
2. Ti. 2. dicente Apostolo, sicut socij passionum, & contumeliæ sumus, ita

& con-

& consolationum,& gloriæ erimus. Si tolerabimus,& conregnabimus. Hæc & his similia dum quotidie ex eius mellifluo ore procederent,summo replebantur gaudio. His epulis,& dapibus repleti, & satiati Patres ipsi, parùm de cibo corporali curabant. Inuidus autem,& sæuus generis humani inimicus, & discordiæ atq. zizaniæ callidus seminator, ac quietis,& pacis cæterorumq. bonorum omnium maximus destructor, ac dissipator ægrè ferens Stephanũ ipsum Patrem feruẽtissimum,bonis eius operibus, ac pijs actionibus per maximè inuidere cœpit. Considerauit namq. sua solita astutia semitas pij Patris, ac vestigia, quibus clarè intellexit, quòd ex huiusmodi noua militia, à Congregationeq. talium Comilitonum, Congregationem ipsam in futurum, multisq. modis fore, vt excelleret, & fructum quamplurimùm militanti Ecclesiæ afferre deberet. Et ne bonum tàm nobile iam cœptum in dies magis, magisq. augeretur,ad callida sua argumẽta se conuertens, Stephanum Patrem gloriosissimum varijs incitationibus perturbare mollitur, vt dicemus. Dum res ita se haberent,die vltima Iulij sub Aurora, re Diuina de more solemniter peracta iuxtà nouarum Constitutionum prædictarum Decreta, ad Electionem Prioris procedere se exhibent. Coràm quibus Reu. Pater habito suaui,nec minus erudito sermone, benignè eos hortatus est, vt eundem Fratrem Philippum in Priorem confirmare libenter annuerent; ne fortè si ipsum Patrem Stephanum, aut quemcunque alium elegissent,ab Aemulis possent increpari. Cum cessasset loqui, annuerunt omnes rationabili persuasioni, &, prolatis suffragijs,eundem Fratrem Philippũ in primum huiusce noui Loci, nouæque Canonicæ Priorem decernunt ab omnibus vocalibus confirmatum. Electus autem iuxtà Constitutionum tenorem capite 6. vnà cum prefato Fratre Iacobo Lucam mittitur Reuerendiss. D. Gabrieli Card. præfato tanquam loci Diœcesano præsentandus,& confirmandus,cui præfatus Reuerendiss. per quam benignè annuit, & eundem Fratrẽ Philippum in primum Priorem Canon. Regul. in præfato Ilicetano Monaster. & Can. habitantium libentissimè confirmauit, vt constat Rog. eiusdẽ Hermani de Symea Notarij Apostolici in Domibus præfati RR. eiusdem Diœcesani, die 2. Iulij, Anno Domini 1408. authenticum confectum. His itaque peractis ad propria alacres sunt reuersi, ac læto animo, & pacificè ex nigro Habitus colore in niueum candorem

rem transfigurati.Saluatoris sui exemplo,quem noui homines induerant in Iustitia,sub noua Canonica obseruatione viuere cœperunt. Verùm ille inimicus homo zizaniæ nocturnus Sator hanc nouam in Christo generationis sobolem, vtpotè suis dolosis artibus aduersaturam maximè perhorrescens,inter nouos Canonicos, & Eremitarum Primarios semen suum seminauit. Malo namque spiritu arreptus Fr.Franciscus de Toiano eius Canonicæ Conuersorum vltimus Eremitis Cœnobij intra Senens. Vrbem sub Patris Augustini vocabulo constructi per interpositos Nuncios cuncta, quæ gesta fuerant,propalare contendit, velut alter Scarioth detegens modum, quo noui Canonici à suæ nouæ Canonicæ possessione expulsi,eandem ipsi Eremitæ vendicare facilius possent: & primùm quidē ipsius perfidi hortatu ipsi Eremitani,inter quos erant plures et eiusdem Ciuitatis Nobiliores, & omnibus scientijs eruditi Ciues,duorum optimorum prædiorum præfato Monasterio Ilicætano ab antiquo tempore Iure legatorum relictorum corporalem possessionem rapuerunt. Fuerāt.n.eis hac conditione concessa, vt si quando aliquo tempore in eodem Ilicætano Monasterio, & Eremitarum Ordo cessasset,statim ipsa prædia pleno Iure ad idē S.Aug.Cœnobium deuoluerentur: Insuper præfati Eremitæ eiusdem Ciuitatis Procerum suffulti præsidio contrà præfatos Canonicos,& præcipuè aduersus Priorem Fr.Philippum, & Patrem Stephanum vti Primarios armata,& violenti manu acriter insurgētes, multimodis, & varijs persecutionibus eos affecerunt,nihil omittētes,quatenus etiam eius Ilicætani Monasterij possessionē quoquo possent modo deserentibus illis sibi vendicarent.Quorum insultus patientia cunctantes aliquandiù præfati Canonici constanter tolerauere,orationibus tñ,& Diuinarum Scripturarum lectionibus cōmuniti,tandem facto impetu Magistratus Senensis retentis eorum Priuilegijs,Constitutionibus,& omnibus Scripturis, atque ablatis omnibus bonis violenter,& iniuriosè ab eodem Ilicætano Monasterio omnes fugere compulerunt, præter eundem Fr.Franciscum de Toiano Conuersum,quem in pristino Eremitano Habitu perseuerantem,solum ibidem pro loci custodia reliquerunt. Miseri verò Canonici taliter ignominiosè à proprijs sedibus expulsi in quēdam locellum ab eodem Monasterio non procul distantem se transtulerunt.Vbi quęstuantes hostiatim laboriosam vitam per aliquot

dies

dies miserrimè duxerunt. Quo tpe Diuino Spiritu monitus Reu. Pater, quòd exemplo Abrahæ peregrinari debebat; ad Pontificem Ariminum mittunt; cunctaq; per Ordinem recensent. Pontifex autem cum hoc audisset, maximo cordis cruciatu eorum calamitates compatiebatur; atque ipsorum consulens saluti, ipsis nouis Canonicis ad eorum, & plurimorum Nobilium Senensium Instantiam potestatem exhibet ad pristinum Habitum, & Dogma in idem Ilicætanum Monasterium redeundi, eorundem Statum, Immunitates, & Priuilegia; ac cætera omnia, vt prius, eisdem restituens per Bullam plumbeam datam in eadem Ciuitate Ariminensi die 20. Nou. eiusdem Anni, videlicet, 1408. Huius itaque Priuilegij concessione sex ex præfatis Canonicis ad pristinum Eremiticum Dogma sunt reuersi, & interuentu Communitatis Senarum à præfato eiusdem Ordinis Priore Generali in eodem Monasterio sub pristinis modo, & forma sunt restituti. Quibus à præfatis suis Confratribus S. Aug. de Senis ductis compassione prælibata duo prædia sub quibusdam alijs conditionibus sunt restituta, quod rogato publici Notarij sub die 7. Februarij Anno 1409. confecto constat. Sed postea Eugenius Papa IV. Anno 1431. per publicas litteras eosdem Eremitas Ilicætanos reintegrauit ab omni Potestate, & Iurisdictione Prioris Generalis vniuersi Eremitici Ordinis, liberatos, & exemptos reddens. Deinde Anno Domini 1438. Magister Gherardus de Arimine Prior Generalis eidem Ilicætano Conuentui potestatem fecit eligendi Vicarium Generalem, qui regat eandem Ilicætanam Congregationem, quæ tunc quattuor Monasterijs constabat, & ea omnia etiam ipse Eugenius comprobauit: Omnium autem supradictorum extant authentica transumpta manu Sier Christophori Gisani Notarij publici Senensis cõfecta, signis etiam, & subscriptionibus manu Sier Galgani q. Cerboni, Sier Ioannis q. Francisci de Bonconuentu duorum Tabellionum Senensium publicorum. Re cognita, & approbata, & etiam ea omnia, quæ acta, & producta fuerunt in Conuentu S. Dominici de Fesulis, fuerunt authẽticè notata per Sier Ioannem q. Marci, Petri Fabiani de Mugello Territorij Florentini. Quæ omnia, & singula in præfato Ilicætano Monasterio in quadam Capsula (quam depositum vocant) tribus clauibus diligenter consignata cum non aspernenda custodia seruantur. Confirmati prædicti sex Eremitani Patres in prædicto Ilicætano

cætano Conuentu; fuit etiam confirmatus idem Pater Frater Philippus, qui in eodem Prioratu permansit vsque ad finem vitæ suæ, qui fuit Anno 1417. cum vixisset Annos 64. Hi ergo Eremitæ obtentis septẽ alijs locis, videlicet: S.Martini intra eandem Senarum Ciuitatem, qui locus ab antiquo tpe citrà fuerat Can. Reg. Item apud Pratum Florentiæ Oppidum:apud Pontremolum cum quattuor alijs Oratorijs in ipsis in præsentiarum commorantur inter Clericos,& Conuersos circà numerum 60. Ex ea autem Canonici Habitus susceptione hoc saltem fuerunt consecuti, quòd ab Eugenio Papa IV. vt prædictum est, ab Eremitarum Ordinis Dominio, vt diù,& anxiè peroptauerant,liberati fuere, Habitu, & Potestate congregandi Generale Capitulum, & Annuum Generalem Vicarium creandi,concesso particulari Congregationis Titulo,quo Cõgregatio Fratres Eremitarum Obseruantium de Ilicæto Ordinis S. Aug.nominantur:Ipsi denique Venerandi, & Deuotissimi Pr̃es Ilicætani in maxima obseruatione vsque ad præsentia tempora perdurarunt.Inter quos plures virtutibus,& scientia effulserũt,& prę-cipuè Magister Aegidius Viterbensis, qui fuit eiusdem loci professus, postea in sacra pagina Magister totius Ordinis habitus plures Annos vixit,denique à Leone X.Papa in Amplissimorum Patrum Cœtum assumptus tit.S.Matthæi, & postea S.Marcelli Presb.Car. Patriarchaq; Constantinopolitanus fuit declaratus. Pater aũt Stephanus cum Fr.Ioanne Antonij,Fr.Regolino,Fr.Dominico,Fratre Francisco suprà nominatis in Habitu Canonico,& Apostolico cõstanter intrepidè perseuerantes,Pontificem suum,& pijssimum Patrem profugum apud Ariminum constitutum profugi fiducialiter adeunt,& de cedendo lacessentibus iniurijs cõi sn̄ia cõsulunt, qui tempori,& Diuino pariter Responso cedendum esse blãdis,atque pijssimis sermonibus eos hortatus est. Retentisque apud se Patre Stephano,& Fr.Dominico,vt eos ob cões hmõi procellas consolaretur,reliquos tres eodem Nouemb. Mense Lucam eidem Reu.D. Antonio Commissario prędicto commendatos remisit.Qui eos cũ suis commendaticijs litteris Bononiam, cuius Ciuitatis Episcopatum tenebat,direxit.Quò cum applicuissent,delubro quodam extrà portam Ciuitatis,quæ de Saragotia, aut S.Mamoli Vallis Viridis appellatur, Bononiensis Ecclesiæ per suos agentes, quousque eis de proprio Monasterio prouideretur, hospitari mandauit. Vbi

aliquos

aliquos tantummodò Menses peregrinati sunt. Canonici ergo præfati absq; propria Sede quattuor Annos errauere,& amplius,quorum fidem,atque constantię virtutem Saluator ipse,cuius titulum gerebant,Pontifici, & alijs Principibus adeò comprobauit, vt eos demùm extrà terram, & cognationem suā sub suis perpetuis auspicijs in egregiam sobolem,piam,religiosam,& sanctam,perennemq. procrearent.Florentię interim,instantibus supradictis vtriusq. Pontificis Cardinalibus longa inter peritissimos viros in sacra pagina; atque vtroque Iure eruditissimos vtriusque Ordinis res per triduum habita, tandem per excellentem Virum Dominum Laurentium de Ridolfis aureatum Equitem, & in vtroque Iure celeberrimum Doctorem,Cathedram in eadem Ciuitate tenentem, valida fuit conclusione definitum, quòd sub quo Pontifice votū promissum sub solemni, authentico, & irrefragabili iuramento emissum vnionis faciendæ violauerant,& inuicem colludentes inueteratum ac pessimum Schysma Sanctæ Orthodoxæ Ecclesię valdè nocuum magis fouere dignoscebantur, eo casu Cardinales Concilium legitimè, & Canonicè conuocare, verumque Pontificem citatum, & non comparentem, sed in sua contumacia persistentem iuridicè deponere,atq; ad alterius electionem liberè, & absq; scrupulo procedere poterant. Verùm,quia pręsuppositum saltem ex parte Gregorij erat falsum,quod probatur ex rei euentu, in Concilio postea Constantiensi,in quo ipse liberè,& promptè cessit. Similiter ergo, & conclusio erat falsā.Nihilominus ea sententia laudata,& ratificata,ac firmiter approbata,Card.præfati Ciuitatem Pisaurum ad huiusmodi Congregationem aptiorem, & commodiorem Dominio Florentino libentissimè consentientem elegerūt. Gregorius autem hoc audiens, statim omnes eos Card. tanquam Hæreticos, Schysmaticos,& Cōiuratores Galeris Dignitatibus, & beneficijs priuat, eosq. priuatos per vniuersum Orbem denunciari mandauit,& statim misit Cardinalem Ragusinum prædictum,Virum vtique,vt pręlatum est suprà,magni animi, & consilii, transformato Habitu, & secretè,ad Sigismundum Lucimburgum Romanorum Electum, & Vngariæ Regem, vt cum eo de loco,& modo tractaret Concilij legitimè congregandi pro Schysmate tollendo, & Pisano Conciliabulo destruendo,cum non esset auctoritate alicuius se pro Pontifice gerentis,vt fas erat,ratum: sed nihil penè profecit,quia Veneno

infectus,quo penè mortem euasit,reuersus est ingloriosus. Interea indicitur per omnes Mundi partes apud Pisas, vt dictum est, Concilium conuocatur,vndiq. & citantur omnes Ecclesiæ Prælati,vt,à duorum Pontificum obedientia se substrahentes, ad vniuersale celebrandum Concilium pariter conueniant. Conuenerunt autem 22.Cardinales,tres Patriarchæ,Archiepiscopi,& Episcopi,nu.180. Abbates 300.& inter Sacræ Scripturę professores diuersorum Principum penè totius Christianæ Plebis Oratores, & Mandatarij nu. 280. Ab Obedientia namq. Gregorij quasi omnes Christiani Principes se diuulserant. Ladislao Apuliæ Rege, Venetorum Dominio, & Ariminense Principe exceptis cum quibusdam alijs Ciuitatibus R.E.subiectis.Omnes itaq; sic congregati Mense Maij Anno 1409. Oratores ad vtrunq. Pontificem mittunt, qui eos ad Concilium citent,& aduocent.Hos Benedictus derisos remisit dicens: nihil sua de hac controuersia referre, quæ de Iure Papatus inter se,& Gregorium vertebatur. At Gregorius eos redarguit,dicens. Non ad eos pertinere Concilij coadunationem,sed ad ipsum vt Pontificem Romanum, qui nolebat Concilium Pisis conuocari, sed in Frigulio, seu Foro Iulij circà Aquileiam, quò ipsi Cardinales eum de Iure sequi tenebantur, non autem ipse eos eo, quòd non deceat mēbra à capite discedere. Itaq. Gregorius in dicto Concilio in Ciuitate Austriæ Arimino soluens, comitantibus eum Patre Stephano, & Fratre Dominico, illuc accessit, quò etiam nonnulli Prælati ex Apulia sunt profecti.Pisanum autem Cōciliabulum in incœpto suo procedens, post legitimas modo suo citationes, & iuris terminos aduersus vtrosque Pontifices veluti contumaces,& non comparentes,sed Hæreticos, & Schysmaticos depositionis,& priuationis diffinitiuas,& inappellabiles sententias protulerunt.Mandantes cunctis Christicolis sub acerrimis pœnis, & censuris,ne eos de cætero Pontifices nominarent, & ad nouam electionem procedentes die 25 Iulij supradicti Anni,malum pro malo addentes,tertium superaddiderūt Pontificem,videlicet, Magistrum Petrum Phylargi Cretensem Ord.Minorum Episcopum primò Vicentinum,postea Nouariensem,deinde Archiepiscopum Mediolanensem,& 12. Apostolorum Presby.Card.præfatum,Virum optimum,atque in sacra pagina,& speculatiua peritissimum,quem Alexandrum eius nominis V.nominarunt;quem etiam aliorum duorum Pōtificum Acta omnia

nia rescindere putabant:eo tamen creato , & pacis valdè cupidus existens,vt deuitaret discordias, ea omnia Acta in eo Concilio vsq. ad futurum Triennium suspendit,tunc postea vbi , & quando Romano Pontifici videretur resumenda.Pontifex itaq. Gregorius in Austria exulans præfatum Priuilegium Institutionis nouæ Canonicorum Congregationis cum eisdem nouis Constitutionibus in eo insertis,quod ammissum fuerat , cum appensione Bullæ plūbeæ, & filis sericis rubei, crocæiq; coloris gratis innouari , & è Registro transcribi iubet . Et subinde die prima Septembris eiusdem Anni 1409.sub Anno sui Pontificatus 3. alterum similiter gratis concedit Priuilegium . Nam peragrans Pontifex cum Stephano eidem piè compatiebatur,blandèq. alloquens,eum paternè cōsolabatur, atq. ad perferendum æquanimiter persecutiones eum insequentium, gratiosè hortabatur. Et,vt deinceps viriliter certare, & præliari non formidaret,eum charitatiuè confortabatur,ac incitabat : addens,quòd illum nunquam deseruisset , sed semper fouisset, & adiuuisset, sicq; præsidio suo semper,& vbiq. sibi adesse summopere eidem promisit,& affirmauit. His sanè tot,ac tantis pollicitationibus Summi Pontificis plenè animatus pius Pater Stephanus , vt filius obedientissimus, assensu,& voluntate ipsius Pontificis,vt ipse in decimo Priuilegio de huiusmodi assensu plenam facit mentionē, Domum ipsam,siue Locum S.Saluatoris spontè cedens , ac liberè renuncians,Fratribus,& Ordini Eremitarum relinquens, ipse cum suis inde recedens pœnitus se amouit,& totaliter absentauit. Relictis itaq. Domo, & Loco S. Saluatoris prædictis,veluti pauperculi huc,atque illuc,prout Curia ducebatur,discurrentes , vt poterant se gubernabāt. Pontifex autem eorum calamitates valde collachrymans,licet non omnia ministraret illis,quæ tamen poterat,libēter impendebat in subueniendo indigentijs eorum. Neque permittebat vnquam illos,& præsertim Stephanum Patrem constantissimū sibi abesse,sed semper vbiq. apud se cupiebat habere. Anxius quippe erat,vt eidem aliquo loco congruo , & honesto prouidere posset,nec valebat propter instans tunc schysma,quod in dies videbatur augeri.Fiducia enim illi semper erat in Deo, quòd diù illum sic euagare non sineret,sed sua prouidentia,qui Cœlum,Terramq.regit per sæcula,ipsemet dirigeret per iter salutis æternæ insimul cum filijs suis,vt,sicut socij passionum,& tribulationum erant,ita tandē

consolationum,& gaudij spiritualiter,& corporaliter essent. Et,vt facilius aliquem locum pro eorum Residentia inuenire possent, aliud insigne Priuilegium, quod est secundum in Ordine,ad futurã rei memoriam eis gratiosè contulit,atque indulsit. In quo quidem Priuilegio Pontifex ipse mentionem facit de primo, &, quid fecerit,replicat, &, cum de præsenti Canonici ipsi nequeant habitare in dicto Loco S. Saluatoris, dat, & licentiam eis concedit, vt vbicunque ipsi inuenerint locum licitum,& honestum,qui eis debitè, & Canonicè pro eorum Residentia cõferatur,acceptare,& suscipere,ipsumq́. in Prioratum Conuentualem erigere,habere, & tenere liberè,& licitè valeant,ac gratijs,& immunitatibus aliàs eisdẽ concessis vti,& gaudere possint, prout de his, & alijs in dicto Priuilegio sub datum in Ciuitate Austria ditione Aquileiensi Cal. Sept. Pont. eiusdem Anno 3. plenius continetur. Et insuper concedit, & licentiam impertitur, quòd si locus alius licitus, & honestus per quoscunque Christi fideles denuò eis ædificetur,vel ipsi Canonici ex eleemosynis sibi concessis illum ædificare voluerint,liberè, & licitè capere,& erigere valeant, alicuius super hoc licentia, seu auctoritate minimè requisitis; prout de his, & alijs in dicto Priuilegio seriosius continetur.

Secundum Priuilegium. Gregorius Episc. Seruus Seruorũ Dei ad futuram rei memoriam. Dudum siquidem per Nostras litteras Dat. Lucæ 3 Non. Apr. Pont. Nostri Anno 2. excitante Nostrę mentis arcanum speciali,& affectuosa dilectione,qua Domum,& Conuentum Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentis Ord. S. Aug. Senens. Diœcesis sumus hactenus prosecuti,paterno prosequi studio intendimus incessanter. Nos motu proprio,non ad dilectorum filiorum Fratrum dictæ Domus,quæ hactenus Ord. Fratrum Eremitarum dicta S. August. extitit: vel alicuius alterius pro ipsis Nobis sup hoc oblatæ petitionis instantiam,sed de Nostra mera liberalitate, & ex certa scientia eandem Domum in Prioratum Conuentualem Auctoritate Apostolica ereximus,per Priorem sub nouis conditionibus, & modis in ipsis litteris insertis perpetuò gubernandam,prout in eisdẽ Nostris litteris seriosius continetur. Cum igitur superexcrescente malitia temporis:peruersorum debacchãte proteruia nõnulli Fratres Conuentus prædicti sub Nostra deuotione,& fidei integritate degen-

gentes, de præsenti nequeant in Domo, & Conuentu hmõi habitare: Nos eisdem pio compatientes affectu, ac volentes Paternæ protectionis suffragio subuenire: tenore præsentium eadem auctoritate concedimus, quòd vbicunq. Fratres ipsi locum inuenerint congruum, licitum, & honestum, qui eis debitè, & Canonicè pro eorũ Residentia conferatur, acceptare, & suscipere, ipsumq́. in Prioratũ Conuentualem huiusmodi habere, & recipere ad omnipotẽtis Dei gloriam, & honorem, liberè, & licitè valeant tenere: eadem auctoritate in Prioratum hmõi locum ipsum per eos habendum, vt pmittitur, erigentes, ac statuentes auctoritate præfata, quòd Fratres ipsi in eo valeant habitare secundum Institutiones, & Regulas per ipsas Nostras litteras sibi datas. Quòdq́. locus ipse per ipsos Fratres habendus, & in Prioratum, vt præmittitur erigendus: & Fratres ipsi sub dictis modis, & Regulis in alijs nostris litteris, vt præmittitur, expressis, degentes vti, & gaudere valeant, exemptionibus, concessionibus, indultis, & hmõi litteris, quarum tenores, & formas hic haberi volumus pro sufficienter expressis contentis, & annotatis. Constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientib. non obstãtibus quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hãc paginam Nostræ Concessionis, Erectionis, Constitutionis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu &c. Dat. in Ciuitate Austria Aquileiens. Diœces. Cal. Sept. Pont. Nostri Anno 3. Gratis de mandato D.N. Papæ.

Io. de Monte Politiano.

Primum. Epilogus accõmodatissimus (paterno studio) Pontificis erga suos Canonicos. Habet nescio quid latentis Energiæ, dum exordĩt ex superioris principio. Secundum. Sedebat in pectore Põtificis arcanum illud pro reformandis Regul. Canonicis; ad q; fuit in ijs præsertim excitatus ex dilectione, & deuotione, qua erga eos erat speciali affectus. Quod autem non cessauerit eos incessanter prosequi paterno studio, pio affectu, & paternæ Protectionis suffragio quòad uixit, cætera magis Priuilegia vsq. ad eius obitum inferius patefaciunt. Et sic ab ipso Gregorio Pontifice, non à Stephano emanati declarantur hmõi Canonici. Tertium. Canonici præfati de voluntate Pontificis Monasterium Illicętanum deseruerunt, cedentes iniurijs, quib. nec ipse Pontifex occurrere tùm poterat pp perfidum schysma, quòd vigebat. Spem autem habebant alterius

potien-

potiendi ex singulari in se beneuolentia Pontificis.Quartùm.Priuilegium hoc secundum datur eodem Anno suprascripto Saluatoris 1409.qui fuit 2.Annus Congregationis,quo etiam à præmissis tribus Reuerendiss.Pr̄ib.Cōmissarijs iam Cardinalib.Lucæ, vbi substiterāt;inde digresso Gregorio, innouatæ fuerūt primęuę Cōstōnes. Reliqui verò tres Canonici, qui Bononiæ peregrinabantur Reuer. Patris commissione,Lucam pro innouatione Constitutionum, & processibus executorialibus,quas,vt dictum est,etiam in Ilicætano Monasterio amiserant, miserunt,omniaq; ipsi Reuerendiss.Cōmissarij,& S.R.E.Card.Presbyt. qui adhuc Lucæ subsistebant,de præfati sui Pontificis commissione,per eundem Notarium Apostolicū gratis è Registro transcribi mandauerunt, & suorum sigillorū,quibus tunc vt Cardinales vtebantur, appensione muniri,& dari,vt ipsemet Notarius Hermanus de Symea prædictus propè finem ipsius Processus testatur sub eodem Anno 1409.die Lunæ 2.Mensis Septembris. Verùm cum insidiæ ad capiendum Gregorium pararentur, ille transformato Habitu beneplacitum sibi Ladislai Apuliæ Regis promittens, comitantibus duobus prædictis Patribus, Gaietam clàm ad nauigauit.Sed,cum pestis Pisas inuasisset,Alexander Pontifex inde discessit, Pratum Oppidum Florentinorum adiuit. (Non.n.poterat Romam proficisci, quia inuaserat, & ceperat eam Ladislaus præfatus)inde Pistorium profectus,vbi hyemare cōstituerat,sed capta pro eo Vrbe Roma cum pluribus alijs Ciuitatibus,à Malatesta Ariminense Domino, Florentini exercitus Duce, Paulo Vrsino fugato Ladislao Apuliæ Rege Ianuario Mense Anno 1410.mutato consilio,postquam omnia cerneret pacata, Romam omnimodè adire deliberans, Bononia profectus est eodem Anno, & Mense die 12.cum 20.Cardinalibus.Malatesta autem à Florentinis concorditer licentiatus, quo amplius non habebant opus, ad propriam Ariminensem Sedem Februario Mense cum pace reuersus est.Alexander autem confirmato in Bononiensi Legatione Reuerēdiss.D.Baldassare Cossa,cuius opera maximè indigebat,postq̄ per Oratores à pluribus Reip.Christianæ Principib.tanq̄ verus Pōtifex fuisset adoratus: tandē cum Anno 1.& diebus 15.sedisset migrauit è vita die scilicet 21. Iulij, hora 4.noctis (licet alij asserant eum die 3. Maij obijsse) & in Ecclesia Franciscani Ordinis cadauer eius conditum fuit.Alexandro verò defuncto Cardinales Bononię

exi-

existentes in vnum conuenientes eundem D. Baldassarem Cossam Neapolitanum Ciuem ex Apuliæ Regno oriundum à Bonifacio IX. prius à Secretis, postea Cardinalem S. Eustachij creatum; & Episcopum Instrianum, ac inibi Legatum de latere, elegerunt, quem Ioannem XXIII. appellarunt. Hanc ob causam Canonici Patres Nostri de cōsilio Patris Stephani, & eorum pij Pontificis commissione à Valle Viridi digressi, Fabriani apud Sacellum S. Nicolai hospitati fuerunt, vbi reliquum temporis in arctissima nouæ Cōgregationis Obseruantia degerunt. Præfatis tñ Patre Stephano cū Socio vbiq; Pontificem sequentibus, & ad eosdem suos Concanonicos reuisendos sæpè euntibus, & redeuntibus. Eo autem Anno die 13. Septemb. Pōtifex Gregorius tertio Priuilegio suos Canonicos corroborat. Quo declarat nouos Canonicos suos etiam extra propriam Sedem vbicunque consistant, omnibus sibi indultis gaudere: superiori etiam longius corroborato. Videlicet.

Priuilegiū Tertiū. Greg. Eps seruus seruorū Dei ad futurā rei memoriam. Sacræ Religionis, sub qua dilecti filij Fratres, seu Canonici Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Aug. Senensis Diœcesis, mundanis abdicatis illecebris, virtutum Domino in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum impendunt famulatum: promeretur honestas, vt super illis, quæ ipsis prosperi status incrementum afferre valeant, gratiosum Apostolici fauoris præsidium libenter, & fauorabiliter impendamus, & præbeamus: dudum siquidem, videlicet 3. Non. Apr. Pont. Nostri Anno 2. excitante Nostræ mentis arcanum speciali, & affectuosa dilectione, qua Domum, & Conuentū Prioratus prædicti S. Saluatoris de Sylualacus ad Romanam Ecclesiā nullo medio pertinentes: Ordinis S. Aug. Senensis Diœcesis, sumus hactenus prosecuti, & paterno prosequi studio incessanter intendimus. Nos motu proprio, non ad dilectorum filiorum Fratrum dictæ Domus, quæ hactenus Ordinis Fratrum Eremitarum d. S. Aug. extitit: vel alicuius pro ipsis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de mera Nostra liberalitate ex certa scientia eandem Domum in Prioratum Conuentualem auctoritate Apostolica ereximus per Priorem sub conditionibus, & modis in ipsis litteris insertis perpetuò gubernandam, prout in eisdem litteris Nostris seriosius continetur. Demùm Cal. Sept. Pont. Nostri Anno 3. super

excre-

excrescente malitia temporis, & peruersorum debacchãte proteruia: nonnulli Fratres Conuentus prędicti sub nostra deuotione, & fidei integritate degentes de pręsenti nequeunt in Domo, & Conuentu huiusmodi habitare. Nos eisdem pio compatientes affectu, ac volentes paternæ protectionis suffragio subuenire, eadem auctoritate concessimus: quòd vbicunq. Fratres ipsi locum inuenissent congruum, licitum, & honestum, qui eis debitè, & Canonicè pro eorũ Residentia conferretur, acceptare, & suscipere, ipsumq. in Prioratũ Conuentualem huiusmodi habere, & recipere ad Omnipotentis Dei gloriam, & honorem liberè, & licitè valerent & tenere; & eadem auctoritate in Prioratum huiusmodi locum ipsum per eos habendum, vt præmittitur, erigentes, ac statuentes auctoritate præfata, quòd Fratres ipsi in eo valerent habitare secundum Institutiones & Regulas per ipsas Nostras sibi datas: quodq. locus ipse per ipsos Fratres habendus, & in Prioratum, vt præmittitur, erigendus, & Fratres ipsi sub dictis Institutionibus, & Regulis in alijs Nostris litteris, vt præmittitur, expressis, degentes vti, & gaudere valerent exemptionibus, & Indultis, & huiusmodi litteris, quarum tenores, & formas hic haberi volumus sufficienter pro expressis, contentis, & annotatis. Cum autem sicut exhibita Nobis pro parte dilectorum dictorum Canonicorum petitio continebat: labe schysmatica in plurimis locis vltrà solitum pullulante, dicti Canonici, & Fratres huiusmodi hucusq. nequiuerint locum aliquem aptum, & idoneum inuenire pro huiusmodi Conuentu, seu Prioratu (vt præmittitur) erigendo; sed peregrè quodãmodò non sine eorum labore eos conuenit peruagari: & sicut eadem petitio continebat ipsis Canonicis, seu Fratribus non existentibus in dicto Prioratu S. Saluatoris, siue in alio loco, vt præfertur, eis concesso: ipsos Canonicos, siue Fratres Gratijs, Indultis, ac Concessionibus, & formis in dictis litteris insertis, de iure, vt asseritur, non posse gaudere, nec etiam gratiam eis in dictis alijs litteris concessam ad eorum posteros extendere. Nos dictos Canonicos, seu Fratres in eorum laudabili proposito confouere, ac statui eorundẽ prouidere volentes: dictos primum, vel alium quemcunq. locum non habentes, seu possidentes, & eorum posteros vbicunque ipsos esse contigerit, dummodò aliàs viuant secundum eorum Regularia Instituta, conditionibus, modis, concessionibus, gratijs, Priuilegijs,

Indul-

Indulgentijs, Exemptionibus, & Libertatibus per Nos, vt pręmittitur, eis concessis, liberè, & licitè vti, & gaudere posse tenore pſentium auctoritate prædicta declaramus. Concedentes eis, quòd si huiusmodi locus aptus, aliàs licitus, & honestus eis de nouo per quoscunque Christi fideles, ædificetur, vel ipsi Canonici, seu Fratres ex Eleemosynis sibi cōcessis illum ædificare velint: vt huiusmodi locum nouiter erigendum liberè, & licitè, vel aliàs, vt præfertur, erigere possint, & valeant: alicuius super hoc licentia, seu auctoritate minimè requisitis. Constitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Iure tñ Parochialis Ecclesiæ, vel alterius cuiuscunq. semper saluo: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, & concessionis infringere, &c. Dat. Caietæ Id. Sept. Pont. Nostri Anno 4. 1410. Duplicata gratis de Mandato D.N. Papæ.

Io. de Ratingen.

Primum. In hoc Principio duo superiora Priuilegia inserūtur ex eo Paterno affectu Pontificis, quo se omnia semper voluisse pro suis Canonicis demonstrat, vt benè, atq. commodè viuere possint. Secundum. Vocantur Canonici Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus, quamuis non possiderent. Tertium. Conceduntur omnes gratiæ in alijs concessæ, vt hinc pateat Can. Reg. illos fuisse electos à Greg. non habita relatione ad locum illum tantum, sed vniuersaliter ad vniuersum Ordinem Can. cuius Priuilegia vult etiam post, habito illo loco, in ipsis Canonicis permanere. Quartum. Non temerè dubitabant Canonici Nostri illi simplices, & zelantes extrà illud Monasterium eiusdem Priuilegijs non gaudere. Sedatis igitur aliquantulùm perturbationibus de mente præfatorum Patrū, anxietatibusq; de medio sublatis, & à cordibus eorum remotis, & pœnitus reiectis omnibus ambiguitatibus, quibus propter malitiā temporis tunc existentis, eiusq; malam dispositionem, de eorum stabilitate, & conseruatione anxij, seu ambigui non mediocriter esse poterant, parùm pro animo quiescunt, viresq; corporis vtcūq. reassumunt, & gratias inexaustas omnipotenti Deo humiliter, & deuotè agunt. Etiam non de Epulis delicatis, & sumptuosis poculis, aut de nobilibus vestibus, vel preciosis corporis Indumentis, vel de amplis, & spaciosis ædificijs sollicitti, & curiosi, sed, omnibus commodis, ac corporeis necessitatibus pœnitus postpositis, extre-

mis duntaxat exceptis, ad spiritualia tantum se vertentes, ac de cõscientiæ pace, mentisq. quiete, & animi tranquillitate solliciti effecti, corda, voces, & opera, ac omne eorum desiderium, & affectum in Deum dirigentes, quæ ad animarum salutem spectabant solummodò, pijs potionibus inclinatur, Thesauros spirituales militantis Ecclesiæ manumittere cœpit, priuilegium plenariæ indulgentiæ in mortis articulo, quod est quartum in Ordine, eis concessit, & gratiosè indulsit. In quo namq. Priu. Pont. ipse concedit, quòd quilibet ex Canonicis sibi valeat eligere confessorem, qui ei semel tantũ in mortis articulo plenariam remissionem indulgere possit, his tñ conditionibus, quòd si aliqua debeat fieri restitutio, per ipsum si superuixerit, alioquin si fortè transierit, per alium fiat. Et insuper ordinat, quòd si ex confidentia huiusmodi gratia ad illicita perpetranda produci redderentur, quò ad illa prædicta Remissio eis nullatenus suffragetur. Præterea mandat pro huiusmodi Indulgentia consequenda vtilia alia Ieiunia obligatoria, sex alios dies ieiunare omnes debeant, vel centesimam partem omnium redditnum, & prouentuum eorum singulis annis in pios vsus erogare possint, aliter concessio ipsa nullius sit momenti, prout in dicto Priuilegio tenoris huiusmodi seriosius continetur.

Quartum Priuilegium. Gregorius Eps seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori, & Fratribus, seu Canonicis præsentibus, & futuris Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus Ord. S. Aug. Senensis Diœces. Sal. & Apost. benedictionem. Prouenit ex vestræ deuotionis affectu, quo Nos, & Romanam Ecclesiam reueremini, vt petitiones vestras illas præsertim, quæ animarum vestrarum salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est, quòd Nos vestris supplicationibus inclinati, vt Confessor, quem quilibet vestrum duxerit eligendum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis semel tantum in mortis articulo, plenariam remissionẽ uobis in sinceritate fidei, & vnitate S. R. E. ac obedientia, & deuotione uostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum Canonicè intrantium persistentibus auctoritate Apostolica concedere valeat, deuotioni vestræ tenore præsentium indulgemus. Sic tamen, quòd ille Confessor de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, tàm vobis per vos si superuixeritis, vel per alios, si tunc fortè transieritis, faciendam iniungat

quam

quam vos,vel illi facere teneantur,vt præfertur.Et ne (quod absit) pp hmõi gratiam reddamini procliuiores ad illicita in posterum committenda: volumus, quòd si ex confidentia remissionis hmõi aliqua fortè commiseritis, quò ad illa prædicta remissio vobis nullatenus suffragetur.Quòdq; à tempore,quo nostra præsens concessio ad vrãm notitiam peruenerit:ex tunc singulis diebus,quib.ieiunium per Ecclesiam indictum est:& sex alijs diebus,de quib.vobis videbitur,& in quibus ad ieiunandum voto,vel aliàs nõ estis astricti, nisi tunc fortè infirmitate impediti extiteritis, ieiunare annis singulis teneamini: & si volueritis,pro huiusmodi ieiunio dictorũ sex dierum centesimam partem omnium reddituum, & obuentuũ vestrorum annis singulis in vsus pios poteritis erogare. Alioquin præsens concessio nullius sit roboris, vel momenti. Nulli ergo hominum &c. Dat.Gaietæ 14.Cal.Octob.Pont.Nostri Anno 4. Gratis de mandato D.N.Papæ.

Io de Monte Politiano.

Huius quarti Priuilegij gratia non vr̃ ẽt extendi nisi ad Canonicos.Ieiunium verò sex dierum commutatum postea fuit per Eugenium IV. & deinde per alios Summos Pontifices in Septem Psalmos de Pœnitentia quinquagies persoluendos.Et Conuersis quoque,ac Commissis tùm participatur sub certo numero persolutionis orationis Dominicæ,& B.M.V.salutationis. Continuantur tñ ẽt nunc eleemosynæ in maiori summa,nec ieiunia omittũtur. Hoc Priuilegium est primum intitulatum Priori nominatim, & fratrib. &c.Credunt nonnulli Priorem tùm noĩari ipsum R. P. Stephanũ. Alij attendentes ex sñia Gregorij Priorem vnà cum suis Canonicis quamuis extorres,in suam tñ dignitatem,& possessionem Monast. Illicætani titulo tenus perseuerasse: ex hoc,inquiunt,facilis coniectura est, Canonicos singulis annis Priorem nouum elegisse; seu magis eundem principiò electum confirmasse; vt sic volente Pont. ibi simul reseruarent primi Priuilegij,& sui Monasterij Iura; & ppterea singulis nouis Priuilegijs Canon.eius Monasterij de Sylualacus legimus appellari:duobus verò vltimis sub solo suo titulo absolutè describi.S.Saluatoris:cum tandem Pontifex iamiam Pontificatui renunciaturus, ab illius possessione repetenda aĩum, & ipse reuocasset.Quæ omnia tamen ex Priuilegio manifestius colliguntur.Post duos aũt dies,videlicet,20.eiusdẽ Mẽsis, & anni, vt supra; Eug. 4.

quintum similiter gratis concedit Priuilegium.Nota signanter illā clausulam:Et ne (quòd absit) p̄p̄ hmōi gratiam reddamini procliuiores ad illicita in posterum committenda. Intendebat vtiq. Sanctus Pontifex nostram perfectionem,non defectionem.Commutatio autem ieiunij sex dierum in Septem Psalmos Pœnitentiales p̄ annum,& aliæ gratiæ per Sanctiss.Papam Sixtum IV.concessæ mediante Illustriss. Card.Senens.Protectore Nostræ Congr. Pont.sui Anno 10. 20.Febr.1480.sic se habent,vt in sequenti exemplo.

Beatissime Pater. Dudum Gregorius in sua obedientia, de qua Senens.Diœcesis tunc existebat 12.nuncupatus; deuotis oratorib. vestris Priori Generali,& Canonicis Reg.S.Saluatoris Ord.S.Aug. tunc præsentibus,& futuris,vt Confessor,quem quilibet eorū duceret eligendum,omnium peccatorum suorum,de quib. corde contriti,& ore confessi fuissent, semel tamen in mortis articulo plenariam Remissionem eis in sinceritate fidei,& vnitate S.R.E.& obedientia,& deuotione sua;& successorum eius Romanorum Pontificum Canonicè intrantium,persistentium:AuctoritateApostolica concedere valeret,indulsit,ac voluit;quòd Canonici prædicti vltrà ieiunia ab Ecclesia instituta,vel alia,ad quæ ieiunandum astricti voto non existerent:sex alijs diebus Annis singulis ieiunare in perpetuum tenerentur,aut omnium reddituum,& prouentuum eorundem in pios vsus pro hmōi ieiunio sex dierum (si vellent)centesimam partem erogare possent:aliàs data gratia nullius esset roboris, vel momenti,prout in litteris desuper confectis, plenius continet. Vt autem,Pater Sancte, Oratores prædicti eò promptiores, se ad seruitia sui Creatoris exhibeant; ac in illis feruentius perseuerare disponant:quò ex beneficio vestræ sanctitatis, & Apostolicæ Sedis spūalib.donis,& gratijs amplioribus se munitos forè compererint. Supplicant eidem sanctitati vestræ Prior Generalis, & alij Canonici præfati,exponentes,se ob Regularem Obseruantiam ieiunijs, & alijs abstinentijs satis esse adstrictos,quatenus ipsos Apostolicis fauoribus,& gratijs prosequentes: q̄ omnes,& singuli eorundem in Congregatione,& Obedientia hmōi persistentes præsentes, & futuri, qui per annum vnum integrum semel in hebdomada Septem Psalmos Pœnitentiales cum Litanijs, aut quinquaginta Pr̄ Nr̄, cū totidem Aue Maria integraliter cum deuotione dixerint,prædictis sex diebus nullatenus ieiunare teneantur, sed ab ipsos ex dierū ieiunio

Iunio pœnitus absoluti existant:& nihilominus quòd ipsi,& quilibet eorum confessorem eligere, qui eos èt semel in vita ab omnib. & singulis, èt Apostolicæ sedi reseruatis, casibus absoluere, & ipsi plenariam remissionem (vt præfertur) assequi valeant eis, & cuilibet eorum perpetuò concedere dignemini de gratia speciali : non obstantibus præmissis,ac Constitutionibus,& Ordinationib. Apostolicis,cæterisq. contrarijs quibuscunque.

Fiat vt petitur ✠

Et cum absolutione à Ieiunio sex dierum, dummodò septẽ Psalmi, aut Pater Noster cum Aue Maria dicantur, vt præfertur.

Et de plenaria Remissione semel in mortis articulo.

Et quòd possint eligere confessorem,qui etiam de reseruatis semel absoluat in vita modo præmisso.

Et quòd huiusmodi gratia perpetuò duret.

Et quòd præsentis supplicationis sola signatura sufficiat.

Sanctissimus Alexander VI. commutauit ieiunia sex dierum in quinquaginta pœnitentiales coniunctim,vel diuisim,vt in sequenti relatione Protectoris Nostri Reuerendiss. Card. Senensis.

Franciscus miseratione Diuina S. Eustachij S. R. E. Diac. Card. Senensis. Vobis Reuerendis Patri Generali,& Canonicis Regularibus Congregationis S.Saluatoris Ord. S. Augustini dilectis Nobis in Christo Carissimis.

Tenore præsentium notum vobis facimus, quatenus Sanctiss. D.N.D.Alexander Diuina Prouidentia Papa VI. Vobis vniuersis, & singulis, qui dixerint quinquaginta vicibus septem Psalmos pœnitentiales coniunctim,vel diuisim; omnium peccatorum suorum plenariam remissionem in mortis articulo consequantur,viuæ vocis oraculo ad intercessionem Nostram gratiosè concessit, atq. indulsit. Non obstantibus indultis vobis alias ab Apostolica Sede cõcessis,& alijs quibuscunque. In cuius rei fidem,& testimonium præsentes litteras per Secretarium Nostrum subscriptas fieri fecimus, & Nostri rotundi sigilli impressione iussimus communiri. Dat. Romæ in Domibus Nostræ solitæ Habitationis sub Anno à Nat. Domini 1496. die vero 27. Mensis Ianuarij Pont. præfati Sanctiss. D. N. Papæ, Anno 4.

Perseuerantibus itaque Patribus ipsis, imo de virtute in virtutẽ proficientibus,& pariter salutis,pure,& simpliciter intendentibus,

Pontifex ipse aspiciens eorum bonitatem, columbinamq; simplicitatem, ac præsertim prudentiam, lætitia indicibili iucundabatur. Nec diebus, neque noctibus dulcedine mirabili cessabat considerare altitudinem consilij Diuini super salutem generis humani, & præsertim præfatorum Patrum mirabilem profectum, ac virtutum incremēta, quibus quotidie eos elucescere cernebat; & eorū accēsus desiderio, & contubernio, fruebat inter ipsas angustias, & turbines illius infœlicissimi temporis, curialesq; sollicitudines, quibus cura, & regimen Pastoralis officij persæpè arctabatur, & ab illarū inquietudine aliquando furtiuè se subtrahens, Patres ipsos, præsertim Stephanum Patrem præ cæteris feruentissimum, & in militia spirituali Ducem prouidum, & expertum, quem plurimum obsequens, vt Angeli verba per mentem deuotè audiens, secretè secum deducebat. Non. n. de vanis, & transitorijs, sed de spiritualibus, & æternis sermo inter eos erat. Et huiusmodi insimul frequenter colloquentes, quō, quibusve medijs diabolicas tentationes vincere, huiusq; mundi persecutiones superare, & illius oblectamenta spernere, & conculcare possent, subtiliter percunctantes, sese mirabiliter incitabant, & instruebant adeò, quòd nil timētes omnia spernebant, oīa conculcabant, omniaq; veluti stercora reputabant, & à se pœnitus reiciebant. Sicq; Stephanus ipse Pater deuotissimus præfato Pontifici assiduè assistens inter ipsas angustias, & religiosas sollicitudines maximum refrigerium, & solatium singulare, ob hoc, quicquid ab eo petebat, illicò impetrabat: nec immeritò, cum omninò in spiritualia, & quæ ad animarum salutem spectabant, ipse flagitaret. Aliud quoque Priuilegium super audientiam confessionum, & absolutiones, quod quintum in ordine, eis dedit, & condonauit. Per quod concessit, quòd quilibet Prior, quotiescunque opus est, sibi possit eligere confessorem, qui eum ab omnibus casibus de Iure ordinarijs reseruatis absoluere valeat, ipsi quoq. Priores subditos suos Concanonicos vbiq. consistentes tàm præsentes, quàm futuros pari modo absoluere possint, nisi talia fiant, p. p. quæ Sedes Apostolica meritò sit consulenda; prout in dicto Priuilegio, cuius tenor huiusmodi habetur.

Priuilegium Quintum. Gregorius Episc. ser. ser. Dei. Dilecto filio Priori Congregationis Can. Reg. Prioratus olim Domus S. Saluatoris de Sylualacus Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ Ordinis S. Aug.

S.Aug.Senensis Diœcesis salutē,& Apostolicā benedictionem. Benigno sunt illa vobis concedenda fauore,per quæ,sicut piè desiderare videmini, tu, & Canonici hmôi Congregationis, conscientiæ pacem,& salutem animarum Deo propitio consequi valeatis.Hinc est,quòd nos deuotis vestris supplicationibus inclinati: tibi,& successoribus tuis tàm in dicto Prioratu, quàm alibi extra degentibus (iuxta tamen vobis concessa Regularia Instituta viuentibus) vt idoneum, & discretum Sacerdotem in vestrum possitis,& quilibet possit eligere confessorē,qui,quoties vobis fuerit opportunū,confessionib.vestris diligenter auditis pro cōmissis etiā in casibus à Iure quorūcūq.locorū,in quib vos degere cōtigerit,ordinarijs reseruatis,debitā vobis absolutionē impendat, & iniungat pęnitentiam salutarem.Ac,quod tu Prior,& alij pro t.pe existentes Canonicorū huiusmodi tàm præsentium,quàm futurorum vbiq. degentium, vt præfertur,confessiones per vos,vel alios diligenter audire,eis absolutionem impendere,'et in casibus supradictis, & pœnitentiam salutarem iniungere valeatis(nisi talia forent,propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda) auctoritate prædicta in perpetuū tenore præsentium indulgemus.Nulli ergo hominum &c.Dat. Gaietæ XII.Cal.Octob. Pont. Nostri Anno 4. Gratis de mandato D. N.Papæ. H de Symea.

Primum. Verba illa(olim domus S. Saluatoris)facerent ex ea Dictione (olim) vt facilè credere Canonicos,post gratiam pręmissorum duorum priuilegiorum, Iuribus cessisse Monasterij de Sylualacus: nisi ea,quę inferius paulò notātur,cum dicitur(tibi, & successoribus tuis tàm in dicto Prioratu, quàm alibi ex causa degentibus) me omninò ab hac opinione reuocarent. Reuocant quoque hanc opinionem nonum,ac decimum priuilegium,quibus cū absit illud verbū (olim) hic & duobus sequentibus mox priuilegijs, sequens potius verbū(Domus)q̄ præcedens respiciat.Secūdū Circa Prioratū, qui olim fuit Domus,seu simplex Oratorium, vel melius Prioratus,distinctionē intellige,nempè: vt qui olim fuerat Prioratus Domus apud Mendicantes, modò sit Prioratus Congregationis Can. Reg. apud eosdem Regulares.Cum ea Dignitas Prioratus non Monasteriorum, sed Domorum in Mendicantibus semper dicta sit ad differentiam aliorum Regularium, quòd nostrum argumentum magis corroboratur ex clausula secundi Priuilegij sub his

verbis(dictæ Domus,quæ hactenus Ordinis Fratrum Eremitarum: & eandem Domum ereximus in Prioratum Conuentualem)Tertium. Attende,singulis Priuilegijs Canonicos, quamuis extorres, ius suum,& quasi possessionem continuasse dicti Monasterij,etiam post acceptam infrà possessionem Monasterij Ambrosiani: cum Gregorius vti bonus Pater speraret eos aliquando in eundem locum reducere, vbi eos creauerat,ipsis tñ id minus cogitantibus, vt infrà patebit.Quintum.Animaduertendum est, nec illud conniuẽtibus veluti oculis pertranseundum iudicamus: ne quis.f. ex Canonicis libenter deciperetur circa intellectum huiusmodi Priuilegij, liberiorem sibi confessionum facultatem, quàm suæmet constitutiones præstent,hinc aucupantes. Quæ quidem interpretatio adeò veritati aduersatur,vt hæc sua ratio,nisi hoc fuerit Priuilegium,magis queat defendi:nam sensus Priuilegij est,vt Priores pro tempore possint eligere confessorem,qui eos absoluat etiam à casibus Ordinariorum, & ijdem quoq. Priores per se, vel per alios possint suos Canonicos absoluere à casibus eisdem. Simpliciter autem, & confidenter, vt Religiosos, & Christi seruos decet, Patres ipsi per iter salutis incedentes,iugumq. suaue,& onus leue Domini nostri Iesu Christi spontè ob eius amorem iam susceptum, viriliter portantes, non famem,non nuditatem, non persecutiones, non pericula, nec cætera discrimina pertimescebant. Et quia bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi culpa saltem voluntaria minimè reperitur: propter instans tunc Schysma,vt timidi, & tremebundi aliquantulùm titubare, & timere cœperunt, ne ob conuersationem, quam communem cum omnibus habebant, occasione illius schysmatis, seu cuiuscunq. adhæsione, eorum conscientiæ, quas nisibus totis integras,& immaculatas Deo deuotè obtulerant, spretisq́. Mundi illecebris synceras,& puras illi conseruare decreuerant, quomodolibet coinquinarentur, aut leui saltem macula contaminarentur.
Eccl. 13 Cautum est enim. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Hac igitur de causa Pontificem adeuntes,negotium simul,& periculum humiliter eidem exponunt, & super huiusmodi morbo non pro præsentibus tantum,verùm etiam pro futuris de opportuno remedio,siue medela suppliciter exposcunt. Quibus expositis,& intellectis Pontifex aliud priuilegium super absolutione ab omni sententia excommunicationis à Iure, vel ab homine generaliter promulgata,

gatã, quòd sextum in Ordine notatur, gratiosè eis intulit, & cōcessit. In quo quidem Priuilegio primò concedit Priori, & qui pro tempore fuerit, vt quoscunq. Ordinem prædictum ingredi volentes, si occasione tunc instantis schysmatis, vel cuiuscunq. adhæsionis, aut aliàs excommunicationis sententiam à Iure, vel ab homine generaliter promulgata incurrerint, ēt postquam dictum Ord. ingressi, & professi fuerint, & similiter Canonicos, & Conuersos, ac Oblatos Congregationis Ordinis prædictorum præsentes, & futuros forsan huiusmodi sententijs aliquo casu innodari contigerit, à dictis sententijs absoluere valeat. Et cum eisdem super irregularitatibus, si quas celebrando Diuina, aut immiscendo se illis præmissorum occasione constrinxerint. Etiam si sic ligati sacros Ordines receperint, dispēsare possint modo, & forma, vt in prædicto Priuilegio plenius continetur, quod huiusmodi legitur.

Priuilegium Sextum, Gregorius Episcopus seruus seruorū Dei ad perpetuam rei memoriam. Deuotionis dilecti filij Prioris Congregationis Can. Reg. Prioratus olim Domus S. Saluat. de Sylualacus R. E. immediatè subiectæ: Ord. S Aug. Senensis Diœcesis: sinceritas, quam ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobatur, exposcit, vt petitionibus suis, illis præsertim, quæ animarum personarum suæ curæ commissarum salutem concernunt, quantùmcūq; possumus, fauorabiliter annuamus: Ipsius itaq. Prioris in hac parte supplicationibus inclinati: sibi, & Priori Congregationis prædictæ, qui pro tempore fuerit: vt quoscunq. Ordinem prædictum ingredi volentes: si occasione instantis dolorosi, & prophanati schysmatis, vel cuiuscunq. adhæsionis, aut aliàs excommunicationis sentētiam à Iure, vel ab homine generaliter promulgatam incurrerit, & postquam dictum Ord. ingressi, & professi fuerint, & se talibus sentētijs innodatos meminerint: aut Canonicos, & Conuersos, ac Oblatos Congregationis, seu Ordinis prædictorum præsentes, & futuros, forsan huiusmodi sententijs aliquo casu innodari contigerit, à dictis sententijs in forma Ecclesiæ consueta absoluendi, iniunctis indè eis pro modo culpæ, penitentia salutari, ac alijs, quæ de Iure fuerint iniungenda. Et cum eisdem super irregularitatibus, si quas celebrando Diuina, aut immiscendo se illis præmissorum occasione contraxerint; etiā si sic ligati Sacros Ordines receperint: ipsis prius ad tempus, de quo eidem Priori videbitur, à suorum Ordinum exe-

cutione suspensis, vt in eisdem Ordinibus sic susceptis ministrare valeant: Constitutionibus Apostolicis, & dicti Ordinis, & alijs contrarijs nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica dispensandi, plenam, & liberam concedimus tenore præsentium potestatem. Nulli ergo hominum, &c. Dat. Gaietæ 1411. Idi. Ian. Pont. Nostri Anno V. Gratis demandato D. N. Pa. H. de Symea.

Primum. Attende deuotionem Pontificis erga Patrē Stephanū Priorem in illis verbis (dilecti filij Prioris) Priorē.n. mirum in modum diligebat, vt suprà ostensum est. Secundum. Hæc Priuilegij gratia non potest à Prælato alijs impertiri, vti potest in alijs casibus superioris Priuilegij, cum solus hic absoluat ad dispensandum. Tertiū. His tribus priuilegijs Congregatio Canon. Reg. principiò simpliciter appellatur: Cui congruunt etiam verba sequentia paulò superius (Canonicorum huiusmodi tàm præsentium, quàm futurorum vbiq. degentium, & in præsenti Canonicos, Conuersos, & Oblatos Congregationis, seu Ordinis prædictorum) vt certè intelligantur hæc fundamenta pro noua Reformatione in hac Congregatione Canonicorum locari sub ea sola spe Pontificis, quæ, veluti plantula, quoquò versus palmites suos protensura foret. Quæ sententia ex illius mente habetur seriatim in sequentibus. Congregationes autem Modernas, quæ nominantur sub certo Ordine, nondum manasse suprà attigimus, ita quòd ausim affirmare hanc ex ijs Priuilegijs, & nomen, & locum inter eas primum vēdicasse. Nec te moueat, quòd Constitutiones huius temporis pro vnico tātum Monasterio æditæ videantur: cùm in illis seruetur auctoritas eas ampliandi, loca alia siquidem habitura in futuro progressu. Aperto itaque Ostio scrinij thesauri spiritualis militantis Ecclesiæ: vt fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiā suā, Pontifex ipse largus, & magnificus dispensator effectus, vt Canonici, Conuersi, ac Oblati præsentes, & futuri de cętero in dictā Cōgr. assumpti eò promptiores se ad seruitia sui creatoris exhiberent, ac in illis feruentius perseuerare disponerent, quo ex beneficio Sanctæ Sedis Apostolicæ spiritualibus donis, & gratijs amplioribus. se munitos fore comperissent, præueniens eos in benedictionibus dulcedinis, gratiarumq. ampla largitione, aliud Priuilegium super auctoritate eligendi confessorem tempore professionis, quod septimum in Ordine describitur, eis benignè concessit. In quo sanè Pri-

uilegio concedit vnicuique post annum probationis professionem emittere volenti sibi, de licentia tamen superioris, eligere confessorem, qui ei plenariam remissionem indulgeat. Debita nihilominus satisfactione præmissa, modoq; & forma, vt in prædicto Priuilegio copiosius continetur, cuius tenor huiusmodi habetur.

Septimum Priuilegium. Gregorius Episc. ser. ser. Dei: Dilectis filijs Stephano Priori Congregationis Can. Reg. Prioratus olim Domus S. Saluatoris de Syluulacus R. E. immediatè subiectæ, Ord. S. Aug. Senensis Diœcesis, & eidem Congregationi salutem, & Apostolicam Benedictionē. Eximię deuotionis affectus, quem ad Nos, & ad Romanam Ecclesiā geritis, promeretur, vt petitiones vestras illas præsertim, quæ animarum salutem respiciunt, quantùm cum Deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est, qđ Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt omnes Canonici, & Conuersi, ac Oblati præsentes, & futuri de cætero in Ordine, & Societate vestra assumpti, & quilibet eorum aliquem idoneū confessorem de licentia tui (fili Prior) vel Prioris pro tempore existentis eligere valeant, ac valeat. Qui eis in sinceritate fidei, vnitate eiusdem Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione Nostra, vel successorum Nostrorum Sum. Rom. Pont. Canonicè intrantium persistentibus, plenam remissionem omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore cōfessi fuerint, in professione, quam post Annum approbationis inter eos fecerint dumtaxat, auctoritate Apostolica concedere valeat, deuotioni vestræ tenore præsentium indulgemus, sic tamen quidem, Confessor de his, de quibus fuerit alicui satisfactio imponenda, eam Canonicis, & Conuersis, ac Oblatis prædictis, per eos, si superuixerint, vel per alios si tunc fortè trāsierint, faciendam iniungat. Quam suprascripti Canonici, Conuersi, & Oblati, siue alij, vt præfertur, facere teneantur. Nulli ergo omninò hominum &c. Dat. Gaietæ Id. Ian. Pont. Nostri Anno 5. Gratis de mandato D. N. Papæ, Hermanus de Symea. Originale autem Ferrariæ in Nostra Canonica S. Mariæ à Vado conseruatur. Primū. Hoc Priuilegio sola hæc ipsa Congregatio tàm specificè diù (ni fallor) insignita fuit: cum alia passim omnia diuersa diuersis, diuersoque tempore elargita sint. R. P. Augustinus Gandinus Mantuanus Concanonicus Noster omnium penè Religiosorum Priuilegia vetera, & noua diligentissimè perscrutatus: vt Iulij I. Pont. gratuito

munere, vnum ex omnibus tàm exteris, quàm nostratibus sub eius nomine Nobis per abbreuiatores formaretur, nusquam sibi hmōi exempli alterum occurrisse testatur: quod tamē siue casu, siue eodem Saluatoris consilio, quo duos præclarissimos Pontifices primo, & centesimo Congregationis suæ Anno, de ea insigni beneficio amantissimè promeritos, præsidere voluit: ne in recentioris perpetua memoria antiquioris pœnitus sepulta iaceret. Cum.n.mihi (inquit ille) reliquorum Priuilegiorum exemplaria Nostra ex Patrum mandato in Vrbem delata essent, hoc vnum omninò latuit, quo eiusmodi gratiæ fidem morsoso quidem nimis Francisco Parmensi abbreuiatori facere non potui, quò cæteris insereretur. Verùm enimverò id ipsum mihi deinde minus displicuit: quòd intelligerem alios plerosq. Religiosos hmōi Nostri Iuliani specie pellectos, exemplar idem sibi accommodatum, & precibus, & muneribꝰ quamplurimis obtinuisse. Qui cum reliquis nostris eo in præsentiarum gaudeant: hoc Vnicum quidem Gregorij, quod latuerit, solis Canonicis S. Saluatoris reseruatum vr̄, quo sanctiones ipsorum, vbi præsertim de hac professione cauetur eius Pontificis, ac P. Stephani, cui nominatim dedicatum fuit, perpetuis duobus nominū titulis necessariò decorantur: quibus quippe auctorib. hæc tùm iacta sunt fundamenta, quibus ipsa Congregatio consistit. Secundū. Attende de licentia Prælati Confessorem hic deligi, quò paulò superioris Priuilegij nostra sententia clarior elucescat: vbi enim fuerat eligendi gratia concedenda liberior, quàm hic? Tertium. Vide ēt an profitentibus antè Annum gratia hæc extendatur, simulque obserua, Oblatos quoq. profiteri posse, quib. idem Priuilegiū militat, ne de Modernis Commissis iam dubites: sed aduerte an in huiusmodi Oblatis, seu Commissis, aut Conuersis professio censeatur votum solemne, an simplex: & an eos ita arctet, vt Clericos, qui in habitu approbato profitentur. At de his, & alijs hmōi modò non est Nostri Instituti verba facere. Ad sexti autem, & septimi Priuilegij fidem corroborandam extat Priuilegium eiusdem Gregorij in Archiuio Communitatis Eugubij cum Bulla plumbea, & filis sericis directum Communitati Eugubinæ, & Nobili Viro Guido Antonio Comiti Montis Feretri, ac pro S.R.E. Vicario registratū gratis, subscriptum manu A. de Campo Regali, quo ipse Greg. reducit quasdam Ecclesias, & Ecclesiastica beneficia sub Iuribus ipsius Eu-

gubinæ Communitatis,quod Priuilegium similiter datum fuit Gaietæ 6.Cal.Aug.sub eodem Anno 5. Pont. sui. Recedente igitur è Ciuitate Gaietæ Greg.Pont. præfato, perueniente q. ad Ciuitatem Ariminensem,vt Carolum Malatestam,cui plurimùm confidebat, ad Concilium Cōstātiense mitteret pro legatione cum plena potestate suo nomine cedendi Pontificatui, vt pax tandem redderet Ecclesiæ apud Castratianum peruenit, Ladislao Apuliæ Regæ sub Obedientia Io.22.se committente, licentiato Greg.XII. cuius opera,& persuasione indictum fuerat Concilium Constantiense conuocatis eò tribus Pontificibus, Stephanus Pater feruentissimus, q spem,atque fiduciam in Domino semper habebat,quòd sollicitudine, & solerti studio pij Pastoris Dominus nunquam illos desereret,nec illos filios sic euagari pmitteret,quia citò illis manus porrigens adiutrices, à prædictis calamitatibus mirabiliter subleuaret, & in eos simpliciter ambulantes, per viam salutis dirigeret: quòd non ipsi tantum tunc præsentes,verùm etiam eorum posteri laboribus eorundem,& peregrinationibus læti efficerentur, & plurimū gauderent. Suffultus autem talibus spe, & fide, & charitate salutis plurimorum propter spirituales fructus, quos spiritu Dei prouentus de proximo oriri conspiciebat.Non incommodum,vel periculum timens,sed omnibus postpositis,Pontificem ipsum,vt eius ducem,& præceptorem quocunque pergebat, non lento pede prosequebatur. Veniente autem Stephano pio Patre cum suis Comitib. ad Castratianum,quod Ditioni,Imperioq; Comitis Vrbini subiacebat,fatigati ex longo itinere, ibidem aliquantulùm quieuerant. Quo tpe Guido Antonius præfatæ Ciuitatis Vrbini Comes præerat.Vir quidem ob morum integritatem, ac virtutem eximiā ab omnib.summopere dilectus. Nam cum Ciues,& populi,non vt serui,& subditi,Dominum suum verum veluti dilectissimi filij, illū vt optimum,& Patrem carissimum magno venerabantur affectu.Nec mirum.Cum Catholicus, & pius Dei cultor, amatorq; Religiosorum,& spiritualium virorum existeret, necnon pius remunerator bonarum actionum. Qui quidem Excellentissimus Comes obuiā factus Pontifici videns Patres prædictos in Ciuitate sua insolitos existere,in primo eorum aspectu valdè miratus est.Et,illis ad se accersitis, qui nam essent, aut vnde venirent,aut quò pergerent, curiosè ab eis percunctatus est. Qui cum à Stephano Patre feruen-

tissimo

tissimo, eorum patriam, eorumque pium desiderium, ac firmum propositum plenius cognouisset, sicuti pius, & benignus Comes ipse erat perinde intus exardescere, & secum tacitus dicebat. Nonne cor meum ardens in me erat, dum vir iste mecum fabularetur? coniectisque in eum oculis, vidit eius album, & pulcherrimum Habitum, & eiusdem Stephani Patris venerandi gratiosum aspectum intuens, grauitatemq. illius, ac morum honestatẽ contemplans, & illius affabilitatem, humilitatem, patientiam, longanimitatem, atque constantiam considerans, & quadam mirabili dulcedine stupefactus, ac intus ardens, mirari omninò nõ cessabat, & tacitus secum aiebat. Viri etenim isti à me non recedent, nec de Regno meo illos abire permittam; Obseruabo siquidem illos, & apud me collocabo. Erunt certè mihi inter huiusmodi turbationes solatium maximum, & animæ meæ refrigerium singulare, cæterisq. populis odor suauissimus, & exemplar splendidissimũ omnium virtutum. Nec omninò homines, sed Angeli esse videntur, cum eorum verba non humana, sed Angelica, & Diuino ore prolata esse ferè iudicandum sit, & commendatis eis Hospitio, cæterisq. necessarijs assignatis, corporaliter quidem abscessit, at mente illos retinuit. Guido Antonius itaq. Comes inuictissimus, curiosus, & anxius in suis cogitationibus pro patribus illis existens, noctem illam prorsus duxit insomnem. Sollicitus. n. erat, vbi, & quo eos commodè collocare posset, Et ecce pius Pater luminum, inspiratorq. omnium bonorum operum Comiti super his cogitanti lumen Diuinæ gratiæ affluenter infundens misit in mentem, quòd locus, siue Eremitorium S. Ambrosij in mõte Situm super burgum faucis extra muros Eugubinos positum, in quo nemo residebat, pro Residentia præfatorum Patrum, optimum, & pervtile foret. Quibus diligenter consideratis, Comes ille mentis aciem ad inspirationem huiusmodi dirigens, illicò intellexit, viditq. ad propositum, & commodum præfatorum Patrum locum ipsum cedere, & euenire. Et habito desup. cum Stephano P. dignissimo diù colloquio, longaq. confabulatione, visum est eis bonum Ioannem Priorẽ illius loci iam senio confectum ad se aduocare, & de eiusmodi negotio cum eodem verba facere, remq. iam inter se conceptam, ac animo firmiter deliberatã pœnitus exponere, & aperire. Quo facto, & Ioanne prædicto ad se accersito, Comes oĩa per ordinẽ eidem exponit, & vt expeditioni

talis,

talis,ac tanti excellentis, boni,perfectiq. operis assensum omninò præbere velit,eũdem plurimũm hortatur.Quibus sic,vt præfertur, expositis,cum Io. præfatus cognouisset desiderium pijssimi Comitis, vidissetq; faciem venerandam ipsius Stephani Patris Colendi candidissimumq; eius Habitum, & eius affabilitatem, ac humilitatem,necnõ sociorũ illius,qui,vt pulli gallinã, illum subsequebãtur, perfectam obedientiam, profundamq; humilitatem,nutu Dei correptus,deuotissimo,& pio Comiti tale, fertur, dedisse responsum. Ego quidem,excellentissime Comes, & Patres deuotissimi pro ea, quam intellexi,& occultá fide conspexi,ita me benè dispositum, & paratum inuenio,quòd non tñ locum rassignare velim, verũ & me ipsum præfatis Patribus læto animo offero, residuumq. vitæ meæ cum illis consumare pœnitus dispono. Item spontè & ordinatè, ꝓut scitis,& vultis, me committo vobis Ven.Patres;me.n. semper ad vota promptum,& obediẽtem habebitis.Comes autem gloriosissimus compos sui desiderij effectus, gaudens lætus efficitur, & pro tanto munere diuinitus sibi concesso,Deo omnipotenti gratias inexaustas,humilis,& deuotus exegit.Stephanus verò P.Reuerẽdiss. cui præ cæteris mens feruentior inerat, intus feruens, & exardescẽs præ gaudio non solùm pro loco sibi oblato, verùm & pro Collega,& Comilitone noualiter adepto vix sequi, aut verba promere poterat. Viribus igitur vtcunq. resũptis, ac litteris commendaticijs ipsius Comitis receptis, iter versus Ariminum non lento gradu arripuit.Pedibusq; Pont.obuolutus, rẽ gestã humiliter enarrauit. Quibus sic,vt pręmittit̃,expositis,& intellectis,Pont. ipse q̃tò gestiuerit gaudio,humana lingua minimè exprimere põt. Et immediatè motu proprio,& de eius mera liberalitate locum ipsum S.Ambrosij sumpsit,&,in eo Ordine,& Habitu pristino pœnitus extinctis,in Prioratum Can. Reg. eiusmodi erigens,præfatis Patribus 9.Calen. Octobris Pont.eiusd.Anno 8.modo,& forma, vt infrà latius dicetur piè intulit,& gratiosè concessit.In extinctione siquidem,& erectione hmõi loci S.Ambrosij Pontifex ipse vltrà extinctionem præfatam, liberat & pęnitus eximit locum, & personas in eo degentes præsentes, & futuras ab omni dominio, & superioritate Episcopi Eugubini, & eius Capituli,& aliorum quorumcumque Superiorũ temporalium,& spiritualium,& à solutione Decimarum, aliorũq; onerum impositione, eosq; Canonicos,res,& bona sub B.Petri, & Sedis

Sedis Apostolicæ protectione suscipiens, eisdem B. Petro, & Sedi Apostolicæ subiectat, & omninò submittit. Mandat insuper & vult eosdem Canonicos tàm præsentes, quàm futuros, omnibus, & singulis Gratijs, Immunitatibus, & Priuilegijs Ordini Can. Regul. ab Apostolica Sede concessis, quibus alij Canonici Regulares, seu eorum loca vbilibet constituta potiuntur, & gaudent, pari modo vti, & gaudere. Et subsequenter recapitulat, q̄, iuxtà suas ordinationes alias factas, sub Scapulari albo Rochetum lineum, Cappamq; grisæi coloris gestare debeant, & quòd Priorem annuatim per eos eligendum, Diœcesano loci, vel eius Vicario in spiritualibus præsentare debeant, quo præsentato ipso facto Prior ipse à Sede Apostolica ritè, & legitimè approbatus, & confirmatus intelligatur. Sicuti de his, & alijs quamplurimis in Priuilegio desuper confecto, quod est octauum in ordine, descriptum latius continetur sub dat. Arimini 9. Cal. Octob. Pont. eiusd. 8. videlicet.

Priuilegium Octauum. Gregorius Episc. ser. ser. Dei ad futuram rei memoriam. Fragrantia Sacræ Religionis, quæ apud dilectos filios Priorem, & Canonicos Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus Ord. S. Aug. Can. Reg. Fratrum nuncupatorum Senensis Diœcesis ad Nos, & Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis à Nobis salubris suscepit Institutionis initia: fauorabiliter apud Sedē Apostolicam interpellat, vt Prior, & Canonici Prioratus memorati, Fratres nuncupati, insigni honoris dono per Sedem Apost. decorētur, & gaudeant prærogatiua fauoris, & Priuilegij singularis. Hinc est, q̄ deducto ad notitiam Nostram nuper: q̄ quidam dudum tunc Episcopus Eugubinus Eremitorium, siue Domum S. Ambrosij situm in Monte super Burgū faucis extra muros Eugubinos in Prioratum erexit; & nonnullos Eremitas nullius tunc Ordinis existentes, qui in hmōi Eremitorio famulatum Altissimo exhibebant, certum Habitum Regularem induit: & voluit, quòd ipsi Eremitæ ex tunc Fratres S. Ambrosij vocarentur, & S. Aug. Regulam obseruarent, & degerent sub eadem: quiq; Prioratus ipse per Priorem à Fratribus hmōi eligendum, & per Episcopum Eugubinum existentem pro tempore confirmandum perpetuis futuris temporibus regeretur: ac etiam, quòd idem Prior, & Fratres vnam libram cæræ in signum subiectionis, & recognitionis superioritatis, & dominij eidē Episcopo tradere annis singulis, necnon Decimas, & alias impositiones,

tiones,

tiones,& onera,prout sæculares Clerici soluunt,soluere,& supportare in perpetuum tenerentur; & quòd à nõnullis erectionẽ hmõi per dictum Episcopum (vt præmittitur) factam Iuribus non subsistere dubitabatur; & nihilominus, quòd nullus nisi dilectus filius Ioannes Prior Prioratus eiusdem, qui amodò senex est, & cum dictis Priore,& Canonicis Fratribus nuncupatis,qui (vt pręmittitur) à Nobis Regularis Ordinis, & Habitus sũpsere primordia, residuũ cupit ducere vitæ suæ,in prædicto remanserit Prioratu. Nos motu proprio non ad ipsorum Prioris, & Canonicorum Fratrum nuncupatorum; vel alterius pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de nostra mera liberalitate volentes circà prædicta salubrius prouidere:Eremitorium,siue Domum hmõi in Prioratum S. Ambrosij,vt præfertur,erectum cum omnibus,& singulis pertinentijs,Iuribus,& Iurisdictionibus suis eidem Priori,& Canonicis Fratribus nuncupatis S.Saluatoris Apost.Auctoritate concedimus,& assignamus:ac Habitum,& Ordinem, siue Obseruantiam per dictũ Episcopum,vt præmittitur,dictis Eremitis, siue Fratrib.S.Ambrosij concessos (si qui sint) eadem auctoritate extinguimus,& supprimimus in eodem:ipsumq; Eremitorium, siue Domum, vel Prioratum in Prioratum Conuentualem hmõi Can. Reg. Fratrum nuncupatorum S.Saluatoris erigimus:& volumus, qđ per Priorem,& Canonicos Fratres hmõi nuncupatos,qui Rochetum album de pãno lineo sub Scapulari, & Cappa superius grisæi coloris lanæ mordentis ad instar Capparum Conuersorum Carthusiensis Ordinis, iuxtà ordinationem nostram aliàs eis datam,deferant, eligendum: Diœcesani loci,vel eius in spiritualibus Vicario præsentandum,perpetuis futuris temporibus gubernetur.Et insuper,vt dicti Prior, & Canonici Fratres nuncupati ab omni inquietudine sint securi,nullisq; obstaculis valeant impugnari: volumus,& auctoritate præfatã concedimus,& decernimus per præsentes:quòd Prior hmõi sic electus, ac eidem Episcopo,vel Vicario præsẽtatus intelligatur esse,& sit eo ipso per Sedem Apost.confirmatus: ac curam, regimen, gubernationem,& administrationem Prioratus eiusdem tàm in spiritualibus,q̃ in temporalib. gerere,& exercere liberè,& licitè valear, ac si per eiusdem Sedis litteras fuisset ritè,& legitimè confirmatus. Præterea cupientes, vt idem Prior, & Canonici Fratres nuncupati eò deuotius Altissimo in humilitatis spiritu famulentur: quo per-

Sedem ipsam amplioris fauoris prȩsidio senserint se munitos: Prioratum hmõi Conuentualem per Nos, vt præfertur, erectum: necnõ Priorem, & Canonicos prædictos Fratres nuncupatos præsentes, & qui pro tempore fuerint, cum ipsorum Conuersis, & Personis eis ministrantibus, siue seruientibus præsentibus, & futuris: ac omnib. & singulis pertinentijs, Iuribus, & Iurisdictionibus suprascriptis, bonis mobilibus, & immobilibus ad præfatũ Prioratum qũolibet pertinentibus; quæ, vt præfertur, possident, & dãte Domino, Prior, & Canonici Fratres nuncupati hmõi in futurum largitione Regũ, ac Principum oblatione, seu alias pia concessione, seu erogatione fidelium, vel alijs iustis titulis poterunt adipisci, ab omni prædicti Episcopi, & eius Capituli, & quorumlibet aliorum Superiorum Sȩcularium, & Reg. atque Iudicum quorumcunq. Superioritate, Dominio, ac Iurisdictione; necnon ad prædictam solutionẽ vnius librȩ cæræ: ac prȩstatione, & solutione, seu supportatione Decimarũ, impositione & onerum prȩdictorũ eximimus, & pȩnitus, ac protinus liberamus: & sub protectione Beati Petri, & Sedis Apost. atq. Nr̃a immediatè suscipimus, & eisdẽ B. Petro, & Sedi, nobisq; prorsus, & omninò subijcimus, ac submittimus: ita ꝙ Episcopus, Capitulũ, Superiores, & huiusmodi Iudices, seu alia quæuis Persona quacunq; præfulgeat Dignitate Ecclesiastica, vel Mundana, nullam in Prioratum, aut Priorem, seu Canonicos Fratres nuncupatos, Conuersos, & Personas hmõi tanquam prorsus liberos, & exemptos, excõicationis, suspensionis, vel interdicti, aut alias sñias promulgare, siue aliquam Iurisdictionem exercere valeant ordinariam, seu ẽt delegatam, & nihilominus prædictis Priori, & Canonicis Fratrib. nuncupatis, ac Conuersis, & Personis hmõi in eodem Prioratu degentibus præsentibus, & futuris: quòd ipsi omnibus Priuilegijs, Indulgentijs, & Gratijs eidem Ord. Canonicorum Regul. ab Apost. Sede concessis, quibus alij Can. Regulares, seu ipsorum loca vbilibet cõstituta, potiuntur, & gaudent: liberè, & licitè vti, & gaudere possint: fœl. rec. Innocentij Papæ IV. Prædecessoris Nostri circà exemptos; quæ incipit. Volentes, &c. & alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, & alijs contrarijs quibuscunq. non obstantibus, de amplioris dono gratiæ concedentes. Nos enim excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & alias sñias, & pœnas, ac processus, quos, & quas contra

Priorem

Priorem, Canonicos, Fratres nũcupatos, & Cõuersos, & Personas. ac Prioratum hmõi contrà præsentium tenorem ferri, seu fieri, vel promulgari contigerit, irritos decernimus, & inanes, ac nullius vo lumus existere roboris, vel momenti. Nulli ergò omninò hominũ liceat &c. Dat. Arimini 9. Cal. Octobr. Pont. Nostri Anno 8.

Gratis de mandato D.N. Papæ.

Io. de Monte Policiano.

Primum. Attende Priorem, & Canonicos nominari hoc Priuilegio Prioratus S. Saluatoris absq. illa dictione, (olim domus) cõsueta in præteritis Priuilegijs. Secundum. Attende similiter, quantùm importet verba illa (A Nobis salubris suscepit Institutionis initia) contrà insimulantes Gregorium præfatum Pontificem non fuisse Institutorem, sed Stephanum. Tertium. Attẽde & alia Verba, (Fratres nuncupati, Fratrum nuncupatorum) quasi dicat; Qui vltrà, 9 sunt Canonici Regulares; ẽt sunt Fratres per Congregationẽ. Quartum. Meritò dubitabatur de eiusmodi erectione per Epm, quia absque auctoritate Sedis Apost. Eps erigere non poterat; vt cap. fi. de Relig. Dom. §. disposuit. Quintũ. Pondera item Canonicis (Fratribus, & à Nobis Regularis Ordinis, & Habitus sumpserePrimordia) Sextum. Attende ẽt paulò inferius titulum S. Saluatoris absolutũ: & mox: (qui Rochetum Albũ de panno lineo, &c.) Septimum. Nota ẽt ex hoc Priuilegio, vbi dicit; (Alij Canon. Reg.) vt quò ad Ordinem nullam differentiam scias inter hos in Congregatione. s. vnitos, & alios, qui singulis, proprijsq. Monasterijs more antiquo viuebant: differebant tamẽ antiquitus in Priuilegijs, sicut & Monachi: quia diuersa Monasteria, diuersis penè indultis gaudebant, cũ non essent in Congregationibus vnita, sed separata sub Prælatis perpetuis. Octauum. Inter alia Priuilegia Gregorij hoc ẽt connumerandum duximus: cum, vltrà erectionem eius Monasterij Ambrosiani, multa complexus sit, quæ Priuilegij naturam, & vires sapiunt. Nonum. Quàm sibi propè blandiatur, vide, pijssimus Pontifex pro suis Canonicis, quos semel & iterum eodem Priuilegio innuit à se, veluti primo auctore, Institutionis, & Regularis Ordinis, & Habitus, primordia suscepisse. Decimum. Pondera item Superioribus quattuor Priuilegijs absolutam appellationem Canonicorum, & in præsenti Canonicos Fratres nuncupatos; vt intelligas supererogatoriam fuisse Calixti III. declarationem circà hoc Canonicorum

nomen ex præsentis maxime priuilegij pulcherrima vbique cōnotatione. Nuncupati autem Fratres, dicti sunt ad differentiam aliorum Canonicorum sæcularium, seu non Claustralium.

Accidit autem, vt quodam die, dum præfatus Comes cibū cum ipsis Patribus sumere statuisset, oriri sibi de propinato veneno suspicionem, & id quidem mouēte gemma annuli, quam semper in digito gestabat (alij dicunt Vnicornis fuisse) quod cum Patri tandem aperuisset, ille subitò perterritus est, sed mox ad Deum fiducialiter conuersus, Diuinitus monetur, vt, sublatis successiuè omnibus mensis, perquireretur venenum, quod factum fuit. Intra igitur superiorem mensam, ad quam ipse Comes cum Patre, & Supprioribus sedebat, & ipsius suppositum vni pedem, siue substentaculum, repertus est immanis Scorpio, quo viso statim à titubantis Comitis pectore omnis pœnitus ablata est falsa suspicio, & efficacius deuotio, atque beneuolentia ergà suos Canonicos confirmata, & adaucta fuit. Collocati itaque Patres ipsi, & in ipso loco S. Ambrosij pacificè sese receptis ab inquietudine hinc inde vagandi aliquantulùm quiescentes, orationibus, & ieiunijs, ac cæteris exercitijs spiritualibus, atque arduis austeritatibus Deo seruire magno feruore sese accinxerunt. Nōne dixi vobis (aiebat Pater ille feruentissimus) Filioli nolite timere. Deo.n.cura est de nobis, qui seruos suos suprà vires suas tentari non permittit, sed cum cum tentatione facit prouentum, vt resistere valeant. Sic nempè Dominus aliquantulū nos vagari permisit, vt nos probaret, & an illius serui, aut mundi huius Amatores esse vellemus: his calamitatib. & miserijs tanq̄ aurum in fornace nos probauit Dn̄s, & exinde ad refrigeriū nos benignè reduxit. Gratias igr̄ immensas Creatori nostro agamus pro tantis beneficijs nobis hactenus collatis, &, vt de cætero illi feruētius deseruire possimus, imbrem suæ Gratiæ, i. abundantius infundere dignetur, suppliciter deprecemur. Huiusmodi autem exhortationibus Patres ipsi plurimùm incitati indies de virtute in virtutem proficiebant. Aduentus verò istorum Venerabilium Religiosorum Patrum celebri fama, non solùm per Ciuitatem præfatam, verùmetiam per totum Dominium ipsius Comitis Vrbini, ipso nihilominus prodeunte, & insinuāte, diuulgatus est. Ad quos visendos Populi multi vtriusque sexus deuotè confluxerunt. Religiosi etiam quamplurimi diuersorum Ordinum igne Diuini Amo-

ris ſuccenſi eos videre cupientes,illuc properabant Qui eorum arduam, & pauperrimam vitam, laudabilemq. conuerſationem, ac morum grauitatem conſpicientes, eosq. intuentes inceſſu humiles, collocutionibus affabiles, Mundo abiectos, in tribulationibus patientes,in aduerſitatibus conſtantes, ac in proſperis non ſe extollentes,ſed æquanimiter Deum in omnibus laudantes,omnes valdè mirabantur:& eorum veſtigia ſequi cupientes, ſed propter priſtinã profeſſionem id perficere nequeuntes,pio Patri Stephano dicebãt. Vtinam liceret nos vnà vobiſcum eſſe, & talem vitam,talemq; conuerſationem, quæ cœleſtis potius,quàm humana eſt,vobiſcum ducentes in S. Cœnobio Altiſſimo Creatori deſeruire mereremur. Quibus Stephanus Pater prudentiſſimus ſciens omni ſpiritui leuiter,& citò non fore credendum,reſpondebat.Nolite Filioli mei,nolite Deum tentare, ſed veſtrum feruorem, an à Deo ſit, prudenter cõſiderare velitis. Manete.n.(inquit Apoſtolus)vocatione,qua vocati eſtis, & nunquam perire poteritis. Omnipotens quippè eſt Deus,qui omnium ſcrutatur eſt cordium,quorum geſta,& operationes,in eius conſpectu planè conſiſtunt: ſua prudentia,ſapientia vniuſcuiuſque virtutem, & conualeſcentiam optimè conſiderans ad id,quòd vnicuique vtilius, & magis expediens ſibi viſum fuerit expedire,dirigit,& attrahit.Et nihilominus neſciens Dei voluntatẽ omnia pandit,& manifeſtat Pontifici prædicto,vt ſuo Iuſſu, ſuoq. arbitrio cuncta procedant,& fiant.Pontifex autem prælibatus ſibi, vt ſuprà, expoſita ſubtili examine per ſingula diſcurrens, vidit pro certo, quòd non ſolùm rari, vel nulli laici tunc reperiebantur, qui dictam Congregationem intrare vellent, verùmetiam Religioſi quamplurimi diuerſorum Ordinum, ꝑ tunc inſtans peſtiferum ſchyſma,in ſuis Ordinibus ſalua conſcientia vix viuere poterãt, Patresq. ipſi numero pauciſſimi, addito ſolùm Ioanne olim dicti loci Priore,qui admodùm ſenex,& impotens erat effectus,eiſdem compatiens, ac eorum ampliationi prouidere volẽs eiſdem Priuilegiũ, vt poſſent recipere omnes, & quoſcunq; Religioſos Ordinũ quorumcunque etiam Mendicantium, & in ſuam retinere Congregationem licentia, ſeu conſenſu ſuperiorum ſuorum ſuper hoc minimè requiſitis,libenter indulſit huiuſmodi tenoris. *Eph.*4.

Priuilegium Nonum. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Priori, & Can.Reg.olim Domus S.Saluat.de Sylualacus R. E. imme-

immediatè subiectæ Ord. S. Aug. Sen. Diœc. salutẽ, & Apost. Bened. sincerę, & Magnæ deuotionis affectus, vitæq. & conuersationis puritas; necnon Religionis zelus, fidei constantia, & morum honestas, quibus apud Nos, & Sedem Apost. multipliciter dignoscimini cõprobati: meritò nos inducunt, vt votis vestris illis præsertim, q̃ Religionis vestræ, & Diuini cultus augumentum respiciunt, quantum cùm Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc est, quòd nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, attendentes debita cõsideratione malignitatem schysmatum nunc vigentium deuotioni vestræ, vt decem personas religiosas cuiuscunq. Ordinis quisq. ipsarum existat, desiderantes vobiscum viuere sub B. Aug. Obseruantia Regulari, in qua estis: quas maior pars ex vobis duxerit acceptãdas, recipere possit, ipsosque Doctrina Verbi Diuini, ac huiusmodi Obseruantia salubriter informare: necnon personis ipsis, vt sic vnà vobiscum pro eorum quiete, & animarum salute Altissimo famulantes, communem vitam cum eadem disciplina, tanquam Nouitij vestri, ducere liberè, & licitè valeant: Constitutionibus Apostolicis, & locorum Ordinum quorumcunq. & alijs quibuscunq. cõtrarijs nõ obstantibus: auctoritate Apostolica licẽtiam durante schysmate tm̃, concedimus per præsentes. Volumus autem, ꝙ dictæ personæ ex quantacunq. mora non intelligantur emittere tacitam professionem: Et si ipsæ, vel aliqua ex eis Obseruantia dictæ Regulæ inflammante, ipsam expressè deliberauerit profiteri, antequam professionem emittant: nos, aut successores nostros Canonicè intrãtes, consulere super hoc debeatis. Nulli ergo hominum, &c. Dat. Gaietæ 8. Cal. Feb. Pont. Nostri Anno 6. Gratis de Mandato D.N. Papæ. Henricus L.

Hoc Priuilegio Reuerendus Pater Stephanus ad suos Concanonicos reuisendos, atque consolandos reuersus, secum cum alijs quattuor ibidem obtentis, mense Iulij eius anni detulit. Vbi postea die 3. seq. Augusti pro declaratione, & alleuiatione suæ consciẽtiæ, volens ipse Pater rationem reddere de administratione, quam habuit ante habitus mutationem per multos Annos bonorum ipsius Monasterij S. Saluat. & Communitatis de Sylualacus, seu deliceto, sibi optima fide commendata in quadam papyrea scheda, scripta Fabriani Anno, & die suppositis, quæ Florẽtiæ seruabatur manu Fratris Ioannis Antonij Guidi Seruanij pręfati nominatur sim-

pliciter

pliciter Frater Stephanus Ioannis:Frater Regulinus Angelini Philippi: Frater Dominicus Cioni Dugi:& Frater Franciscus Nani Serutij, de quo nulla de cætero amplius inter viuos habetur memoria:omnes Senenses,& Fratres S.Saluat.Ord.Can.Reg.S.Aug.vt supra. In eadem scheda fit mentio Fratris Petri Pauli Senensis Prędicatorij Ordinis,ac Theologi celeberrimi,qui exulantem Patrem iã prosequebatur,vt in proximo Canonicum Habitum assumeret, & alterius Fratris Bartholi Andreæ de Cascia Ordinis Eremitarum: pro quibus vltimis fortè duobus octauum hoc Priuilegium fuerat exoratum:licet de vltimo amplius nulla mentio reperiatur. Præfata scheda manu propria Reu.P.fuit scripta,in qua simpliciter nominatur F.Stephanus Ioannis de Senis,Frater S.Saluat.Ordinis Can. Reg.S.Aug.& fatetur se à multis annis citra vsq. ad habitus mutationem fuisse Procuratorem præfati Monasterij,& Communitatis de Syluàlacus,aut de Liceto Ordinis Eremitarum vnà cum quodã F.Ambrosio Honophrij existente per idẽ tempus Priore dicti Conuentus F.Philippo Leonardi della Gazata,de Senis,&c.cui Schedę cęteri Patres omnes proprijs Manibus subscripsere.

Hic tamen locus admonere vr̃, vt de Situ, Auctore, & Origine Monasterij Ambrosiani pauca breuibus perstringamus. Montem igitur S.Iacobi,quem Conuallis Camignanum à fluuio eius noĩs, qui præterfluit inde,appellata,dirimit ab eo Monte,in cuius appẽdicibus sita est Ciuitas Eugubina:religiosos homines diuersis locis dudum habitasse,pleraq; delubra peruetusta, quæ adhuc ex ruinis conspiciuntur facilè manifestant: Est.n.Mons ille ea parte,qua sinistrorsum super fluuium imminet Ciuitati contra planitiem, quæ ei, & Vrbi læta satis percommodè subijcitur ad habitandum pro hmõi genere hominum,vitam solitariam actitantium circà mediũ satis idoneus.Cacumen eius horridum pęnitus,& incultum; quod propterea caluum ab Incolis appellatur. Ad eam ergo Montis partem mediam,quæ ad Solis ortum in meridie vergit: solida quędã saxa, quæ partim suapte natura, partim humano artificio tàm pro habitatione, quàm pro aquarum conseruatione introrsus cauata passim delitescunt: eiusmodi homines eò magis allicere videntur, quòd & Syluæ,& solũ ab Hortis haud difficilè (quæ duo in primis ab ijs quæruntur,quibus animum,& corpus exercere solent) non procul distent.Inde quoq.Eugubini in præsentiarũ perennis aquæ

fon-

fontem in Ciuitatem deriuant: qui paulò infrà à radicibus Calui contrà solis ortum scaturiens, ad omnes eas Eremitarum spelũcas riuo facilè decliui deduci potuit, monti ipsi nomen indidit D.Iacobi Templum, quod Aedituæ Moniales iũcto ei Monasterio sub id temporis incolebant: eæ deinde ab Eugubinis intra Ciuitatem apud S.Lucam deductæ, destitutum Monasterium cum Templo inter reliquas Montis ruinas referri passæ sunt. Alijs quoq. noĩbus montem eumdem appellari inter antiqua documenta reperi. Et postremò etiam S. Ambrosij iuxta eius diuersorum locorum, seu possessorum diuersa nomina. Inter alios itaque, qui hunc montem coluere, solitarios homines Frater Ceccarellus nominatus est Leonardi Eugubini filius: cui cũ Pater libras 300. Rauennatenses testõ legasset sub Annum Saluatoris 1324. non contentus eo legato, septimo Anno post, Patre de viuis sublato, nouam inijt conuentionẽ cum Io. Fratre pro rata successione paterna: quibus demùm bonis fretus, cum sui iam solitarij Instituti pœniteret: pro formando nouo Collegio animum adiecit, eiusdem voti Socio adhibito Fr. Paulo Platanzia, qui eandem quoque vitam Eremiticam hactenus duxerat. Decreto igitur Petri Epi Eugubini degere exorant sub obseruatione Claustralis disciplinæ, Regula D.Patris Aug. ac Scapulari grisæi coloris pro Habitu (quem dicunt) donati: impetratumq; est orare posse in loco montis filiorum Vgonis apud Ciuitatem, qui situatur infra possessionem D. Manni, D.Barutij, & D.Balioni olim D. Baroni, palamq; & clare rem Diuinam facere, campanas erigere, & pulsare, Iuribusq; Collegij oĩb. impertitis, Priorem creare, Fratres alios secum admittere, ac in cõione viuentes contingentia Monasterij in Capitulo pertractare. Prior, qui Cõi Collegio delectus foret, confirmaretur ab Epo Eugubino, duraturus quinquennium. Sacerdotes, qui forent, confitentium peccata audirent, & absoluerent, ac sepulturam pro ibidem degentibus haberent liberam. Potestate facta etiam victum hostiatim emendicandi. Dedicatur locus sub D.Ambrosio, qui tamen possit nouo ædificio erigi, ampliariq; eorumdem arbitrio: Statutaq; est vltimo loco perpetua pensio vnius libræ cæræ nouæ quolibet annuo festo Almæ Virginis persoluenda Epo: Decretum cõstat 11. die Nou. sub Pont. Ioan. XXII. eodem Anno 1331. Sub diem verò 14. insequentis Mensis Frater Ceccarellus primus Prior ab Epo assumptus est, duorum in

eo

eo compromiſſo. Anno autem 1342. Fr. Angelus Ioannis, Fr. Vannes Petri, Fr. Benedictus Venituli vnà cum præmiſſis duobus antiquioribus profeſſi ſunt inter manus Epi, moxq; omnium cōi Scrutinio idē Fr. Ceccarellus Prior ſecundò deligitur confirmante Epo. Eligitur autem exacto mox ſecundo luſtro, quo alterum præfuiſſe neceſſe fuit, qui ei primùm Priori ſucceſſiſſet pro ſuperioris Priuilegij tenore, cum vltrà quinquennium ea Dignitas non protenderetur. Leguntur hæc ſub eodē Inſtrumento 24. Iulij: Eodem Anno 21. Nou. idem Epiſcopus ex altero Decreto (prioris tamen nulla mentione facta) erigit Oratorium fabricatum opera præmiſſorum Fratrum in Eccleſiam Collegiatam, quam de nouo exædificari iuſſit, primum lapidem benedicens, ſignansq; locandum in fundamētis: omniaq hoc præſenti Indulto iterat, quæ ſuperiori decernuntur; Biennalem tñ Priorem fore circumſcripſit, niſi idem deinceps Fratrum communi voto confirmaretur; & apud Scapulare adiecit ſuperiorem Tunicam, & Cappam eiuſdem coloris. Cauet idem, ne excedant numerum ſenarium: & nunquam Canonici denominentur, nihilq. pro quæritando victu innuens, dotem Eccleſiæ deſcribit nonnulla bona, quæ 11. Capitibus inter ſuos fines præſcripſit (bona tamen quæſita ipſi Eccleſiæ opera, & liberalitate ipſius Patris Ceccarelli) ne forte largiori munificentia Epiſcopi deciperis. Ab hoc igitur poſteriori decreto, ſi huiuſmodi Collegium exordium inde ſumpſiſſe credamus, quo quippe omnia maturiori conſilio nauata ſunt, & ab ijs præſertim, qui iam profeſſioni obnoxij eſſent, in hāc Monaſt. nouā erectionē, ad q̃ Canonici introducunt, duos, & 70. à Priore verò tres ſuper octuaginta annos ſupputabis: quo tpe tres tm̃ Priores poſt Ceccarellum interpolatis biēnalibus diligenter obſeruauimus: quorū primus fuit Fr. Paulus Luchuli: ſecundus Fr. Ioannes Luchuli, vel Rechuli: tertius F. Paulus Andreæ: iterùm Fr. Ioannes Rechuli extremus memoratus in Priuilegio, q inter manus Patrum Noſtrorum lætus iam pro optata ſui Monaſterij noua Reformatione, cui (quoniam conſenſiſſet, partem haud minorem bonus ſenex iure ſeſe arbitrabatur) paucis diebus poſt, vt præmiſimus, & ſuæ ætati iam deciduæ, & Collegio parem finem fecit. Hic tandem poſt longos errores conquieuere Patres præfati, acti longa eius temporis fluctuabunda tempeſtate. Conquieuere ſimul B. Concanonici oſſa, i. B Franciſci Nani, Fratrum pietate an-

te Aram maiorem eleuato perexiguo saxo, quo occluduntur in loculo decenter collocata, & Diuini quidem fragrantia odoris redolentia. Huius ossa, & pleraq; alia omnia bona ad voluntatem, & preces B. Stephani pijssimus Comes Vrbinas Guido Antonius præfatus sua Industria, & expensis deferri fecit de loco ad locũ, vbi structuris, immunitatibus multis, & amplis, ac alijs innumerabilib. beneficijs de Congregatione S. Saluatoris optimè meritus, adeò familiariter & splendidè eos prosecutus est, vt exarrari haud facilè posset: nam Triclinium (Refectorium quod vocãt) cum superiori Dormitorio, & Castellum aquæ indeficientis, q ipso Refectorio, & alijs aliò Canonicorum necessarijs officinis deriuatur: opere quidẽ pro eo tempore, & loco non improbando, proprijs sumptibus fabricauit, & nunquam, vt promiserat, eis defuit. Quoue magis eos in dies maiorib. sibi deuinciebat beneficijs; eis arctius ob deuotionem obnoxius reddebatur: adeò, vt ad illos quàm sæpissime transcenderet pro re Diui na: apud illos vnà in cõi Refectorio cibos, quos præmisisset, silenter & deuotus caperet: ibidem etiam aliquoties culpam leuiter delinquentium Iuniorum Canonicorum, pro qua in prandio humi sederent, apud Patrem supplex deprecaretur. Patrem.n. & ipse cum alijs Canonicis hoc solo nomine Fr. Stephanum reuerenter compellabat. Et, quoniã apud eos continuata præsentia esse non poterat, leui saltem pictura instar deuotè supplicantis apud Saluatorem in eodem Refectorio cum illis iugiter apparere voluit, quæ effigies verã, vt dicunt, imitata, his nostris adhuc tẽporib. durauit. Tãta igitur ob eius benemerita, quę inferius ẽt præclariora multò in Congr. hanc innotescent: inter supplicationes Vespertinas, q̃ sub aquæ lustralis aspersione, priusq̃ eatur dormitũ in loco Capituli vbiq; Monasteriorum eiusmet Congr. quotidiè fiunt, earũ partẽ in Salutatione Angelica, q̃ triplicata in fine secretò persoluitur, pro eius Comitis Patroni, & successorũ memoria Pr̃ instituit. Id quod cũ p alterã Constõnum æditionem verbo tantum indixerit: ad nostrã tamen vsq. pñtem ætatẽ ppetua vtiq. obseruãtia trãsmissũ est. Tandem Dei annuente Misericordia, vt Petri Cymbula aliquando fluctuationibus quiesceret, Ioannes 23. assertus Papa Generalẽ Cõuentũ ab Alexandro supradicto suspensum in Constantia Germaniæ Prouinciæ Vrbe, prosequendum indixerat, quem, nihilominus ad instantiã Imperatoris per duos annos prorogauerat ad eius

finaliter

finaliter celebrationem inchoandam Bononia die prima Octobris eiusdem Anni 1414. soluit, & cum omnibus Cardinalibus, vno excepto, videlicet, Domino Iacobo de Insulanis Bononiēsi tit. S. Eustachij Presbytero, quem Romanæ Vrbis, & Italiæ Legatum dimiserat per Veronensem, & Tridentinum Agrum die 28. dicti Mēsis, Constantiam applicuit, & cum summo honore ab Imperatore, vt verus Pontifex, in Vrbem fuit introductus, quo in loco Prælatorū incredibilis numerus ex omni Christianorum, quæ sub Cęlo est adfuit ita, vt quandoque in eo loco equorum suprà triginta millia numerati fuerint. Omnes autem, qui in eum locum se receperant, in quinque Nationes fuerunt distincti, videlicet, Italicam, Gallicam, Anglicam, Hyspanicam, & Germanicam. Aderant enim omnes triū Pōtificum Card. Gregorij, videlicet, Ioannis, & Benedicti, à quibus pro maiori concordia statutum fuit, vt sex ex singulis dictarum Nationum Prælati vnà cum Cardinalibus vocem in Electione haberent. Omnibusq. taliter dispositis die 5. Nou. cœptum est Cōcilium celebrari, & die Veneris 16. eiusdem mensis habita est prima sessio, in qua lectæ fuerunt authenticæ litteræ ipsius Ioannis pro ipsius Concilij institutione, quæ incipit. Ad pacem, & exaltationem Ecclesiæ, &c. Datæ Ferendæ 5. Id. Dec. sui Pont. Anno V. Gregorius autem die 30. Octobris eius anni, qui sui Pontificatus erat VIII. Arimini existens decimum exoratum Priuilegium nouæ suæ Congregationi concessit, cuius Indulto iam dictus Frater Petrus Pauli Senensis Prædicatoriæ Religionis professus, & sacræ paginæ eruditus, causa iam suprà enarrata motus, qui duobus iam elapsis annis exilij Patris Reuerēdi, & sociorum fuerat Comes, qui fortè præfati Octaui Priuilegij vigore primus nouæ Congregationis Nouitiorum Habitum sumpserat, in primum etiam eiusdem Congregationis professum, quemadmodum summo affectauerat desiderio, sub eodem Anno fuit adscriptus à præfato Reu. Prothoparente Nostro, tùm primum in Ambrosianum Priorem vigore noui Priuilegij electo per ante dicti Fratres Ioannis Recholi nuper defuncti decessum, atq. in singulis sequentibus annis vsq. ad annum 1419. Canonicè cōfirmato de cuius primi Nouitij virtutibus, eruditione, & diligentia infrà suo loco, vt de alijs, diffusius tractabitur. Prędicti verò Priuilegij tenor huiusmodi legitur.

Priuilegium Decimum. Gregorius Episcopus seruus seruorū

Dei. Dilectis filijs Priori,& Canonicis Prioratus S.Saluat.de Sylualacus,ad Nostram R.E.nullo medio pertinentis. Can.Reg.Fratribus S.Saluat.de Sylualacus nuncupatis Ord.S. Aug. Senen. Dioec. Sal.& Apost. Bened. Sacrae Religionis,sub qua deuotum,& sedulũ exhibetis Altissimo sub Regulari Obseruantia famulatum, promeretur honestas,vt votis vestris, illis præsertim, per quæ Reg. Obseruantia adaugetur,fauorem Apost.impẽdamus: Hinc est,quòd Nos vestris supplicationibus inclinati: vobis in Obseruantia prælibata, quæ nunc vigere asseritur apud vos perseuerantibus, prout decet: & qui Ord.S.Aug. Can.Reg.expressè professi estis Obseruantiam: cum eadem, vt pro huiusmodi Regularis Obseruantiæ incremẽto, & perseuerantia firmiori quoscunq. Religiosos Ord.Regul. etiam Mendicantium quorumcunq. nequeuntes in Monasterijs, domibus,siue locis, in quibus professi sunt, vel degunt propter instans schysma pestiferum:vel ex eo, quia inibi eorum Regula non seruatur cum sincera conscientia remanere: aut pp frugẽ melioris,& arctioris vitæ de eorum Religionibus,Monasterijs,Domibus,atq. locis ad huiusmodi Ordinem, & vestram Obseruãtiam se transferre, professionemq. apud vos emittere consuetam,spontè,& liberè,purè & simpliciter cupientes:ac volentes ad professionem,& obseruationẽ huiusmodi recipiendi, admittendi, & retinendi, ac eisdẽ Religiosis pp huiusmodi causas,& earum quamlibet,se de eorum Ordinibus,Religionibus,Domibus, atq. locis ad Religionem, & Obseruantiam huiusmodi apud vos transeundi, & professionem debitam faciendi, ac vobiscum in Ordine, & Obseruantia prælibatis remanendi: Superiorum suorum, vel aliorum quorumcunque super his licentia,vel cõsensu minimè requisitis: Constitutionibus Apostolicis,ac statutis,& Consuetudinibus Ordinum præfatorum: etiã si talia forent,propter quæ præsens Nostra Concessio infringi posset: & de quibus quorumcunq.tenoribus,etiam de verbo ad verbũ deberet præsentibus nostris litteris fieri mentio specialis: & alijs cõtrarijs non obstantibus quibuscunq. Auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus potestatem, & licentiam elargimur. Duraturas (vt præmittitur) duntaxat vigente vobiscum obseruantia sæpè dicta. Nihilominus transeuntes huiusmodi, postquam Ordinẽ,Religionem,& Obseruantias præfatas,quibus noscimini mancipati,professi fuerint (vt præfertur) à priorum Ordinum Obseruãtijs

tijs pęnitus absoluentes. Nulli ergo hominum, &c. Dat. Arimini 3. Calē. Nou. Pont. Nostri Anno 8. Gratis de Mandato D. N. Papæ & Io. de Monte Politiano.

Attende principium huius Priuilegij: Iam nempè erant Patres assecuti Monasterium Ambrosianum, vbi Obseruantia, tùm maximè vigebat apud eos, vt ibidem innuitur (vigebat.n. & antea dum extorres forent, sed fortasse non æquè bene vt in propria Sede) & tñ adhuc Prior, & Canonici asseruntur Prioratus de Syluałacus, vbi ēt in superiori, quo Monasterium Ambrosianum eisdem nominatis Priori, & Canonicis de Sylualacus ascribitur. Voluit igitur Pontifex Canonicos suos adhuc in Iuribus Monasterij Ilicętani pseuerare sub ea spe, quam præmisimus illuc eos aliquando reducēdi illis minimè ad hoc aspirantibus, vt concessit. Attende similiter hoc ex Priuilegio, ꝙ sint professi: prius.n. professi fuerunt Regulā B. Aug. in priori Dogmate, vt habes suprà, dehinc Obseruantiā Can. Reg cum fuerint in hoc altero dogmate, de loco, & de Habitu eorum inuestiti: qua de re suprà diffusius. Pulchrè sub Regulari Obseruantia totius repetita; cum eos ad hoc Papa tñ assumpserit in Can. Reg. vt per eos Obseruantia Ord. Can iamdiù deperdita reuiuisceret. Constabat.n. eos quotidiè eam Obseruantiam profiteri, & per delationem Habitus Canonici, & vnà per Obseruationem Regularium Decretorum, & Constitutionum ipsius Pontificis, in quibus ea subsistebat. Ne ignores tñ pro Mendicantibus gratiam paulòpost à Martino V. Generali Constitutione reuocari, quæ tū exorata est, vt ēt prædiximus, cum Frater Petrus Pauli Senēsis Ordinis Prædicat. S. Dominici professus, & indiuiduus comes P. Stephani tot in tribulationibus, apud ipsos in Canonicum trāsgressus est: primùm indeptus quidem Nouitiorū locum in Congregatione, & professus est eodem anno, & primus Prior in Ambrosiano Monasterio factus post mortem Ioannis Recholi, & in singulis sequentibus annis vsq; ad annum 1419. confirmatus, de cuius virtutibus alibi. Constitutio autē Generalis Martini V. post ędita, quæ incipit. Viam Ambitiosæ cupiditatis Religiosis potissimè Mendicantibus præcludere cupientes. &c. Sub Datis Sebennis IV. Cal. Aug. Pont. sui Anno primo: & habetur in extrauagantibus de Regul. transf. ad Relig. cap. primo: satis manifestè declarat, complures ex Mendicantibus hanc voluisse S. Salua. Congreg. vel ei similē ingredi: At quia

non

non omnes vno, & eodem zelo Religionis huiusmodi mutationẽ intendebant, sed nõnullos trahere videbatur cupiditatis ambitio, & præterea iam schysmate ablato omnes Religiosi in suis Monasteriis Obseruantiam suarum Constitutionum sanctè, piæq; tueri poterant: ideo præclusa est via, vt dictum est, ab eo Pontifice: sup qua interrogatus ipse Pontifex, respondit eam absolutè, & simpliciter æditam, & ab ipso tantummodò approbatam fuisse. Quapropter Illustriss. Caietanus tenet eam per contrariam consuetudinem, & contrarium vsum reuocatam.

Greg. itaq. Pontifex prælibatus cum perfecisset omnia, quę quò ad Institutionem, normamq; viuendi, & formam, ac Habitus delationem, & Gratiarũ, Immunitatum, aliorumq. Priuilegiorum cõcessionem spectantia, & pertinentia: ex quibus Cõgregatio ipsa stabilita, atq. firmata perpetuò posset consistere, vt Pastor fidelis, & prudens, oculos suæ mentis ad vlteriora protendens vltrà præfata, quæ per illum prouidè fuerant instituta, per eorundem manutentionem seu conseruationem, aliquod prouidendũ, siue de nouo concedendũ, fore omninò arbitratus est. Ne temporũ labente curriculo, & superueniente inimico homine, desuper zizania seminante, cuius insolentijs obuiare, seu prouidere volentes, eorum magis laboribus sumptibus, ac dispendijs, huc atq. illuc discurrere, & vagare cogantur, sed vt omnis materia eos inquietandi, molestandi, vel persoluendi de medio scindatur, reiciatur, ac pœnitus amoueatur, dilectione paterna aliud quoq. Priuilegium conseruatoriale, quod duodecimum in Ordine describitur, eisdem gratiosè concessit, atque Indulsit sicq. die isto quieuit ab omni opere, quòd patrarat. In quo quidem Priuilegio tres Episcopos Vrbinatensem, videlicet, Pistoriensem, & Vicentinum dat, & in Conseruatores eis assignãt, qui aduersus occupatores, detentores, pręsumptores, molestatores, & iniuriatores præfatorum Canonicorũ, necnon rerum, & bonorum huiusmodi Cõgreg. Vsurpatores omnes, aut duo, vel vnus ipsorũ, quoties requisiti fuerint, debeant eisdem defensionis præsidio assistere, nec permittant sup quibus bonis ad Priorẽ, & Can. pręfatos spectantibus potissimè contrà tenorẽ Priuilegiorũ Exẽptionũ, Libertatũ, & Prerogatiuarũ hmõi, indebitè molestari, vel eis grauamina, seu damna, vel iniurias irrogari, prout de his, & alijs in eo contentis latius declaratur, sequenti 11. inserto.

Priui-

Priuilegium Vndecimum.Gregorius Epis.ser.ser.Dei ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex concessa sibi desuper vtitur potestate,aliquoties formas,ordines,titulos,atque modos mutans,erigens,transferens,& reformans in Religione fidelium Christianorum,prout personarum,locorum, & temporum conditione pensata in Deo conspicit salubrius expedire.Quia igitur in dispositione Ministrorum Dei,maximè sub Regularibus Habitu,& Obseruantia Diuinis obsequijs insistentium nobis credita,cōsiderare nos conuenit,vt Dominici Gregis custodiam vtiliter exercentes,Ecclesijs,& personis Ecclesiasticis statum quietis,& pacis,summotis impedimentis,& scandalis, per sollicitudinis nostræ studium procuremus.Ad dilectos Fratres S.Saluatoris, qui remanserunt in Habitu Can.Reg.sub certis forma,modis,& conditionib.per alias Nostras litteras (quarum tenorem,& formam hic haberi volumus pro sufficienter expressis) factis de Domo S.Saluatoris de Sylualacus Ordin.Fratrum Eremitarum S.Augustini Senen.Diœc.Nostræ considerationis oculos dirigentes,speramus,dum eorum formam,& inconcussam fidem,ac deuotionem,vitam quoq. honestam,& Obseruantiam Regularem mentis intelligentia contemplamur: quòd ipsa,vt nouella plantatio in arborem fertilem,fructus vtiles in Agro Dominico producentem,Deo dante,consurget. Quare circa eorū pacem,commodum,& quietem , libenti animo Nostræ diligentiæ studium exercemus. Cum igitur malignitate temporis inducente, de voluntate nostra Fratres ipsi se à dicto loco remouentes,ipsum, & alia eorum terrena commoda postponendo propter verba Saluatoris D.N.I.C.custodierint vias duras: & sibi ex Nostra dispositione Priorem eligentes, constanter permanserunt in forma Religionis sibi data:quibus secundum temporum opportunitatem , & rerum varietatem,aliqua Indulta per Nostras certi tenoris litteras vltrà primas, erectionem dicti loci in Prioratum , & Institutionem Ordinis,& Habitus dationem constituentes,duximus concedēdas sub titulis,& datis infrascriptis,quarum primæ incipiunt.

Gregor.Epis.ser.ser.Dei ad perpetuam rei memoriam.Dudum siquidem per Nostras litteras Dat.Lucæ 3.Non.April.Pont. Nostri Anno 2.excitāte Nostræ mentis Arcanum speciali,& affectuosa dilectione,qua &c. Dat.in Ciuitate Austriæ Aquileiensis Diœc.Cal. Sept.Pont.Nostri Anno 3.Nota,quòd ista Ciuitas Austriæ est,quæ

dicitur

dicitur Ciuidal di Friuli.

Aliæ verò litteræ succeſſiuè eis conceſſæ incipiunt. Greg. Episc. ser. ser. Dei ad fut. rei mem. Sacræ Religionis, in qua dilecti filij Fratres, seu Canonici, Prioratus, &c. Dat. Gaietæ Id. Septemb. Pontif. Noſtri. Anno 3.

Aliæ incipiunt. Gregor. Epiſ. ser. ser. Dei, &c. Dilectis filijs Priori, & Fratrib. &c. Prouenit ex veſtræ deuotionis affectu &c. Dat. Gaietæ 14. Cal Oct. Pont. Noſtri. Anno 4.

Aliæ incipiunt. Greg. Epiſ. ser. ser. Dei. Dilecto filio Priori Congreg. &c. Benigno sunt illa vobis concedenda fauore, &c. Dat. Gaietæ 12. Cal. Oct. Pont. Noſtri. Anno 4.

Aliȩ incipiunt. Greg. Epiſ. &c. Deuotionis dilecti filij Prioris &c. Dat. Gaietæ Id. Ian. Pont. N. Anno 5.

Aliȩ incipiunt. Greg. Epiſ. &c. Dilectis filijs Stephano Priori &c. Dat. Gaietæ Id. Ian. Pont. N. Anno 5.

Aliæ huiuſmodi litteræ Noſtræ incipiunt. Greg. Epiſ. &c. Fragrãtia Sacræ Religionis, quæ &c. Dat. Arimini 8. Cal. Octob. Pont. Noſtri Anno 8.

Quædam aliæ Noſtræ litteræ nuper eis similiter conceſſæ incipiunt. Greg. Episc. &c. Dilectis filijs Priori, & Canonicis, &c. Sacræ Religionis ſub qua deuotum &c. Dat. Arimini 3. Cal. Nouembr. Pont. Noſtri Anno 8.

Ne igitur propter huiuſmodi variationem Verborum, ac titulũ, & nominationem dictæ Domus Prioratus S. Saluatoris de Syluala cus Senen. Diœc. quam ſpontè (vt præmittitur) virtute conſtãtiæ dimiſerunt Fratribus ipſis, quos ſpeciali affectione proſequimur, ſcandalum aliquod habeat exoriri: ſicut in primitiuis noſtris hmõi erectionis, & Institutionis litteris, voluimus, quòd ipſi Fratres tunc præſentes, & eorum ſucceſſores, qui erunt pro tempore, Can. Reg. & ſecundum Regularia Inſtituta hmõi Canonicorum Regu. deinceps viuere, & Fratres S. Saluatoris nuncupari deberent: per p̃ſentes auctoritate Apoſtolica volumus, mandamus, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quòd ipſi de cætero Fratres Conſtantes S. Saluatoris in perpetuum nuncupentur, intitulentur, & etiam appellentur, quodq; omnes, & ſingulæ gratiæ per Nos, & auctoritate Noſtra eis conceſſæ vſque in præſentem diem, tàm in ſupraſcriptis, quàm alijs litteris ſub ſimilib. titulis expeditis, quarum tenores, & formas hic

haberi

haberi volumus pro sufficienter expressis, contentæ, & litteræ ipsæ in singulis suis partib. efficaciter valeant, & plenam obtineant roboris firmitatem: & ipsis, ac earum qualibet Fratres prædicti vti, & & gaudere liberè, & licitè possint, ac si omnes super huiusmodi titulo, & vocabulo prædicto ordinatæ, & scriptæ fuissent, ac etiam expeditæ. Constitutionibus Apost. & alijs cõtrarijs non obstantib. quibuscunq. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginã Nostrorum Mandati, Constitutionis, Ordinationis, & Voluntatis infringere &c. Dat. Arimini 8. Cal. Feb. Anno sal. 1419. P.N. Anno 9. Gratis de mandato D.N. Papæ.

Io. de Monte Politiano.

Primum. Lege hoc Vndecimum Priuilegium, vt cognoscas quæ suprà collegimus, circà Congregationis Institutionem: & scias hãc nouellam plantulam, quæ nostris modò temporibus in arborẽ satis fertilem prouecta, iuxtà Sanctissimi Põtificis Oraculum, ramos suos optimis fructibus oneratos longè, latèq; expandit, ab eo suo tm̃ arcano prodijsse: quod ipse primis duobus Priuilegijs intulit. Secundum intelliges, quo singulari præconio Virtutes suorum Canonicorum extollat, qui in Habitu remanserant: vt compertum habeas, q apud seniores nostros vulgatum est: qui eum principiò induerint, non omnes in eo perseuerasse; quod & de Christi Discipulis legimus: plerosque eum deseruisse, & cum alios interrogasset: Nunquid & vos vultis abire? Petrus respondit: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ habes tu. Tertium. Scies item, q̃ opinionem diuinus Pontifex de illis, veluti de propria sobole gloriabundus, cõcipiat. Quartum. Refert quoque eos de voluntate sua sese à priori Monasterio de Sylualacus spontè submouisse: Recenset vias asperas, & incommoda, quæ illo quadriẽnali exilio tolerauere: quodq; extrà propriam Sedem in fide, & deuotione erga se inconcussi perseuerauere; iuxtà suam dispositionẽ, & formam Religionis eis datã. Dicti. n. verò sunt Constantes Fratres ex Constantia in Deum summa, cum fuerint extorres multo t.pe: & ex Constantia contrà Eremitas: quorum iniurias, & verbera tolerauerunt patientissimè: & à Constantia erga Pontificem ipsum, cum esset schysma; & tandiù vagi fuerint, Sedem ab eo aliquam sperantes, q̃ demùm consecuti sunt. Quintum. Attende Habitum Cõgregationis esse Can. Reg. de quo Archiep. Florent. in 2. parte suæ Chronicæ tit. 15. sumpse- *Io. 4.* *Ar. Fl.*

runt,inquit,Statum,& Habitum Can.Reg.B.Aug. Nullus erat,qui Patrum ſanctitati fidem maiorem facere poſſet,quàm ipſe Pontifex, quos antea ſecum ſub illis cōibus procellis eum habuiſſe præmiſimus: Quorumcunque Diuinis ſupplicationibus confirmatus: ipſum conſilium accepit ſuper publicationem Conſtantienſis Concilij, quo pax Eccleſiæ tandem eius opera reddita eſt. His igitur, non propria contentus conſcientia,quæ illis Patribus ſatis ſuperq. fuerat (quippequi bonos eſſe magis, quàm prædicari,vellent) ſub noui Elogij præconio,eorum inuictiſſimæ Virtutis,veluti ſtemma quoddam inſigne, ſuo perpetuo teſtimonio publicandum duxit: priori titulo Congregationis ampliato per Verbum (Conſtantes) cuius tñ Conſtantiæ fidem,ac rationem antea quoq. ſæpius cōplexus fuiſſet. Ex quo loco merum Conſilium Pontificis circa hmōi Congreg.Inſtitutionem magis atteſtari poſſumus, cum hanc tituli prærogatiuam,veluti quodam Sæcularis auræ aucupium,& ſuę humilitati, profeſſioniq; minus opportunū, ab eius ſucceſſore ſtatim Patres ſupprimendum curauerunt: De ſe.n.nihil,niſi quod humile eſſet, religioſumq; ſentientes, non ſua,ſed quæ Ieſu Chriſti forent, ſeduli conquirebant. Sextum. Aequiuocaſſe patet illos etiam, qui primùm Canonicis S.Saluatoris locum ad habitandum aſſignant, poſt Ilicætanum S.Secundi de Eugubio, pro Monaſterio extrà, & propè muros eiuſdem Ciuitatis Ambroſiano: nam illius S.Secun-
Cal. 3. di vnio facta eſt per Calixtum III.poſterioribus temporibus,Anno ſuo 1. Ea enimuerò eſt illa Canonica Secundina antiquiſſima, q̄ adeo pro ſua dilexit D. Vbaldus, vbi .ſ. à puero prima rudimenta fecit ſuæ Canonicæ profeſſionis.Lege eius hiſtoriam:celebratur & adhuc conſtanti memoria apud Eugubinos Cubiculum iſtius tūc Canonici penè Eccleſiam fuiſſe,vbi poſtmodum eius noī conſecrata Capella fuit: & Cubiculi fumarium ob eam rem perpetuò apparere voluerunt.In hac præterea Canonica obſeruando,atq.percurrendo curiosè antiqua documenta, inuenimus Priores perpetuò Regulares ad hanc vſque nouiſſimam Reformationem continuaſſe,ac nuſquam ea exteris commendata: quod perquam rarò inuenies apud Italiæ ſaltem vtriuſque,videlicet,Canonici, & Monaſtici Ordinis Monaſteria. Licet ergo in hunc vſque diem Patres Noſtri tot,tantisq; Priuilegijs gauderent,atque decorati eſſent: quibus & Pontificis beneuolentia in eos ſingularis facilè conſtabat, ſtudium

vehe-

vehemens apertè noſcebat,amor immenſus haud frigeſcebat. Protectionisq́.ſuffragium vndiq.redundabat,nihilominus hiſce adhuc ipſe non contentus,aliud quoq. Priuilegiū,(ꝙ eſt 12.in ordine, vt diximus) addere voluit. In quo numero Pontifex Congregationē ſuam ſub duodecim Apoſtolicis Columnis, Portis, Fundamentis, Lapidibus precioſis ſtabiliuit. In hoc autem Priuilegio Conſeruatores Apoſtolicos,& Iudices decernit, apud quos poſſint ſe tueri, vt ea Priuilegia,& omnia per ipſum Pōtificem inſtituta, cum opus foret, maiori ampliatione auctoritatis firma,rata, & illæſa conſeruent,quæ quidem auctoritas eiſdem concedi ſolet.

Priuilegium Duodecimum. Gregorius Epiſc.ſer.ſer.Dei. Venerabilibus Fratribus Vrbinatenſi,Piſtorienſi, & Vicētino Epiſcopis ſalutem,& Apoſt.Benedict.Militanti Eccleſię diſponente Domino præſidentes circà curam Eccleſiarum piorum Locorum, Religionum,& Monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti:vt iuxtà debitum Paſtoralis officij eorum occurramus diſpendijs,& profectibus,Diuina cooperante clementia, ſalubriter intendamus.Sanè dilectorum filiorum Prioris,& Fratrum,qui ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ ſpeciali Fratres Conſtantes S. Saluatoris Ord.Can.Reg.S.Aug. nuncupantur, conquæſtione percepimus: ꝙ nonnulli Archiepiſcopi,Epiſcopi,alijq́; Eccleſiarum Prælati,& Clerici,ac Eccleſiaſticæ perſonæ tàm Religioſæ, q̃ Sæculares: necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites,& Laici, Cōia Ciuitatum,Vniuerſitates Oppidorum,Caſtrorum,Villarum, & aliorum locorum,& aliæ ſingulares perſonæ Ciuitatum,& Diœceſum,& aliarum partium diuerſarum occuparunt,& occupari fecerūt Caſtra,Villas,& alia Loca,Terras,Domos,Poſſeſſiones,Iura, & Iuriſdictiones,necnon fructus,cenſus, redditus,& prouentus,& nonnulla alia bona mobilia,& immobilia, ſpiritualia, & temporalia ad Priorem,& Fratres prædictos, eorumq́; loca ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxiliū, conſilium,vel fauorem. Nonnulli etiam Ciuitatum, Diœceſum,& partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere nō formidāt:eiſdem Priori,Fratribus,& Locis ſuper prædictis Caſtris, & Villis,& Locis alijs,Terris,Domibus, Poſſeſſionibus,Iuribus, & Iuriſdictionibus,Priuilegijs,Exemptionibus,Libertatibus, Prærogatiuis à Sede Apoſt.conceſſis eiſdem, & eorum locis,fructib.cen-

L 2 ſibus,

ſibus,redditibus, & prouentibus eorumdem: & nonnullis alijs bo-
nis mobilibus,& immobilibus,ſpiritualibus, & tẽporalibus,& alijs
rebus ad eoſdem Priorem,& Fratres,ac eorum loca ſpectantibus;
multiplices moleſtias,& iniurias inferunt, & iacturas. Quare dicti
Prior,& Fratres Nobis humiliter ſupplicarunt: vt cum eiſdem val-
dè reddatur difficile pro ſingulis quærelis ad dictam Sedem hr̃e re
curſum: prouidere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.
Nos igitur aduerſus occupatores,detentores,præſumptores,mole
ſtatores, & iniuriatores hmõi illo volentes eiſdem Priori,& Fra-
tribus remedio ſubuenire,per quod ipſorum compẽſcatur temeri-
tas,& alijs aditus committendi ſimilia præcludatur.Fraternitati ve
ſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus vos, vel duo, aut
vnus veſtrum,per vos,vel alium,ſeu alios, etiam ſi ſint extrà loca,in
quibus deputati eſtis:Conſeruatores, & Iudices præfatis Priori,&
Fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,non permittatis
eoſdem ſuper his,& quibuſlibet alijs bonis,& Iuribus ad Priorem,
& Fratres,& ad loca prædicta ſpectantibus,potiſſimè contrà teno-
rem Priuilegiorum,Exemptionum, Libertatum, & Prærogatiuarũ
hmõi ab eiſdem,vel quibuſuis alijs indebitè moleſtari,vel eis graua
mina,ſeu damna,vel iniurias irrogari. Facturi dictis Priori, & Fra-
tribus,cum ab eis,vel eorum Procuratoribus, aut eorũ aliquo fue-
ritis requiſiti,de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet ſuper reſti-
tutionem hmõi Caſtrorum,Villarum, Terrarum, & aliorum loco-
rum Iuriſdictionum,Iurium,& bonorum mobilium,& immobiliũ,
redditu um quoque & prouentuum, & aliorum prædictorum, &
quorumcunque bonorum mobilium,& immobilium,prẹſentiũ,&
futurorum, necnon de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs,atq. damnis
præſentibus, & futuris: in his,videlicet, quæ Iudicialem requirunt
indaginem: Summariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij:
in alijs vero prout qualitas eorum exegerit, Iuſtitiẹ complementũ,
occupatores,ſeu detentores,præſumptores, moleſtatores, & iniu-
riatores hmõi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles cuiuſ-
cunque Dignitatis,Status,Ordinis,vel Conditionis extiterint: qũ-
cunque & quotieſcunque expedierit,Auctoritate Noſtra per cen-
ſuram Apoſt.appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Inuocato ad
hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus tàm
fẹl.record.Bonifatij Papæ VIII.prædeceſſoris Noſtri;in quibus ca-
uetur,

uetur, ne aliquis extrà suam Ciuitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltrà vnam Diætam à fine suæ Diœcesis, ad Iudicium euocetur, seu ne Iudices, & Conseruatores à Sede deputati prædicta, extrà Ciuitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij, vel alijs vices suas committere: aut aliquos vltrà vnam Diætam à fine Diœcesis eorũdem trahere præsumant (dummodò vltrà duas Diætas aliquis auctoritate præsentium non trahatur) seu ꝙ de alijs; q̃ de manifestis iniurijs, & violentijs, & alijs, quæ Iudicialem requirunt indaginem: pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adiectis, Conseruatores se nullatenus intromittant: quã alijs quibuscunque Constitutionibus à Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus; tã de Iudicibus delegatis, & Conseruatoribus, q̃ personis vltrà dictũ numerum ad Iudicium non vocandis, aut alijs edictis, quæ nostræ possent in hac parte Iurisdictioni, aut potestati, eiusq. libero exercitio quolibet obuiare: seu si aliquibus cõiter, vel diuisim à prædicta Sede indultum sit: ꝙ excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extrà, vel vltrà certa loca ad Iudicium euocari non possint per litteras Apost. non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hmõi, & eorum personis, locis, ordinibus, & noĩb. proprijs mentionem: & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel speciali cuiuscunq. tenoris existat, per quam præsentib. non expressã, vel totaliter non insertã vestræ Iurisdictionis explicatio, in hac parte valeat quolibet impediri. De qua, cuiusq. tenore toto de verbo ad verbum in Nostris litteris habenda sit mentio specialis: cæterum volumus, & auctoritate Apost. decernimus, ꝙ quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatũ, q̃uis idem inchoans nullo fuerit impedimẽto Canonico præpeditus: quòdq. à Data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrũ in præmissis omnibus, & eorum singulis cœptis, & non cœptis præsentib. & futuris perpetua potestas, & Iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaq. firmitate possitis in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsẽtibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta oĩa, & singula coràm vobis cœpta fuissent: & Iurisdictio vestra, & cuilibet vestrum in prædictis oĩbus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutione prædicta super Cõseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obstan-

stan-

ſtantibus præſentibus perpetuò valituris. Dat. Arimini 3. Cal. Mar. Pont. Noſtri Anno 9. Gratis de Mandato D.N. Papæ.

Io. de Rethingen.

Hic Annus erat Congregationis octauus, & tertius Prioratus R.P. Stephani in Ambroſiano Conuentu, quem ſolùm interim habebant præfati Canonici, futurum attamen ſperantes, vt Saluatoris immenſa liberalitate plures breui, eosq. percelebres eſſent adepturi: quòd vtique factũ eſt, vt infrà in lib. de locis patebit. Conſtat autem mortuum iam Fr. Ioan. Luculi; qui ſenio confectus voluit vniri Canonicis Saluatoris, vt ſuprà, ac reliquum ſuæ vitę in eo Monaſterio degere cum ipſis: ſepultusq. eſt cum Habitu Canonico inter ſuos primi dogmatis cõfratres, qui ſepulti ſunt intus in introitu Monaſterij in pede ſcalæ, quæ vadit in Chorum, & in Horreum; quia ibi erat tunc temporis Eccleſia, ſiue cęmeterium. Anno 1550. dum foderẽtur fundamenta quædam per quodam ſpiraculum inuentum fuit dictum ſepulchrum, & intus viſa fuere corpora eorum Patrum integra cum dicto Habitu griſæo induta: at Fr. Franciſcus Vandinus Eugubinus noſter Concanonicus non permiſit ſecus moueri: ſed ſuprà dictam ſepulturam poſuit lapidem ſignatũ cum Cruce ad perpetuam memoriam. Interim Patres Canonici Domino ibidem quotidie magis cum deuoto affectu ſeruientes, a Saluatore ipſo ad alia loca aduocati fuerũt, vt mox dicetur. Donis enim, Gratijs, & Priuilegijs ampliſſimis communiti Canonici Regulares S. Saluatoris à ſuo Pont. Gregor. XII. ſingulariq; ſimul præſidio ſui
Gre. 12. deuotiſſimi Comitis Vrbinatis firmiter ſuffulti, in ſacroſancta Obſeruantia (vti præmiſſum eſt) die, noctuq; diuinis occupati, eo in loco S. Ambroſij debitas gratias pro ſuis votis Saluatori ſuo iugiter perſoluebant. Quorum fama nitidiſſimæ Sanctitatis, Sanctiſſimęq; Religionis Bononiam vſque ad Fratrem Franciſcum Ghiſilerium Priorem perpetuum Monaſteriorũ vnitorum S. Mariæ de Rhæno, & S. Saluatoris, eiuſdem Ord. Canonic. Regulariũ perlata eſt; qui eorundem tamen antè notitiam habuiſſe dicitur, dum illi apud locũ Vallis viridis ſuum Bononiæ principio traherent exilium. Gratulatus igitur eorum Beatiſſimis incrementis pro ſuorum Monaſteriorum Reformatione, perpetuaq; ſui, eorumq; Canonicorum in eis ſucceſſione, mox animũ intendit, quippequi ferè ſolus, & ipſe tanq̃ ætate confectus, vti Ambroſianus ille Ioannes Reccholus, in ipſo

Mona-

Monasterio suo relictus fuerat, vt dictum est. Qua sua opinione minimè frustratus est: nam eò propterea vocati ab ipso, annuerunt æquissimi Patres eius pio desiderio, vt sub vnionem Monasterij sui cum illis Bononiensibus apud illum transirent, & in se omnia reformarent, quæ illorum Monasteriorum antiqua fuissent: nouaque simul decernerent, quibus iã fundata Congregatio inde administrãda foret, & diffusius propaganda: permiseruntq. illi omnem, quam antea habuisset, Monasteriorum suorum administrationem, ipsis, quò aduixit, interim diuinis tantùm rebus, & suæ sacræ obseruationi vacantibus. At quàm bellè accidit, quæso, inter hos fieri vnio? Vtriq. s. originem trahebant ab eiusdẽ nõis Pontifice: Rhenẽses quidem à Greg. VII. vt dictum est, Cõstantes autem à Greg. XII. Bononiẽses ab Innoc. II. reformati fuere: Greg. XII. Reformator Illicætanorũ, ab Innoc. II. fuit Card. factus. Bononienses Rhæno deuastato in D. Saluatoris Bononiæ se reducunt. Senens. expulsi à Saluatoris Syluelacus antiquo suo domicilio in D. Saluatoris Bonon. recepti fuerunt. Vtriq. demùm Saluatoris titulum suæ Congregationis habent. Hæc dum inter eos conueniunt in Concilio Cõstantiensi, quod plures antè annos procuratum fuit pro delendo eo schysmate perniciosissimo, pro quo delendo laborabat, præ cęteris, Greg. XII ipse: qui, vt pleriq. asserunt, vsus Concilij primus auctor fuit. Idem Greg. spontè, & alacriter Pontificatu liberè se abdicat. Reuerendissimo D. Ioanne Dominici Florentino Cardinale S. Sixti recitante coràm vniuerso Concilio Bullęplumbium mandati, ab ipso Domino Gregor. XII. sibi commissi ad cedendum Papatui. Dat. Arimini 3. Id. Martij Pont. sui Anno 9. Incipit autem. Greg. Episcopus, &c. Terrenas affectiones tenebrarum &c. Lectis pariter à D. Carolo Malatesta litteris sub Bulla plumbea Mandati procuratorij à præfato D. Greg XII. sibi commissi ad consentiendũ, & cõfirmandũ oĩa acta, & agẽda in ipso Constantiẽsi Cõcilio: q̃ incipiunt. Greg. Episc. &c. Diuina grã dirigente &c. quibus lectis, & auctorizato Concilio ab eodẽ Card. S. Sixti nõie ipsius Greg. cuius Legatione fungebat: idẽ Card. receptus fuit à cõib. alijs Card. ad osculũ pacis, & inter alios Card. presbyteros collocatus, & insertus: statimque cantata fuit Missa de Spiritu sancto. Qua finita, lectum fuit Euangeliũ. Si quis venit ad me, & non odit Pẽrem suũ &c. Cõgruit *Luc.* 14 siquidem hmõi Euangelium pietati Gregorij plus amãtis quietem

Eccle-

Ecclesiæ, quàm in se Pontificatus propriam Dignitatem: Cantatis etiam Litanijs idem Carolus legit aliud Procuratorium ab eodem Gregorio sibi factum Arimini sub Bulliplubio die 13. Martij Anni eiusdem 1415. & Pontif. sui Nono; quòd incipit Greg. Episcopus, &c. Cum ad laudem Omnipotentis Dei, &c. præmissoq. eruditissimo sermone sub assumptione Thematis, Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. (Angelus erat nomen ipsius Gregorij Pont. à baptismo, vt dictum est, & quidem munus tùm Angeli Ecclesiæ præstitit, cum, renunciando propriæ Dignitati, vniuersalem concordiam, & pacem solũ præ oculis habuit, & procurauit.) Statim verò præfatus D. Carolus renunciauit, & solemniter cessit Pontificatui nomine ipsius Gregorij XII. alta voce sub ijs verbis. Ego Carolus de Malatestis Arimini, & nonnullæ aliarum terrarum in tpalibus Vicarius, necnon Prouinciæ Romandiolæ Rector pro Sanctiss. in Christo Patre D. Greg. Diuina prouidentia Papa XII. & S. R. E. Generalis, atq. eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ Procurator habens ad infrascripta plenũ, speciale, & irreuocabile mandatum, quẽadmodum constat per Bullam authenticam Sanctiss. D. N. prædicti proximè lectam: Nulla oppressus, aut coactus violentia, atq. nullo ductus errore, vt omnibus apertè pateat per effectum, quanta sinceritate, quantaq; cordis affectione sacram vnionem, & reintegrationem Christianorum in vnitate S. Matris Ecclesiæ prosecutus sit, prosequaturq. per viam etiam renunciationis inclusiuè purè, liberè, & sincerè procuratorio nomine ipsius Sanctissimi D. N. Papæ XII. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti renuncio, & cedo exprefsè in his scriptis realiter, & cum effectu sine titulo, & possessione, quod, quem, & quam ipse habet in Papatu, & resigno nomine præfati D. N. Papatum, & omnem vim Papatus, titulum, possessionem, quod, quem, & quam habet coràm D. Iesu Christo, qui Ecclesiæ suæ Sanctæ est caput, & sponsus in hac sacrosancta Synodo, & vniuersali Concilio, Sanctã Romanam, & vniuersalem Ecclesiam repræsentante. Quam renunciationem factam Synodus admisit, approbauit, & collocauit: & mox, post ei gratias ab vniuerso Cœtu redditas, quòd rebus vniuersis Christianis magis, quàm proprijs consultum voluisset, inter quã plurimas ordinationes hanc ædidit, qua constituit, & confirmauit

omnia præfati Gregorij XII.acta sub ijs Verbis videlicet,Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis Maguntinæ Prouinciæ in sancto spiritu vnanimiter,& legitimè congregata,omnia,& singula per Dñm,qui dicitur Greg.XII. in sua reali obedientia, Apost. auctor. mediatè,vel immediatè, aliàs Canonicè, & rationabiliter hucusq. gesta,facta,dispensata,ordinata,concessa,& indulta: & etiam vsque ad tẽpus suæ notitiæ renunciationis pro eo faciendæ:quod tempus vltrà mensem post huiusmodi renunciationem nolumus extendi,gerenda,facienda,disponenda,dispensanda,ordinanda,cõcedenda,& indulgenda ex certa scientia ratificat,& ex super abundanti cautela ad certitudinem approbat,& firmat,statuens,& ordinans:quòd ex causa,vel occasione schysmatis,vel cuiuscunq; maculæ,vel inhabilitate ex eo prouenientium non valeat infringi,vel cõtrà excipi, aut in dubium reuocari. Non obstantibus quibuscunq. dispositionibus in contrarium facientibus. Hoc idem asserit Platina, Martinum V. confirmasse .s. & approbasse quæcunque fecerat Greg.XII.Decreta tempore schysmatis antè ipsum,ad fidem, & bonos mores ꝑtinentia in eius vita.Die Lunæ 15. eius Mensis Iulij in 17.sessione præfatum Concilium, post ipsius Gregorij cessionem, & renunciationem,eundem olim Gregorium decernit Apostolicæ Sedis Marchiæ Anconitanæ Legatum Episcopum, primum omniũ Cardinalium post Papam cum omnibus Iuribus, & pertinentijs, collectionibus, & prouissionibus, & alijs omnibus, quæ solent ab Apost. Sede in forma plenissima talibus Cardinalibus concedi: & Dominos Patres in Christo Reuerendiss.Card.ab eo creatos tunc viuentes, videlicet D. Antonium Corarium Episcopum Portuensem:D.Gabrielem tit.S.Clementis. D.Io.Dominici tit.S.Sixti: D. Angelum tit. SS. Petri, & Marcellini: D. Blandellum de Blandellis tit.S.Sabinæ Presbyteros:& D.Petrum tit. S. Mariæ in Cosmedim Diac.Card.recepit, & admisit cum omni eorum Dignitate,emolumento,voce,& alijs Card.Priuilegijs;quibus vt veri Card. frui, vti, & gaudere pariter possent: & quòd Officiarij Greg. prædicti suorum,vt anteà,gauderent gradu,& statu Officiorum. Quæ Constitutio incipit. Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis in sancto spiritu legitimè congregata, Vniuersalem Ecclesiam representans.Cum Christi fideles pijs in Domino deuotis affectibus, &c. Die autem Sabbati 17.Augusti in 18.sessione post Missam Assum-

ptionis B.M.V. (quia erat infrà eius octauam) fuerunt deputati sex Nuncij Apostolici ad Reuerendiss. Dominum Angelum Corarium Episcopum Card. & Marchiæ Legatum; inter quos primus numeratur Cardinalis Ragusinus pfatus, &c. Post hæc die Iouis 15. Octobris eiusdem Anni 22. sessione audacter procedi cœptum est contra Petrum de Luna, videlicet, Benedictum assertum 23. quem dicunt, secundum se, Papatum Annis iam 22. expletis occupasse: qui citatus nullatenus comparuit: &, quod plus est, ab Imperatore Sigismundo præsentialiter persuasus, & admonitus, ad Conciliū adire contempsit: sed in sua pertinacia persistens, vt Apis surda, aures continens obturauit, asserens se in Pontificatu velle decedere, cum annum tunc ætatis ageret Octogesimum: &, ne coarctari posset, in Paniscūlam Insulam munitissimam cum paucis magnopere se tutatus est. Quapropter præfatum Concilium seruatis Iuridicis, & Canonicis terminis, & actibus, atq. omnibus alijs seruandis in multis sessionibus, tandem die Dominica 26. Iulij Anni 1417. in sessione 37. Cantata Missa de spiritu Sancto ipse Petrus de Luna p diffinitiuam, & inappellabilem sententiam, vt hæreticus, & schysmaticus, & inuasor Papatus, ab omni Concilio damnatus fuit, depositus, & priuatus. Qui nihilominus impęnitens diem suū clausit. Sāctiss. autem Greg. ad Angelum suum baptismatis nomen reuersus Episcopus Card. & in Picenibus legatus in tot aduersis, & persecutionibus, tantæ constantiæ, & Magni animi semper perseuerauit: vt nihil de ijs curare, nihil mente voluere videretur: sciens, iuxtà propheticam sententiam, in hoc mundo flagellum nullum esse, quod non faciat Dominus ad vindictam malefactorum, correctionem verò bonorum: sic in his, quæ sibi dictasset, fixus persistebat, vt à nullo posset à suo proposito reuocari. Sic modestus, vt verè Phylosophus cognosceretur. Sic sapienter, & sacrarum Scripturarum lectioni assiduus, vt à speculatione, & disputationibus nunquam cessaret. Pōtifex nempè cum quouis altero comparandus, si, extrà perniciosissimi schysmatis tempora, Orthodoxæ Ecclesiæ contigisset, quem Congregationis S. Saluatoris primum, & Auctorem, & Fundatorē ex eius attestantissimo testimonio pluribus Priuilegijs suprà deducto, & fatemur vltrò, & prædicamus. Cuius tanta diligentia circà eius erectionem fuit, vt nihil prætermisisse videatur, quod pro ea perpetuò firmanda, & decorāda excogitari potuerit. Id, quod haud

scio,

ſcio,ſi per alium anteà circà aliquam factitatum legeris,niſi fortaſſe hæc temporalibus bonis potius metiare,quàm ſpiritualibus.Denique ipſe D.Angelus Corrarius,Greg.olim XII.pacis,ac humilitatis ſolidiſſimum exemplar,poſt Annum,& duos Menſes à ſua ceſſione,antè Martini V.creationem(ne viuens ſucceſſorem videret,atq. etiam verum ſui Vicarium fuiſſe Chriſtus manifeſtaret) dum eſſet Recanati Anno ſalutari ſupraſcripto, videlicet, 1417. ætatis verò ſuæ 83. aſſumpti autem Pontificatus 9.die 7.Sept. Saluatori ſuo, Conſtantiæ,ac fidei æterna ab eo præmia ſuſcepturus,fracto huius terreni corporis ergaſtulo,Sanctiſſimam animam fęliciſſimè reddidit;ibiq; in Cathedrali Eccleſia,quæ S.Flauij dr̄, honorificè traditus eſt Sepulturæ:omnibus,qui aderant, præ mœſtitia,& deuotione collachrymantibus:Vbi inſculptum Epitaphyum legitur,vt ſup.

Sub Anno autem ipſo 1417. 6.Id.Nou. Conclaue ingreſſi ſunt Cardinales triginta & duo,& ſex viri ex vnaquaque natione delecti,& quidem magis probati,qui vnà cum Cardinalib.in ipſo Conclaui conſtitere: & hora tertia eo Concilio euectus eſt ad Pontificatum ſub feſtum D.Martini Oddo, vel Ottho Cardinalis Columnius,Romanorum Nobiliſſimus,& Princeps,Diac.Card.S Greg.ad Cœlum aureum,qui ob D.Martini Ep̄i celebritatem,quæ ipſa die colebatur,Martinus eius nominis V.vocari voluit. In cuius aſſumptione diuturnum ſchyſma annorū 40.tm̄ finem fecit.Sed, ne pertranſeas inconſultò,etiam cum Diuino cōſilio factum,vt ex D.Gregorij titulo Cardinalis eligeretur Pōtifex Greg.XII.ſucceſſor: Gregorium.n.pręfatum verè ſui Vicarium hoc ſimiliter argō Deus Omnipotens comprobare voluit,aurumq́. puriſſimum in ſua obedientia extitiſſe,ſed Diuina Prouidentia velatum. Martinus autem ipſe à teneris annis cura parentum, moribus, & litteris imbutum, vbi adoleuiſſet;Iuri Pontificio Peruſij operam dedit: vnde ad Vrbem rediens, ob integritatem, & doctrinam Vrbani VI. Referendarius factus eſt:ꝙ munus tanta cum humanitate,iuſtitia, & manſuetudine geſſit,vt Diac.Card.ab Innoc.VII. creatus ſit. Nec ob eam quidem rem à natura ſua diſceſſit.Humanior.n.quàm antea factus,Patrocinium ſuum omnibus præſtabat, ita tū vt in rebus publicis nō multùm ſe immiſceret.Nam cum in Conuentu Conſtantienſi multæ in vtranque partem altercationes haberentur propter diuerſa factionum ſtudia,ipſe medium quodam tenuit, quo in alterutram

partem inclinare nullo modo videbatur, cõi vtilitati sp consulens. Hanc ob rem & Imperatori, & Cardinalib. ac deniq. omnibus gratus Pontifex creatur. Quo in Magistratu nõ somno, & ocio, sed negotio, & sollicitudini deditus, audire, refellere, approbare, suadere, dissuadere, hortari, deterrere accedentes ad Sedem Apost. consueuerat, cognita petentium honestate, vel secus. Mira. n. vtebatur facilitate, & honesta petentes à se voti compotes dimittebat. In Cõsultationibus autem miræ prudentiæ Vir est habitus. Nam & quid agendum, & quid vitandum esset, statim re proposita acutissimè diiudicabat: breuis in dicendo, cautior in agendo adeò, vt prius rem factã cernerent homines, quàm ab eo excogitatam putarent. Eius autem sermo plenus sententijs erat. Ex ore eius nullum verbum tã crebrò, quàm iustitiæ nomen prodibat. Ad suos persæpe cõuersus, maximè ad eos, qui Prouincias, & Ciuitates gubernabant, his verbis vtebatur. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Indigebat tùm
Sap. 1. profectò tali Pontifice Ecclesia Dei, qui Nauiculam Petri schysmatis, & seditionum omnium fluctibus quassam redigere in Portum salutis gubernaculo ad motus sciret, & posset. Hæc Platina in huius
Plat. Pont. vita. Non tacebo ego hunc præstantissimum Virum vnà cum alijs Cardinalibus eiusdem factionis ipsum Greg. XII. elegisse Pontificem: q etiam argumentatur Diuinum beneplacitum in eius Põtific. creatione. Huic nouo Pont. Martino egregius Comes Vrbinas Guido, inquam, Antonius ex coniuge arctissima necessitudine iungebatur. Hinc Ambrosiani Patres eò faciliorem habere cœperunt oblatam cum Bononien. S. Mariæ de Rhæno, & S. Saluatoris Canonicis vnionem; de qua, post longos sermones diù deliberãtes inter se, tandem conuenerunt, vt pro hmõi Reformatione faciẽda, idem R. P. Stephanus cum Socio Fr. Dominico Ciono sæpe dicto, ad Martinum V. nuper, vt dictum est, Pontificem creatum, & nondum soluto Concilio, vt opinabantur, adhuc extrà Italiam consistẽtem, se transferrent. Hos Ghisilerius constituit suos Agẽtes, & hmõi Procuræ mandatum constat confectum Bononiæ in Episcopali Palatio coràm Reuerendiss. Epõ Bonon. inter partes, manu Ser Marci Rainaldi de Formaglinis, & Ser Rainaldi q. Comacini de Formaglinis stipulatum publicè coràm testibus Anno 1418. Ind. 2. die 22. Apr. Pont. eiusd. Anno 1. Congreg. autem 11. extat & alterum mandatũ procuratorium Fr. Francisci Io. Antonij de Senis Vicarij R. P.

Ste-

Stephani præfati,& Fr.Regolini Angelini de Senis:& Fr.Petri Pauli de Senis,& Fr.Io.Georgij de Alexandria,Fr.Iuliani Rentij de Callio:Fr.Iacobi Ser Nutij de Florentia:qui oẽs vocales in Capitulo cõgregati cõstituerunt pręfatũ R.P.Stephanum,& Fr.Dñicũ Cionnũ de Senis Syndicos,& Procuratores sup vnione,& cęteris modò pręfatis p rogitũ Adami quondã Io.de Eugubio in logia dicti Monaſ. S.Ambroſij in dicto Monte 20.Feb. 1419. Ad Põtificẽ igitur pfati Patres peruenientes,curante præfato Guido Antonio Comite Vrbinate apud eum ſolita affectione ſua, & ſollicitudine erga ipſos Patres,negotium fœliciſſimè iuxtà eorum volũtatem ad finem traxerunt;obtento à Pontifice mandato infraſcripto, et in modo ſubſequenti præſentato. Ex dictis facilè dignoſcitur vanitas illorũ, qui de rebus geſtis,& Priuilegijs huius Greg.Pont. dubitare videntur: an.ſ.valida fuerint;quia,inquiunt,ſchyſmaticus fuit,& Concilio Piſano abrogatus fuit;Quibus reſpondetur hoc decreto Conſtantiẽſis Concilij appoſito. Præterea docentur aliud eſſe ſchyſmaticum eſſe, aliud in ſchyſma erectum fuiſſe. Præterea etiam, quòd licet, ſtatim congregato Concilio Piſano,ambo Pontifices abdicati dicerentur,eorum tamen geſta vſq. ad præſens Concilium ẽt ab eo Alexandro ibi electo tranſlata ſunt approbanda,vel reprobanda. Imò taxatur illud Conc.Piſanum,quo ipſe Greg.XII. vnà cum Benedicto XIII.qui in Gallijs ẽt ipſe ſe pro Pont.Max.gerebat,exauctoratus fuerat,vtriq.ante hãc diem ſurrogato Alex.V.(cuius tpe Monaſterij Illicætani facta eſt iactura) Nam Greg.quo ſe antea tuebãtur Canonici,ad Iſtros,vti pręmiſimus, extrà Italiam ſucceſſerat inter partes Aquileiæ,cum neq.Concilio, neq. Electione Alexandri annueret: ceſſurum.n.ſ.Pontificatui fuerat pollicitus, cedente ſimul & Benedicto:quo recuſante, Concilium Piſanum neutrius Põtificis auctoritate ratum nullum redarguebat.Non poſſum autẽ ſatis hic mirari quoſdam ſuper hac promiſſione Pontificem hunc,quem alioquin ſapientiſſimum, & ſanctæ vitæ ſcribunt,colluſionis inſimulare: cum eo propoſito Lucam petiturus Concilium, vt cederet,veniſſet:cum & Concilio deinde ſequenti apud Conſtantiam, cuius ipſe primus mentionem feciſſet,per Procuratorem ceſſiſſe dubium non ſit:cupiebat.n.Pontifex integerrimus ſchyſma ſedare,nõ fouere,ne ex ſua ſola ceſſione illius incendium (q haud temerè ptimeſcendum fuerat) non cedente Benedicto, magis excitaretur:

ex

ex vtriusq. namque resignatione Concilium vires, & auctoritatem sumpturum non dubitabatur. Solus Greg. ex illis tribus non vidit successorem suum, sed paulò antè, hoc est, die septima immediatè præcedentis mensis Septembris decesserat, vt Christus hunc suum verè, vt dixi, Vicarium, ac legitimum Pont. inter superstites adulterinos vixisse contestaretur. Cum solus spontè per Procuratorem Põtificatui renunciasset, vti promiserat, quò pax Ecclesiæ tandem redderetur: quamuis sint, qui eius mortem adscripserint mœrori animi, in quem inciderit, dicunt, ob eam occasionem, & cessionẽ. ꝙ facilè refellit eius Sanctissimi Patris anteacta vita, quæ omnibus scribentibus probatissima commendatur. Huius mentem Columbinã fuisse asserit Archiepiscopus Flor. videlicet, nitidam, nulloq. fuco obolitam. Martini autem litteræ huiusmodi manarunt.

Archie. Flor.

Martinus Epis. ser. ser. Dei Ven. Fr. Nicolao Epo Bon. Sal. & Apostol. ben. Ad hoc circà Regularis Obseruantiæ professores eò diligẽtius laboramus, quò fęcundius eorum Religio fructuum in eis afferat salutarem, & laudabilibus possint in Domino proficere incremẽtis. Sanè pro parte dilecti filij Francisci de Ghislerijs Prioris S. Mariæ de Rhæno propè Bononiam, & S. Saluatoris Bononiensis, Monasteriorum inuicem Canonicè vnitorum, & per Priorem solitorum gubernari Ord. S. Aug. nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd, licet retroactis temporibus, in prædictis Monasterijs plerique dicti Ord. Canonici Conuentum faciẽtes, residere, & sub Regularibus Habitu, & Obseruantia Domino famulari consueuerint, Diuini cultus inibi ferentes incrementum, passim tñ propter guerrarum turbines, aliasq; calamitates, quibus partes illæ afflictæ fuerunt, Monasteria ipsa, eorum dispersis, atq. distractis facultatib. atq. redditibus, tantæ destitutionis, atq. desolationis subiaceant opprobrio, ꝙ ex Canonicis dictorum Ordinis, & Obseruantiæ nullus ad præsens residet, paucíq; reperiri valent residere acceptãtes quomodolibet in eisdem. Et sicut eadem petitio subiungebat: Dilecti filij Stephanus Ioannis, & Dominicus Cioni de Senis, ac nonnulli alij Canonici Monasterij S. Ambrosij Eugubini dicti Ordinis, aliorum tamen Habitus, & Obseruantiæ in ipsis vnitis Monasterijs Cõuentualiter Regulari castimoniæ subdi; diuinis quoque inseruire, & intendere desiderant: si eis, & eorum successoribus inibi sub huiusmodi eorum, vel alijs per se decernendis, Habitu, & obseruantiã

rema-

remanentibus:super hoc Apostolicę Sedis præsidio prouidè consu latur de dictoq; Monasterio S.Ambrosij,q per Priorem ad dilectorum filiorum Conuentus eiusdem nutum ponendum, & amouendum pro tpe regi,& gubernari consueuit:eiusdem vnitis,siue insimul de omnibus prædictis Monasterijs auctoritate Apost. faciēda vnio,necnon applicatio, & annexio singulis Monasterijs ipsis forēt non mediocriter profuturæ.Quare pro parte dicti Francisci asserētis se confractum senio,fuit Nobis humiliter supplicatum,vt super præmissis opportunè consulere de benignitate Apost.dignaremur.

Nos igitur, qui hmōi Cultum, & Obseruantiam nostris temporibus vigere,& adaugeri intensis desiderijs affectamus,eisdem supplicationibus inclinati:fraternitati tuæ,de qua in ijs,& alijs specialem in Domino fiduciam obtinemus,per Apost. scripta committimus,& mandamus:quatenus de præmissis omnibus, & singulis, ac eorum circunstantijs vniuersis auctoritate nostra te diligenter informes:& si per informationem hmōi ita esse repereris, eosdē Stephanum,& Dominicum,ac eiusdem Monasterij S.Ambrosij Canonicos ad hoc voluntarios,vt etiam hmōi eorum,uel per te decernēdis,vt præfertur,retentis Habitu,& Obseruantia de dicto Monasterio S.Ambrosij ad prædicta vnita Monasteria transire,& in illis etiā iuxtà Constitutiones,& Instituta ipsis,& dicto Monasterio S.Ambrosij per eandem sedem concessa,confirmata pariter, & approbata,ac illius statuta,& consuetudines viuendo,& incedendo ppetuò remanere valeant: eadem auctoritate licentiam largiaris: statuens, atque decernens in vnitis Monasterijs eisdem, postquam Stephanus, & Dominicus, & alij voluntarij Canonici prædicti inibi in Canonicos recepti, & integrati fuerint : quò ad eosdem Habitum, & Obseruantiam ,succedentibus,atque seruatis his præsertim,quæ per te circà illos adijci, necnon disponi, & ordinari contigerit, etiam locum sibi vendicare, & effectualiter perpetuis futuris temporibus vigere debere Constitutiones, & Instituta, necnon statuta, & consuetudines antedicta. Et insuper tibi Monasterium Sancti Ambrosij prædictum;cuius, ac dictorum vnitorū Monasteriorum fructus,redditus, & prouentus sexcentorum Florenorum aureorum secundum cōem æstimationem valorem annuum(vt asseritur)non excedunt,cum omnibus Iuribus, & pertinentijs suis eisdem Monasterijs vnitis, vel insimul omnia prædicta

Mona-

Monasteria auctoritate prefata in perpetuum vniendi, incorporandi, & annectendi; huiusmodi quoq; Monasteria, & illorum personas in capite, & in membris, prout Reformationis Officium inibi expedire cognoueris, eadem auctoritate reformandi, & corrigendi, ac de Habitu, & Obseruantia, quibus se personę ipsæ pro tempore coaptare debeant, ēt super illorum alteratione, atq. mutatione cum indigentibus inibi dispensandi: ac prædicta vnita Monasteria ab omni Iurisdictione, Potestate, Superioritate, & Dominio Eporũ Bononiēsiū pro tempore existētium, ac illorum officialium (prout tibi videbitur) eximendi, liberandi: ac omnia alia, & singula, quę in præmissis, & circà ea, & ad hoc, ꝙ Monasteria ipsa, & personæ quæcunque in illis pro tempore eidē Domino mancipatæ votiuis congratulētur euentibus, necessaria fuerint; aut quomodolibet opportuna, faciendi, disponendi, & ordinandi, & etiam per Censuras Ecclesiasticas exequendi plenam, ac liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Non obstātibus reseruationibus generalibus, vel specialibus de Monasterijs quibusuis per dictam Sedem factis, & in antea faciendis, ac Constitutionibus Apost. necnon statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis prædictorum Iuramento, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, cęterisq; contrarijs quibuscunque. Prouiso, ꝙ in Monasterijs ipsis, prout facultates eorum suppetent, ēt huiusmodi Diuino instaurato Cultu, debitus Canonicorum, & Ministrorum numerus omnimodè reseruetur. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane: si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Friburgi Lausanensis Diœc. Non. Iun. Pont. Nostri Anno 1. Ioannes de Prato. In quibus litteris notandum. Cum Frater Franciscus Ghisilerius, vir non minus animi pietate, quàm generis nobilitate præclarus, antea cum paucis Bononiæ in D. Saluatoris superesset (bellorum. n. Incēdio, multisq; consecutis calamitatibus, Canonica Rhænana excisa, Canonicique; ad paucos reducti erant) anno 1417. extinctam penè familiam reparare cogitans. Can. Reg. S. Aug. Monasterium Ambrosianum propè Eugubium tunc temporis incolentes, paucis antè annis à Greg. XII. Pap. Veneto, Lucæ institutos primùm, deindè Martini V. Papę Decreto veros, ac Germanos Can. Reg. declaratos, atq; approbatos, sibi vnire curauit. Qua s. vnione eodem Martino V. appro-

approbante,peracta,ita iam simul vniti,Can.Reg.S.Mariæ Rhæna-
næ;& S. Saluatoris promiscuè dicebantur: Nimirùm à Basilica S. Saluatoris Bononiæ, vt in 2.lib.dictum est, ab Oliuario Rhænano Canonico erecta, & constructa. Idem Martinus Papa V. postmodùm Can. Reg.S.Saluat. absolutè appellari iussit. Quo titulo vniuersa dictorum Can. Reg. Congregatio deinceps nuncupata fuit: hoc dictum sit contrà improbantes Institutionẽ huiusmodi à Gregorio præfato,intelligentes à Martino V. confirmatam, & auctam fuisse. Sciendum prætere a Nicolaum Epm Bononien.tunc fuisse Fratrem Nicolaum Petri Nicolæ de Albergatis nobilẽ Bononien. qui,cum esset Prior Monasterij S. Hieronymi de Bononia Ordinis Carthusiensium,suffectus fuit D.Ioanni q.Abbati S.Proculi de Bononia,postea Epo defuncto die 4.Ianuarij Anno 1417.Qui Frater Nicolaus Episcopus maxime reluctabatur, nec tandem prius acquiescere voluit, donec à Priore Generali sui Ordinis Obedientiæ præceptum susciperet. Inito autem Pontificali, nihil de priori obseruantia cibi,vestimenti,& status austeritate mutauit, vel minuit. Eleemosynis deditus,pauperes puellas cõiugio tradebat honesto: volens ẽt Iudæos signo crocæi coloris in pectore gestato à Christianis secerni. Confirmatus fuit à præfato Martino V. in ea Constantiensi Synodo, à quo ẽt paulò post ad Cardinalatum S.Cuius in Hierusalem fuit assumptus,vir vtiq; prudẽtissimus, atq; sanctiss. Nota etiam appellari Canonicos S.Ambrosij,vt ex hoc pariter magis veram Congregationem Can.Reg.fundatam principio non dubites.Attende similiter,quàm apertissima denominatione appellentur Patres S.Saluat.per Martinum Can.Reg.S.Aug.absq; ẽt Fratrũ prænomine: id quod item apud Gregorium sæpe legendum est. Item nota illa Verba,(aliorum Habitus,& Obseruantiæ) quia Habitus in Religiosis accipitur aliquando pro Habitu professionis, & aliquãdo pro habitu,qui defertur suprà habitum professionis, qui non est de substantia, nec de essentia Ordinis: vt notat Io.Andreas *Io. An.* in verbo habitus Clem.1. Alterius igitur habitus intellige quò ad Vestes superiores: omnes.n.deferebant pariter tunicam lineã, quæ est habitus ordinis; sed differebant in habitu superiori siue ex forma,siue ex colore,qui tñ erat ex vsu, & consuetudine Monasteriorum eius temporis;& post hæc decreta Congregationum, vt ex eo tantum quælibet dignoscatur. Nota similiter, & verba, (alterius

Obseruantiæ) quia, vt dictũ est principiò, in Ordinis Reformatione Greg. XII. Congregationem hanc Saluatoris comentus erexit sub noua Obseruãtia. Vbi autem paulò inferius dicit (retentis Habitu & Obseruantia) intellige de habitu Professionis, seu Ordinis, qui consistit in tunica linea, & nunquam dimittitur, nec alterat̃, nisi per mutationem Ordinis (& Obseruantia) idest, quæ fuerat in eis excitata per Gregorium in conseruationem Ordinis Reformatio igitur non mutat speciem; quare idem semper Conuentus, qui à principio fuit: Et in cap. relatum, ne Clerici, vel Monac. vide ibi DD. in Verbo Reformari.

Quibus litteris sicut præmittitur, presentatis, & per eundem D. Episcopum, cum ea, qua decuit, reuerẽtia, & benignitate receptis, & acceptatis: idem D. Franc. Prior Monasteriorum prædictorum pro habenda ab eodem D. Episcopo, in ipsis litteris Apost. executore præsentialiter nominato, executione litterarum prædictarum, & contentorum in eis iuxtà eius voluntatem, & propositum, reuerenter proposuit, & narrauit. Quòd Monasteria ipsa ꝑ ꝑ temporum malitiam, multosq; turbines & calamitates, quibus Ciuitas Bonon. cum eius Territorijs, & pertinentijs diutius fuit oppressa, grauesq; impositiones pecuniarum, ac diuersas molestias ipsis Monasterijs, & eorum Priori, & Canonicis tàm realiter, quàm personaliter, & alijs diuersimodè illatas, & factas: Monasteria ipsa à certo tꝑe citrà, fuerũt, prout nunc sunt, Canonicis totaliter destituta: ex quo eadẽ Monasteria in Diuinis nõ modica passa fuerant detrimẽta: ac ẽt pro eo, ꝙ ipse Prior à certo tꝑe citrà, continua inquisitione, ac sedula præhabita, non valuit idoneos Clericos, & Canonicos in eisdem Monasterijs instituere, seu collocare, & Deo deseruire, & ibidem profiteri volẽtes. Attende: nã Clerici profitẽtes sunt Canonici: nõ profitentes aũt dicuntur Clerici sæculares. Proposuit etiam idem Dom Franciscus Prior, quod ipse affectans toto corde in eisdem Monasterijs Diuinum cultum augeri, adinuenit Religiosos Viros Fr. Stephanum Ioannis, & Dominicum Cioni de Senis, ac nonnullos alios Canonicos Monasterij S. Ambrosij propè Eugubiũ eiusd. Ord. S. Aug. (diuersorum tñ Habitus, & Obseruantiæ) qui in ipsis vnitis Monasterijs conuentualiter regulari, castimoniæ subdi, Diuinisq; inseruire ibidem desiderant; si eis, & eorum successoribus ipsorum Monasteriorum gubernatio, & administratio sub eorum

Habitu

Habitu, & Obseruantia, post ipsius D. Prioris mortem auctoritate Apost. liberè relinquatur. Quos Canonicos ipse D. Prior in eisdem Monasterijs pro augumento Diuini cultus præfici desiderat: vt in Diuinis per eosdem Canonicos, qui deuotæ, & religiosæ personæ, bonæq; vitæ, ac Obseruantiæ Regularis existunt, valeant laudabiliter deseruire: & ad ipsos Canonicos ibidem præficiendos, & admittendos, præfatus D. Prior petijt per præfatum D. Epm auctoritate Apost. & vigore litterarum suprascriptarum in prædictis exaudiri: & deinde per eundem D. Epm dictum Monasterium S. Ambrosij propè Eugubium cum eius Iuribus, & pertinentijs dictis Monasterijs S. Mariæ de Rhæno propè Bononiam, & S. Saluatoris Bonon. vt præfertur, vnitis, vnire, & incorporare, & circà contenta in litteris Apost. antedictis, & pro earum executione statuere, decernere, & aliàs prouidere, prout, & sicut eidem D. Epo videbitur pro vtilitate Monasteriorum prædictorum, & augumento Diuini cultus in eisdem Monasterijs vnitis faciendi. Et prædicta dixit, narrauit, & petijt d. D. Franciscus Prior omni modo, via, & forma, quibus magis, & melius potuit in præsentia Religiosorum Virorum Fratris Stephani Ioannis de Senis, & Fr. Dominici Cioni de Senis Procuratorum ad hæc legitimè constitutorum à Religiosis Viris Fratrib. & Conuentu Monasterij S. Ambrosij de Eugubio Ord. Can. Reg. S. Aug. prædicti ex Instro rogato sub die 20. Mensis Febr. præsentis Anni manu Adami Ser Ioannis de Eugubio Notarij publici. Qui Fr. Stephanus, & Dominicus antedicti, auditis omnibus, & singulis per ipsum D. Franciscum Priorem, vt præfertur, expositis, dixerunt suprascripta omnia veritate fulciri, & deinde voluntariè, & sua spōte tàm pro salute animarum suarum, quàm vt possint, prout sperāt, Diuina gratia eisdem suffragante, ipsis Monasterijs S. Mariæ de Rhęno, & S. Saluatoris Bonon. in Diuinis laudabiliter deseruire, & cultum Diuinum in eisdem augere, & sub bona Obseruantia per se, & eorum successores ibidem perpetuò conseruare, obtulerunt se paratos in eisdem Monasterijs vnitis pro se, & alijs eorum Canonicis dicti Monasterij S. Ambrosij, & ex eorum legitimo mandato, & cū voluntate, & beneplacito dicti D. Prioris, quandiù vixerit, & cum licentia ipsius R.P. D. Epi in hoc auctoritate Apost. specialiter suffulti, in ipsis Monasterijs se locare, & cum obseruantia institutorū dicti Monasterij S. Ambrosij manere, & in prædictis omnia obser-

uare,& adimplere,prout idem D.Episcopus auctoritate Apost.prę dicta decernendum duxerit,ac statuendum.

Qui R.P. D.Nicolaus Eps antedictus visis litteris Apostolicis antedictis,& earum tenore diligenter recensito, & auditis omnibus, & singulis expositis, narratis,& petitis tàm per dictum D. Franciscum Priorem,quàm per dictos Fr.Stephanum, & Dominicum de Senis Canonicos,& Procuratores prædictos,& eorum mandato legitimè super prædictis viso,& examinato: & super his omnibus, & singulis,ac eorum circunstantijs vniuersis,prout rei qualitas requisiuit, habita informatione diligenti, per quam reperit prædicta in dictis litteris Apostolicis enarrata, & alia per ipsum D.Franciscum Priorem,vt suprà proposita, veritate fulciri. Attendens bonam voluntatem,& affectionem, quas gerit idem D.Franciscus Prior circà Reformationem dictorum suorum Monasteriorum,& augumẽtum Diuini cultus in eisdem. Attendens etiam affectionem dictorum Canon.qui offerunt se, & eorum successores in ipsis Monasterijs locare, ipsaq; reformare, & in eisdem sub bona obseruantia regularẽ vitam ducere. Attendens etiam Diuinum cultum multipliciter augeri debere.Volens tàm ipsius D.Prioris,quàm Canonicorum prædictorum puris,& sinceris votis animi confouere, eisdem Canonicis transeundi ad dicta Monasteria, retento Habitu,& Obseruantia dicti Monasterij S.Ambrosij: & in illis etiam iuxtà Consuetudines, & Instituta ipsis, & dicto Monasterio S.Ambrosij per Sedem Apost.concessa,confirmata,& approbata, viuendo,& incedendo auctoritate Apost.& omni modo, iure, & forma, quib.magis,& melius potuit,licentiam fuit elargitus, etiam in vita dicti D. Prioris,si,& prout ei placuerit:& alias,vel alio modo non. Statuẽs & decernẽs idem D.Episcopus auctoritate Apost.antedicta, vt oĩs libera administratio Monasteriorum prædictorum nihilominus ad dictum D.Franciscum Priorem, & quandiù ipse vixerit in spiritualibus,& temporalibus liberè spectare debeat, ac etiam pertinere,ita quod in eius vita nullo modo de, & super prædictis aliquam habeant,vel habere possint potestatem ipsi transeuntes in vita d.D. Prioris. Et subsequenter præfatus D. Episcopus Monasterium S. Ambrosij prædictum,cuius & dictorum vnitorum Monasteriorum fructus,redditus,& prouentus circà sexcentorum Florenorum auri secundum communem æstimationem,valorem annuum non exce-

ce-

cedunt,cum omnibus iuribus,& pertinentijs suis eisdem Monaste rijs S.Mariæ de Rhæno,& S.Saluatoris Bonon. auctoritate Apost. antedicta vniuit,annexit,& perpetuò incorporauit: & ipsa in perpetuum auctoritate præfata ex nunc ad inuicem, & de cætero vnita,annexa,& incorporata esse decreuit.Statuens,& decernẽs vnionem hmõi per mortem d.D.Francisci Prioris solùm, & dumtaxat, vel ipso viuente,cum fuerit declaratum per ipsum D.Epm,de volũtate,& consensu d. D.Prioris dictam vnionem hr̃e locum,& nõ antè plenum sortiri effectum.Ita q̃ post ipsius D.Frãcisci Prioris mortem,vel declarationem,de qua suprà, immediatè prædicta Monasteria S.Mariæ de Rhæno, & S.Saluatoris per eosdem, & alios Canonicos d Monasterij S.Ambrosij in suis Habitu, & Obseruantia, & iuxta Cõsuetudines,& Instituta ipsis,& seu d.Monasterio S.Ambrosij, aut eorum Ordini per Sedem Apost. concessa regantur, & spiritualiter, ac temporaliter perpetuò gubernentur in omnib. & per oĩa',ꝑut, & sicut superius continetur. Quodq́.Canonici in d. Monasterio residentes pro tp̃e, quotiescunque fuerit opportunũ Priorem dictorum Monasteriorum eligant secundum formam,modum, & conditiones eorum alijs Monasterijs eiusdem Ordinis per Apost.Sedem concessis,videlicet: quòd Prior eligatur à maiori parte Conuentus Canonicorum d. Monasterij vocem habentium in Capitulo: Et q̃ per Electores prædictos dicta electio ꝑsentetur Diœcesano,vel eius vices gerenti. Qua presentatione facta intelligatur ipse Prior sic electus,auctoritate Apost.confirmatus:cuius officium ſp intelligatur finitò anno expirare,nisi per maiorem partem Fratrum, siue Capituli prædicti vocem habentium in d. Capitulo fuerit determinatum, ipsum in dicto Prioratus officio permanere, vt plenius in eorum Priuilegijs continetur.Quodq; Canonici dicti Monasterij tp̃e debito deferre debeant Tunicam,& Rochetum albos cum Scapulari albo desuper,& euntes extra Monasteria ad populum, super Rocheto Cappam nigram cum Caputio nigro appenso Cappæ. Ipsorumq; Monasteriorum liberam administrationem post ipsius D.Prioris mortem,vel declarationem,de qua sup. eisdem Canonicis,& eorum Successoribus assignauit,& ad eosdem ex tunc in futurum perpetuò pertinere decreuit.Quodq.omnium ipsorum Monasteriorum S.Mariæ, & S.Saluatoris Bononiæ gubernatiò,& administratio ad eundem D.Franciscum Priorem,& quã-

diù

diù vixerit,vt suprà dictum est, absque vlla intromissione Canonicorum prædictorum interim spectare debeat, & liberè pertinere, prout,& sicut suprà dictum est,vel donec fuerit declaratum,vt sup. Reseruans tñ idem D. Eps executor antedictus plenariam potestatem in prædictis,& pro executione litterarum prædictarum de nouo prouidendi,statuendi, & declarandi,si,& quoties eidem D.Episcopo videbitur conuenire pro bono statu Monasteriorum prędictorum,& ipsorum administratione, ipsis Canonicis,& eorum successoribus assignata. Et vigore præsẽtis vnionis post ipsius D. Prioris mortem,vel declarationem,de qua suprà,ad eosdem peruentura,vt præmittitur, per præsentes facta, & reseruatione administrationis dictorum Monasteriorum S. Mariæ de Rhæno, & S.Saluat. Bonon. eidem D. Franc. Priori, & quandiù vixerit,plenariè reseruata, & donec aliter fuerit declaratum,vt suprà. Super quibus etiã dictus D. Episcopus reseruauit sibi potestatem de nouo corrigendi,& latius terminandi, & declarandi, prout sibi videbitur pro bono pacis,& sustentatione Monasteriorum prædictorum. Mandans præsens Instrumentum ad maioris roboris firmitatẽ sui sigilli Pontificatus appensione communiri. Acta fuerunt prædicta omnia Bononiæ in Episcopali Palatio in Capelleta parua iuxtà studium dicti D.Episcopi:præsentibus honesto Viro D.Io.de Magnanis Rectore Ecclesiæ S.Luciæ de Bononia : Rainaldo q. ser Comacini de Formaglinis Ciue Bonon. & Alberto q.Iacobi de Griphonibus Ciue Bonon.testib.ad prædicta vocatis, adhibitis,& rogatis.Ego Philippus q.Stephani de Formaglinis Ciuis Bonon.publicus Imperiali Communis Bonon.auctoritate Notarius, prædicta omnia,& singula, prout in notis, & rogationibus olim Marci Ser Rainaldi de Formaglinis Notarij defuncti de prædictis rogatus inueni vigore commissionis mihi factæ per D. Rodericum de Valentia licentiatũ in Iure Canonico Vicarium Generalem R. P. & D. D.Nicolai Episcopi Bonon. & Principis, rogati per Ser Rolandum de Castellanis Notarium in millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, Indictione prima,die 23.mensis Feb.sumpsi,scripsi,& fideliter exemplaui.Hic ideo me subscripsi, signoq. meo consueto in præmissorum fidem signaui.

Præfatus D.Nicolaus Episcopus, qui etiam Princeps in actis à Notario appellatur,vix tandem nono post Martini Pontificis litteras

ras datas, mense, commissum sibi negotium exequitur, ac perficit. Quod autem diutius id productum sit, illud in causa fuisse perhibetur. Nam dum hæc vnio tractaretur: ecce duo Iuuenes à Fr. Francisco Ghisilerio Priore sacro Congregationis Habitu initiati fuerunt: alter sanè qui Fr. Iacobus Antonij Mediolanensis appellatus est; alter verò F. Adeodatus Iacobi Martini de Seta Bon. quos profectò sub sequentis anni medio 1419 iam fuisse professos, constat ex Processu quondam facto manu Balthassaris Bartholomæi Ariuerij Bonon. cui ambo vocales Capituli S. Saluatoris de Bononia interfuerunt. Paulò post & sub mense Maij huius anni 1418. alius eandem Cōgregationem in ipsomet Monasterio ingressus legitur, & eodem Habitu inuestitus, qui Fr. Io. Guicciardini Iacobi de Greghenzano Bon. nominatus est. Legimus & antè hunc processum semper fuisse in Monasterio S. Saluatoris Canonicos, & Nouitios ibi deseruientes Deo, ac præcipuè Fr. Ioannem Georgij Bononiēs. Fr. Iulianum Rentij Calliensem: & Fr. Iacobum Nutij Florētinum; inter professos paulò post connumeratos. Quare pro comperto habemus, antè eiusmodi peractam vnionem, in eo Monasterio apud ipsum Ghisilerium resedisse Canonicos: plurésque interea etiam Nouitios, vt suprà, ibidem fuisse, qui Priori perpetuo mox successerunt. Nota & incidenter hoc loco: Germanum præfati Fr. Iuliani Calliensis, qui vocabatur Ioannes Rentij, Monasterium Nostrum Calliense S. Petri construxisse. Hinc Ghisilerius nullam amplius de præfata vnione sollicitudinem, nec mentionem habebat; imò pœnitus recusare videbatur: quòd iam desperare non posset sui Monasterij propagationem: Maximè verò, quia malè sentiebat, quòd in litteris Apost. de Habitu Ambrosianorum inibi conseruando cautius decernebatur. Quo. f. contrarium sua petitio sortiretur effectū, longèq; à sua intentione alienum. Obseruanda enim sunt hæc in præfata Ghisilerij petitione.

Primò, D. Fr. Franciscus Ghisilerius solus ferè tùm in Monasterijs suis Bon. & ex Canonicis omnibus reliquus ferè factus; sed Prior tamen & Canonicus eorum professus, & viridis senectutis, quippè qui ab vnionis Ambrosianæ tempore vndecim totos annos vixerit; vniuersam in se penè vno Monasteriorum suorum familiam referebat, atque reseruabat.

Secundò. Fr. Franciscus Ghisilerius Martino Pontifici pro suis

refor-

reformandis Monasterijs,atque redintegrandis supplicat: Ambrosianos Canonicos in sua Monasteria vocat,& recipit: non vocatur ipse,neque recipitur ab illis. At iure potior est qui vocat, & recipit,quàm qui vocatur, atque recipitur ab alijs.

Tertiò. Monasterium S.Ambrosij Eugubini tàm per Ghisileriū, quàm per Ambrosianos,cum Bononiensibus vniri tùm in Martini Bullis,tùm in Nicolai processu,non contrà, hæc cum illo petūtur.

Quartò. Nicolao Episcopo facultas in his omnibus mandatur primùm Canonicos Ambrosianos in Monasteria Bononiensia trāsferendi,& cū ijsdem Eugubini Ambrosianorum vniendi,non contrà.At simili modo antiquior planè,cui vnitur,quàm quod vnitur, ratio videtur.

Quintò. Monasteria ipsa,& eorum personas in capite, & in mēbris,atque ordinem ipsum, & Canonicam in ijs disciplinam reformandi,& corrigendi,non extinguendi,ac supprimendi.

Sextò. Præterea transferendi Canonici Ambrosiani, & ipsi petūt se in Monasteria Bononiensium ad Diuinum cultum,Canonicamq; disciplinam subdi,atque locari (vt hinc subiectos intelligas, non Superiores) tùm ad Martinum Pontificem, tùm apud Nicolaum Episcopum.

Septimò autem datur facultas Ambrosianis receptis in Bononiensia reformandi ea Monasteria; ergò vniuntur Ambrosiani, vt præsint Bononiensibus;quare hinc inde corpus confectum ex mēbris,& vtrisq.inserta Antiquitas, Natura, Nobilitas, & Priuilegia vtrorumq;,vt nil dubitandum sit ad Nostram Congregationē pertinere beneficia Bononiensium Mon.& decreta concessa Can.Reg. à Liceto transumptis,& ordinatis ad Reformationem Ord. Canonici: ideò transacta aliquando res est pro Episcopi reuerentia, atq. prudentia: & Reformatio,ac Redintegratio Monasteriorum Bononien.& S.Ambrosij Eugubini fuit peracta: & Congregatio ipsa D. Saluatoris à præfato Nicolao Episcopo Commissario Apost.infrascripto modo,& ordine constituta.

In primis Canonici Ambrosiani in Monasteria Bonon.trāsferūtur ēt in vita D.Francisci Prioris cōcedētis,reseruata ipsi tñ administratione Monasteriorū,vt erat perpetua.Deindè Monasterium S. Ambrosij vnitur Monasterijs Bononiensibus videlicet,S. Mariȩ de Rhæno,& S.Saluat. Tum verò Prioratus Monasteriorum ipsorum

Bono-

Bononien. qui hactenus ab initio fuerat perpetuus (vt ferè Dignitates omnes & Claustrales id temporis esse consueuerunt) fit à morte Ghisilerij annuus iuxtà recentem Ambrosianorum Institutionem, ac Disciplinam, quæ iam tùm communis Claustralium omnium, ac Regularium, non Ambrosianorum peculiaris esse cœperat. Postremò hunc in modum Habitus, & Vestiméta decernuntur: Tunica linea, siue Rochetus communis vtriusq; & Canonicorum omnium naturalis Habitus retinetur. Cappa nigra, quæ Ambrosianis adhuc fuerat grisea, & Tunica linea alba sub Rocheto, quæ nulla apud Ambrosianos memoratur vtpote supposita, vel grisea præsumpta, à Bononiensibus desumitur. Ab ipsis verò Ambrosianis Scapulare albi coloris. Portabant quidem Canonici de Rhæno super Rochetum inter Domesticos parietes Paludamenta super humeros, siue Almutias magnas laneas albas, & vt in eorum Constitutionibus de Vestimentis, & Calceamentis, ac Lectualibus Fratrum cap. 21. constat: & his vtebantur in æstiuo tempore: gestabant autem in Hyeme Diploidem, genus quoddam vestimenti, ad instar Lucensium Nobilium: Habitus dictorum Can. S. Mariæ de Rhæno habetur in quadam Icona ex ligno confecta, ac auro, varijsq; Dedala manu ornamentis decorata: quæ repræsentat B. M. V. in actu suæ Coronationis à filio, ad cuius pedes videtur vnus p̃dicti Monasterij Canonicus cum habitu suo, nempè Rocheto Romano, Cappaq. lanæ nigri coloris à parte anteriori tantùm apta, quantùm sufficit ad ostendendas manus: in reliquo verò per totũ clausa ad instar Capparum S. R. E. Prælatorum, ad quorum etiam similitudinem habet coronam capitis patentem integram, iunctis manibus, ac genua flectens prædictam Virginem, & eius filiũ adorans: & hæc Icona erat ad Altare Maius præfatæ antiquissimæ Canonicæ antè eius desolationem, & ruinam. Postea translata fuit in D. Saluatoris de Bononia, & in Altari D. Thomæ Martyris reposita: indè asportata in D. Blasij de Sala: tãdem ad Canonicam ipsam Rhænanam nouissimè restitutam, reportata fuit consilio, & iussu R. P̃ris Signij nr̃i cum esset An. 1601. Prior dicti S. Saluat. de Bononia, & in Sacristia eius Ecclesiæ de Rhæno decentissimè accommodata. Verùm scias nõ esse integram in omnibus, vt erat, in antiquis partibus suis huiusmodi Iconam: ea tantùm pars est, quæ in superioribus consistebat.

In reliquis postea omnibus obseruantijs,cum nulla ferè differẽtia extiterit,eadem disciplina confirmata fuit. Et attende, quòd
Aug. obseruantia est principaliter circà tria essentialia,quæ D.Aug.nuncupat Sanctitatem in sermonibus Canonicis, & in Speculo, siue in Regula.Idem in sua facit Damianus.Dr̃ etiam illa districtio,quę versatur circà rigorosiorem in Religiosis Disciplinam, pro qua habent diuersi diuersas Constitutiones præter Regulam.Vbi ergo in ipsis litteris Apost.dr̃(Retentis Habitu, & Obseruantia)intelligendum est de Habitu essentiali,& de Obseruantia pro tribus essentialibus,quæ nunquam in eodem Ordine alterãtur.Inferius verò, vbi dr̃ (De Habitu, & de Obseruãtia,quib.se personæ illæ pro t.pe coaptare debeant)Vide de hoc verbo,coaptare,in Glos.cap.recolentes de statu Monac. Etiam super illorum alteratione,& mutatione datur facultas in præfatis litteris Cõmissario Apost. vbi intelligitur de habitu exteriori,siue superiori.s.de Cappa, cuius color mutatus fuit ex grisęo in nigrum vigore præsentis Decreti Apostolici. Talis verò Habitus non est,vt diximus,de substantia Ordinis, cuius maior diuersitas fuerat apud Antiquiores, vt hr̃ ex Constitutionibus
Ben.12. Benedicti XII.de quibus suprà:& ideo potuit alterari, ac pœnitus etiam dimitti(si placuisset)absque tñ infectione,& alteratione Habitus essentialis ipsius Ordinis. Et obseruantia.i.circà Constitutiones,quæ quotidie in vno quoque Ordine alterantur, & immutañt; quæ confirmantur, & constituuntur eæ, quæ à Pontifice datæ sunt Greg.XII.submotis Petri Damiani à Rhænanis iam receptis, vt dictum est in lib.de Can.Rhænana: de quibus vide Glos. c. Deus qui, de vit.& honest.Cler.Quæ dicit auctoritatem Papæ esse exceptam, etiam in professione,quantùm ad solemnitates, non quò ad Ordinis substantiam.Sed vestes omnes præter lineam Tunicam in Can. Reg.spectant ad solemnitatem:quare alterari possunt,atque immutari. Vide etiam quid intelligat Abbas super eod. cap.de Habitu, & Proposito,quod est hęc obseruantia;& quo modo coaptatio eiusdem Habitus,& Obseruantiæ conueniat in singulo quoque Monasterio.Hactenus de vestimentis,& eorum compositione.Pro titulo autem Congregationis conuenere citius:nam maximè vtrisque acceptus fuit,& confirmatus, is profectò Saluatoris: Sublato etiam Ambrosianis Monasterio S.Saluatoris Ilicætano, q fuerat sedes, non titulus eorum Congreg. & Institutionis. Bononienses quidem

dem suum S.Saluatoris in Ciuitate alacrius pręstiterunt in vniuersalem titulum Congregationis,ac principalem Cōuentum: quemadmodum etiam ipsi Ambrosiani Martino V. fore supplicarunt p hæc verba in ipsa supplicatione post lōgam narrationem,videlicet. Dignetur Sanctitas vestra præfata omnia,& singula prædicta ex certa scientia,& motu proprio hře rata,& firma, & ea validare supplēdo omnem defectum, si quis in eis foret, & de nouo disponere, & concedere,quòd dictus Prioratus S.Saluatoris Bononiæ, & S.Mariæ de Rhæno sit caput dicti Ordinis: & ipse Ordo cum Habitu, & Constitutionib. suprascriptis, & Priuilegijs antedictis nominetur Fratrum S.Saluatoris,vti per prius vocabatur Ordo Fratrum Constantium Can.Reg. S.Saluatoris Ord. S.Aug. sub Priore Generali regendo secundum modum constitutum per præfatum Episcopū Bonon.Commissarium Apost.& ipsi Ordini, & Prioratui,& Fratr. Canonicis Regularibus prædictis personis, & Conuersis ipsius; & ipsorum tàm præsentibus,& futuris, & tàm locis habitis,& habendis: Et se dicto Ordini, & Prioratui submittendis vbicunq. erunt, & cum omnib. acquisitis,& acquirendis: & tàm capiti, q̃ membris præsentibus, & futuris concedere omnia Priuilegia concessa,& immunitates,de quib.fit mentio suprà,& in relatis dictis litteris Apostolicis continetur: & quæ auctoritate Apost. concessa fuerunt, & indulta ipsis,& Prioratui S.Saluatoris de Sylualacus Diœc. Senen. cum omnibus secutis exinde: & illis vti valeant,possint,& debeant: & quæ quacunque auctoritate fuissent concessa Ordini Fr. Eremitarum S.Aug.& Can.Reg.& Fratribus,Locis,& Monasterijs eorundem,prout ipsis, & dicto Prioratui de Sylualacus auctoritate Apostolica fuerunt concessa &c. Quę oīa diffusius videri possunt in scripturis antiquis Monasterij Eugubini,vt refert Fr.Franciscus Vandinus in suis Notationibus.Quibus ita compositis,statuit tñ idē Eps, & Commissarius Apost.nullum vnionem hmōi consecuturam esse, nisi à Ghisilerij obitu,effectum; aut ibi, & quatenus placuisset ipsi Ghisilerio viuenti: Quod tñ quamprimum placuit; siquidem ipsa cōfestim inita vnione, atque redintegratione Ambrosiani aliquot in Monasterio S.Saluatoris Bonon.asciti fuerunt;atque ad Dei cultum, Canonicasq; Obseruationes cum magna Ghisilerij voluptate,atq; lætitia recepti. Denique Summam sibi Eps Nicolaus reseruauit facultatem rursus alia prouidendi,statuendi,declarandi,cor-

rigendi,& decernendi super Vnione,ac Reformatione prędictis arbitrio sui. Verùm quia non defuere, qui nostræ huius Congregat. exordia,non à Rhænanis, sed ab ipsis Ambrosianis desumenda falsò,vel suspicati sunt,vel inuidè magis obiecerunt, Nosq; superbiæ causa potius in Francisco Ghisilerio ex familia Bononiæ antiqua, & perillustri;tandem etiam Summo Pontificatu in Pio V.digna;q̃ in Fr.Stephano laudare vnionem,successionemq; deducere: quasi despectum habentes P.Stephanum:quòd ab humiliori Eremitanorum,atque Mendicantium Dogmate prodierit,& cuius Maiorum fortuna ignoratur.Nã si scrutari volueris:quis eius Genitor fuerit. Ioannem inueneris Patria Senensem,nec vltrà aliquid reperire poteris: hoc vno solo Patris, & Patriæ cognomine discretus ab alijs. Quod institutum à maioribus receptum nos illibatum sub omni fide hactenus conseruamus, vt translati in nouam hanc Familiam Saluatoris per adoptionem,quæ est ab ipso Christo Iesu,cognationi paternæ pœnitus renunciemus: in qua singuli nobiliores existimus meritorum nostrorum propria virtute:ita Patri Stephano suę virtutis merita satis honori fuere.Hunc ipsum vsum Apostolorum fuisse legimus:vt Petrus,& Andreas Ioannis à Bethsaida Iudeæ, Iacobus,& Ioannes Zebedęi ex eodem Viro:& antè Apostolatum Piscatores tm̃ scribuntur.Quis verò fuerit Zebedęi, vel Ioannis priorum Patris Genitor, cuiusve fortunę,scriptura prętermisit.Stephani autem præfati superiorem sortem Annales Nostri manifestam faciunt:illum sub professione Eremitica prius Deo militasse: Antè hanc professionem nihil meminerunt.Ijs profectò hominibus licet iam septuagies septies declaratum fuerit; Pontificem ipsum Greg. XII.cuius laus est apud oẽs Ecclesias, & Sanctitas Religionis probata est apud Constantiense Concilium,eam Stephani primariam Reformationem commentum fuisse,atq.excogitatam illo suo mentis ex arcano tandem deprompsisse,atque vltrò erexisse,vt oĩa eius testant̃ Decreta,quæ alibi recẽsuimus,atq. cõgessimus,quib.& Martinus V.illius primus successor,multa adijciendo,fidem facit. Non autem Fr.Stephanum Virum profectò Sanctissimum,atq.laudatissimum fuisse vllo modo eius auctorem, vel Reformatorem. His inq̃ non obstantibus,nouissimè sic respondemus.Esto,quod Fr.Stephanus sit ipse nostri Protoparens,noster ipse dicat̃ Institutor:nũquid talẽ ob Progenitorẽ gloria nostra esset condita sub silentio? Nõne

de

de Christo ipso asserit Chrys.in Hom.3.super Matt.Dignitatē eius *Chrys.* refulgere: non quia magnos ille Progenitores haberet, atq.Potentes;sed quia potius exiguos,ac viles? Sed quid,obsecro,referr,q̄ in nostris,aut alijs, Auctores, quos Spiritus S.ad hoc opus assūpserit, fuerint Laici,Conuersi,Mendicantes,Ignobiles,Humiles, Noui,& Mundo despecti?An verò Pontifices Maximi,Imperatores, Cardinales,Reges,Principes,Episcopi, seu quorumuis Ordinum Religiosi ēt antiquissimi? Quid nostra,inquam,refert,si alios Cephas, nos Apollo, siue Paulus baptizauerit? Nonne carnales sumus,qui hęc secundum carnem,& non secundum spiritum metimur?Nonne spiritus ipse vbi vult spirat? Nonne ipse idem Artifex, qui Armentarium Pastorem Sicomoros villicantem, Prophetam fecit? Nonne abstinentem puerum; & qui Citharædum impleuit? Nonne qui Saulem Asinas Patris quærentem inter Prophetas compulit, & ex ignobilissima Tribu,in primum Regem super Solium Israelitici populi sublimauit? Nonne qui Publicanum Euangelistam: qui humiles Piscatores maximos Prædicatores: qui nefarios persecutores in Auctores,& Doctores præcipuos Ecclesiæ dedit? qui dudum Sibillas;qui vtriusque Instrumenti tot mulieres, tot puellas, cœlesti Sapientia,& suo Numine imbuit?In hoc sanè concluditur nō magnum esse magnos habuisse Patres,sed magna egisse: neq.gloriādū in multitudine Sanctorum Domus,vel Patrię,sed bonorū operum suorum,& meritorum,illumq. esse Ordinis dignioris, qui vitæ fuerit sanctioris. Culpamne ipsi Gregorio Pontifici alioquin sapientissimo imputabimus:q.s.ad reformandum Ord. Canonicū potius Fratres Mendicantes,quàm Monachos,aut Clericos,aut Sęculares in altiori gradu positos elegerit? Quid igitur si hos auctores in Episcopos, vel superiores Prælatos(quòd fit quotidiè) assumpsisset? quid si vti Anacoreta ille Cęlestinus lecti fuissent in Maximos Pōtifices? Tunc nempè nec Dogmatis,nec Habitus mutatio ex hac,pmotione reprehenderetur,quæ nulla ambitione, nullavè largitione,seu corruptela, sed sola Paracleti dispensatione consecuta fuisset. At profectò eodem solo Numine cooperante illi Patres haud minus irreprehensibiles videntur promoti ex Mendicantib.Canonici Regulares,& Auctores nouæ Canonicę Congregationis,& multò sanè dignioris Dogmatis,pręsertim inopinati.Non.n.(vt Calumniatores quidam scribunt)compulsus R.P.Stephanus ad eam Habi-

tus mutationem ex altercatione cum suo Generali (ob nescio quã luuenum Iacturam antè habitam) deuenit: sed pro noua Congregatione cõdenda gradum, & ordinem illum digniorem assumpsit, promouẽte eum vltrò Pont. Max. sub nouum Habitũ, quem & proprio cõsilio decreuit. Improbarentur fortasse, si vltrò ex vna Congregatione, seu Ordine, sub alterum se per nouam professionem temerè transformassent: quod tamen absq. culpa D. Antonius, & D. Nicolaus Tolentinus fecerunt ex Nostris Canonicis: fecerunt item plerique alij, quibus id tùm passim licitum fuerat: cùm sub id tẽporis transitus quàmfacillimus foret de uno Claustro ad alterum. Transiuit quoq. dehinc ad Nostros sub eorundem Patrum disciplinam dignus perpetua laude, ac memoria Fr. Petrus Pauli Senen. q. prius, vt dictum est, inter Prædicatores sub Ord. Mendicantium fuerat Sacræ Theologiæ Magister: cuius vita in ea noua disciplinã apud Patres illos adeo probatissimã inualuit, vt post eius Patris Stephani in Superos recessum, sextum continuum Generalatum gesserit, vlteriorem protracturus, nisi in eo anno sibi decedere contigisset; cũ tamen à principio Magistratus ille annuus foret. Is cum ob transitum huiusmodi à quibusdã sui superioris Ordinis redargueretur: licuit, inquit, D. Dominico Patri vestro ex Canonico Reg. submittere se in Mendicantem eo tempore, quo Canonica Obseruantia maximè declinauerat; item mihi, & multò magis licet ex Mendicante euehi in Canonicum Reg. sub hanc eius nouam Reformationem, sublata modò Patris vestri omni prorsus disciplina (Nondum. n. reuixerat eius Ordinis præsens Reformatio) qua Sapientissimi Patris responsione os quoque oblatratorum oppilatum est, vt iam aduersus P. Stephanum, & socios ex hmõi Diui exemplo hiscere non valeant: cum rõnabilius potuerint ex Mendicantibus Regularem fieri Canonicos pro fundanda noua Regularis Congregationis Institutione: promouente vltrò præsertim, vt sæpius iam dictum est, Sũmo Pont. cui parere necesse fuerit: Nec illis ꝓpea, sicuti nec D. Dominico iterùm profiteri contigerit; nisi forsan in his eam Habitus, & Dogmatis commutationem nouam, fuisse tacitam professionem vtcunq. censueris; sed Greg. neque illum elegit, antiquam sanè Religiosæ vitæ cõsuetudinem, atq. disciplinam anxius exquirebat. Hos itaq. vocauit, in quib. retentam, atq. firmius conseruatam, nõ absq. stupore tùm temporis flagitiosissimi Dominus ostendit.

Ita

Itá quidem si quis domum collapsam instaurare velit, nō Duces bellorum, aut Doctores, aut Summo ex Magistratu Senatores: at Cæmentarios, Fabros murarios, lignarios, atque ferrarios ad id operis conducit. Similiter igitur ad reformandam Religionis Obseruantiam, maximè verò Canonicam, prudentissimè non omnibus, quis aliàs honestis hominibus, sed probatæ pietatis, humilitatis, atque conuersionis Viris commendatum munus hmōi fuit. Addo postremò. Et quis doctus, vel ēt Christianus consequentiam istam admittat. Fratres erant Mendicantes, ergo viles? Nonne ipsi quoque Mendicantium Ordines ex Canonica Plantatione, quasi exemplari quoddam, & deliciarū Paradiso, quattuor flumina, Gion, Phison, Tigris, & Euphrates, quattuor. s. Mendicantium Ordines originem traxerunt? Ordo quidem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum: qui sub exemplo, & prædicatione Vniuersam superficiem Ecclesiæ tanq̄ rosea flumina irrigare videntur. Sed qua tandem rōne sunt Mendicantes, nisi quia Diuino lumine illustrati, ac edocti, mendacibus his mundi abiectis diuitijs, religiosam paupertatem spōtanei appetiere, vt hæredes fierent in domo Domini? Quot Principes, quot Reges, quot Summos Imperatores inter eos enumerabis, qui Coronas, & Sceptra spernentes huius sæculi, magis voluerunt vnà cum ipsis beatam, perpetuamq; gloriam mendicare in cœlis? hmōi sanè homines fateri oportet Cæsaribus ipsis longè nobiliores, atque clariores. Dicant, oro, qui ex hac professione, tanquam ex tenui loco Fratrum Mendicantium Congregationes in ipsis assumptas deprimunt. Vndenam prima Cōgregatio fideliū fuerit, qui nondum Christiani appellati essent, de quib. scribit S. Lucas. Multitudinis autē credentiū erat aīa vna, & cor vnum in Deo: Nonne ex humillimis Piscatoribus (quod antè pmisimus) victum ex ea arte sibi mendicantibus, sub quorum tamen Insignibus Pont. Summi adhuc perseuerant? Nonne ex ipsis Fratribus Mendicantibus in eum amplissimum Ordinem Pontif. Max. plerique prodierūt Viri (si Viros appellare fas est) in omni sanctitate, & sciētia probatissimi? A quibus multiplici Priuilegiorum prærogatiua Claustralium omnium Religio, & præsertim Can. Reg. aucta, & decorata subsistit. An fortasse honorabilius censendum est, quālibet huiusmodi Congregationem ex laicis, quàm ex Religiosis Auctoribus excitari? laici Paulus, & Anton. apud Christianos speluncas, Luc. 6.

&

& vastas solitudines, ac loca pœnitus deserta primi incoluisse legũtur. Anacoretarum simul, & Eremitarum Auctores. Basilius ille Magnus Monachalem Ordinem primus inter Monasteria coegisse Episcopus scribitur. Aug. Ord. Can. sub Apostolis, & D. Marco Institutum presbyter instaurauit. Benedictus laicus sumpto licet Habitu Sanctæ conuersationis Romano (vt innuit Gregorius) alterius Monachalis Ordinis Patrator fuit. Dñicus Religiosus: Franciscus laicus primos Mendicantium Ordines instituit: Frater Iacobus Brixius in Ordine Prędicatorio humilis Conuersus, alterius Congregationis Can. Reg. auctor fuit (si eos Auctores nũcupamus, qui in eis primum sibi locum, primosq; labores vendicarunt) An igitur illã deterioris conditionis censebimus; quia eius auctor religiosus, non laicus prius extiterit? Nunquid laicum hominem viro Religioso potiorem dixerimus? Alexan. IV. Mendicitatem Fratrum Minorum, & Prædicatorum esse meritoriam declarauit Nicolaus III. in declaratione Regulæ Fratrum Minorum, q̃ paupertas prædictorum Fratrum, quę abdicat proprietatem omniũ rerum tàm in particulari, quàm ẽt in cõi propter Deũ sit Meritoria, atq; sancta, omninò determinauit: Nos igitur (vt post longã circulationem redeamus ad punctum) minimè quidem Stephanum Auctorem nostrum facimus. [q̃ priorem eius Mendicitatem erubescamus: Verùm quia rei prosequimur veritatem. Stephano damus laudem: at Ghisilerio non defraudamus Iurisdictionem: qñ. s. honor Principali debetur, non Accessorio: Resq; vnita semper ea, cui vnitur, est inferior: qđq; alij aggregatur, eius naturam imitari tenetur, 16. q. 1. c. & ne temporis: & extra, ne Sede Vacante c. 1. Hoc in summa est verissimum, Ambrosianos Canonicos à suo Ambrosiano Conuentu in Monasteria Ghisilerij transijsse, translatosq; fuisse, ac simul cum ijs Ambrosianum spontè, atq; liberè vnitum. Quamobrem licèt id certis conditionibus, & modis factum dicatur: attamen vi transitionis, & vnionis statuendum vr̃. Ambrosianos, eorumq; Monasterium in naturam transijsse Bononiensium, ad quos transierunt, & quibuscum vniti, & copulati sunt. Hæc autem omnia colliguntur ex prædictis tùm Martini litteris; & processus instrõ Nicolai Epi tùm Lancelloti, & Parentij scriptis: necnon ipsius Ghisilerij publicis tã antè, quàm post Ambrosianam vnionem ędítis documentis. Magis autẽ clara sunt hæc apud I. V. Doctores. Franciscus vnit, Stephanus vnitur;

Alex. 4

Nico. 3.

tur;ergo à Francifco totius vnionis gratia,vel ēt gloria defumitur, & ficuti Mintio poftea quàm effluxit in Padum,amplius non eft ei nomen:ita nec Stephano,poftquam fe tranftulit in Francifcū. Etfi Cappa capit omnes, ex affumptione Cappæ Bonon. dimiffa Ambrofiana,reftat Monafterium S.Saluat.de Bononia Caput omniū. Etfi dixeris fortaffe ob mutationem tituli Congregationis, Bononienfes Canonicos amplius non effe Rhænanos,fed Ambrofianos; errabis,& in hoc.An non Tyberinus Fluuius eft, qui,priusquam in eo immergeretur Rex ille Etrufcus, Albula nuncupabatur?Annon Papia eadem Ciuitas eft, quæ olim Tycinum? Annon ipfa Bononia eft omnibus bona, quæ, olim fine felle, Felfina omnibus cara? fic eadem femper,& vna Congreg. Dñi Saluatoris eft nunc, q̄ olim diùq; Rhænana fuit. Ex Reformatione(docent ipfi Doctores)non dr̄ immutatio, neq; innouatio: fed illamet dicit, quæ fuerat prius. Vide illos fuper Clem relat.ne Clem.vel Mon.c. quantò, de Offic. ord.c.inter quattuor. De Relig.Dom.c.ne Religiofi, de Reg.c. ea quæ, & c. cum ad Monafterium de fta. Monach.Attende infuper, quòd Ius vniuerfitatis conferuatur nedum in paucis, fed ēt in vno, l.ficut,§.fin.ff.ꝙ cuiufq.vni.Nunq̄ igr̄ venerabile RhænanorūCollegium antiquiffimum extinctū fuit,fed nunc magis,ac magis floret: Collegium.n.licet definat effe Collegium omnibus mortuis prçter vnum, nihilominus Ius Collegij, fiue vniuerfitatis remanet in illo per l.d. ficut Municipij §. vlt.Et hoc idēdn̄t Laur.Vinc.& Tan.funt verba.Glof.ex cap.Gratum de poft. Prælat. Minus aūt definit,fi cū vno aliqui. Ghifilerius igitur in Ambrofianis Canonicis omnia, q̄ fuiffent fui Monafterij,antiqua renouauit, nouaq; fimul cum eis ftatuit,quibus iam fundata Congregatio adminiftraretur.Quibus in primis decernente Martino V. eius fuæ gentis Birrum præmiffum perpetuò geftandum dedit,priore ab eis amoto: quo quidem, veluti infigni manifeftiffimo fui Monafterij, indicium compertum fecit firmatæ in eis perpetuæ fucceffionis.Cum quibus plures quoque annos in ea ipfa fui.Prioratus Dignitate fuperftes fuit. Interim multis ex nobilioribus conciuibus fuis in Canonicos ibidem fub eam nouam Reformationem initiatis, qui eo, poft decennium de medio fublato, mox in Priores annuos in hunc vfq; diem, alijs inuicē fuccedentibus,electi fuerunt. Anno videlicet Saluatoris 1419. Frater Nicolaus Iacobi Martini Bononien. Nouitius in Monafte-

rio S. Ambrosij de consensu R.P. Stephani, qui Prior appellabatur S. Ambrosij,& S. Saluat. testamento hæredem suum instituit Simonem Fratrem ea conditione, vt infrà annos tres persolueret R. Patri, seu Fratri Ioanni Antonij, seu Fratri Petro Pauli, aut Fratri Dominico Cioni Senensibus Ducatos centum auri Venetos, conuertendos in fabricam eorum Monasteriorum. Hæredi recusanti mox substitutum intelligeretur Monasterium S. Saluatoris. Constat huiusmodi testamentum scripturis Adæ Eugubini 3. die Iunij. Is Nouitius fuit Frater Germanus superioris Fratris Adeodati: post quem,& alios tres leges eiusdem Congregationis sacris initiatos ex eodem Parente Iacobo Martino procreatos. Quòd autem ea fuerit Reformatio, ostendunt ipsæ litteræ Apost. ac ostendit processus eorum. In litteris quidem hæc scribuntur: Huiusmodi quoque Monasteria,& illorum personas in capite,& in membris, prout Reformationis Officium expetere cognoueris, eadem auctoritate reformandi,& corrigendi,&c. In processu verò dicitur. Attendens Commissarius Apost. bonam voluntatem,& affectionem, quam gerit idem D. Franciscus Prior circà Reformationem dictorum suorũ Monasteriorum, &c. Et huius factæ Reformationis in capite,& in membris, noua repetitio fit à Martino V. ei Priuilegio Congregationi Mantuæ dato. *Mar. 5*

Reformatio dicitur reparatio, quæ fit ex casu aliquo, aut vitio, re ad interitum declinante. Ita orat Ecclesia, vt Dignitas cõditionis humanæ per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimoniȩ studio reformetur. Ex cap. ne Cler. vel Monac. in verbo (Reformari) Reformatio nihil aliud est, nisi collapsorum ad pristinam formam reparatio, pró qua D. Aug. adeò desudauit in Clericis, quatenus occultè collapsi à Regulis Apostolorũ pro sententia Abbatis Reformarentur in pristinum statum,& ne tàm facilis lapsus in posterum pateret, fabricauit eis Monasteria, opuscula ȩdidit, imitatus Hieronymum de moribus,& vitam eorum, quæ non faciunt nouam speciem, vt inficiantur nonnulli, sed antiquam reparant in Apostolis institutam: sicuti fit de quibuscunq. alijs Reformationibus d. cap. Relatum, & cap. cum ad Monasterium de sta. Reg.& de eodem in 6.& cap. sicut nobis in Clem. de Regu. Pro quo faciunt etiam alia plura, quæ breuitatis gratia omittimus. Constituta itaq; in hũc modum sacra D. Saluatoris Cõgregatione, ac familia;& primus illius, *Abb.*

vti

vti dicebamus,iactis fundamẽtis,Canonici Ambrosiani, illicò Ghisilerio facilè concedente, ex Monasterio suo Bononiam translati, in Canonica,seu Monasterio D.Saluatoris Mundi (sic.n.appellatũ initio legimus, & ipsi postea plerunque appellare consueuimus:nẽpè,ne ab homine quopiam mortali videatur, sed ab ipsomet hominum Saluatore, ac Mundi Domino Christo desumptus titulus intelligatur)Rhenano iampridẽ bellorum incendio, ac vetustate, vt antea significauimus,ferè consumpto,atque destituto,Deo piè,religiosèq; famulari aggressi sunt: atque interim Franciscus Prior sedulo rem admirans, ac prudenter, iuxtà Apostoli doctrinam, vti bonus Pater cœpit filijs suis thesaurizare. Verùm dũ transitio hæc, vnio, atq.Reformatio sub Nicolao Epo Commissario diutius penderet,atque protraheretur,vt dictum est,Martinus V.idem Pontifex perindeac si res iam tùm confecta litterarum suarum ratione foret, mense ferè sexto cum dimidio à Data suæ primæ Bullę, per aliam suam sub die 19.proximè sequentis Septemb.eidem Congr. & Canonicis S. Saluatoris amplissimum tribuerit Priuilegium, q vulgò dr Mare Magnum:vbi oĩa à Gregorio XII. Can.Ambrosianis antea concessa confirmauit,ob eã videlicet causã, ne,vnionis, atq; transitionis Ambrosianorum ratione,abrogata illorum Priuilegia viderentur. Bullarum quoque suarum pro vnione S.Ambrosij cũ Bonon.Monasterijs S.Mariæ,& S.Saluatoris,& pro omnium reformatione,ad verbum ferè mentione repetita:tùm verò titulum Cõgregationis S.Saluatoris confirmauit, nimirùm in Bonon. Monasterio,cum longè antea Monast.S.Saluat.à Sylualacus,siue Illicæta nũ, in quo primũ instituti fuerant, & in quo titulũ absolutè S.Saluatoris initio assumpserant Ambr.Canonici,& Ius in eo,quodcũq; Eremitanis Fratribus liberè concessissent. Præterea legem Prioris Generalis eligendi præscribit, præsupposita iam Capituli Generalis lege,quæ nulla adhuc lata erat; nondum S.Ambrosij decreta,atque expedita vnione.Denique Canonicos in suam, ac Sedis Apostolicæ protectionem suscipit,adempta prorsus alijs superioribus quibuscunque in eos auctoritate, atque dominio siue potestate ad perpetuam rei memoriam.Sub Dat.Mantuæ 14. Calen.Ian. sui Pont. Anno 2. Anno verò Domini 1418. quas in sequentibus integras legere poteris. Mar.5.

Martinus Episc.ser.ser.Dei ad perpetuam rei memoriam: Super

gregem Dominicum Nobis, licet immeritis, desuper creditum, vigilis extendentes speculatoris officium, in decore sacræ Religionis, sub qua dilecti filij Canonici, siue Fr. S. Saluatoris nuncupati Ord. S. Aug. mundanis abiectis illecebris, deuotum, ac sedulum exhibēt Domino famulatum, ingenti mentis exultatione reficimur: prospicientes potissimè, quòd ipsi per alta virtutum gradibus, per bonorum exercitium operum, & præclara Sanctitatis præcedentes merita, cæteros ad Diuinæ Maiestatis obsequium trahunt per exempla, vitam ducendo pijssimam, Diuinisq; laudibus, ex quibus gloria attollitur Altissimi, acuratius insistendo, & huic mundo mortui, Dominoq; Iesu Christo, qui vita est, viuentes in spiritu, pro vniuersorum salute fidelium superos flagitant incessanter: propterq; ipsos Canonicos, siue Fratres, quos, & dictum Ordinem erga Nos, & Romanam Ecclesiam singularis claritate deuotionis prælucere cōspicimus: infrà nostri claustra pectoris paternis contemplantes affectibus: circà fęlicem eorundem statum feruentibus vigilamus studijs: & vt Deo propitio in pacis, & tranquillitatis agro locati, iugiter protegantur à noxijs, & incrementis salubribus ab omni conquiescant perturbatione securi. Illis, quæ ad solidandam hmōi Religionis eorum integritatem, prouidè facta comperimus, vberioris præsidium adijciendo muniminis, ipsos Apostolicæ libertatis prærogatiua, & exemptionis suffragio per amplius stabilimus. Dudum siquidem postquam bo. me. Angelus in sua Obedientia, de qua partes illæ tunc erant, Greg. XII. nominatus, per quasdam Domū eiusdem S. Saluatoris de Sylualacus Ord. Fratrum Eremitarum dicti S. Augustini Senens. Diœc. in Prioratū Conuentualem aucto. Apost. erexerat: per Priorem sub cōditione, & modo infrascriptis ꝑpetuò gubernandum: volens & eadem auctoritate statuens, quòd Fratres in antea in eadem domo residentes, eorumq; successores, qui essēt pro tempore Canonici Regul. & secundum Regularia Instituta huiusmodi Canonicorum Reg. deinceps viuere, & Fratres S. Saluatoris nuncupari deberent; & quorumlibet sub scapulari Rochetum, superius autem Cappam grisæi coloris lanæ mordentis ad instar Cappatum conuersorum Carthusiensis Ordinis gestarent. Qua quidem Cappa ipsi Fratres vterentur, cum eos contingeret septa Prioratus, seu Domus huiusmodi ad populum, siue turbam exire. Adijciens insuper, quòd ipsi Canonici, seu Fratres, qui Regularem vitam

vitam eorundem Canonicorum Reg.pro tempore professi forent sub eadem Obseruantia Regulari Dictorum Can.Reg.pro tempore in domo huiusmodi residere possent, quoties opportunum foret (tamen iuxta eadem Regularia Instituta Can.Regul.) idoneũ Fratrem etiam eiusdem Ordinis professorem in Priorem eorundem,& dictæ domus eligere. Qui,postquam electioni de se factæ præstaret consensum,Diœcesano loci,vel eius Vicario in spiritualibus generali, qui esset pro tempore,per Electores huiusmodi dumtaxat deberet reuerẽter,& humiliter præsentari.Qui,postquam taliter præsentatus existeret,cẽseretur eo ipso à sede Apost.confirmatus: & ex tunc dictum Prioratum in eisdem spiritualibus, & temporalibus libere,& licitè valeret gubernare. Et qui quidem Prior semper vno Anno completo intelligeretur absolutus,nisi tunc per maiorẽ partem eorundem Fratrum Domus prædictæ, in Electione dicti Prioratus vocem habentium, determinatum foret ipsum Priorem in dicto debere Prioratus Officio Domus eiusdem vlterius permanere.Quòdq.dictaDomus Prioris solatio destituta per mortem Prioris eiusdem,vel aliquo alio casu eadem vacatione contingente: ꝙ, durante vacatione huiusmodi,prædictum officium per antiquiorẽ Fratrem dictę domus in Sacerdotio constitutum exerceretur,quousque noua Electio alterius Prioris iuxta præfatum modum fieret, & ad effectum debitum perduceretur. Volens etiam ipse Angelus tunc Greg.XII.& auct.Apost.præfata concedens Priori, & Fratrib. siue Canonicis,Conuersis,& Personis,quos pro tempore inDomo huiusmodi residere contingeret: quòd ipsi potiri, & gaudere possent,& deberent liberè,& absolutè omnibus Priuilegijs, Indulgentijs,Gratijs,Exemptionibus,& Libertatibus eis hactenus,ac Ordini Fratrum Eremitarum,& Canonicis Regularib. huiusmodi, Monasterijsq.& locis eorum tàm per sedem præfatam, quàm alios quoscunq.concessis;& quibus ipsi Fratres Ord. Eremitarum, ac cæteri Can.Reg.& eorum Domus, Monasteria, & Loca quomodolibet potirentur,& gauderent.Et subsequẽter nonnullis Fratrib. Domus huiusmodi tunc,vt asserebant,in Domo ipsa habitare, & locum aliquem aptum,& idoneum pro Conuentu,seu Prioratu erigendo inuenire nequeuntibus,Fratres ipsos prædictum primum, vel alium quemcunque locum non habentes,seu possidẽtes,& eorum posteros,vbicunque ipsos esse contingeret,dummodò aliàs viuerent secun-

cundum eorum Regularia Instituta, conditionibus, modis, cōcesſionibus, gratijs, priuilegijs, Indulgentijs, exemptionibus, libertatibus per ipſum eis conceſſis; vti, & gaudere poſſe per quaſdam alias declarauerat. Ad eiuſq. notitiam deducto, quòd dudum quidam Epiſ. Eugubinus Eremitorium, ſiue Domum S. Ambroſij ſitū in Monte ſupra Burgum faucis extrà muros Eugubinos, in Prioratum erexerat: & nonnullos Eremitas nullius tunc Ordinis exiſtētes, qui in huiuſmodi Eremitorio famulatum Altiſſimo exhibebant, dictum Habitum Regularem induerat, & voluerat, quòd ipſi Eremitæ ex tunc Fratres S. Ambroſij vocarentur, & eiuſdem S. Aug. Regulam obſeruarent, & degerent ſub eadem; quodq́. Prioratus ipſe per Priorem à Fratrib. hmōi eligendum, per Epiſcopum Eugubinū exiſtentem pro tempore confirmandum, perpetuis futuris temporib. regeretur, & etiam quòd idem Prior, & Fratres vnam libram ceræ in ſignum ſubiectionis, & recognitionis ſuperioritatis, & dominij eidem Epiſcopo Eugubino tradere annis ſingulis, necnō decimas, & alias Impoſitiones, & Onera, prout ſæculares Clerici ſoluerēt, ſoluere, & ſupportare in perpetuum tenerentur: prædictus Angelus tunc Greg. XII. per dictas alias Eremitorium, ſiue Domum hmōi in Prioratum S. Ambroſij, vt præfertur, erectum cum omnib. & ſingulis Pertinentijs, Iuribus, & Iuriſdictionib. ſuis, eidem Priori, & Canonicis Fratrib. nuncupatis S. Saluatoris, auctoritate Apoſt. prædicta conceſſit, & ēt aſſignauit; ac Habitum, Ordinem, ſiue Obſeruantiam per dictum Epiſc. Eugubinum prædictis Eremitis, ſiue Fratrib. S. Ambroſij cōceſſos, ſi qui eſſent, eadem auctoritate extinxit, ac ſuppreſſit in eodem; ipſumq́. Eremitorium, ſiue Domū in Prioratum Conuentualem hmōi Can. Reg. Fratrum nuncupatorum S. Saluatoris erexit; & voluit, quòd per Priorem, & Canonicos Fratres hmōi nuncupatos, qui Rochetum album de panno lineo ſub Scapulari, & Cappam ſuperius griſæi coloris lanæ mordentis, ad inſtar Capparum Conuerſorum Carthuſienſis Ordinis, iuxtà ordinationem ſupraſcriptam deferrent, eligendum, & Diœceſano loci, vel eius in ſpiritualibus Vicario præſentandum, perpetuis futuris temporibus gubernaretur. Nihilominus auctoritate præfata cōcedens, atque decernens, ꝙ Prior hmōi ſic electus, ac eidem Epiſcopo Eugubino, vel Vicario præſentatus, intelligeretur exiſtere, & eſſe eo ipſo per Sedem prædictam confirmatus, ac curam, regimen,

guber-

gubernationem,& miniſtrationem Prioratus eiuſdem tàm in ſpiritualibus,quàm in temporalibus gerere, & exercere liberè, & licitè valeret, ac ſi per eiuſdem Sedis litteras fuiſſet ritè, & legitimè confirmatus;Prioratum quoq.Conuentualem per eum, vt præfertur, erectum,necnon Priorem,& Canonicos prædictos,Fratres nuncupatos præſentes,& qui pro tempore forent,cum ipſorum Conuerſis, & Perſonis eis miniſtrantibus, ſeu ſeruientibus præſentibus, & futuris,ac omnibus,& ſingulis pertinentijs,Iuribus,& Iuriſdictionibus ſupraſcriptis,boniſq; mobilibus, & immobilibus ad præfatũ Prioratum poſtremò,vt præmittitur,erectum, quolibet pertinentibus:quæ illi poſſidebant tunc,&, dante Domino, in futurum largitione Regum, & Principum oblatione, ſeu alia pia conceſſione, ſeu erogatione fidelium,vel alijs iuſtis titulis poſſent adipiſci,ab oĩ prædicti Epi Eugubini,& eius Capituli,ac quorũcũq aliorũ Superiorũ Sęculariũ,& Reguláriũ,Iudicũ, Superioritate,Dominio,atq. Iure;necnõ à ſupraſcripta ſolutione vnius librę cęrę,ac pſtatione,& ſolutione,ſeu ſupportatione decimarũ,ĩpoſitionũ,& onerũ pdictorũ exemit,& pęnitus liberauit.Ac ſub ptectione B.Petri,& Sedis pdictę,ac ſuę immediatè ſuſcepit. Et nihilominus ſingulis in eodem Prioratu poſtremò erectò,vt præfertur,degẽtibus, præſentibus, & futuris,q ipſi oĩb.Priuilegijs,Indulgẽtijs,& Gratijs eidẽ Ord.Can. Reg.à dicta Sede conceſſis, quibus alij Canonici Reg. ſeu ipſorum loca vbilibet conſtituta potirentur, & gauderent, vti, & gaudere poſſent,duxit concedendum.Tandem verò Nobis,tunc Diuina fauente clementia,ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumptis:pro parte dilecti filij Franciſci de Ghiſilerijs Prioris S. Mariæ de Rhæno propè Bononiam,& S.Saluatoris Bonon.Monaſteriorum inuicem Canonicè vnitorum, & per Priorem ſolitorũ gubernari d.Ordinis S.Aug.Expoſito,quòd, licet retroactis tẽporibus in prædictis vnitis Monaſterijs, plerique d.Ordinis Canonici Conuentum facientes reſidere,& ſub Regulari Habitu,& Obſeruantia Domino famulari conſueuiſſent;Diuini cultus inibi ferentes incremẽtum paſſim: tamen propter guerrarum turbines, aliaſq; calamitates, quib.partes illæ afflictæ fuerant:Monaſteria ipſa eorum diſperſis,atq. diſtractis facultatibus, & redditibus tantæ deſtitutionis, & deſolationis ſubiacuere opprobrio,q ex Canonicis dictorum Ordinis,& Obſeruantiæ nullus tunc reſideret, pauciq.reperiri ualerent reſidere acceptan-

teptantes quomodolibet in eisdem. Quòdq. dilecti filij Stephanus Ioannis, & Dominicus Cioni de Senis, ac nonnulli alij Canonici dicti Monasterij, siue Prioratus S. Ambrosij, aliorum tamen Habitus, & Obseruantiæ, in ipsis vnitis Monasterijs conuentualiter Regulari castimoniæ subdi, diuinis quoq. inseruire, & intendere desiderarent; si eis, & eorum successoribus inibi sub hmōi eorum, vel alijs p Ven. Fratrem Nostrum Nicolaum Ep. Bon. decernendis Habitu, & Obseruantia remanentibus, supet hoc dictæ sedis præsidio prouidere consuleretur: de dicti quoq. Monasterij S. Ambrosij, quod per Priorem, ad dilectorum filiorum Conuentus eiusdem nutum ponendum, & admouendum pro tempore regi, & gubernari cōsueuerat: eisdem vnitis, siue insimul de omnibus prædictis Monasterijs eadem auctoritate facienda vnio, necnō applicatio, & annexio singulis Monasterijs ipsis forent non mediocriter profuturæ. Nos per alias Nostras litteras eidem Nicolao Epo dedimus in mādatis: quatenus de præmissis omnibus, & singulis, & eorum circunstantijs vniuersis auctoritate Nostra se diligenter infotmaret: & si per informationem huiusmodi ita esse reperiret; eosdem Stephanum, & Dominicum, ac alios eiusdem Monasterij S. Ambrosij Canonicos ad id voluntarios; vt etiam huiusmodi eorum, vel per ipsum Nicolaū Episcopum decernendis, vt præfertur, retentis Habitu, & Obseruātia, de dicto Monasterio S. Ambrosij ad prædicta vnita Monasteria transire, & in illis etiam iuxta Constitutiones, & Instituta ipsis, & dicto Monasterio S. Ambrosij per eandem sedem concessa, confirmata pariter, & approbata; ac illius statuta, & consuetudines viuendo, & incedendo perpetuò remanere valerent, eadem auctoritate licentiam largiretur. Statuens, atque decernens in vnitis Monasterijs eisdem, postquam Stephanus, & Dominicus, ac alij voluntarij Canonici prædicti, inibi in Canonicos recepti, & integrati forent, quò ad eosdem Habitum, & Obseruantiam succedentibus, atque seruatis his prælertim, quæ per eundem Nicolaum Episcopum circà illos adijci, necnon disponi, & ordinari contigerit, etiam locum sibi vendicate, & effectualiter perpetuis fututis temporibus vigere debere Constitutiones, & Instituta, necnō statuta, & consuetudines antedicta. Et insuper ipsi Nicolao Epo Monasteriū S. Ambrosij prędictum; cuius & dictorum Monasteriorū vnitorum fructus, redditus, & prouentus sexcentorum Florenorum auri secū

dum

dum communem æſtimationem,valorem annuum (vt aſſerebatur) non excedebant cum omnibus Iuribus, & pertinentijs ſuis eiſdem Monaſterijs vnitis,vel inſimul omnia prædicta Monaſteria auctoritate præfata in perpetuum vniendi,incorporandi,annectēdi.Huiuſmodi quoq; Monaſteria,& illorum Perſonas in capite,& in mēbris, prout reformationis officium inibi expedire cognoſceret, eadem auctoritate noſtra reformandi, & corrigendi, ac de Habitu, & Obſeruantia, quibus ſe perſonæ ipſæ pro tempore coaptare deberent, etiam ſuper illorum alteratione,atq; mutatione cum Indigentibus inibi diſpenſandi, ac prædicta vnita Monaſteria ab omni Iuriſdictione,Poteſtate,Superioritate, & Dominio Epiſcoporū Bononien.pro tempore exiſtentium,ac illorum Officialium, prout ſibi videbitur eximendi, & liberandi; ac omnia, & ſingula, quæ in præmiſſis, & circà ea, & adhoc; quòd Monaſteria ipſa, & Perſonæ quæcunque in illis pro tempore eidem Domino mancipatæ votiuis congratularentur euentibus,neceſſaria forent,aut quomodolibet opportuna,diſponendi,faciendi, ordinandi, ac etiam per Cenſuras Eccleſiaſticas exequendi plenam, & liberam conceſſimus facultatem,prout in ipſis litteris plenius continetur. Cum autem,ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dictorum Can. ſiue Fratrum S.Saluat.nuncupatorum petitio continebat, ipſi, qui dicta Domo de Sylualacus habita per eos omninò pro relicta,nullum in ea Ius, ſiue intereſſe deinceps eis vendicare contendunt; poſt noſtram aſſumptionem huiuſmodi,ſpiritu,videlicet,& animo,in vnitatis gloria poſiti, & vnicum gregis vniuerſalis intuentes Paſtorem, ab eo præſertim pro ſuorum ſtatus, & Religionis ſtabilitione ſalubri,omnium litterarum ipſarum effectum, præterquam in his,quibus eandem Domum de Sylualacus contingere videntur, vberioris Apoſtolici ſubſtitutione muniminis, colligi, & adunari deſiderent, cęteris adiunctis alijs, per quæ eiſdem Canonicis,& Fratribus S. Saluatoris,virtutum dilatatis gradibus, acceptioris in dies repromittitur vitæ fruges;eiuſmodi quoq; eorum ſtatus, ac Religio,cętu miniſtrante ſuperno,fructus propagatione continuæ palmites diſtendere potuerunt ampliores.Nos igitur Canonicorum,& Fratrum S. Saluat.eorundem,quos in caritatis concluſimus viſceribus, in hac parte ſupplicationibus inclinati, litteras prædictas,ac in ipſis contenta,illis duntaxat,in quibus eādem Domum de Sylualacus com-

prehendere iudicantur, exceptis: & alia quæcunque inde secuta, rata habentes, & grata illa auctoritate præfata, ex certa scientia confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus: supplẽtes omnes defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, statuentes, & etiam decernentes: quòd ipsi omnes, & singuli, qui de huiusmodi statu, & Religione fuerint pręsentes, & futuri Canonici, siue Fratres S. Saluat. perpetuò nuncupentur. Quodq; ille ex eis, quẽ Anno quolibet in Generali Capitulo per ipsas secundum suarum Constitutionem, & Statutorum desuper disponentium exigentium, celebrando concorditer inibi, vel saltem à dupla parte eorũdem ritè in ipsorum Priorem Generalem, & ad eius Officium iuxta Ordinationes, & limitationes, modosq; & formas, qui super his per huiusmodi Capitulum ritè traditi, & acceptati fuerint, pro tempore dirigendum eligi, & assumi contigerit; postquam electioni tunc de eo factæ consenserint; illorum Prior Generalis etiam perindeac si huiusmodi ipsius Electio per eandem Sedem Canonicè cõfirmata foret, habeatur ab omnibus, & etiam reputetur. Ipse verò anno reuoluto à tempore consensus eiusdem, nisi tunc denuò, suis exposcentibus meritis, saltem ab huiusmodi dupla parte de eo similis celebretur electio, veluti à prædicto absolutus Officio Prior Generalis inibi esse, censeriq; desistat eo ipso: Rursus autem vniuersa Monasteria, Prioratus, Domus, Conuentus, loca, necnon res, & bona cum suis membris, Iuribusq; & pertinentijs quibuslibet Canonicorum, siue Fratrum S. Saluat. prædictorum, quę, videlicet, illorum vsibus iustis modis hactenus oblata, traditaq; fuere, & dante Dño applicare potuerũt quomodolibet in futurum, dispositioni, ac eorum personæ tâm Clerici, quàm Conuersi in dictis Monasterijs, Prioratibus, Domibus, Conuentibus, locis, siue membris degentes, pro tempore cuiuscunque Dignitatis, status, aut conditionis fuerint, dispositioni, ordinationi, correctioni, Reformationi, & Obediẽtiæ Congregationis, & Ordinis Canonicorum, siue Fratrum S. Saluatoris eorundem, & huiusmodi Capitulo in omnibus subiecta perseuerent. Et insuper vt Canonici, siue Fratres S. Saluatoris prædicti ab exteris erepti laqueis, & à iugo redditi cuiusuis suppressionis illæsi, eò liberius, quò quietius pacis famulentur auctori, ipsos, ac huiusmodi, & eorum Ordines, & personas, necnon Monasteria, Prioratus, Domus, Conuentus, loca, res, bona cum prædictis membris,

bris, Iuribus, & pertinentijs: pręsentia, & futura ab omnibus Iuriſdictione, Dominio, & Poteſtate Patriarcharum, Cathedraliũ, Metropolitanarum, & aliarum Eccleſiarum Capitulorum, & aliorum Iudicum, Ordinariorum, ipſorumq; Officialium quorumlibet auctor. Apoſt. prædicta tenore præſentium perpetuò, prorſus, & omninò eximimus, abſoluimus, & totaliter liberamus. Ac ſub B. Petri, & Sedis Apoſt. Protectione ſuſcipimus, atq. Noſtræ Sedi præfatę ea Volentes immediatè ſubiacere; ita quòd Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula, Iudices ordinarij, Officiales prædicti, ſiue quis alij quacunq. Dignitate præfulgeant, etiam ratione delicti, vel contractus, ſeu re de qua ageretur pro tempore, vbicunq; committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipſa conſiſtat: non poſſint quouis mõ auctoritate ordinaria in Canonicos, Fratres, Perſonas, eorum Ordinem Monaſteria, Prioratus, Domus, Conuentus, loca, membra, res, bona, Iura, ſiue pertinentias huiuſmodi, aut quoduis ex illis; vtpotè pœnitus exempta aliquam Iuriſdictionem, ſiue Poteſtatem, vel quodcunq; Dominium exercere: Decernentes Canonicos, ſiue Fratres, & Perſonas huiuſmodi, & illorum quemlibet in negotijs, & caſibus quibuſuis, vbi aliàs de Iure, vel conſuetudine locorum ordinariorum forum ſortiri poſſent, ſiue deberent, cum inibi, ſed coràm Sede Apoſt. prædicta, vel eius Legatis duntaxat teneri: illi, qui contrà eos actionem, ſiue cauſam quamcunque intentare, aut mouere voluerint, ſtare Iuri: omnes præterea excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, Cenſuras, pœnas, atque proceſſus, quos haberi, vel promulgari, necnon totũ id, & quicquid fieri cõtigerit, quauis ẽt auctoritate cõtrà exeptionis, liberationis, & Cõſtitutionis earundẽ cõtinctiã, atq; formã, nullius ſubſiſtere robore firmitatis. Profectò vniuerſis Canonicis, ſiue Fratribus, Perſonis, Monaſterijs, Prioratib. Domibus, Cõuentibus, locis, & membris ſupradictis, quòd in ſingulis, quæ ea, & illorum, quodlibet pro tempore contingere dignoſcentur, quibuſuis Priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, & gratijs huiuſmodi Prioratui, ſiue Domui S. Saluatoris à Sede Apoſtol. & aliàs ritè quomodolibet conceſſis: & quæ præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus: procedente tempore vti, & gaudere valeant aucto. Apoſt. concedimus, & indulgemus antedicta; non obſtantibus tàm fœl. rec. Alexandri Papæ IV. Prædeceſſoris

Nostri, quæ incipit. Volentes, ac alijs Apostolicis Constitutionibus,& Ordinationibus, necnon Statutis; & Consuetudinibus Monasteriorum, Prioratuum, Domorum, Conuentuum, Locorum, & Ordinum prædictorum Iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate vallatis, ac omnibus alijs, quæ dictus Angelus tunc Gregor. XII. in suis voluit. Nosque in Nostris litteris volumus non obstari, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Confirmationis, Communitionis, Suppletionis, Statuti, Exemptionis, Absolutionis, Liberationis, Susceptionis, Constitutionis, Voluntatis, & Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei,& Beatorum Petri,& Pauli, &c. Dat. Mantuæ 14. Cal. Ianuar. Pont. Nostri Anno 2. Registrata gratis de Mandato D.N. Papæ pro Bulla,& Registro. G. de Gallis. Anselmus &c.

Ex præfato Priuilegio, cum omnia iam Canonicorum vniendorum in tuto essent, Episcopus Bononiens. formauit Processum executorialem super præmissis litteris Martini V. pro ea vnione Bonon. iuxtà superius conuenta inter Priorem Franciscum Ghisilerium, & Ambrosianos Patres: quibus, vt suprà, dispositis, statim introducti sunt quidam ex Ambrosianis Canonicis in præfatum Monasterium Sancti Saluatoris, illisque omnem curam ad Dei cultum spectantem Ghisilerius ipse commisit: quorum virtutibus idem Monasterium inter eius Ciuitatis Monasteria singulare incrementum sumpsit. Mutuo autem ex consensu amborum Priorum. s. Patris Francisci, & Patris Stephani, fuit eius Monasterij Bononiens. primus Vicarius constitutus Fr. Regulinus, qui Ilicitanorum Iunior quidem, melioris vtique vitæ, quàm consilij, tùm habitus est. Sed eius auctoritas in sola Obseruantia,& sollicitudine Regularis disciplinæ extendebatur: ad quod; scilicet, erat opportunissimus. Sequenti verò Anno, videlicet, 1419. & Congregationis 12. cum designata iam Congregatio, & facultas Capituli Generalis agendi, Prioris quoque Generalis creandi collata Congregationi, & Patribus Nostris Martini Priuilegio fuit. die 3. Maij primum Generale Capitulum in Conuentu Ambrosiano propè Eugubium congregatum fuit; in quo primus Prior Generalis Congregationis ritè declaratus est ipse P. Stephanus Senensis,

Ghi-

Ghisilerio tùm corporis imbecillitate, tùm animi bonitate id facil limè non concedente modo, sed etiam procurante, atq.probante. Quippèqui ætate iam grauescente, itineris labores, & incommoda ferre non posset. Ac ne in pluribus dominandi cupiditate vnionem procurasse iam ipsi Patri Stephano totum reformationis munus concessisse, planè partim ex antiquis litterarum nostrarum monumentis cognoscimus, partim ipsa ratione colligamus licet. Animaduerte quòd R. Pater in hoc primo Capitulo Generali ab omnibus Canonicis concorditer electus Prior Generalis: ita res in hac Dignitate gessit, vt ab omnibus etiam cum præclaræ bonitatis, tùm maximæ pietatis exemplar habitus, per annos 15. annuatim, nemine prorsus discrepante, fuerit confirmatus, ita vt, quòad vixit, semper fuerit Prior Generalis nostræ Congreg. In hoc primo Capitulo Generali septem tm̃ Canonici professi vniuersam tũ Cõgregationem recensuere: ac tot quidem ex senioribus, qui nusquã à Congregatione desciuissent, iuxta priorum Constitutionum intellectum, sub quibus adhuc viuebant, necesse fuit ipsi Capitulo Generali interesse, quo ex eis nouæ Constitutionis Vires adipiscerentur. Proximo aũt Anno 1421. Congr. 14. sub 3. Magistratu R. P. Stephani, vix reperio quid factum sit memoria dignum, nisi qđ P. Stephanus tertiùm Generalis fuit, & quartùm Prior Ambrosianus. Anno salutis 1422. Congreg. verò 15. apud Florentinos Generale Capitulum tùm primùm fuerat collectum, & P. Stephanus ibidem quartò Generalis confirmatus: agebat etiam Prioratum apud ipsos: quod videre est manu Bartholomæi Dominici Notarij Florentini. Nec illud mireris, Priorem Generalem creatum etiã fuisse Priorem specialem vnius Monasterij, vt suprà attigimus: cum eundem vsum posteriores Patres longè post admisisse nonnunquam legendo inuenies. Constat item Instrũm Syndicatus Procuratorij apud Ambrosianos, quo Pater noĩatur Prior Generalis, & Fr. Dominicus Cionus Prior Monasterij, numeranturq; ibi duo noui antea non lecti Canonici, videlicet, Fr. Augustinus Armani Alemanus, & Fr. Martinus Petri Parmensis Conuersus: quorum secundus inter Conuersos lõgam caniciem vixit. Sub hoc etiam quarto Generalatu Patris celebratur quodam memoria dignum in eo Flor. Conuentu. Vnus.n.ex iunioribus ad tantam obedientiæ promptitudinem, & sinceritatem deuenerat, vt in stuporem sui omnes cõ-

uer-

uerteret. Dum itaque in Horto esset cum suis coæuis, & Magistro in æstate post cœnam in spiritualibus Colloquijs deambulando, vt nunc fit etiam; & casu in quodam vitis sarmento impegisset; illud pedibus procul abiecit. Quod videns à longè Prior ipse Generalis, data occasione eundem aduocatum coràm omnibus paterna correctione reprehendit impatientiæ, iussitq; illud collectum coràm se deferri: acceptum verò in manibus non modò aridum, sed propè putre, præcepit illi, vt signo Crucis deuotè signatum flexis genibus cum trina persolutione Angelicę Salutationis, in terra figeret, & adducta bis quotidie aqua illud irrigaret. Quod sanè præceptũ solita Veneratione, omni postposita impossibilitatis consideratione, suscipiens deuotus iuuenis; veluti olim Ioannes ille, de quo Cassianus refert; ita expleuit, vt post non multos Menses aridum illud sarmentum, & foci vsibus aptum, Dei Virtute, Patris Sanctitate, & pura illius iuuenis obedientia, viride restitutum: &, quod est magis mirabile, sequenti anno vuas ad maturitatem protulit copiosè; quæ ad euidentiorem Miraculi demonstrationem, per singula grana signum Crucis insculptum habebant: & sic perseuerauit illa benedicta Vitis, Vua obedientiæ vocata, post etiam eius Monasterij diruptionem Anno 1529. Mense Nouem. factã. Anno salutis 1423. Congreg. verò 16. Capitulum Generale celebratum fuit etiã apud Florentinos, & quintum R.P. Stephanus electus est Generalis, vel confirmatus. Anno salutis 1424. Congreg. verò 17. Capitulum Generale habitum est apud Ambrosianos, & R.P. confirmatus est Generalis sextum. Post hæc Anno 1425. septimo Patris continuato Generalatu Capitulum in Canonica Ambrosiana celebratum fuit, quo publicarur prima Constitutionum Apostolicarum necessaria Reformatio per concessionem factam Stephano, & Patribus, pluribus annis digesta ab ipso Patre, & Fratre Petro Paulo ædita, & à duabus partibus iuxtà commissionis Apostolicæ tenorem approbata: de quibus Constitutionibus in lib. de Legibus. Et Anno salutis 1426. Congreg. verò 19. in octauo Patris Generalatu apud Ambrosianos confirmato, quo quidem tempore, & merito, & numero satis aucti Canonici Nostri, cum in maxima obseruatione, & arctissima paupertate Saluatori suo alacriter, & indefesse deseruirent; accidit hoc relatu dignissimum: nam die quodam, dum vespertinis horis manuum operibus lassi, solemne, ac præceptum ieiunium essent

ſent ſoluturi,ſingulos dimidiatos panes, qui tantummodò in Cō-uentu reliqui fuerant cum quibuſdam crudis herbis, & agruminibus, ſingulis ad menſam diſcumbentibus,ſimpliciter apponi iuſſit: qua de re cum triſtari aliquatenus cœpiſſent, Pater eos alloquens benignè ad penuriæ tolerantiam hortatus eſt,prophætico oraculo aſſerens illum; qui ex nihilo cuncta creauit,quiq; aues Cęli paſcit; potentem eſſe eos etiam de ipſius Prouidentia non diffidentes in Deſerto illo ſolitudinis, vt olim Iſraeliticam Gentem,& Populum, ſuſtentare,ſubueniendo neceſſaria pro cibis, & alimento . His vix dictis,repentè ecce importunè ad Monaſterij oſtium pulſatur,quo accurrens Oſtiarius, clauſis ianuis apparuit pulcherrimus Iuuenis Caniſtrum plenum recentibus,& calidis panibus,atque præter Patriæ vſum,& formam candidiſſimis; albo,& nitido gauſape coopertos,& in capite baiulans:quod cum depoſuiſſet; Ianitori nihil dicens tradidit: At Ianitor gaudio, & ſtupore nimio perfuſus, in triclinium currens coràm Patre,ad menſam depoſuit: & ſtatim iuſſu Patris ad oſtium reuerſus, vt Iuuenem introduceret, nullibi repertus eſt: Pater verò cum ſuis Fratribus Deo immenſas gratias agere cœpit; quòd eſcam de Cœlo per Angelum ſuum miſiſſet ſe timentibus. De quibus certè pluribus diebus ad ſaturitatem comederunt , quouſque deuotiſſimus Comes Vrbinas Guido Antonius abundantius eis cibaria tranſmiſit. Gauſape autem , & Caniſtrum pluribus annis in eo Conuentu ſeruata fuere ad tempora vſque Venerab. Patris Franciſci Carrauigini,qui ſe illa vidiſſe, & pluries deuotiſſimè deoſculatum fuiſſe teſtatus eſt.

Anno 1430. ſub 5.Id.Febr. Martinus V. idem Pontifex Anno ſui Pont. 13. per alias litteras ſuas ad Inſtantiam præfati Domini Guidi Antonij Montis Feretri Comitis præſtantiſſimi confirmauit vnionem Monaſterij Ambroſiani factam iam antea cum Monaſterijs Bonon. S.Mariæ de Rhæno, & S.Saluatoris; maximè quòd tunc plenarium ſortita fuerit effectum ſuum poſt mortem eius perpetui Prioris, & priorem proceſſum fulminatum ſuper hoc ab Epiſcopo tunc Bononienſi; poſtea verò Cardinali Sanctæ Crucis Nicolao Albergato, cum ſuppletione omnium defectuum, ſimiliter confirmandum mandauit in omnibus, & per omnia Domino Baptiſtæ Priori Sancti Bartholomæi de Bononia . Fuerunt autem datæ litteræ Apoſtolicæ Romæ apud Sanctos Apoſtolos, vt diximus.

mus:nam ibi primariæ eius Illustrissimæ Columniensium Familiæ habitationes, tunc vt etiam in præsentiarum habebantur, sub Datum vt suprà.

Supplicatum fuit pro huiusmodi confirmatione cùm ob multas rationes, tùm ob hanc præcipuè, quòd fructus, redditus, & prouentus illorum Monasteriorum propter guerrarum turbines, & calamitates alias, quibus partes Bononiæ plurimùm concussæ fuerunt, adeò tùm diminuti essent, vt quadringentorum florenorum auri summam secundum communem æstimationem valorem annuum non excederent, vt dictum est. Processus verò executorialis nouarum huiusmodi litterarum Apostolicarum fulminatus fuit ab eodem Domino Baptista Priore, vt suprà, executore, per Nicolaum quondam Ser Tini olim Nicolai de Lamerijs: præsentibus Ser Rolando quondam Alberti de Castellanis Notario, Iacoboq; Alberti de Griphonibus: Ser Paulo quondam Ludouici de Amelia Notario: Bartholomæo Lippi Periparti Clerico in dicto Monasterio S.Bartholomæi de Bononia: Anno Domini 1430. Ind.5. die 16. Mensis Maij. Anno Congregationis 23. sub 12. Generalatu ipsius Patris Stephani apud Florentinos ei confirmato.

Anno salutis 1431. Congregationis 24. in Capitulo Generali apud Eugubinos coacto, habita fuit confirmatio 13. Generalatus Reu. Patris. Eodem Anno circa 23. Nouembris Frater Regulinus Ambrosiani Monasterij Vicarius, & Procurator, mortuo Priore, subrogatus fuit in Priorem ipse. Fuerat autem præmortuus Prior Frater Ioannes Antonij Senensis, qui Religionis, & cõstantiæ apud P.Stephanum primum locum semper obtinuit: qui socios sub illis procellis quadriennalis exilij stabiles continuit in fide Patris: dum ille profugum Pontificem suum in remotas partes sequeretur: cui R.Pater sæpius, vti præmisimus, omnem suam Generalatus auctoritatem impertitus est suo Vicario designato. Huic ergo agenti inter cœlestia Numina: sub omni veneratione grati, votisq; solemnibus perpetuæ laudis officium persoluimus: cum & ipse nostri per quam magna pars fuerit. Eodem Anno die 16. Febr. Frater Antonius Bartholomæi de Chiaris Prior Bononiæ obijt, cui suffectus est Frater Adeodatus Bonon. Anno salutis 1432. Congregationis autem 25. Apud Ambrosianos confirmatus fuit R.Patri 14. Generalatus: & Frater Lucas Bardi Florentinus publicatus Prior Eugubinus:

binus:& Prior Bonon.Fr.Adeodatus Bonon.

Anno salutis 1433. Congregationis 26.Capitulum Generale Bononiæ tùm primùm celebratum fuit, & Reuerendo Patri 15. & vltimus Generalatus confirmatus. Frater Michael Ioannis Prior Bononiæ constitutus: Prior Ambrosianus Frater Regulinus; qui die 7.proximi Sept.publicatus fuit Procurator ipsius Patris Generalis:aliquando etiam appellabatur eius Vicarius: qui Vicarius alter erat à Vicario Monasterij. Hunc constituebat Prior Generalis arbitrio suo pro eius temporis constitutione. Et ne item in hoc æquiuoco decipiaris:scias alterum fuisse Vicarium Prioris Generalis:& alterum, qui à Capitulo Generali Vicarius Generalis nominatur. Is in ipsis Constitutionibus Vicarius Generalis Ordinis, hoc est,Congregationis:ille,Prioris Generalis exoleto nunc cognomine, dictus est. Præfatus itaque Frater Regulinus Patris Generalis Procurator, & Vicarius erat,qui repræsentabat eius Magistratus Dignitatem pleno iure inter partes Eugubinas,Callienses,ac Vrbinates. Paulòpost die 20. Octobris ipse Reueren. Pater Stephanus Prior Generalis febre infirmatus fuit Bononiæ, vbi tunc morabatur, & die 27.eius Mensis ingrauescente febre, atque infirmitate, morti appropinquare cognoscens, cœpit deuotionis orationibus feruentissimè insistere. Et tandem die 30.eiusdem Mensis,quæ fuit feria 6. peracta hora 6. postquam septem Psalmos, quos de pœnitentia dicunt, & passionem Domini,secundum Ioannem coràm se recitari fecisset: sumptis Sanctissimis Sacramentis, Psalmum 30. idest. In te Domine speraui decantare cœpisset, cum Versiculum 6. perfecisset, idest: in manus tuas Domine commendo spiritum meum; redemisti me Domine veritatis; substitit parumper: postea signo Crucis se muniens, iunctis manibus,& eleuatis sursum oculis; hora nona ad Dominum fœliciter migrauit: sepultusq; fuit in eius Ecclesia S. Saluatoris apud Ghisilerium in vno Monumento; quòd inde solis tantùm Patribus ibidem decentibus asseruatum erat antè sacellum,quod ab antiquis Canonicis Rhænanis dudum fuerat substitutum pro superiori æde B. Mariæ Virginis Rhænanę: ibi quidem, vbi nunc est Præsepe Domini, summa cum omnium Canonicorum Fratrum mœstitia,& deuotione.Deindè,post Commemorationem omnium defunctorum, Patres mœrore confecti iterùm Bononię conuenientes,Reuerendum Patrem Fratrem Re-

gulinum vnanimiter Priorem Generalem suffecerunt. Qui mox substituit Fratrem Andream Antonij Senensis loco suo Priorem Ambrosianum. Hic itaque Mensis Octobris dierum simul, & laborum finem fecit Sanctissimo Patri nostro Stephano, qui quadriennio profugus extrà solum, propriumq; Monasterium, quod multis iniurijs fatigatus, Diuino tandem, & Apostolico consilio monitus, deseruit: fortunis, socijsq; plerisq; Christi exemplo destitutus: & eadem sorte Naufragum suum Pontificem constantissimè sectatus. Ea tamen, inter eas ærumnas prophanati temporis, pauperculus iecit perpetuæ Congregationis fundamenta; vt eam facilè opinionē etiam posteris reliquerit: omnia, sibi cęlesti Oraculo prænunciata, ad præsentem statum perduxisse. Neque enim ille, nisi à Deo confortatus, vt, quondam Paulus, inualuisset aduersus eam omnium rerum perturbationem. De quo & eius socijs Greg. XII. sæpè testatus est: in custodiendo vias duras, sub fide inconcussa, constantes permansisse: & Cōstantes propterea (vti suprà deduximus) insigni eos Priuilegio præconizauit. Dicere namq; solitus, ferunt, dum socios, qui secum in fide nouæ Religionis assumptæ perseuerauerant, pro & paterno affectu sub illis fluctuosissimis procellis ad patientiam consolaretur. Filios Abrahæ ex libera Sarra per medium tempestuosi Maris, Pharaone confuso; & Amalech expugnato, in Terrā promissionis perduci: Hinc publicatum Regnum Cęlorum vim patientibus, & violentos rapere illud. Durarent igitur non ignari ante malorum, quibus serui Dei perficiuntur; seruarentq; se rebus secundis, quas illis, sub Saluatoris sui verbo ipse breui pollicebatur. Hunc etenim saluator alterum nobis Abraham Patriarchā, & Ducem præfecit; vt, quem illius exemplo extrà domum, & cognationē suam peregrinari voluisset, in gentem magnam prius igne, & aqua comprobatum, sub suo titulo, fœlicissimisq; demùm auspicijs perpetuò propagaret. Ei namq. & eius posteris locum sui nominis, q pro titulo Congregationis vbiq. gerebant, honorificum satis, & celebrem, ac honestis æquè fortunis dotatum, paulò post eos turbines sedatos destinauit Bononiæ, scilicet, vbi primū peregrinati fuissent. Quo in loco Anno 15. eius Monasterij indeptæ primùm possessionis, qui idem fuit sui continuati Generalatus, ætatis verò suæ 79. Pater ipse inter manus collachrymantium filiorum, quos sub honesto satis numero pro tpe pluribus antea Deo præmissis, dere-
liquit,

liquit:animam ipsi suo Saluatori reddidit Sanctissimã. Hic plantulã tuã (Gregorij XII.) vti bonus Agricola excoluit: vt viuens ipse eius etiam legeret fructus : illisq; ac suam numerosam sobolem pro tempore, quam Saluatori educabat, religiosissimè, sanctissimèque sustentaret. Necnon, vt ille, qui de ore prophetico auguratus fueras, ea plantula radices suas quoquo versus eodem cultore extenderit: vt, nostris modò temporibus, omnibus iam Italiæ partibus eius palmites pateant; indeq; propagati seruant apud omnes Christo se credentes, fructum vbiq. centesimum facturi. Cuius Patris certè Beatissimi, si vitam, moresve quæris, non aliundè quæras, quã ex Gregorij, & Martini summorum Pontif. Priuilegijs, quibus exilium, quibus Constantia, & fides, quibus omnis Diuini hominis religio innotescit. Innotescunt etiam errores simul, & labores, de quibus Gregorius ipse meminit: cum legis tot Priuilegia in partibus remotissimis emanata. Primùm Lucæ, alterum in Austria, tertium, & alia plura Caietæ, nonnulla Arimini: quæ omnia pauperculus præsens exorabat, tàm Pontificis sui, quàm officialium eius obsequio gratuito. Id quod Ordinem Curiæ non ignorantibus ex subsignationibus facilè constat. Nec aliundè quidem suppetere poterant pecuniæ pro illorum expeditione: cum ipse extorris, fortunis omnibus priuatus esset: illa multa, & præclara, & quę maximam impensam exigerent (12. enim Gregorij suprà exarrauimus) vt vel hoc ipsum maxima arguat, Congregationem Saluatoris proprio consilio processisse ipsius Gregorij XII. hoc viro cœlesti assumpto, quòd talia, tantaq; gratis condonabat. Ad Martinum extrà Italiam se contulit Friburgum pro vnione Bononiensi: & Mantuam deindè pro Priuilegio, quòd Mare Magnum appellarunt. Non defuit Florentiæ pro Monasterio S. Donati, & demùm in Vrbe exorauit Abbatiam Eugubinam corroborauitq; priorem vnionem Bononien. Hæc & id genus plerãq; alia multa, quæ suprà collegimus, antequam decederet, executus est longæuus Pater de sua Congregatione, deq; filijs suis, & nepotibus, ac posteris nostris perpetuò benemeritus: neq; ætati, neq; vllo vnquam labori parcens: sed neq; (nimirum) sibi interim quicquam remittẽs eius disciplinæ, quam legibus tulisset. Verùm in his multò magis enituit viri Apostolici vita, & cœlestis propè sapientia, quæ terrena non sapit: quam perfectam Christi Saluatoris sui Religionem filiorum animis instillabat,

vt quicquid interioris perfectionis ad nostros transierit,illi totum acceptum referamus. Erat enim contemplatione Cœlestium die, noctuq; indefessè intètus: pro qua illud sapientiæ apud eos filios suos quàmsæpissimè sibi vsurpabat: Venerunt mihi omnia bona
Sap. 7. pariter cum illa. Non ab re igitur Greg.XII. cum deuotissimo affectu amplexatus est; vt de eo pro præmissa sui voti executione tàm singularem opinionem conceperit, in eamq. Comitem Vrbinatẽ facilè persuaserit:vt is nihil deindè intentasse dicatur, quòd alicuius esset momenti,nisi ad Patrem prius retulisset.Eum enim,vt diximus, communi cognomine cum reliquis Canonicis Patrem nuncupabat. Quem Nos etiam propterea Prothoparentem describimus,hoc est, nostrorum Patrum verè primum parentem, exemplo haud longè absimili Prothomartyris illius, cuius primigenium nimirum nomen gessit.Et ne de ipsius vita Historiam præter Institutum operis texere videamur: vnum tantum,quod suprà etiam obseruatum fuit pro eius in Saluatore suo Christo fundatæ Humilitatis præclarissimo argumento, Iterùm repetemus.Quòd titulum Congregationis,quem Gregorius ipse suis vltimis Priuilegijs in testimonium perpetuum eius constantiæ, & sociorum per nouum Elogium, vt diximus,ampliauerat. Mox, eo Pontifice de medio ad Cœlos sublato,in hoc etiam ipse constantior, per Martinum V. restituendum curauerit suppresso Elogio.Titulum quoq;sui nominis perpetuò abolendum arctius indixerit, quem Proemio Constitutionum sub nomine Generalis Capituli apud S.Ambrosium ab eo Priore Generali ęditarum: reliqui omnes eius temporis Gratissimi Patres,se inscio,prænotauerant.

Eug. 4. Mortuo itaque Martino prædicto, & loco illius Eugenio IIII. subrogato ad supplicationem Patrum Pontifex ille concessit Priori Generali, Canonicis Clericis, necnon laicis commissis,oblatis, ac familiaribus, qui in dicta Congregatione permanere disposuerint præsentibus, & futuris, verè pœnitentibus,& confessis, vt singulis diebus Stationum almæ Vrbis, qui in Missali secundum Romanæ Curiæ consuetudinem continentur,Altaria,ac Ecclesiarum, in quibus pro tempore eos esse contigerit, cum Psalmus Miserere mei Deus,seu cum ter Aue Maria pro qualibet visitantes, illas Indulgentias consequantur, quæ singulis Ecclesijs dictarum stationum illas visitantibus concessæ sunt sub Dat. Romæ 15. Calen.

Febr.

Febr. Pont.eiusdem Anno 10.

In numero autem Canonicorum,locorumq; Venerabilium numerositate, longè, latèq; per diuersas Mundi partes dilatata,atque ampliata Congregatio ipsa consistens ob eorum exemplarem Vitam, laudabilemq. Cõuersationem,eius Celebre Nomen, & Fama apud Magnates, cæterosq fideles Populos vbique diuulgatum est; & aduersus eos,qui Nos non esse Canonicos asseuerabant, & in publicis actionibus minorem locum maximè cogebant tenere,Calixtus Papa III. Priorem, & Canonicos Congregationis huiusmodi fuisse, & esse veros Canon.Regul. auctoritate Apostolica, & certa scientia declarauit. Quòdq. de cætero perpetuis futuris temporibus pro talibus censeri, haberi, & reputari debeant. Necnon omnibus, & singulis præminentijs etiam in publicis actibus,ac Priuilegijs, & Gratijs, quibus præfati Canonici Regulares Ordinis prælibati generaliter potiuntur, & gaudent, potiri,& gaudere debeant, vt existentes Veri Canonici Regulares Ordinis prælibati. Mandauitque quorumcunq.locorum Ordinarijs, vt eos pro talib. in singulis publicis actibus, & alijs censeri faciant,ac etiam reputari. Prout & sicuti de omnibus in dicto Priuilegio contentis sub Dat.Romæ 1456. 16.Cal.Iun.Pont.eiusd.Anno 2.latius continet. *Cal. 3.*

Cum autem aliàs per fœl.rec.Sixtum Papam IV.omnibus,& singulis Canonicis dictæ Congregationis concessum fuerit,quòd quilibet dicendo Septem Psalmos Pœnitentiales semel in hebdomada,aut quinquaginta Pater Noster,& totidem Aue Maria per integrum Annum absoluti pœnitus forent à ieiunio sex dierum,& plenariam remissionem in mortis articulo consequi valerent. Et quòd bonarum mentium est,ibi agnoscere culpam,vbi culpa nulla reperitur. Versum est in dubium inter præfatos Canonicos,an prætermittendo vnam, vel plures hebdomadas, quibus prædicti Psalmi per ordinem non dicerentur,iterùm recitare,sed denuò præfatos Psalmos reincipere tenerẽtur. Reuerendissimum D.Cardinalẽ Senens. Ordinis Protectorem de facto super huiusmodi negotio cõsulunt. Qui ad tollendam omnẽ ambiguitatem de medio, Alex.VI. Pont. Max.adiuit, & declarationem humiliter eorum nomine petijt:qui sua auctoritate oraculo viuæ vocis dicendo præfato Reuerendissimo Protectori interuenienti declarauit,ac concessit, quòd ipsi dicentes præfatos Psalmos Pœnitentiales quinquaginta vicibus con *Alex. 6*

iunctim, vel disiunctim plenariam remissionem omnium peccatorum in mortis articulo consequantur, prout de his omnibus patet per litteras ipsius Reuerendissimi Protectoris confectas, & eius sigillo rotundo munitas sub Datum Romæ in domibus eius solitæ Residentiæ 1496. die verò 27. mensis Ian. Pont. eiusdem D. N. 4.

Ad supplicationem autem Prioris Generalis, & omnium Canonicorum huiusmodi Congregationis Alexander Pont. prælibatus Vniuersis Canonicis Regul. Clericis, Laicis, Commissis, ac Oblatis, & familiaribus perseuerare disponentibus in dicta Congregatione, etiam vtriusque sexus oblatis, qui extrà Claustrum stantes se, & sua Monasterio obtulerunt; necnon Monialibus S. Spiritus de Eugubio, & S. Viti de Ferraria sub eorum cura degentib. præsentibus, & futuris verè pœnitentibus, & confessis, qui Altare Maius Ecclesiarum suarum, in quibus eos esse contigerit, etiamsi extrà Monasteria, & loca se repererint, & in defectus Altarium huiusmodi alium quemcunque locum, Psalmum Miserere mei Deus, aut ter Pater Noster, & Aue Maria deuotè dicendo visitauerint, omnes, & singulas Indulgentias, quas visitantes omnes & singulas Ecclesias, & Loca tàm intus, quàm extrà Vrbem, & præsertim Virginis Gloriosæ S. Mariæ de Populo de Vrbe consequentur, concedere. Et nihilominus quòd ipsi, & quilibet eorum Confessorem eiusdem Congregationis idoneum eligere, qui eos semel in vita, easq. Moniales præfatas ab omnibus, & singulis, & Apostolicæ Sedi reseruatis casibus absoluat, remissionemq. plenariam eis concedat, eis, & cuilibet eorum viuæ vocis oraculo indulsit de gratia speciali. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque, prout per suas munitas litteras suo rotundo sigillo præfatus Reuerendissimus Cardinalis Protector plenissimam fidem facit viuæ vocis oraculo obtinuisse. Sub Datum Romæ die 27. Martij 1497.

Multas Indulgentias Summi Pontifices successores Greg. XII. Eugenius, scilicet, IV. Iulius II. Alexand. VI. Paulus III. Pius V. quæ sunt registratæ in Nostris Chronicis, extensæ etiam ad Congregationis Moniales, & Personas omnes vtriusque sexus, quæ sub illius cura sunt, in his, videlicet, quæ ipsis coaptari possunt: postremò Paulus V. sicut cæteris Religiosis, Nobis eam formauit Indulgentias, quæ notatæ sunt in Decreto, & à DD. Omnia Priuilegia à

Summis

Summis Pontificibus concessa Nobis, & alijs Religiosis, quorum participes sumus, sæpius ab ijsdem passim confirmata sunt. Iulius item II. præter illam Bullam, in qua concedit, siue potius confirmat Episcopalibus vti Nostris Superioribus, præclarissimam Bullã confecit de Ampliatione, & Extensione Priuilegiorum Nostrorũ, quam, quia in Nostris Canonicis reperitur asseruata, nõ scribimus. Progressus verò Nostræ Congregationis vsque ad Nostra tempora facilè conspicitur ex sequentibus Libris de Legibus & Magistratibus, de Locis & Viris. Hæc de Reformatione Ordinis Canonici in Canonicis Regularib. Congregationis S. Saluatoris, & de Progressu ipsius Congregationis, de quo vsque in præsentem diẽ tùm quò ad leges, tùm quò ad loca, & alia differitur in sequentibus.

FINIS LIBRI V.




NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium

LIBER SEXTVS.

De Legibus, & Magistratibus.





Icut in quolibet Artifice prȩexistit ratio eorũ, quæ construuntur per artem, ita etiam, inquit D. Tho. in quolibet Gubernante oportet, ꝙ præexistat ratio Ordinis eorum, quæ agenda sunt per eos, qui gubernationi subduntur: q̃uis enim dicatur fac hoc, & facit, ordinatur tamen lex per hæc: dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit: vt ordinentur actiones eundi, & veniendi, vel in eodem persona subsequente tempore, vel in pluribus eodem: & in illo fac hoc, & facit, ly hoc, ordinem significat: non enim dicit hoc & illud, sed hoc præcisè, antequã aliud fiat: ratio autem rerũ fiendarum per artem, vocatur ars, vel exemplare rerũ artificiatarum, & ratio gubernantis actus subditorum rationẽ legis obtinet, obseruata forma legis in omnibus, quæ ad eius essentiam pertinent: Deus conditor rerum ad res comparatur, sicut artifex ad artificiata, & idem est gubernator omnium actuum, motuũ: quæ inueniuntur in singulis creaturis: sicut ergo ratio Diuinæ sapientiæ, per quam cuncta inesse producta sunt, rationem habet artis, vel exemplaris: ita ratio Diuinæ sapientiæ mouentis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis, & hæc est lex æterna, ratio Diuinæ sapientiæ, per q̃ diriguntur actus creaturarum quæ cum sit intellectus Diuini mensurantis creaturas, non ab eis mensurati, vt

D. Tho. par. 2. q. 93.

intellectus humanus; ita vt conceptus hominis non sit verus per se ipsum, sed dicitur verus ex hoc, quia consonat rebus. Ex eo.n.quòd res est, vel non est, opinio dicitur vera, vel falsa: sequitur, q vnaquæque res, intantum habeat de veritate, inquantùm imitatur intellectum Diuinum: & sic, qui regulantur lege Dei, ad veritatem iustitię, & bonitatis perueniunt: & quãuis hæc lex nondum veritatis, sed Veritas æterna, prout est in seipsa, à nemine cognoscatur, nisi ab ipso Deo, & Beatis Creaturis in Cœlo, omnis tamen creatura rationalis ipsam cognoscit secundum mediationem maiorem, vel minorē: sicut qui non videt Solem in sua substantia, videt in eius radio: omnis enim cognitio veritatis est quædam mediatio, & participatio legis æternæ, quæ est veritas immutabilis ex Aug. lib. de vera Religione. Et veritatem omnes aliqualiter cognoscunt ad minus quantùm ad principia communia legis naturalis, vt in statu Innocentiæ erat, præter alias, in Adam cognitio veritatis, & legis: operari.s.& custodire suam Innocētiam, & Paradisum: & post peccatum, in Cain Imperium rationis sensui: & nolle facere alij, quod sibi nolebat fieri. Hæc autem cognitio potius dicitur Iudiciaria, quàm practica: prima vt cum uis cognitiua iudicat de proprijs obiectis Non ne auris verba dijudicat? & fauces comedentis saporē, & scd'm istū modū Iudicij Phylosophus dicit, q vnusquisque benè dijudicat, quæ cognoscit, vt benè iudicauit Adam se peccasse, & nudum esse, & Cain eiectū à facie Dei, & positū esse in periculo, vt occideretur: scimus aūt hoc mō, & lege æterna, quēadmodū dirigendi sunt actus rri ex ordine, & gubernatione rerum: sed nondum hoc: sed sempiterna quoq. Dei Virtus, & Diuinitas ex his, quę facta sunt &c. ex D. Paulo: secunda autem, ex qua superior practico Iudicio indicat de Inferiori, an ita debeat esse, vel non ita, non conuenit alicui creaturæ respectu legis æternę: q.s. ita debeat esse: sed q ita sit: alioquin esset Iudex legis, & non factor, ex Apostolo. Ex hac lege æterna pendet lex naturalis: cum enim sit lex regula, & mensura, vel in lege consideratur mensurans, vel mensuratum: inquantùm enim participat de mēsura, dicitur mensuratum, vt panni pars participans mensuram, vt dr, bracchij, dr mensurata: Hinc ille habebat Bracchium arundineū, secundum quod mensurabat ciuitatem. erat ergo ille baculus mensurans: ciuitas autem mensurata: omnia igitur, quæ Diuinæ regulæ subduntur, à lege æterna regulantur, & mensurantur, & sic omnia parti-

Aug. *Iob. 12.* *Rom.* *Iac. 1.*

participant eam legem, prout ex ea habent inclinationem ad proprios actus, & fines: rationalis creatura excellentius subditur Diuinæ prouidentiæ, quasi sit etiam ipsa particeps eius, sibi, & alijs prouidens. Quare in ipsa participatur ratio æterna, per quam hēt naturalem inclinationem ad debitum actum, & finem, & talis participatio, lex naturalis dicitur: Vnde cum Dauid cecinisset, sacrificate sacrificium iustitiæ: quasi quibusdam quærentibus, quæ sint Iustitię opera, subiungit: multi dicunt: quis ostendit nobis bona? cui quæstioni respondens dixit: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: quasi lumen rationis naturalis: quo discernimus, quid sit bonum, & quid malum: quod pertinet ad naturalem legem, nihil aliud sit, quàm impressio Diuini luminis in nobis. Quamuis autē, vt ait D. Paulus: Gentes, quæ legem non habebant naturaliter ea, quæ legis sunt, faciebant. Vbi Glosſ. si non habent legem scriptam, habent legem naturalem, qua quilibet intelligit, & sibi conscius est quid sit bonum, & quid malum: ex quo videri poterat hanc legem sufficere: nihilominus lex Diuina necessaria fuit ex eo, quòd Dauid exposcit sibi à Deo poni: Legem pone mihi Domine viā iustificationum tuarum. Primò quidem, q̄ lex dirigit hominem ad actus proprios in ordine ad vltimum finem: & si quidem vltimus finis hominis esset, qui non excederet facultatem naturæ, non indiguisset lege suprà facultatem naturalem; sed quia dirigitur ad finem supernaturalem Beatitudinis, opus fuit dari sibi legem Diuinitus traditam. Secundò, quia ex incertitudine humani Iudicij ſm illud incertæ prouidentiæ nostrę procedit error præcipuè in particularibus, & contingentibus, vt variè hoc ab his, & ab illis iudicetur, & diuersa fiant iudicia, & subindè contrariæ leges, oportuit legem Diuinam dari, quę non potest errare, vt absque omni dubitatione scire posset quid esset ei agendum, & vitandum. Tertiò, quia de his similiter potest facere legem, de quibus potest iudicare: Iudicat autē tantum de exterioribus, interiores motus, qui latent, nō potest iudicare, sicuti non potuisset ille Rex tirannus iudicare de passionibus internis Populi, dum ad exteriora signa non progressæ essent: qui prohibuit colloquia, nutus, lachrymas, vultus mutationes ob proditionis suspicionem: ad perfectionem autem virtutis oportet, quòd in vtrisq; actibus sit perfectio: ideo oportuit dari legem Diuinā, quę perfectè cohiberet, & ordinaret hos actus in amore, diligere, & be-

Psal. 4. | Rom. 2. | Glos. | Ps. 26.

nefacere, & orare: in odio ẽ contra: non irasci, non dicere Racha; non fatue, quæ vtrosque actus amplexantur. Quartò, quia, vt dicit
August. D. Aug. in 1. de lib. arbit. Lex humana non potest omnia, quę fiunt malè, punire, vel prohibere: dum enim auferre vellet omnia mala; sequeretur, quòd etiam multa bona tollerentur, & impediretur vtilitas boni communis, quod est necessarium ad humanam conuersationem; vt ergo nullum malum improhibitum, & impunitum remaneret, data fuit lex Diuina, per quam omnia peccata prohibeãtur; & quam nemo potest effugere, quin ab ea puniatur: & istæ quattuor causæ perpulcherrimè eliciuntur ex verbis Psalmi. Lex Domini immaculata: nullam peccati turpitudinem permittens: conuertens animas, quia non solùm exteriores, sed interiores dirigit: testimonium Domini fidele, propter certitudinem veritatis, & rectitudinis: Sapientiam præstans paruulis, inquantum ordinat hominẽ ad supernaturalem finem, & Diuinũ. Est. n. sapientia cognitio vsque ad altissimã cãm: distinguitur verò hæc lex Diuina in veterem, & nouam: non sicut Equus, & Bos in diuersis speciebus: sed sicut imperfectũ, & perfectum in eadem specie: vt puer, & vir, quæ Dña nõ facit aliud, sed alterum, ex Porphyrio; vnde Apostol. comparat statum legis veteris statui puerili existenti sub pædagogo: Statum autem legis nouæ statui viri perfecti, qui non indiget pædagogo. Imperfectio autem, & perfectio attenditur legis secundum tria, quæ ad legem pertinent, quę sunt: primum, vt ordinet lex ad bonum commune, sicut ad finem, quod quidem potest esse duplex, sensibile, & terrenum, & ad hoc ordinabat lex vetus directè: vnde statim Exo. 3. inuitatur populus in principio legis ad Regnum terrenum Cananæorum; & iterùm bonum intelligibile, & cœleste, ad quod ordinat lex noua; vnde statim Christus in suæ prædicationis principio inuitauit ad Regnum Cœlorum, dicens: Pęnitentiam agite: Appropinquabit enim Regnum Cœlorum, & ideo, ex Aug. in 4 contra Faustum: temporalium rerum possessiones testamento veteri continentur, & ideo vetus appellatur: vetera sunt quippe temporalia: Omnes sicut vestimentum veterascent: sed æternæ vitæ promissio ad nouum testamentum pertinet: secundum, vt dirigat lex humanos actus secundum ordinem Iustitiæ, in quo etiam superabundat lex noua legi veteri, interiores actus hominis ordinando. Nisi abundauerit Iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum non

Psal. 18 *Porphy.* *Gal.* 3. *Exo.* 3. *Matt.* 2. *August.* *Ps.* 101. *Matt.* 5.

intrabitis in Regnum Cœlorum;& ideo dicitur, quòd lex vetus co hibet manum,lex noua animum : tertium, vt inducat lex homines ad obseruantiam mandatorum, & hoc quidem lex vetus faciebat timore pœnarum:lex autem noua per amorem,qui in cordibus infunditur per gratiam Christi,quæ in lege confertur noua,sed in veteri figurabatur:& ideo August.contrà Adamantium; breuis differentia Legis,& Euangelij,timor,& amor: Ab hac Lege Diuina ortæ sunt leges humanæ,quæ ideo dicuntur bonæ, quia participant rectitudinem Diuinæ bona facienda,& mala vitanda præcipientis: alioquin non habent naturam legis,sed violentiæ,vt mala,quę,prę ter naturam humanam rationalem sunt, faciant,vel fieri præcipiāt: per me, inquit, Reges regnant, & Legum conditores iusta decernunt:ideo vltra dictam legem veterem, & nouam adinuentæ sunt leges humanæ,de quarum multitudine, & varietate non est Nobis differendum: Sat sit,quòd quamuis ratio humana non possit participare ad plenum dictamen rationis Diuinæ, suo tamen modo, & imperfectè potest: quò magis accedit ad Diuina, eò perfectior fit:prę sertim cum ita ad Diuinam legem refertur,vt ex ipsa pēdeat: quare concludendum est, quemadmodum supra, legem veterem Diuinam nouam addidisse,& adimpleuisse illam prohibitione etiā interiorum actionum,vt dictum est: ita Decreta perfectionis, siue Regulæ,siue Constitutiones illæ fuerint,quibus à communi hominum omnium obligatione ad legem tùm Diuinam, tùm humanā distinguuntur,qui huiusmodi Regulas, & Constitutiones acceperunt: super præcepta earundem legum veteris, & nouæ voluntariam obligationem apponere:vt de Virginitate dicit Saluator:Qui potest capere capiat: non omnes capiunt verbum: Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum Cœlorum: & de paupertate: Si vis perfectus esse: Vade,& vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& veni sequere me:in quibus potestatem, & voluntatem adhibet Ductrices ad hanc consiliorum obseruationem: Regulæ igitur particulares,& Constitutiones, siue Decreta, præcipue in erectione, & reformatione Religionum præcedere debent, sicut Canonicos Regulares in vniuersum præcesserunt Regula sub Sanctis Apostolis constituta veterum illorum, quæ Apostoli, & perfectioris vitæ illius temporis viri deuouerunt, & passim aliæ Regulæ Petri Damiani,& D.Augustini,de quibus supra tactum est: Nobis

Aug. Prou. 8. Mat. 19. Petrus Dam. D.Aug.

autem initio reformationis Canonicis Regularibus à Greg. XII.
Greg. 12 cogitatæ, & in B. Stephano expressæ, & etiam desideratæ, data, si-
D. Aug. ue confirmata fuit Regula, quam Canonici Regulares omnes à pri
B. Hüb. mæua reformatione facta ab eodem D. Augustino obseruauerunt.
Vgo à S. Vict. Hanc Regulam commentati sunt B. Humbertus Burgundus Quintus Generalis Magister Ordinis celeberrimi Prędicatorũ, & Vgo à S. Victore Canonicus Regularis, & Ioannes Trullus, & passim Canones pluribus in locis, in quibus ipsa Regula annotatur. Hanc ipsi Patres, B. Stephanus, & cęteri in dicta superius Domo, & Conuẽtu S. Saluatoris de Sylua lacus professi fuerant, dum sub Ordine Eremitano degebant: quam neque ipse B. Stephanus relinquere cogitauit, dum nouum viuendi genus voluit eligere, & petere a Sũmo Pontifice, vt suprà notatum est: neque ipse Pontifex, dum secũ meditatus proponebat arcanum suæ mentis aperire, vt reformaret Ordines Canonicos singulariter viuentes in Canonijs particularibus, non Conuentualibus, vt modò in vniuersum à Regulæ D. Augustini his traditæ rectis semitis alienos pœnitus in ipsa temporis eius calamitate factos, ferè declinantes. Et quidem nunc quæ ad Regulam pertinẽt elucidanda, quàm breuius possumus, inseremus quæ dicuntur à Viris Sanctis, non Sapientibus, tamen habent fidem ex sanctitate: quæ à Viris scientia præditis præter bonitatem, maiorem vim habent: maximam verò cum ij viri habent auctoritatem: Simplicitas absque sapientia minus laudabiliter profert. Sapientia absque Sanctitate inanis est, & inflat, non ædificat: vtrumque cum auctoritate coniunctum plurimum acceptatur: nec habent, vt dicant: locutus est pauper; & dixerunt: quis est hic? cum &
Eccl. 13 Sapientia clamitat in Plateis, & vocauit ancillas ad Mœnia Ciuita-
Prou. 9. tis: & per hoc supposita Sanctitate, Sapientia, & authoritas demon-
D. Aug. stretur. D. autem Augustinus fuit Sanctus, Sapiens, & sublimis probitate sua, & auctoritate: cum essent duo status Religiosorum, Solitarij, quos Anachoretas vocant Græci; & in Congregatione vi-
D. Ben. uentes, idest, Cœnobitæ: post multum temporis D. Benedictus de-
D. Aug. dit Regulam suam ad exemplar Cœnobitarum Priorum: D. Augustinus ad exemplar Apostolorum: quorum vitam, & modum renouat in suis Clericis, qui fuerant in Clericis primitiuæ Ecclesiæ; & antiquitas per tot spacia temporum, cum non solùm alias Regulas, sed ipsam D. Benedicti præcessit, per examen plurium legentiũ,

& non

& non passa iniuriam, tanto plurium iudicio comprobatur. Multæ Regulæ constituunt præcepta circà obseruantias corporales; ipsa D. August. præcipuè circà spirituales, vt dilectio Dei, & proximi, vnitatem cordium, concordium morum: & spiritualia præstant corporalibus. Quòd ad titulum attinet, quòd in fine Regulæ dicitur: vt autem in hoc libello tanquam in speculo vos possitis inspicere: non inde probandum Regulam D. Augustini esse illum eius librum, qui vocatur Speculum Augustini, vt titulus huius Regulæ debeat ita præscribi: Incipit Speculum D. Augustini; Speculum.n. est liber, in quo recolligit Augustinus mandata Dei, ita dictũ: quia in eo potest quis videre quid profecit, quid ei desit. Verùm quemadmodum Speculum vniuersale est, quod in Aula communi ponitur, vt quisque possit se in illo aspicere: singulare, quod in Camera Domini ad sui tantum vsum apponitur: ita dici prædicta opera Augustini: commune, quod pertinet ad omnes; quòd præcipuo titulo vocatur Speculum: & particulare, quod pertinet ad Religiosos, & suos Clericos, siue Canonicos, quod Regula dicitur primario titulo, Speculum appellatur per similitudinem. In ipsa autem Regula primò inspicitur in vniuersum statum Canonicorum, qui est, vel in se, vel in Deo degentibus: & requiruntur in eo quædam, quæ pertinent ad statum Congregatorum, quæ includuntur à verbis Regulæ: primùm propter quod, vel eorum, qui faciunt pœnitentiam, & de hoc agit ibi: orationibus instate: vel ad statum excellentis honestatis, de qua ibi: cum sit notabilis: vel ad statum indigentium plurimis, & subuenientium necessitatibus, ibi: Vestes vestras: vel spiritualis fraternitatis: ibi: lites aut nullas habeatis: vel subiectionis, & obedientiæ, ibi: Præposito tanquam patri; Singula breuissimè, & compendiosè tractanda: circà primum plurima: Congregatos vult esse suos: In vnum estis congregati: quia excellentior est Vita Cœnobitarum, quàm Anachoretarum: Solitarij enim faciunt secundum propriam voluntatem: congregati secundum alterius: & abdicatio propriæ voluntatis primum à Saluatore requiritur: qui odit animam suam: abneget semetipsum: alius ducet te, & cinget te, quò tu non vis: & ipse factus est obediens vsque ad mortem: non mea voluntas, sed tua: non vt faciam voluntatem meam; sed eius qui misit me: & melius est esse duos simul, quàm vnum: Habent.n. emolumẽtum societatis suæ, cumulum meritorum in virtutibus aliorum incitandis,

Mat.8. Io.21. Phil.2. Luc.22. Io.6. Eccl.4.

D. Ant. citandis, vt D. Antonius faciebat: meritum obedientiæ, vt ille stilli-
ta, cui, cum habitaret suprà columnam, præceptum fuit, vt in Cœ-
nobium descenderet: & siquidem descendisset, permitteretur ibidē
morari: eo enim modo meritum obedientiæ acquisiuit: sin verò co
geretur discedere, vt mortificaretur eius voluntas: & multa alia ex
societate bona emanant. Si enim sanctificatur vir infidelis per mu-
1. Cor. 7 lierem fidelem: multò magis fidelis per fidelem: cum Sancto San-
Ps. 17. ctus eris: Societas accendit amorem; si fuerint duo, fouebuntur mu
Eccl. 4. tuò: vnus quomodo calefiet? Hinc societas Sunamitidis calefecit
4. Reg. 4 Regem, non multiplex habitus, & vestis, quæ significat propriam
complacentiam: carbo niger facilè rubescit inter rubeos. Quare mi
rum fuit, quòd Diabolus, qui erat inter lapides ignitos, idest, inter
Michaelem, & sequentes humiles, superbierit: eleuat cadentem: Si
Eccl. vnus ceciderit, ab altero fulcietur: Væ soli, quia cum ceciderit non
Mat. 18. habet subleuantem se: impetrat facilius; si duo ex vobis consense-
rint; super terram de omni re quantacunque petierint, fiet illis à
Eccl. 4. Patre meo; Vincit Hostes, & si quispiam præualuerit contrà vnum,
duo resistent ei; quare ille Pr orans pro tētato, hoc non orāte, exē-
Eccl. 34. plo colligēdi ligna, & disperdēdi, admonuit vniformē dr̄e esse orō-
nē, nā vnus ędificans, & alius destruens: cuius opus consumabitur?
In eodem genere sequitur Regula: sint vobis omnia communia.
Isid. In statu Naturę antè peccatum erant omnia communia: vnde Isi-
Act. 4. dorus. Ius naturale, communis omnium possessio dicitur, dist. 1.
Similiter in primordijs status gratiæ erant eis omnia communia.
Præterea in statu gloriæ erunt omnia communia. Erit Deus omnia
Ps. 121 in omnibus. Hierusalem quę ędificatur vt ciuitas cuius participatio
eius in idipsum: Nam, licet diuersitas mansionum faciet diuersitatē
præmiorum, beatitudo tamen essentialis vniformis erit, & ex ratio-
ne charitatis eo, quòd habet alter, gaudet vnus, ac si ipse potiretur.
Beda. Et Beda. Qui ita viuunt, vt sint omnia communia in domo, Cœno-
bitæ vocantur: quæ vita tantò fœlicior est, quantò statum futurum
imitatur: in quo erunt omnia communia: videre hinc licet, quàm
fœlix sit status Communitatis, qui imitatur statum Naturæ melio-
rem, prout erat ante peccatum, statum gratię meliorem, qui erat
primitiuus in Ecclesia, & statum glorię. Hunc statum, iuxtà Apo-
stolorum statum, confirmat D. Aug. Sic inquiens. Legitis in Actib.
Apostolorum, quòd erant eis omnia communia: ex perfectione

charitatis,

charitatis,& in aliquibus etiam ex voto, illis tunc erat ista cõmuni tas.Mutatus autem est ille status Ecclesiæ, quia cum sint quędam essentialiter bona,quæ non recipiunt pro aliquo tempore mutatio nem,sicut diligere Deum,honorare parentes,& huiusmodi &c.quę dam quæ aliquo tempore recipiunt mutationem, vt hæc hoc magis expediunt,quàm alio tempore. Cum dilatata esset Ecclesia per orbem,& habuisset pacem,visum est successoribus Apostolorũ magis expedire possessiones retinere,quarum pretium, cum essent vẽditæ,dabatur eis,vt ijdem distribuerent credentibus; & dabatur ipsis,vt perpetuò possent subuenire pauperibus, quàm quòd more solito venderentur; & ideo mutauerunt statum illum, & solæ Matrices Ecclesię habebant huiusmodi,& distribuebant alijs: postmo dùm dilatatum est hoc vsque ad alias Ecclesias, vt habetur 12.q.1. c. videntes; & circà tempora Constantini fuit primò ista mutatio per approbationem vniuersalem,quia particulariter fortè fuit: facta autem aliqua mutatio particularis,12.q.1.c.futuram; ex qua vi ligãtur obseruatores huius Regulæ,vt velint esse commune,quod habebant in sæculo:vnde pensandum quantùm teneamur communicare res in Religione Nobis concessas,si cõmunicamus res olim Nostras; Sed non est Nostri Instituti casus conscientiæ declarare, sed Historiam scribere, & in hoc libro intelligentiam aliquorum, quæ necessaria sunt in Regula, vt sciantur,exponere. Vide B.Vmbertum explanantem ipsam Regulam,quòd de obligatione mutuãdi,& communicandi etiam scripta determinet,ex quo hęc deprompta sunt.In quibus miror quantum impium sit nolle communicare scripta mea eo, quòd nolo sint omnibus nota, quæ dico sumere me ex scriptis, vel libris, sed ex meo ingenio volo alios putare decerpere;quàm inuidum,si solus volo comperta,& præ manibus ha bere,quæ in scriptis meis habeo;quàm auarum cum iam in aliquo non prosint mihi scripta, vel libri, celo Canonicis meis, vt coruus denarios,quos non manducat; quàm contrà charitatem etiam, si debeo pro fratribus meis animam meam ponere suo loco, & tẽpore,& occasione:non pono res meas,cum pręsertim illis nõ ęquè, vel magis indigeo, quàm frater meus circa scripta (salua tamen authoris nominatione, quod faciunt etiam Sancti omnes, qui ad Ecclesiæ honorem, & fidem comprobandam, & mores hominum instituendos scripta ediderunt)quàm vindicatiuè,si non do peten

Const.

B.Vmb.

ti,quia non datum fuit ab alio petenti mihi; vt pęnam talionis pręscribam.Multi persæpè videntur, qui cum in sæculo pauperem vitam,& in humili loco gesserint,cum ad Cõgregationem venerint, erigunt ceruicem, & in superbiam eleuantur; quod admiratur sa-
Eccl.25. piens,cum conspicit esse pauperem superbum:ideo Regula hos admonet,ne ceruicem erigant,quia associantur eis, ad quos foris accedere non audebant;magis autem grati esse debent,quia suscitati à terra inopes,vt sedeant cum Principibus; & moueri ad amorem Religionis,quæ eis contulit, quod Mundus dare non potuit iuxtà
1.Cor.15 illud:gratia Dei sum id quod sum; & eleuari in spem futuræ societatis. Si enim in statu Gratiæ ascendunt ad societatem maiorum; multò magis in statu Gloriæ, vbi nulla erit personarum acceptio;
1.Io.1. quod vidimus annunciamus vobis, vt societatem habeatis nobiscum,& societas vestra sit cum Patre,& filio eius Iesu Christo;Sursum igitur cor isti debent habere,vt ad ipsum Deum,à quo accepe runt abundantiam temporalium,per redundantiam spiritualiũ virtutum reuertantur, vt ad locum, vnde exierunt flumina rerum, & bonorum,reuertantur, per virtutes præcipuè humilitatis, & gratitudinis;& causam affert;ne Monasteria incipiant esse diuitibus vtilia,non pauperibus;si diuites humiliantur, ibi pauperes inflantur; dignum proinde ratione verbum, quòd Monasteria nõ sint aliquibus vtilia ad salutem,quod quidem fit primum per generalem causam cuiuscunque peccati mortalis; nam,secundum Hieronymum, non Religiosum esse, sed Religiosè vixisse, laudabile est; aliæ sunt etiam particulares, inter quas offensa fraterna, de qua infrà, qui nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit: sine causa est in Monasterio.Hoc enim facit reprobari à Deo quicquid offertur;nec Deus huiusmodi placatur,nisi frater placetur; Si offers munus tuum antè altare,& recordatus fueris, quòd frater tuus habet
Mat. 5. aliquid aduersum te:relinque ibi munus tuum antè altare,& vade prius reconciliari fratri tuo;& tunc veniens offeres munus tuũ;alia causa,est superbia,quæ facit inutile Monasterium.Ingrediuntur.n. Religionem aliqui,vt melius caueant à peccatis,quę in sęculo cum difficultate euaduntur, vel vt faciant pœnitentiam de commissis, vel vt illi plus merentes maius gaudium habeant in Cœlo; Super-
Eccl.1. bia has omnes vtilitates amputat, de quibus Eccles. 1. Religiosos custodiet, & iustificabit cor, & iucunditatem, & gaudium dabit;

nam

nam superbia causat multa alia mala. Initium omnis peccati super- *Eccl.* 10
bia; Impedit iustificationem. Descendit hic iustificatus ab illo, s. su- *Luc.* 18.
perbo Pharisæo, Publicanus humilis; priuat bona opera finali mer- *Aug.*
cede; ipse August. in Regula. Superbia bonis operibus insidiatur,
vt pereāt; & vbi suprà: qui tenuerit illam adimplebitur maledictis.
In quibuscunq. igitur, sed in superbia, magis in pauperibus, in qui-
bus minor causa superbiendi, & maior vis, & violentia; nam opor-
tet, vt non se inflet: cum diues si superbus est, habet inflationis suæ
causam diuitias. s. scientias, & alia bona gratuita. vt Diabolus pau- *Isa.* 14.
per inflauit se, vt similis esset Altissimo. E contrario diuites admo-
neantur, vt non superbiant, sed faciles se exhibeant pauperibus, ge-
nus quod est magnanimitatis, & similitudinis Dei. Altus Domi- *Ps.* 137.
nus, & humilia respicit. Notandum autem maximè est, quòd voca-
ta Religio est tribus præcipuè nominibus, communis Vita, ne ex-
tollantur, si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contulerūt:
Monasterium, ac incipiant Monasteria &c. Sancta societas, qui ad
illam Sanctam societatem ex paupertate venerunt. In quibus no-
minibus tria vota clauduntur, dicitur. n. Sancta societas propter ca-
stitatem, communis vita, propter paupertatem, & Monasterium,
quod est ad vnum habitatio multorum, propter obedientiam: præ-
terea statuta vnitate animorum, & communitate rerum, Statuit D. *Aug.*
August. in Regula concordiam actionum, concorditer, vnitè, intrin
secarum, & exteriorum, in quibus debet esse concordia: diuersitas
animorum turbat concordiam actionum, ideò dicit vnanimes ha-
bitetis in domo; proprietas rerum; meum. n. & tuum faciunt discor
diam, ideo dicit; non dicatis aliquid proprium; acceptio persona-
rum; in distributione rerum cōium, & dicit; distribuantur vnicuiq.
sicut cuiq. opus fuerit; voluntas improba nimis habendi, & dicit;
qui aūt non habebant ea, quæ erant in Monasterio, quæ nec foris
habere potuerant superbia, quæ non potest habitare concorditer,
nec erigunt ceruicem. Est autem concordia Harmonia, quę non sp
consistit in omnimoda æqualitate vocum, sed in earū debita pro-
portione; quare non constat sp esse in æqualitate, sed debita rela-
tione inter superiores, & inferiores. Tantum. n. superior posset ele-
uari, vel deprimi, quod non concordaret cum inferiori, & similiter *Aug.*
inferior; & hæc quòad primum Religionis statum degentium in *Primus*
vnum sub Deo, à D. August. propositum pro necessaria dilucidatio *status.*

ne dicta sufficiant. In secundo statu pęnitentium hæc iteranda; tria sunt, ad quæ reducuntur opera pœnitentiæ; oratio, qua erigitur aīa in Deum, qua impugnantur vitia animæ: mortificatio carnis insurgentis in animam, qua prostituuntur carnis vitia; & opus misericordiæ, quo mouetur animus piè in proximum, & destruuntur vitia Mundi; circà secundum; carnem vestram domate ieiunijs; & tertium etiam si his, qui venerunt ex moribus delicatioribus, omnibus quidem instandum est orationi, prȩcipuè Religiosis, qui tentationibus agitantur: fili accedens ad seruitutem Dei, stà in
Eccl. 2. timore, & præpara animam tuam ad tentationem; indigent frequē-
Mat. 14. ti adiutorio. Vigilate, & orate ne intretis in tentationem; qui maioribus donis ditati, quæ secundū Gregorium facilè ammittuntur, nisi à largiente custodiantur, ad orationem confugere debent: custodi
Ps. 79. Domine Ciuitatem istam; Vineam quam plantauit dextera tua; & qui, cum opus arduum habeant perfectionis, oratione continua indigent, vt ad confirmationem opus ipsum perducatur; Qui cœpit in vobis opus bonum ipse perficiat vsq. in diem Iesu Chri-
Phil. 1. sti. S p quidem deberent Religiosi orare; verumtamen horis, & temporibus constitutis id debent facere. Oratio. n. non est tm̄ oro, sed
Gilb. obedientia, vt dicit Gilbertus S. Ruffi Abbas expositor alius huius Regulæ. Omnibus igitur horis Canonicis instandum orationi, præcipuè verò, Matutinis, Prima, & Completorio; contrà multos, qui sufficere sibi putant, si per diem accedant ad oratorium, non per
Ps. 118 noctem, & absq. rationabili causa, cum tamen Dauid dicat: media
Ps. 62. nocte surgebam ad confitendū tibi. Deus Deus meus ad te de luce vigilo; Si memor fui tui super stratum meum, in Matutinis medita-
Ps. 6. bor in te. Lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo; vbi, si per stratum intelligis viam ad lectum; antè dormiendum in ipso noctis initio orat; Si sedem iudicandi; quæ, Baldachinus, vulgariter dicitur, in die etiam orat; cum tamen fuerit tot Regni occupatus negotijs, præcipuè in ipso Matutino tempore, quo pęnas malefactoribus indicebat. In Matutino interficiebam omnes peccatores terræ, & tot vxorum deli-
Ps. 100 cijs implicatus, & cum turba illa beata. Apoc. 7. die, & nocte seruiat
Ap. 7. Deo suo. & Apoc. 4. Animalia illa nec die, nec nocte requiem ha-
Ap. 4. beant dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est: & illi custodes Eccle-

siæ

fiæ Esa. 63. tota die, & nocte non taceant laudare nomen Domini: *Esa. 63.*
& Chr̄s totam noctem expendeat orando: erat pernoctans in ora-
tione dei: & Paulus & Titus carceris angustia, & cathenarum stri- *Luc. 6.*
ctione nō impediantur, quin media nocte laudent Deum magna *Act. 16*
voce; & illa mulier de nocte surgat, & det prædam domesticis suis; *Pro. 31.*
& artifices magna parte noctis laborant, vt diceret ille: plus fabri
malleus, & opus me excitant dormientem, & Ionatas, cum Sol oc- *Mac.*
cidisset, præcipiat vigilare suis aduenturis de nocte hostibus: & Vir- *12.*
gines illæ, quia tempore, quo poterant oleum adipisci, dormierint *Luc. 25.*
de nocte antè mediam, & non emerint; quamuis aliæ dormierint
securæ de excitatione, & consecutione sponsi, propter somnum re
uersæ ab emendo, clausam ianuam inuenerint sponsi. Sanè de die
opera misericordiæ exercenda, de nocte cantandum Deo. In die *Ps. 41.*
mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte Canticum eius.
Similiter ad Completorium omnes conuenire debent, quia Cōple
tio est orationis, sicut & boni operis: quia est transitus ab exteriori
bus actionibus ad interiores, ideo dicitur. Conuerte nos; quia in fi- *Ps. 84.*
gura transitionis de mundo ad Cœlum; quia secundum morem an-
tiquissimum Nostræ Congregationis datur benedictio, & aspergi-
mur aqua benedicta: quia est sacrificium Vespertinum, q̄ ligatur
cum Matutino. Eleuatio manuum mearum sacrificium Vesperti- *Ps. 140.*
num, quia est completio verborum, quæ fiunt in die, & incipit silen
tium, quia dicitur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem *Ps. 113.*
suam vsque ad Vesperam; quia B. Virgini fit finalis commendatio
de necessitate iuxtà Rubricas per vnam ex Antiphonis ab Ecclesia
decantatis; quia aues garritum tunc dimittunt, quia, vt Plinius ait, *Plin.*
Multitudo apū ad sonum vnius recolliguntur in alueo, & in matu
tinis horis sequentis diei ad eiusdem sonum egrediuntur: præter
autem orationes has necessarias, voluntati orantium relinquit pri-
uatas orationes exercere, & deuotioni in illis verbis, in quibus in-
terdicit aliud opus facere, & esse impedimento illis, qui ibi orare
voluerint. Sunt enim institutæ hæ orationes priuatæ à Christo, q̄
cum non indigeret orare, sæpissimè orabat ad nostrum exemplū:
& Apostoli ministerium mensarum propter orationem, & prædica
tionem dimiserunt. & D. Paulus Eremita visus est oculis, & manib. *D. Pau. Eremit.*
in Cœlum erectus quasi orans, mortuus. Orationes communes sūt *Matt.*
de Institutione Ecclesiæ: priuatæ, de Institutione Christi. Tu autē *6.*

cum

cum oraueris intra in cubiculum tuum,& clauso ostio ora Patrem tuum.Cantationes præcipit D.August. quia vox Ecclesiæ delectat
Cant. 2. Deum.Sonet vox tua in auribus meis:non solùm mente,& anima orandum,quia non solùm aīam, & interiores potentias à Deo accepimus,sed ore,& voce,quia ēt corpus,& sensus habuimus,in quibus omnibus debemus gratias agere Deo.Ex D.Paulo. Psallam spi
1.Cor.14 ritu,Psallam & mente:vbi per spiritum,vltrà alias intelligentias, fla-
Gloss. tum,& sonum,vocem intelligit;iuxtà Glos. Voces enim, & sonus, & harmonia ēt,præter significationem verborum, & intentionem orantis,& sonantis,& cantantis,diabolum fugat; vt Dauid citharā percutiens manu reprimebat spiritū Saul.Retrahebat enim harmonia illa attensionem mentis Saul ab afflictionibus Dęmonis, & spiritus mali;& hæc retractio lenius faciebat illum haberi,præterquā quod ex hmōi Harmonia ipsa mens Dauid eleuabatur intensius in Deum,& obnixius orabat pro alleuiatione Regis: vt Cecilia dicebat.Cantantibus Organis mens mea Domino decantabat. Fiat cor
Aug. meum immaculatum,vt non confundar;& Pater Augustinus de se dicebat.Flebam vberius in laudibus, & canticis benè sonantis Ecclesiæ vocibus vehementer affectus. Verùm,vt non fiant turbationes in Choro,Cantores eligendi,vel qui ex vsu cantum moderant Vicarij non cantandi inscij,sed qui benè ordinent,& dicant cantū. Sed cum non tàm benè aliquandò canant, qui ex ordine Chori sciunt benè canere,non superbè, & obstinatè voces suas, quamuis sanas,ita continuent,vt dissonantiam generent, prout euenire solet,dum ostendere volunt hi se scire canere,reliquos non.Scandala enim hinc oriuntur,dum ex proprio sensu,& scientia id fit;cum sequenda sit semper auctoritas maioris,quàm etiam ratio,quia illud humilitatem,hoc præsumptionem sapit, & tolerabilius vt aliquid minus benè cantari,dummodo non sit error intolerabilis, quàm fieri turbationem in Cantu. Secunda pars pœnitentiæ, est carnis maceratio: ideò ieiunia, & abstinentia cibi,& potus imponuntur: Regularia Ieiunia, præter illa,quæ ab Ecclesia præcipiuntur,in Religionibus optimè instituuntur, vt Religiosi sequantur Christum,
Matt. & obediāt ei;qui dicit Cum ieiunatis, &c. vbi non solùm præcipit
6. obseruari ieiunia Ecclesiæ, si quæ post illa præceptura erat, vt fecit in Institutione Apostolorum,& Summorum Pontificum,verū campum latum aperuit ad ieiunia vltronea; quæ pœnitentiæ gratia

debent facilè obseruare Canonici Regulares, de quibus in Constitutionibus decernitur. Seruit ēt ieiunium ad cauēdum à peccato. Sancta Sincletica in Vitis Patrum dicit. Ieiunium frǽnum est Monacho ad peccatum, & ad speculationem rerum Cœlestium. Danieli leguminibus cibato, & aqua tantum potato datur intelligētia Sacramentorum Dei, ad fideliter permanēdum in Religione. Coruus enim cadaueribus delectatus, non est regressus ad Arcam; ad murmurationem coercendam: libenter enim ieiunantes orationi assiduè vacant, non circumeunt domum, non explorant quid comedendum, non expectant, si aliquid deforis apportetur, non detrahunt, si desunt aliqua, non girant hospitium, si fortè inuitentur; non dolent ꝙ transacta sit hora comedēdi; cum tamē ēt Iudǽi adeo rigidi fuerint in ieiunijs, & abstinentijs, vt potius elegerint mori, q̃ vetitas carnes comedere. Et maximè punitus in Adam Mundus, quia abstinentiam fugit. Impotentes autem ieiunare, regulariter debent sumere cibum. Regula autem est in his primum differentia debilium, & fortium Secundum ablatione extraordinariæ comestionis. Tertium in præferenda pietate ipsi rigori Religionis; & quidem dicenti sedebilem (si bonæ famæ est) pōt credi. Sin autem, per alia argumenta inuestigandum. Non pōt autem Prælatus Ieiunia Ecclesiæ dispensare, nisi ea ratione declarata, quia ipsa Ecclesia nō intendit obligare videlicet, iuuentutis, senectutis, complexionis, & similium. Lectio de scripturis in mensa Religiosorum statuta fuit in Concilio Toletano dist. 44. pro reuerentia, vt interior ēt homo pascatur, vt magis retrahatur à delectatione sensus, ex qua oriūtur persǽpè mala, & vt vitentur nociua verba, quæ solent inter mensas accidere; quare idem Pater August. in mensa sua scriptum tenebat;

S. Sincl. *Dan. 1.* *2. Mac.* *Con. To.* *Aug.*

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

Quòd pertinet ad tertiam partem pœnitentiæ, quæ est opus misericordiæ exercere, quod præcipuè in infirmitate adhibetur, cū non contrà rationem, sed ex Dei mandato misericordiam facimus in infirmos. Infirmus fui, & visitastis me; & cum alia ratione meliori tractantur infirmi, non inde putantur esse fœlicioris conditionis. Hæc verò opera misericordiæ nondum exhibenda, dum infirmitate laborant, & omnia expendantur pro salute infirmorum, quæ necessaria sunt, & non ob damnum Monasterij putatum restringātur

tur

tur,& negentur necessaria,vel crudelitate Prælatorum,vel admonitione facta Medico,ne magni pretij medicinas exhibeat,vel negligentia Ministrantium,& Infirmariorum, vt passim accidere solet; verumetiam postquam infirmum reliquit febris,& malum,vt cibis delicatioribus alantur,vt citius recreentur, & non statim ad cõem victum transferri cogãtur; nam febricitantes non habuerũt fructũ ex cibis Medicinaliter ordinatis ad incrementum, sed potius debilitatem contraxerunt.Cum verò defecit infirmitas, vires naturales morbo debiles effectæ adiuuandæ sunt, vt ad vigorem pristinum reducantur,ex quibus oritur,ꝙ infirmi sic tractati non faciliter resumpta sanitate ad communia opera Religionis reuertanť; quod quamuis etiam ex hac occasione sit malum, peius tamen fit, cũ ex charitate in infirmitate,& valetudine tractati sunt,si non eadem faciant,quæ faciunt alij per velociorem cursum inter tot cæteros iã vltrà progressos aggredi.Tertius status honestatis Religiosorũ est, honestè conuersantium,& agentium.Honesta verò conuersatio est in Habitu,& Societate,in Moribus,& Correctione.Habitus in Re-
1.Tim.2 ligioso non debet esse pretiosus,interdicitur Mulieribus,iuxtà D. Pauli dictum.Non in veste pretiosa;multò magis professo paupertatem.Ipse D.Pater August.dicit,fateor,de veste pretiosa erubesco. Non enim decet hanc professionem Canonic. Regul. quamuis ex iure decentior sit Vestis. Decens tamen debet esse sic quippe in uestra consuetudine ex laneo,vt dicunt,Scotto,siue Sargia in Tunicis,& lineo in Rochetis. Non debet esse inconsuetus,vt alterius
Soph.1. coloris,& formæ,vel alterius dissimilis modi ei, qui à cæteris portatur. Est enim Vestis peregrina, de qua per Prophætam. Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. Sanè præter Habitum, qui ad Religionem pertinet, vestimenta interiora turpissimum est deferre coloris rubei, viridis, & huiusmodi; quæ tantum sapiunt sæculares milites; quibus exutis Tunica, Rocheto, & Scapulari,& Cappa; nil addendum,nisi gladius in fœmore,vel pugio, & sclopetum,& penna in Pileo; vt merè,qui suprà, videatur esse; ꝙ qua ratione Apostasiam sapiat, siue ad illam accedat,ipsi viderint, qui huiusmodi vtuntur:alba cuncta Vestimenta Canonicorum Regularium sunt;præter Pileum, & Cappam, siue Mantellum;sicut autem Vestis Religiosa etiam in sæculari persona ostendit aĩum religiosum,vt in Patritijs Venetis apparet: quos cum ita indutos, vt

sunt,

sunt,vidisse incœperim,quò Venetias accessi circà Annum Domini 1583. in multitudine honestissimè conuersantes in Platea ad negotia Reip.peragenda. Interrogaui Socium cuius Ordinis (fateor;testis est mihi Deus) aut Religionis essent illi, quos putaueră ad Solemnitatem, siue Processionem in tanto numero collectos; quem Habitum ita honestissimè deferunt,vt Censores Illustrissimi ad huius rei moderamen destinati nō habeant vnde corrigant, nisi aliquandò vt claudatur collarium,ne ora interulę ad collum nimis apertè pendeant suprà prætextam. Vestis.n.illa pręterquàm quod repræsentat Nobilem Romanorum Senatorum statum, Honestatem vtcunque redolet; imò apparentes illi in publico, si qui sunt iuuenes huiusmodi, tantum defectum (si defectus appellari pōt) statim remouent, ad præscriptam se componentes moderationē. Quemadmodùm ergo hmōi honestas Habitus in his, & alijs, & q̃ Veste longa suprà genua incedunt in sæculo viri Religionem interiorem significant, ita ex aduerso in Religiosis sæcularis sæcularia desideria demonstrat, vt extracto habitu Religionis, quod in momento fit,statim appareant sæculares,siue milites (Modestus autē est hic titulus)& hanc habere illos intentionem ostenditur Eccles. 20.Amictus hominis indicant de illo: Excusantur autem hi, si qui sunt,eo quòd non prohibetur interius color in Habitu, siue in Regula,siue ... constitutionibus: ignorantes vsum antiquissimum ab ipsis Institutionibus Religionum omnium,qui est:vt,cum induuntur Habitu Religionis, exuant primum sæcularem cuiuscunq; coloris:non est illius Religionis album,si Religio vestit nigrū,nigrum si induit album: præter amictionem serici, auri, vel cuiuslibet materiæ alienæ,vt lanea tantum sint interiora, sicut lanea exteriora, vel linea si linea : maximum hoc crimen esse putandum est, tùm quia contra paupertatem:non enim hi habitus inueniuntur materia vili,vt in colore tantum differant à formali veste Religionis,sed ex serico confecti,& auro passim contexti,tùm contrà honestatem (& per honestatem nedum intelligimus decorem,& decentiam exteriorem,verùm conformitatem,& formalitatem Habitus Religionis,vtpotè cum sit præceptus lineus,vel laneus,albus,vel niger, deformetur in sericum,& aureum,croceum,& discolorem) tùm etiā propter scandalum: aliquando.n.maius malum est minus quando occultum,& minus malum maius cum est publicum. Putamus aūt

Ecc.20.

huiusmodi vestes portantes etiam super indutis religiosis valdè scā dalum facere aspicientibus. Verùm non est hic de hoc disserendū; Sat fuerit honestatem Habitus declarasse, & notabilitatem vitandam, de qua loquitur D.P.Augustinus: Honestas prętereà, quę prouenit ex societate, In qua Regularis obseruantia ex immemorabili consuetudine socium Religiosis singulis apposuit. Deus.n. Moysi Aaron fratrem socium adhibuit misso ad Pharaonem; in quo negotio simul intrabant, loquebantur, respondebant: & Christus
Luc.10. Discipulos suos binos misit in omnem locum, quò erat ipse ventu
Act.13. rus; Spiritus S. Paulum, & Barnabam segregare præcepit ad opus, ad quod assumpsit eos; cum tamen vterque per se potuisset illud perficere: Apostoli miserunt Petrum, & Ioannem Samariam: Enoch cum Elia reseruatus est ad subueniendū electis in fine Mundi. Tobias noluit sine socio mittere filium suum, cui additus est Angelus. In Tabernaculo non erat vnus Cherub, sed duo. Si cum Ioseph fuisset & arbiter, non sollicitasset eum vxor Domini sui: animum sibi faciunt inuicem ad bonum. Pastores loquebantur ad inuicem.
Luc.2. Transeamus vsque Bethleem: ad sensus consolationem deseruit societas. Habeo.n. cum quo fabuler, loquar, discurram: ita de Discipu
Luc.24. lis duobus euntibus in Emaus; & factum est cum secum quærerent, & confabularentur, conferebant sermones ad inuicem, vt tristitiam de rebus præteritis alleuiarent. Pr[illegible] honestatem in motu: honestas in statu requiritur, idest, in eo operis, quod fit non mouendo: aliqui enim nesciunt stare nisi semper cum alijs. Hi nunquam stant apud se, fortasse secum morari abhorrent, quia non habent vnde lætentur de suis: alij, cum secum stant
Mat.20 soli, nil faciunt boni operis: quid hic statis tota die ociosi? non est ergo bonum nunquam in Cella consistere: semper per Dormitoriū, Claustrum, Hortum vagare, vel, cum in Cella sumus, nil boni operari, sed esse occupatos in nihil agendo; & cum ab exterioribus vaca-
Aug. mus, interiori non intendere; cum autem Augustinus præceperit modestiam, & honestatem in omnibus motibus, & actionibus, & gestis; præcipuè attendit ad motum oculorum circà fœminas, prætermissis alijs sensibilibus actionibus, quia oculi magis habiles sūt ad actionem peccandi, & quia surreptio impudicitiæ apparet maior in oculis, & quia impudicitia est magis contraria honestati, quā cætera vitia: fiunt autem mala præsertim hac triplici occasione, vel

quia

quia putâtur non illicitum;vel quia putatur non videri ab aliquo; vel quia non cogitat ſe videri à Deo: omnes has occaſiones aufert D.Aug. Quò ad primam,impudicitiam.ſ.oculorum,dicimus nõ ſolùm cum mulierum pulchritudinem hoc modo aſpicimus, verùm cũ imagines libidinosè depictas,ſpectacula Theatrialia, & Hiſtriones in Plateis huiuſmodi libidinoſis geſtibus attendentes; & qui nutus impudicè exercent.Quò ad ſecundam: neque Iſaac putabatur videri,dum licitè iocabatur cum vxore ſua;& tamẽ Abimelech eum vidit, nec putabat illa Adultera antè Chriſtum conſtituta videri in adulterio, & tamen viſa, & comprehenſa fuit. Et ille iuuenis, qui aduesperaſcente die ambulabat iuxtà domum meretricis occurrentis ſimiliter,putabat abſcondite ad illam pergere, tamẽ à Salomone videbatur de feneſtra domus intus reſpiciente illum. Quò ad tertiam.Non ſunt tenebræ,& nõ eſt vmbra mortis, vt abſcondantur hi, qui operantur iniquitatem. Laban vnus ſermonis noſtri teſtis eſt,abſque Deo,qui præſens reſpicit. Omnia nuda,& aperta ſunt oculis eius;videtur tamen non videre, quia non punit; hoc tamen magis deberet incutere amorem ad non offendendum Deum miſericordem, & timorem,quia quãtò diuturnius ſuſtinet, grauius punit;& coràm magno viro erubeſcimus mala facere; corã bono,coràm eo,contra quem fit malum, coràm eo,qui habet accuſare,& multò magis iudicare,eſt Deus M.O.contrà cum fiunt peccata:accuſat nos,& iudicat;Tandem circà honeſtatem morum præcipitur correctio inhoneſti, in qua re proceſſus Auguſtini conformis eſt Chriſti auctoritati de correctione fraterna; & iuxtà hoc Conſtitutiones Noſtræ optimè inſtituunt,vt dicturo contrà proximũ indicetur:an malo animo necne moueatur;poſtea,vt pęnam talionis accipiat,ſi mendaciter accuſauerit, vltimò, vt omnia ſcriptis mandentur. In quibus ex Conſtitutionibus Apoſtolicis conceditur,vt non ſeruato pœnitus ordine Iuris tractentur cauſæ noſtræ, ſed veritate inſpecta eius rei, quam accuſator perhibet, quam teſtes confirmant,Iudex,& Prælatus,ſiue Primus, ſiue Delegatus ſententiam proferat.Quę omnia maximè in eiſdem Conſtitutionibus exponuntur;& à Viris eruditiſſimis tractantur circà materiam procedendi in cauſis Religioſorum, præſertim à Viro erudito Noſtro Franciſco Ghiſelerio Bononienſi,in quo fortaſſe non habet alium huius rei tractatorem maiorem; vel ei non eſt alius æqualis. Hoc

Gen. 26. *Prou. 7.* *Iob 23.* *Gen. 31.* *Heb. 3.*

tamen iudicamus necessarium addi, quòd accusatio Diabolica,est
*Ap.*12. accusare ad offendendum,non ad sanandum: Diabolus.n.dicitur
Mat. 18 accusator fratrum vt perdat: conserui verò illi crudelitatem narrauerunt Domino suo ad castigandum,non ad perdendum; & ex eo potissimùm colligo, quia contristati sunt valdè, & de offensa Domini,& de suffocatione Patientis, & de peccato suffocantis;Diabolus autem non tristatur de peccatò nostrò, sed gaudet,vt de pęna. Sorores autem Lazari indicauerunt infirmitatem fratris sui Iesu Saluatori,vt curaret. Ecce quem amas infirmatur; ergo etiam ipsæ
*Io.*11. amabant,quia frater erat. Amans debet igitur esse accusās,Amans Iudex;Accusatum igitur prodere per accusationem debemus, vt sanetur, inquit D.August. Mala autem, & peccata debent diligen-
Aug. ter auferri; nam citò de Cœlo deiectus est Diabolus per superbiā, citò de Paradiso Adam per gulam,& inobedientiam;citò ementes de Templo ob auaritiam. Cœlum autem,& Paradisus, & Templū Domini est Religiosum,& tantò diligentius, quantò minorem habent excusationem Religiosi peccandi; non existimantur ignari, quia habent Scripturas,Regulas,Constitutiones,Sapientes Consiliarios,neque conuersantur cum malis, cum habeant Sanctam Societatem.Valdè.n.Diabolicum esset,si tota Religio mala esset:cum bonis,& ab illis possit malus consuescere,& bonum discere;neque vacant negotijs sæcularibus; in quibus facilè est error auaritiæ, superbiæ,luxuriæ,& aliorum peccatorum;cum Deo tantum attende-
Tertius re debeant, quare difficilius tolerari, & sufferri debent peccata eo-
status. rum,qui sicut cum bonis ambulant, & Deo tantum seruiunt, non implicant alienis,& mundanis.Status quartus Religiosorum est indigentium multarum rerum; quæ reducūtur ad victum, & vestitū; si sub Sanctis Apostolis constitutam Regulam amplecti voluerint; & D.Paulus Apostolus dicit: Habētes victum,& quibus tegamur;
1.*Tim.*6 his contenti sumus.Præter has,est etiam necessitas infirmorum; ad vestes autem pertinet custodia,vsus,& distributio: clarum fit custodiri vestes,cum quis habet suas in arcis suis.At cum in cōi reponuntur;non tàm facilè custodiuntur;quia sua quisq.quęrit diligentius,
1.*Cor.*8. quàm aliena;& ideo proponitur magna cautela custodiendi. Quia Charitas non quærit,quæ sua sunt: nec solùm in magnis custodijs diligentia adhibenda,sed in modicis etiam rebus; nam qui spernit modica, paulatim decidit.i.qui modica non custodit; nec magna custodiet.

custodiet. Christus colligenda fragmenta præcipit, ne pereant. Et Lazaro negans diues micam, non meruit guttam: neque negligenter tractanda sunt, quæ abundanter accepimus ab hominibus. Redditus. n. & possessiones, quibus gaudemus, & vtimur, sunt bona piorum, & fortasse pauperum: & eadem ratio est eorum Religiosorũ, qui in dies vtuntur redditibus relictis Religioni, ac eorum, qui quotidiè petunt ab alijs, quasi quotidiè illi petant ab eisdem, qui dederunt, tanquam si in depositum data fuerint: alij laborauerunt, & Nos in laborem eorum introiuimus: fortasè cum labore acquisierunt diuitias, qui reliquerũt mihi; & ego ex sæculo nihil in Religionem intuli, nescio quid fecerint, aut faciant alij. Quemadmodùm ergo Dauid noluit bibere aquam sanguine acquisitam à militibus suis, sed Deo effudit, ita nos debemus custodire, quæ ab alijs accepimus, & cum timore tractare aliena. Non. n. sunt Domini, sed Ministri bonorum eorum, & cum timore administrare debent, rõnẽ eorum reddituri. Quomodo autem in fauorem Regulæ, vel contrà eam fiat, cum certa pecunia datur Religiosis ad Vestes procurandas, non est Nostri Instituti: videatur ibidem B. Vmbertus in expositione Regulæ, & alij: toleratur infirmitas in moribus, in corpore, *B. Hũb.* & etiam in animo Religiosorum. Debemus nos firmiores necessitates Infirmorum sustinere, vt bases fortiores sustinent columnas, *Rom. 15* & columnæ infirmiora ædificij. Ego quasi Nutritius Ephraym portabam eos in brachijs meis: non proijciendus paruulus etsi mole- *Exo. 11.* stus, & grauis, & Iacob fractam, & debilem ouem, & agnum humeris portabat, & ligabat. At multi sunt, qui nõ compatiuntur, & ventilant cornibus suis omnia pecora infirma. Inde fit, vt non sint eius- *Eze. 34.* dem corporis membra, cum alioquin membrum sanum portet Infirmum, præcipuè circà senes aliquando, intolerantia vagat per iuuenes nescientes, quòd senectus est veneranda, quia coràm cano capite surgendum: quod & ipsi possent non ad eam ætatem attingere. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: quòd *Psa. 54.* & ipsi spernẽtur, cum senes facti fuerint, vt de Adonibezech scribitur: qui amputatis manibus, & pedibus Reges multos sub mensa sua tenebat: & ita redditum est ei. Munditia Vestium nobis præcipuè necessaria, tùm ex ipsarum Vestium materia, tùm ex Ministerio Diuinorum, tùm ex nitore, & decore: quam munditiam, nõ esset nimis magnum, si quisq. quamuis grandis meriti, & virtutis, ma-

nibus

nibus proprijs introduceret. Ad Humilitatem enim pertinent huiusmodi lauationes Vasorum, Vestium, & aliarum rerum, & locorum: quia Nouitijs, & Iuuenibus laudabilis Nostræ Congregationis consuetudo decreuit: quæ laudo quidem ad hunc finem id facere, non ad continuationem vsq., cum hæc à Conuersis, siuè Commissis fieri debeant: quæ ad officia Marthæ, & Charitatis instituta sunt, vt patet in Constitutionibus. Christus lauit sordes pedum Discipulorum suorum: & meritum surgit magis ex opere proprio, quā alieno; quia vnusquisque propriam mercedem accipit secundum laborem suum: non erubesco referre, quod mihi accidit, dum Nouitius essem: cum demandata cura erat sordes sedium tergere loci ad expurgandum ventrem apti, quod fieri consuescit singulis Sabbatis, in quibus domestica fiunt exercitia, vt in Constitutionibus: cū tamen essent immundæ infrà septimanam, & à Vicario loci mihi mundare committeretur, audacter negaui (me miserum) quàm parua dispositio tunc mihi aderat in Religione proficiendi, & meruissem statim proijci a societate, vtpotè qui imparatus ad obediētiam, & humilitatem inueniebar, nisi à pietate Patrum castigata illa, vel leuiter quidem insolentia, remissum fuisset mihi scelus: nunc fateor hæc, & viliora non erubescerē gratia Dei: quanti, & quot lapides pretiosi intexebātur capiti D. Marinæ, cū ad Monasteriū introductæ post scelus non ab ea factum, sed quod putabatur factū adulterij cum muliere illa Hospitalaria: demandatum fuit omnes sordes Monasterij tergere, vel vestes sociarum abluere, verrere totam Domum, officinas omnes purgare: ego autem multis peccatis onustus hæc, quæ mihi propria sunt, oīum vilissimo facere abhor-
D. Aug. reo. Ad societatē porrò, quam repetit D. Aug. addendū puto, ꝙ rōnabili cā pōt Superior, & Prælatus Maior dispensare Regulam in
Innoc. hoc. Nam Innoc. in Decretali dicit: ꝙ Abbas non potest dispensare in Voto Paupertatis abdicatæ, sicut nec in voto Continentiæ, quia sunt de substantia Ordinis: ergo elicitur ex his, quòd potest dispensare in his, quæ non sunt de substantia Ordinis. Non tamen passim faciendum ꝑꝑ dicta superius. Officiales propositi, primū diuersi debēt esse, singulis officijs destinati, vt ex Constitutione Apost. nobis datur œconomus ad familiā in victu, & vestitu gubernādā, & ad dicta ꝓcēdēdū, & Procurator ad lites, & causas, & redditus exigēdos diuersus esse dr̄e regulariter in oībus locis, paruis dūtaxat exceptis,

prout

prout in Constõnib.,vt sciat,q̃ sit conformis Regulæ hæc Constõ. Præterea œconomos debere esse plenos Spiritu Sancto, & boni testimonij: Huiusmodi.n.Apostoli elegerunt ad ministerium mensæ. Considerate, inquit D.Petrus, fratres viros ex vobis boni testimonij plenos Spiritu Sancto,& Sapientia, quos constituamus super hoc opus:nec proinde ex verbis quæ sequuntur: Nos verò orationi,& ministerio verbi ministrantes erimus: putent Officiales ab Officijs Spiritualibus Chori, & Ecclesiæ liberos se fieri,cum ab his possint abesse, quando necessarium est sui Officij munus adimplere:qua necessitate cessante, & ipsi deseruire debent Spiritualibus: Vnus.n.fuit ex illis delectis ad hoc Ministerium Stephanus qui spiritualia exercebat, & orationi intendebat vsque ad visionem Cœli aperti, & verbum ministrabat, ita vt Sapientiæ eius non potuerint resistere aduersarij:ex charitate Ministeria facientes,imitantur Angelos,qui sunt omnes administratorij Spiritus in Ministerium missi:imitantur Virginem, quæ cum esset puella tenera,delicata,grauida tamen cum festinatione ascendit in Montana ad seruiendum Elisabeth,& eius domui:Imitantur Christum, qui cum non posset seruire homini in Regio Habitu Diuinitatis, formam serui assumpsit,& factus est inter nos,tanquam qui ministrat,& non venit ministrari,sed ministrare: Imitantur Sanctos Pontifices,& Confessores,& Virgines,& Mulieres, quæ seruitium impendebant leprosis, pauperibus,hospitibus. Circà Codices, & Libros optimè instituit B.Stephanus,vt Librariæ,& Bibliothecæ fierent in locis Nostris,ne deferre opus haberent Canonici libros quocunque ire tenebãtur ex obedientia, & laudabilis consuetudo,& Constitutio hæc vsque à primęua Nostra Institutione,tàm bellè obseruata est;vt in aliquibus locis insignes librorum custodiæ reperiantur: præsertim Bononiæ,intrà quam ego vidi Antistitem insignem Græcum, & aduentantem sub hospitalitate Cardinalis Gabrielis Paleoti Archiepiscopi,introductum in eum locum,& aperientem in primo ordine, vel secundo librum Sacræ Scripturæ in Hebræo,& Siriaco Idiomate, statim genuflectere, crucesignare, & deuotissimè legere: quo tempore à Io.Iacobo eius Canonicæ Priore hospites ducendi, & recipiendi ipse,qui scribo,mandatum accepissem:quàm reuerenter Sacra Scriptura, & Theologia, quam primùm Religiosi debent complecti,& addiscere,tractanda est:D.Carolus vt genuflexus comede-

Act.8. *Hebr.1.* *Luc.1.* *Mat.20* *B.Steph.*

ret,

ret, cum solus id faciebat, Sacram Bibliam legebat, quam sicuti Di uinum Officium semper eo corporis situ recitabat: Intrà Arcam Dei, vbi Manna dulcissimum, & Virga miraculorum, gloria maximè insignis, conseruabatur Lex Dei: quasi ex Legis Dei cognitione
Ps. 118. dulcedo oriatur: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: & directio ad perfectionem: Virga tua, & baculus tuus ipsa
Ps. 22. sa me consolata sunt: apprehendite disciplinam, vbi alia lectio: oscu
Ps. 2. lamini Virgam, vel Manum: In multis quidem locis Magistri, & Lectores scientias perlegunt, & docent: melius tamen esset (iudicio meo) vt in tribus locis publica Gymnasia eligerentur: in quorum vno Logica, altero Philosophia; tertio Theologia addisceretur expensis Monasteriorum illorum, siue Canonicarum, quæ in illis Ciuitatibus ædificatæ sunt, de quibus nati, qui ad discendum asciscūtur: non ad plenum sufficientibus bonis eorum, in quibus Scholæ erigerent: iam patet quantùm in Studijs profecerint Canonici Nostri, quanti laurea Magisterij, & Doctoratus decorati, quot publicis concionibus, & ijs optimis vacauerint, & adhuc operam dent, de quibus aliàs: Studia hæc admodùm diliguntur, vt tantum amore doctrinæ, non desiderio exemptionum, & vtilium acquisitione, & præeminentiæ, cum omnia in his æqualia sint, inter nos didicerunt, & discant: ipsa.n. Virtus, & Philosophia est pręmium Virtutis, quò fit, vt ardentius incumbant, & ad profectū vsque intendant addiscere non tantum, quantum sufficiat ad ea capessenda, quę Magistris, & Prædicatoribus proponuntur. Optimi autem Patres in dies aliquas prærogatiuas hmōi Viris concesserunt, prout in Cōstitutionibus: & quidam minus, q̄ virtutum merita exigunt, tamen ad cōitatem, & vnionem, & humilitatē conseruandam non ampliora descripserunt: quia verò non oēs Doctores esse possunt; singulis Canonicis institutum est per Decreta, vt lectio Canonum habeaē iugiter ad hoc, vt Canonici Regulares Regulas Canonum saltem practicè percipiant, & quæ proprij sunt nominis operibus faciant, Canonicè.s. viuere, & tuta conscientia: alias scientias inanes, & quę statum Religiosum non decent, vt Medicinam, & Iuris ciuilis peritiā pœnitus abdicarunt, vt in Constitutionibus. Non est autem ita sciētijs addiscendis insistendum, vt, quæ Religionis sunt, prætermittantur. Multa.n. mala ex hoc generantur: maius demeritum est, & grauiori pœna dignum scire quid facere debeas, & non facere, quàm nescire:

nescire:qui.n.studet,& percipit,addiscit & se debere opera bona fa- *Luc. 12.*
cere,quæ in discendo inuestigat:& seruus sciens voluntatem Domi- *quartus*
ni sui, & non faciens,vapulabit multis:nesciens aũt,paucis:& Adã, *status.*
ꝑ ꝑ scientiã habendam , inobediẽtiæ vitium incurrit. Quintus sta-
tus Fraternitatis,est Religiosorum,i.vt in fraternitate viuãt: turbãt
autem fraternitatem lites vel exteriores.i.apud Iudices,& Palatia,
quæ tùm secundum iuris formam possunt fieri ad conseruationem
possessarum rerum,ad reaccipiendas ablatas , & ad coercendã vio-
lentiam,quocunque modo fiant Religioni,& ad hoc deputatr̃ Pro-
curator ad lites,& causas à Constitutionibus Apostolicis , & Nr̃is,
vt pro communi, vel singulari Nostrarum personarum indemnita-
te Iudicum legitimorum mandato iustam sententiam petat. Non
enim ciuiliter licet agitare lites nomine proprio iure ipso contra-
clamante . Aduertendum est verò,maximè Prælatis in corrigendis
errorib.publicè,vt non excedant modum.Quamuis.n.D.Aug.non *Aug.*
obliget eos ad petendam veniam ab illis, quorum defectus plus ni-
mio castigauerunt,ꝙ verissimum est,ne diminuatur authoritas: tñ
cũ excedãt in verbis,& iniuriosè loquantur verbis infamiã deferen-
tibus,& de alijs,q̃ de illis, pro quibus fit correctio : grauiter delin-
quunr,& nescio qua rõne excusari possunt fama proximi offensa:
durè quidem duris põt loqui:sed aliud est durè loqui,vt duritiem
patefaciant delinquentium,vt Stephanus. Dura ceruice, & incir- *Act. 7.*
cuncisi cordibus vos semper Spiritui Sancto restitistis: & Moyses.
Scio contentionem tuam,& ceruicem tuam durissimam,& Salua- *Deut.31*
tor. Vos ex Patre Diabolo estis,& Petr. Cur tentauit Sathanas cor *Io.8.*
tuum mentiri Spiritui Sancto? vbi vide,quàm prudenter increpa- *Act.5.*
uit , vt ex tentatione Diaboli , non ex cordis malitia mentitus sit
ei,Noè:maledictus Chanaan puer, quod magis propheticè, quàm *Gen.9.*
increpatoriè dictum est , quemadmodum Iacob ad Ruben : Effu-
sus es sicut aqua, non crescas: & Simeon , & Leui vasa iniquitatis *Gen.49.*
bellantia in consilium eorum non veniat anima mea,maledictus fu-
ror eorum;& Paulus: O insensati Galatæ: quis vos fascinauit? vbi *Gal. 5.*
fascinatione temperauit insensationem : & si quid huiusmodi in
scripturis reperitur,tamen in his, & similibus facilè conspicitur : ꝙ
iniuriæ sunt vniuersales, & de erroribus in causa particularium, vt
durities,resistentia,filiatio,& dependentia Diaboli,& huiusmodi,
quæ non infamiam notant: vt cum vituperio,infamia, sceleritate

in verbis,& fortasse animo vtuntur correctores: Vos,qui spirituales
Gal.6. estis,in spiritu lenitatis huiusmodi instruite; considerans te ipsum,
ne & tu tenteris; magis.n licet pœnitentijs,quàm verbis acrioribus
vti, & plus doloris sentiunt in fame, & huiusmodi pœnis, quàm in
locutionibus, ex quibus possunt aliqua ratione in querelam mo-
ueri, prætermissa dilectionis præceptæ qualitate descripta; quòd
non debeat esse carnalis,vtpotè ex vitio carnis,vel ex natura carnis
nimia,vti propinquorum, neque ex apparentia tantum, quemad-
modum caro conspicitur,spiritus non videtur,vel carnalibus appe
titis,vt qui diligunt Mundum,vel ea,quę sunt in Mundo,vel ex eo,
quòd multi putant amicitiam ad nihil valere, nisi aliquid ab ami-
co,quod inhonestum sit,impetretur: cum tamen non valeat amici-
tia, quæ inhonestum petit, vel ex verbositate tantum procedens,
Iob 18. vt Iob. Verbosi amici mei;& Psal. Dilexerunt eum ore suo,& lin-
Ps.77. gua sua mentiti sunt ei, & cor eorum non erat rectum cum eo; vel
de ea,quæ quidem habet animum,& verba amicabilia,sed nunquā
ad actum amicitiæ peruenit: Non diligamus lingua, & verbo, sed
1. Io. 3. opere,& veritate:vel de ea,quę quamuis habeat actus amicitiæ,nō
tamen magnum exhibet:cum Gregorius dicat:Amor operatur ma
Greg. gna,si est,& si non operatur magna,non est: & Io. Et nos debemus
Io.3. pro fratribus nostris animas ponere:vel de ea,quæ non diligit nisi
diligentes se: at dilectio charitatis sine meritis præcedentibus exhi
1. Io. 4. betur. Non quasi nos dilexerimus eum: ipse.n. prior dilexit nos,vel
ex ea, quæ intendit dilectionem futuram in eo, erga quem actum
dilectionis exercet: quæ potius negotiatio, quàm dilectio appella-
D. Hier. tur,vt D. Hieronymus asserit. Hæ.n. omnes dilectiones possunt ali-
qua ratione carnales appellari: spiritualis autem ea est, quæ est ho-
nesta,non ficta,iusta,non verbosa, cordialis,operatiua,magna agēs
absque debitis meritis,& sine vlla spe retributionis Aliquid notan
dum occurrit circà Sextum caput Status Religiosorum circà Obe-
dientiam respiciens,& subiectionē. Primum,quòd nomine Præpo
siti,vel Presbyteri censeatur. Inter Prælatos est, qui habet plenitu-
dinē potestatis quòad oēs,& oīa,& est Summus Pontifex,cui tenē-
tur obedire quicunque,& plus Religiosus,& Regularis,quàm cui-
D. Frāc. libet Prælato Ecclesiastico: Quod expresè notatur in Regula D.
Francisci,& in alijs Regulis, quamuis non exprimatur,includitur.
Si.n. obediendum est Præposito,qui est minor Prelatus,magis obe

diendum

diendum est Presbytero, qui maior: Ergo consequenter Maiorib. quàm Presbyter est, & Maximo, qui Papa est; Alij Prælati habent particularem potestatem, & quòad Subditos, & quòad Iurisdictionem, cui non omnes, sed subditi sui tenentur ad ea tantum, quæ pertinent ad Iurisdictionem, inter quos sunt, qui habent eosdem Subditos, sed Iurisdictiones distinctas in quibusdam, vt Abbas nō exemptus, & Episcopus, quorum vtriusq. sunt Religiosi, & Monachi: & hi in his, quæ pertinent ad disciplinam Ecclesiasticam, magis tenentur Episcopo, quàm Abbati: in his autem, quæ pertinent ad Religionem, cuius regimen habet Abbas, plus Abbati: Alij Prælati sunt, qui habent Iurisdictiones non distinctas, tamen secundū plus, & minus, vt Vicarius, siue Prior, & Abbas, & hic plus tenetur Subditus Superiori: Ecclesia autem D. August. erat ordinata, ita q̄ Episcopus tenebat ibi locum Abbatis. Præpositus locum Prioris, cui exhibenda obedientia quidem, sed multò magis Presbytero .i. Episcopo in eadem obseruantia primo, vt Generalis Noster est, & reliqui Prælati Canonicarum sunt tanquam Præpositi: & in singulis Monasterijs Presbyter est Prælatus, primus Præpositus Vicarius, & hoc dicitur quòad comparationem Nostrorum Superiorū cum illis, qui erant tempore D. August. non quòd tituli huiusmodi id importent, sed tantum significent. In vltimo Capitulo Regula extenditur quòad vniuersalem, & totalem sui obseruantiam, quā facit conditio Prælatorum: memoria iugis Regulæ, & oratio ad illam obseruandam ad Deum. Regula .n. non est solùm legenda, sed obseruanda. Beatus qui legit, & audit verba Prophætiæ, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Regula prius obseruanda non magis, quā illa: reliquæ Ordinationes, & Constitutiones iuxtà Pharisæorum morem traditiones obseruantem magis, quàm legem. Regula est tota obseruanda, non in parte: Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Regula vt obseruetur, debet Prælatus corrigere, cum non obseruatur, nec deficere ab hoc ex pusillanimitate, humilitate superstitiosa, diffidentia proficiendi, ignorantia, quia nesciunt, vel quia non curāt scire, pace propria, quem nollent turbare verecundia, vel delicti conscientia, cū sciunt se deliquisse, in quibus corrigendus est subditus: timore odij, vt à correcto odio habeatur, aut negligentia. Regula præscribit modū corrigendi præterita, & prouidendi, vt caueantur futura. Similiter

Aug. *Aug.* *Apoc. 1.* *Iac. 2.*

D 2 ordinem,

ordinem,& relationem inter Præpositum, & Presbyterum, vt ille ad hunc referat,quæ ipse vel iure,vel debilitate, vel timiditate non potest. Hinc in Constitutionibus Nostris Prior Generalis est super omnes,& multa suæ tantum auctoritati reseruantur, & habet annexos socios Visitatores plures,qui tẽpore Visitationis,quæ Prælatus nõ egit,peragant,ad errores corrigendos,ad in futurum prouidendum,& alia hmõi.Regula item admonet,& præcipit, vt Prælatus quisque non appetat præesse,sed prodesse:non sicut Adonias dicens: Eleuatus ego regnabo, & q̃uis fuerit depositus à Regno à
3.Reg.1 Patre ipso,& in eius locum suffectus Salomon: adeò tamen ambitiosus fuit,vt quæsierit sibi dari Abisac Sunamitidem illam,quæ fouebat Dauid, vt sic per hoc connubium aspiraret ad Regnum: ꝙ intelligens Salomon,non obstante quod ei pepercerit, occidi fecit,quasi ad Regnum deturpandum intendisset. Sunt.n.infœlices hi in Prælaturis suis,vt de gementib. sub aquis Gigantibus inquit
D. Gre. B.Vmb. D.Greg.Refert pulchram Historiam B.Vmbertus,de quo supra: ꝙ cum in quodam Conuentu legeretur Regula B.Aug.lector illud legens:vnde & vos non solum vestri,sed & illius, & adderet, miseremini,ꝙ verbum incuriosè cum legeret,miserrimi:correctorq́.aduerteret,vt diceret miseremini,Prior subiunxit: sine frater,vt dicat mi-
Nũ.11. serrimi: Moyses dicit: cur afflixisti seruum tuum? afflictionem vocans Pręlationem:nihilominus multi ad hoc ouile potius aliundè, q̃ per hostium intrare cupientes,luce clarius ostendunt se nõ Pastores esse velle,sed Mercenarios,etsi Pastores fingunt, & se pascunt,&
Eze.34. non gregem,vt Ezechiel dicit.Quare optimè Constitutio Apostolica vetat sub pœnis,& censuris alia rõne, q̃ per Ordinationes, & Constõnes Magistratus Nostros petere,imò ẽt inter Nos,ex quib. debitus Prælationis Ordo concessus, egreditur per electionem secretam.Conuentus fieri ẽt prohibetur,anteq̃ aperiatur Capitulum Generale.Regula præcipit honorari Prælatos,ꝙ aliquandò non fit, vel quia mali,tñ non ad vitia,sed ad præcepta,si bona sunt, & præ-
Iob.12. cipit aspiciendum;vel quia simplices,& deridetur iusti simplicitas.
Ecc.3. Contra quos Eccl.etsi defecerint sensu,veniã dà:& ne spernas eum in tua virtute. Virga illa Moysis in arca recondita,cum ipsa non fecerit signa, sed in illa per Mosen Deus, & tamen Virgam Virtutis
Ps.109. tuæ emittet Dominus ex Syon. Ex alto Virga non Virgæ virtute, sed Dei ponitur aspectanda;vel ꝑꝑ notitiam,& familiaritatẽ: non

habet

habet.n.honorem Propheta in Patria. Regula inquietos corrigendos præcipit,qui ex Glos.1.sess.5.dicuntur curiosi,gyrouagi,& exagitati,secum consistere non pñt,modo intus, modo extrà,modo in Porta cum extraneis,modo in Conuentu cum alijs,modo huc,modo illuc vagantur:vt dixerit quidam senex hmõi Religioso: es sicut Deus,qui vbiq.inueniris:Sunt muscæ vagantes;muscæ morientes, perdunt suauitatem vnguenti Pacis internæ, & externæ Religiosorum;non habent intus in corde bona, & quæ exteriora quærunt, vt pauper carens pane domi suæ per alienas domos illā procurat: Christus prohibet transiri de domo in domum;vt acciperetur Spiritus sanctus,sedent Apostoli in Ciuitate. Apostolus reprehendit cursitantes domos.Ociosus Religiosus cām dat Diabolo,vt vitiosū illum efficiat.Regula præcipit Prælatos viuere,vt reliqui,obseruantiam amplecti;vt vult alios;non lautiori, aut laxiori modo viuendi incumbere;alijs onera importabilia imponentes,ipsi digito nō mouentes;cõia non recipientes;sed singularia,& vt verbis vtar D. Bernardi,lautius comedentes.sapidius bibentes, incedētes pulchrius, siue abundantius,cubantes mollius,loquentes licentius,orantes rarius:bonum exemplum Prælatorum maxime mouet subditos: ita ille: quod me videtis facere,facite:ita Saluator. Tollat crucem suā, non meam,vt ego illam non habeam,sed ille me meam portantem sequatur cum sua. Regula proponit obseruantiam suam totalō facilem esse,cum exemplum Sanctorum videmus. Rechabita ꝑpter præceptum fratris sui nunq̃ bibit vinum Cum professionem Nr̄am; & promissionem recordamur. Vouete, & reddite dño Deo vestro. D.Benedictus in sua Regula dicit.Monachum expectare pœnam, si Regulam non obseruat,quia irridet Deum: & Deus non irridetur. Magis ipse irridebit eos,& subsanabit eos. Non habitum exteriorē Nostrum inspicimus,interiorem actum Religionis significantē, vt dicit Ambros.ꝙ sumus professione, actione potius,q̃ noĩe demonstremus,vt actio respondeat nomini,& nomen actioni: cum succedimus sanctis Patribus,quorum si filij sumus,debemus eorum opera facere.Si filij Abrahæ estis,oꝑa Abrahæ facite. Si filij B.Stephani,B.Arcangeli Bonorum Pr̄uni,Vgolini;& aliorum,de quib.scribimus,opera illorum imitemur:cū videamus, ꝙ Deus non vult auem discolorem,seminari diuerso semine campum,lana, & lino contextam vestem,dimidiam barbam deferre, sed manere; vt crescat tota

Glos.
Luc. 6.
D. Ber.
Mat. 16.
Ier. 35.
Ps. 75.
D.Bene.
Ambro.
Ioan. 8.

in Hienio.i.Mutationē de parte obseruantiæ in totum. Vult autem conuersionem nostri cordis totius, stratum breue, non recipere alterum pallium, non duo inducere. Regula vltimò docet in quib. obliget obseruatores suos ad peccatum, & in quibus non, quod bř declarabimus. Quamuis.n. Constōnes Nostræ ex prima Institutione ipsarum, & à Commissarijs Apostolicis, & à B.Stephano non ligent nos ad culpam, sed tm̄ ad pœnam, obseruandum tamen est & vltrà Regulam, q̄ neq. multa, neq. nulla sunt in illa ad peccatum coercentia. Et quidem quibusdam visum est nullum esse præceptum in Regula ex vi verbi, Præcipimus; sed ex intentione præcipientis, quāuis non secundum expressionem in Verbo, & in mō loquendi, sicut sacræ litteræ, cum nobis loquuntur aliquid, eodem modo loquendi, aliqua proponunt, vt simplices exhortationes, & aliqua in præcepta.
Luc. 6. Luc.7. Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. Putatur consilium. At mutuum date nihil inde sperantes, putatur præceptum; cognoscitur autem huiusmodi dñia per rationem;
Luc. 7. quæ benè disposita faciliter indicat obligare Regulatorem velle obseruatores suæ Regulæ ad ea, quæ pertinent ad castitatem, humilitatē, obedientiā, & similia. f. ad illa, quæ de iure circà ea obligant, q̄ncunq. est peccatum mortale; q̄ est reducere per obligationē ad præcepta Dei, & Ecclesiæ, non ad determinata purè, & simpliciter à Regula: non aūt æquè ad ea, quæ pertinent ad vltimam domationem carnis, vel cauendum omninò oēm notabilitatem in oī motu, gestu, & similib. quod est non obligare ad consilia, siue ad pura, & simplicia præcepta Regulæ. Sicut ergo in Sacris Scripturis per rationem, & doctrinam Sapientum docemur, quæ sunt præcepta, & quæ consilia, vel simplices exhortationes, vbi loquuntur vniformiter, ita in hac Regula; de qua satis dictum putamus. Nunc de Constitutionibus differendum Nostris, quæ non ab hominib. inuētæ sunt simpliciter, neq. B.Stephanus sua voluntate descripsit eas, sed immediatè à Pont.Greg. præceptæ, vt fierent à Commissarijs illis tribus Illustrissimis, quib. demandata fuit cura vestiendi Habitū Canonicalem, & inuestiendi in Canonicos Reg. illos primos Pr̄es Nostros & decorandi Priuilegijs Canonicos Regul. qui tunc t̄pis erant, vt verè Canonicos institueret Nos nō participatione, sed secundum Regularia instituta Canonicorum Reg. viuentes Canonicos esse affirmaret. Cum.n. dixit. Volentes, & auctoritate præfata conce-

concedentes eisdem Priori, & Fratribus, siue Canonicis, Conuersis, & Personis, quos pro tpe in domo hmoi residere contigerit, vt prę fertur, q ipsi potiri, & gaudere possint, & debeant liberè, & absolutè omnib Priuilegijs, gratijs, exemptionibus, & libertatibus, eis hactenus, ac Ordin. Fr. Eremitarum, & Can. Regularibus hmoi, ac Monasterijs, & locis eorum, tàm per sedem præfatam, q alias per quoscunque concessis, & quibus Fr. Ord. Eremitarum, ac cæteri Canonici Regulares, ac eorum Domus, Monasteria, & loca quomodolibet potiuntur, & gaudent: in quib. verbis, nescio, an participatione tm gauisi fuerint Pres Nostri, & per accidens: an absolutè potiti sint, gauisi sint vt cæteri Canonici Regulares, sed de his in responsionibus diffusius. Eisdem Commissarijs etiam data cura fuit Constitutiones faciendi Patribus Nostris his verbis in primo Priuilegio. Et insuper volumus, & ordinamus, quòd Venerab. Fr Noster Antonius Episcopus Bonon. Camerarius, ac dilecti filij Gabriel electus Senē. Thesaurarius Noster, nec non & Ioannes electus Ragusinus eisdem Priori, & Fratribus, siue Canonicis, Conuersis, & Personis de conuenientibus Constitutionibus, & Norma viuendi pro conseruatione Prioris, & Fratrum, siue Canonicorum, Conuersorum, & Personarum prædictarum prouideant. Et cum Commissarij illi obseruarent dicta, & præcepta Pontificis, hæc de Constitutionib. expresserunt. Nos enim potestatem, Constitutiones, & normam viuendi p Nos pro conseruatione dictorum Prioris, & Conuentus ordinādi, corrigendi, innouandi, & renouandi Nobis omnimodè reseruamus plenariam, vbi aduertit optimè Signius Nr in ipsis Constitutionibus postea contineri, quòd Prior cum sex alijs Canonicis de Senioribus professis, qui nunquam recessissent ex Congregatione, posset eis adijcere, & diminuere, ac eas pro voluntate, atque vt visum eis fuerit expedire, declarare; quare præfatos Commissarios prefatam potestatem patet sibi reseruasse in prima Constitutionū Institutione, & inferius in Processu Tenoris pcessus; subsequenter verò Nos Antonius, Gabriel, & Ioannes Commissarij prædicti Constitutiones, & normam viuendi pro conseruatione dictorū Prioris, & Fratrum, siue Canonicorū, Conuersorū, & Personarum Domus, siue Prioratus, & Cōuētus S. Saluat. de Sylualacus Nobis, vt pfertur, reseruatas auctoritate Apost. Nobis i hac parte cōmissa ordinauimus, & disposuimus, & p pntes ordinamus, & disponimus in hūc modū; Signius.

Quoniam

Quoniam Regula Almi Patris Augustini, quam vos in Christo Fratres Dilectissimi dicti S. Saluatoris de Syluolacus Senensis Diœcesis estis professi,& per professionem ad ipsius obseruantiam obligastis,& obligatos vos esse volumus: Regularem vitam instruit ad perfectum, non est opus multarum Constitutionum textura. Verũ quia Sanctiss. Dñs Noster, Dominus Gregorius Papa XII. Nobis commisit, vt pro decore vestræ conuersationis,& vitæ aliqua ordinaremus seruanda: præmittentes, quòd nõ intendimus, ꝙ infrascripta vos obligent ad culpam, sed tm̃ ad pęnam, quam committimus arbitrio Præsidentis, pauca seruanda subnectimus, quæ sub Capitulis rectis distinguimus; videlicet.

1 De Officio Ecclesiæ.
2 De Inclinationibus.
3 De Receptione Nouitiorũ.
4 De Instructione eorundem.
5 De Professione.
6 De Institutione, seu Confirmatione Prioris.
7 De Cibis.
8 De Ieiunijs.
9 De Silentio.
10 De Lectione Mensæ.
11 De Habitu Clericorum, & Conuersorum.
12 De Lectis.
13 De Capitulo Quotidiano.
14 De Infirmis.

Professi fuerunt Regulæ Augustini obseruantiã in priore Dogmate Eremitarum: in hoc verò altero non obseruantiam Regulæ, sed obseruantiam Ordinis Canonicorum Regularium tm̃: Quę secunda professio non constat solemniter expressa per verba, vt prima, sed tm̃ per nouam Inuestituram Habitus Canonici,& receptionem Decretorum Pontificis: in quibus ea obseruantia expresse cõsistit, de qua infrà Priuilegio decimo, & alibi: Ob hanc. n. Canonicam obseruantiam excitãdam, quæ dudum perierat, in Canonicos promoti sunt sub priori professione Regulæ Augustini. Vna tm̃ Regula B. Aug. est,& eandem omnes profitentur, qui sub eo Patre militant. Nec placet nouum commentum eorum, qui nostris tpibus plures sibi pro sua varietate confixere. Hanc primi Parentes Nostri professi fuerunt olim Mendicãtes Eremitæ, nec propterea promotis in Auctores Canonicæ Institutionis opus fuit iterùm eandem profiteri. Professio. n. eiusdem Regulæ oẽs pariter sibi obnoxios facit, seu Mendicantes, seu non: finis autem, iuxtà quem quilibet profitetur, omnes distinguit: Quamobrem solet ipse finis enunciari in professione iuxtà Institutiones Mendicantium, Prædicatorũ, Mi-

norum, Eremitarum, Canonicorum Regularium, Congregationis D.Marci, Frisionarię Lateranensis dictæ, seu S.Saluatoris, quę Nostri exprimunt, vt pro hmōi finis conditione singuli singulis suis Congregationibus obligentur. Nulli verò erant eius Congregationis, quæ nondum constabat; & quæ in ipsis proditura erat, iuxtà quorum leges Patres Nostri nomen darent; præsertim quæ in ipsis quoq. Patribus emanaturæ essent. Non inficior tñ amotos ex priori Dogmate nouo, quòd auspicarentur subindè obligatos iuxtà tradita, tradendaq; sibi Apostolica Decreta: & hoc oīnò pro altera quadam professione censeri, non cauta tñ ex vllius temporis præscripto, sicuti nec ex vlla vocis solemni conceptione, cum illi sub eodem tpis momento, & Canonico Habitu, & vtriusq. suffragij munere pro creando primo Priore, proque decernendis nouæ Congregationis negotijs, cuius cum primordia inirent, donati fuerunt. Quæ suffragij latio Nouitijs nūquam ipso Iure permittitur. Quibus paulò post etiam cautum fuerit, vt q̄uis vel eadem Regula alibi professi, post circuitum tñ anni, quo apud Nos probati fuerint, noua oīnò professione indigeant, pro Priuilegij septimi, & decimi snīa, quæ inferius patebit. Non te moueat ergo, quòd Priuilegio primo dictum fuerit: ꝙ postquam vitam Canonicorum Regularium professi fuerint, & sub Regulari obseruantia dictorum Canonicorum in eadem Domo residebunt. Nam hoc tùm impletum est, qñ per Commissarios Papæ fuerunt inuestiti de loco, & de Habitu sub Decretis contentis in Priuilegio, & sub Constitutionibus per eosdem decernendis iuxtà tenorem Priuilegij. Et propterea legis deinde Priuilegio decimo, eos iam professos expresè obseruātiam Canonicorum Regularium, non ꝙ iterùm fuissent professi tria vota, sed quia per translationem factam de eis consentientib. per dictos Commissarios ab Ordine Eremitico ad Canonicum: finis ille eorum professionis, quo obligabantur ad Eremiticum, fuit illicò translatus ad Canonicum sub eadem Regula.

Epithome primæuarum Constitutionum.
De Officio Ecclesiæ. Cap I.

Quia igr̄ vitulos, seu sacrificiū labiorū Deo in lege offerre iubemur: ordinamus in primis, ꝙ totum Officium Diuinum, &c.

Decernitur hoc capitulo primo: De Officio Ecclesiæ: vt Officiũ Diuinum diurnum pariter & nocturnum cantando, vel legendo in Ecclesia iuxtà morem Curiæ Romanæ, nemine absente absq. Superioris expressa licentia, persoluatur, & in corde versetur quicquid profertur in ore. Nec cantetur, nisi quod cantandum esse legatur. Deinde ne prætermittatɛ audientia Missæ ab aliquo diebus præsertim festiuis ex præcepto Ecclesiæ. Ex his Constitutionibus pauca omninò legis, quæ non sint reformata in sequentibus, quæ apud S. Ambrosiũ conditę fuerunt sub Anno Congregationis 18. quæ itẽ ad litteram in vltimam æditionem transmissę sunt.

De Inclinationibus. Cap. II.

QVia legimus frequenter in sacris litteris Angelos, & alios Sanctos Summo Deo per prostrationes, genuflexiones, & inclinationes reuerentiam humiliter exhibuisse, sicuti congruum est, & debitum: Volumus, & ordinamus &c.

Hic de Inclinationibus vniformitas præcipiť: quæ sicuti in alijs vbique Habitu, & corde, ita in ijs quoque seruetur in Ecclesia pro stylo Romanæ Curiæ, & iuxtà prouisionem Prioris.

De Receptione Nouitiorum. Cap. III.

CIrcà Receptionem Nouitiorum diligens cura adhibenda est. Nam secundum qualitatem seminum Segetes crescunt, & de fundamentis &c.

Hoc capitulo de Receptione Nouitiorum mandatur, vt eorum fundamentum tale curetur: quo super eo Celsitudo Religionis Sãctæ erigi valeat. Et ꝑpea cauetur, ne quis antè suæ ætatis Annum 16. recipiatur, & sit bonæ mentis, bonæ indolis, & legitimè natus, & de eius vita, & moribus prius quæratur, ac, antequam Habitu initietur, teneatur cum alijs Canonicis aliquo tꝑe, quo exerceatur circà abnegationem propriæ voluntatis, & opera humilia, & quæ maximè requirunt pacientiam, & interim diuersis diebus de illo bis tractetur in cõi Capitulo, citrà tñ deliberationem: tertiò verò deliberetur. Et accedente consensu maioris partis admittatur ad Habitum sub eamet ferè interrogatione, & inquisitione, quæ nunc

in Modernis seruatur. Si liber, si solutus matrimonio, si sæcularis, & aliquæ Religioni obnoxius, si debitis absolutus, si corpore sanus: & sub eadem quoque imitatione insidiarũ Diaboli, & consanguineorum, & austeritatis Regulæ quàm breuissimè enunciatæ.

De Instructione Nouitiorum. Cap. IV.

SEd quoniàm nouellæ transplantationes, nisi irrigentur frequẽter, non crescunt. Curet Prior dictæ Domus Nouitijs pręponere fratrem Religiosum, &c.

Hoc item Capitulo de Instructione Nouitiorum iubetur, vt à Priore præponatur Nouitijs aliquis frater Religiosus, deuotus pariter, & discretus. Qui eos sæpius sub expositione Regulæ, & Constitutionum, vitas quoq. Patrum, & collationes vnà cũ eis, & alios libros deuotos legendo, & docendo, exerceat circà humilitatem, mansuetudinem, integram obedientiam, perfectam abnegationẽ propriæ voluntatis, cordis exactissimam puritatem, quos instruat seruare mores Ordinis vniformiter, declinare omnem singularitatem, orare, & sæpius seipsos de suis culpis quantumcunq. minimis coràm alijs accusare. Qui infrà annum suæ probationis pro cuiusque captu mandent memoriæ totum Psalterium, discant Ordinem Officij, cantum cõem, & Regulæ sensum, & Constitutionũ. Et propterea inhibentur oĩa, quæ possent eos aliter occupare: nisi tm̃ apparatus mensæ, & præter aliquam (breuem tñ, & facilem) operã in hortis tpe æstiuo. Inhibetur etiam, ne extrà Monasteria mittantur ad negotia: ne sæculares quoscunq. alloquantur præter consanguineos interdùm, vt magis eorum constantia probetur, quodq; etiam magis commendatur interea tpis, quo in probatione fuerint nondum initiati, quos demùm Magister studeat roborare circà tolerantiam tentationum, zelum assumptæ Religionis, Paupertatis amorem, Sæcularium abdicationem, vel omnium mundanorum fugam, præsertim cum viderit eos tẽtatos, seu in proximo tentari posse per quascunque personas. Doceat item eos purè, & frequenter confiteri, saltem semel qualibet hebdomada, cogitationes detegere, somnijs non credere, de se nunquam alta, sed semper humilia sentire.

De Professione. Cap. V.

CVM. verò per professionem Regularem debitam, notam, & non fictam,&c.

Tractatur hic de Nouitiorum professione;& persuadetur,vt nudus,& purus,reiectis omnibus impedimentis, quilibet profiteri debeat,cum ex professione transeat in Virum alterum,& induat Christum.Et propterea studium Prioris, & Nouitiorum Magistri esse, vt antè cuiuscunque professionem animaduertatur, an sit aliqua ab eis expedienda in sæculo, quatenus suo consilio omnia peragantur pro eorum salute,interimq́. considerare quales mores,qualem vitam conuersando duxerint: quòd si minus benè,aliorum cōsilio poterit ad terrorem differri professio sub protestatione, quòd nō intelligitur ex decursu t͂pe eos esse professos.Si verò viderētur omninò incorrigibiles,& forsan alteri Religioni aptiores,eam illis p̄suadeant,ne ad sæculum reuertantur: Aliàs,vestibus eorū sibi prioribus restitutis,quæ nunquàm infrà tempus probationis alienent, remittantur ad propria,fama,quantum possibile fuerit,eorū conseruata.Et sub exhortatione,vt ibidem et benè,& exemplariter viuant,de quibus antè,Scrutinium fiat hac forma. Vt de singulis eorum Magister prius pro sua conscientia testimonium ferat, & qui voluerit pro sententia eius,vel contrà aliquid dicere,petita licentia à Superiore,stans dicat pro Dei honore, & Religionis bono quæcunque sibi expedientia videbuntur; & demùm,interrogatis cæteris,& maioris partis accedente consensu,ducant professum in Capitulum.

Quo loco prostrati corām Superiore professionem humiliter petant,eisq́. compendiosè declarata vi professionis, & asserentibus se illam scire,& sub eo intellectu velle profiteri, hoc modo genuflexi inter manus Superioris profiteantur. Ego N. promitto obedientiam Deo,B.Mariæ,& B.Augustino,& tibi Patri N. Priori, vel Præsidenti Monasterij S.Saluatoris de Sylualacus Ord.S.Saluatoris Canonicorum Regularium,tuisq́. successoribus secundū Regulam B.Augustini,& Constitutiones huius Domus vsq. ad mortem. Professione emissa induantur professorum Habitu, & recipiant ad osculum pacis;quem Habitum pro Scapulare,q̄ Nouitijs negabāt,

Nomen

Nomen Ordinis pro Congregatione, & in his,& in sequentib. Constitutionibus vsurpari leges; quod factum crediderim, quia Cõgregationes modernæ,quæ in ipsis Ordinibus distinguuntur, nõdum manauerant. Attende ēt separatim titulum Monasterij, & titulum Congregationis absolutum. Fuit expressum Monasterium de Sylua lacus,quia nullum aliud tùm possidebatur. Non intelligas tamen Scapulare esse Habitum essentialem professorum,sed signum Habitus largo modo dicti,quo professi à Nouitijs tantum discernebantùr,de quo suprà. Est enim Habitus Congregationis, nõ Ordinis. De Conuersorum verò professione nihil innuitur;qui licet vel profiterentur,certè eorum professio non põt dici solemnis, cũ sit simplex,nec eos arctet,ut Clericos. Nam professio(vt asserit B.Thom.) attenditur per susceptionem alicuius Habitus approbati ab Ecclesia,de quo plurà paulò post in Capitulo de Vestibus. *B. Tho.*

De Institutione Prioris. Cap. V I.

VOlumus insuper, & declaramus, quòd Prior à suo Conuentu secundum formam Canonicam eligatur,videlicet à maiori parte eligentium:vel per compromissionem,&c.

Decernitur igitur in hoc Capitulo de Institutione Prioris,& innuitur,quòd quando procedit electio per disquisitionē, aut scrutinium, Vicarius,& duo Seniores in professione,qui ab Ordine nũquam recesserint, accipiant vota eligentium, & publicato Scrutinio,ac facta collatione numeri ad numerum,si minor pars consenserit maiori,senior Electorum surgens dicat. Ego N. vice mea, & omnium Electorum præsentium eligo N. in Priorem huius Monasterij. Non cõueniente,aut nõ cõsentiente parte minori, & Electorum superante maiori:qui inter maioris partis numerum primum locum habebit,dicat. Ego N. pro me,& pro his,qui mecum sentiunt, eligo N. vt suprà. Electusq; habeatur pro confirmato à Sede Apostolica iuxta Priuilegij Apostolici tenorem. Mortuo autem Priore,seu alias legitimè amoto, Vicarius,seruata forma Priuilegij, cogitur in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub perpetua priuatione vocis actiuæ, & passiuæ infrà mensem prouidere circa Electionem noui Prioris: adiecta quoque ieiunij pœna per integrum mensem, panis, & aquæ dumtaxat copia facta, & super nudam terram corã

Fra-

frattribus mensis discumbentibus; cuiq; substituto mox seniori Monasterij mandatur sub eisdem pœnis præmissa prouisio.

De Cibis. Cap. VII.

QVoniam omnis creatura bona est: non astrigimus prædictos Fratres dilectos, vt omninò carnes non comedant: Maximè attendentes, quòd Sanctissimus Pater Augustinus, &c.

Monentur ergo in hoc Capitulo de Cibis, vt ter tantum in hebdomada carnibus vescantur, seruata ratione Infirmorum, & cuiuscunque alterius occasionis vrgentis; statuiturq. ad hoc dies Dominica, & feria tertia, & quinta, & ea, qua festum Natalitium Saluatoris occurrit. Permittitur quoque omni tempore, pro ritu tamen Ecclesiæ, & Patriæ, pinguedine carnium cibos condiri, Aduentu Dominico excepto: inhibenturq. lacticinia sextis ferijs per totum Annum, nisi quæ in octaua Resurrectionis Dominicæ occurrit, & qua aliquid festum præcipuum celebratur. Singulares etiam cibi arceantur nisi ex necessitate, & tunc Superior ipse prouidet, vt, quibus propinantur, omninò propinata ignorent. Mandatur etiam, ne extra Monasterium comedant inter domos sæcularium, nisi coacti forsan ex intemperie aeris, aut infirmitate, aut ob alias pias causas pro Dei honore, & proximorum. Attende præfatos Fratres dilectos, vt hinc quoque præsentium Constitutionum Compilationem ipsis Commissarijs integram ascribas omninò: cum Patres antea præscriptam Regulam, sub qua nuda cœlestem nihilominus vitam iampridem duxissent, nullis alijs Decretis, seu Constitutionibus essent obnoxij: quibus tamen spontè obligare voluere, de quibus propterea innuit Archiepiscopus, vt strictius viuerent. Nam strictiores etiam, & longè ampliores ipsimet eas dehinc quoque reddidere sub auctoritate Martini V. sublato de medio Gregorio XII. vt, quod vltrò olim iamdiù fecissent, lege posthac astricti ipsi, & posteri ad obseruationem tenerentur. Sed quòd præsens partus fuerit ipsorum Commissariorum ex ipso etiam temporis longiori interuallo, quàm res ipsa certè pati videretur (quod suprà quoque attigimus) satis nempè augurari posses.

De

De Ieiunijs. Cap. VIII.

DE Ieiunijs verò volumus,& ordinamus,quòd vltrà ieiunia ab Ecclesia instituta,præfati Fratres ieiunent temporibus infrascriptis,quadragesimalibus cibis,&c.

Mandatur ergo ieiunare in Aduentu Domini,Tribus dieb. Rogationum, Vigilia Ascensionis,Corporis Christi, Purificationis,& Natiuitatis B.Virginis, & S. Augustini, præsupponendo, quòd Vigiliæ Pentecostes, Io.Baptistæ, Laurentij, & Assumptionis B.Virginis inter ieiunia Ecclesiæ computentur. Item ieiunent per totũ annum tàm in Monasterio, quàm extrà omnibus sextis ferijs,excepta,quæ continetur intra Paschalis Resurrectionis octauam. Mandatur tamen Superiori, quatenus pro tempore rationem habeat Fratrum iuniorum, seniorum, debilium,licet non infirmantium. vel itinerantium: qui,dum fuerint in itinere,ex causa legitima poterunt etiam vesci cibis eis subministratis. Dispensat ergo cum operantibus in horto, in coquina, & alijs huiusmodi neccessarijs pro sua discretione.

De Silentio. Cap. IX.

SIlentium autem Religionis,decus, & quietis mentis ministrum diligenter obseruabunt,præcipuè semper in Choro,in Dormitorio,in Cellis,nisi aliquo existente: In vna portione Claustri, videlicet ex parte Capituli,quia in toto Claustro commodè non potest obseruari; in mensa: intus, & in quolibet loco a signo, quod fit post Completorium, vsque ad Primam diei sequentis inclusiuè, &c.

Alijs verò temporibus, & locis absoluitur Silentium: ita tamen, ꝙ verba sint necessaria,& opportuna,religiosa,vtilia,& honesta, cũ de ociosis extremo Iudicio rationem reddituri simus:iubetur tamẽ cum secularibus seruari,nisi de licentia Superioris, aut vrgente necessitate; inhibeturque de absentibus murmuratio sub eo monitu, quòd linguæ nostræ inter cætera membra sunt magis Deo dicatæ: vtpotè quæ suscipiunt Eucharistię Sacramentum.Et ꝙ in multiloquio nõ deest peccatũ.Et beatus homo,qui non deliquit in verbo.

De Lectione Mensæ. Cap. X.

MEnsis Fratrum edentium sacra lectio, quæ est refectio animæ deesse non debet &c.

Hoc Capitulo de Lectione Mensæ innuitur, vt legatur ab Hebdomadario semper in mensa aliqua lectio Bibliæ, vel aliorum deuotorum librorum pro dispositione Superioris: & tanto silentio discumbētium audiatur, vt, si quid opus fore contigerit, sonitu magis cuiuscunque signi, quàm voce significetur: auctoritate tñ Superioris seruata, vbi, siquidē opportunū iudicabit, eius etiam arbitrio in fine mensæ legi poterit alia lectio vulgaris de Historia, aut Collatione Sanctorum Patrum, vel alia deuota, quatenus etiam, qui minus docti sunt, suo quoq. cibo spiritali reficiantur. Post refectionē in mane semper eatur in Chorum cātando Psalmum, Miserere mei Deus, vel alium pro tpe, vbi gratiæ terminentur. Terminentur autem in sero, quoties Fratres reficiuntur, in loco Refectionis iuxtà ritum Romanæ Ecclesiæ.

De Habitu Clericorum, & Conuersorum. Cap. XI.

VEstes verò semper habeant in communi iuxtà Normam traditam in Regula à Patre Beatiss. August. & secundū formam eis indultam ab Apostolica Sede, sicut in Priuilegio Apostolico clarius continetur. Declaramus tamen, quòd Conuersi Rochetum portare non debeant, & eorum Scapularia, quæ fiant de panno Capparum, infrà genua non descendant. Cappis verò vtantur, vt Clerici &c.

Hic de Habitu, & vestibus Clericorum, & Conuersorum decernitur, vt Cappæ laneę, (ex quocunque panno fiant) colorem suum grisęum seruent, & Capitia eorum, & Scapularia sint ad formam eorum, quæ gerunt Fratres Montoliuetani: & Cappis non vtantur nisi in Ciuitatibus, & Castris, & frequentia Populi. Nouitij, vt suprà notatum est, Scapulare non deferant. Conuersi, Bigami, & Irregulares capitis contractam coronam non habeant, quæ solis Clericis, ex Patrum instituto, debetur: quæ non sit latior duobus digitis suprà aurium Summitatem, cætera parte capitis suprà, & infrà derasa.

rasa. Rasurâ verò fiat debito tpe, ficuti religiosos, decet pauperes, & humiles iuxtà Superioris mádatũ, à quo cum Fratri aliquod Officium iniungitur, ille genibus flexis, & capite detecto suscipiens dicat: Deo gratias: cum verò vestimenta, vel aliud hmői recipiũtur, dicatur: Benedictus Deus in donis suis. Attende de Habitu Cõuersorum, qui fuit seruatus etiam in altera æditione Constitutionum viuente Protoparente: qui tñ non potest de approbatis ab Ecclesia dici, nec de eo Gregorius innuit in Priuilegio, & sicuti etiam paulò antè præmissum est: cum Religio importet perfectionem per susceptionem Habitus alicuius Ordinis approbati, iuxtà quem, pro snia D. Thomæ, fiat professio solemnis: sequitur quòd eorum professio quæcunque fit, non est solemnis, sed simplex, cum non sit in Habitu approbato. Neque.n. Conuersorum hmői Habitus potest dici Canonicus, qui debetur solis Clericis, sed neque alterius Ordinis; quia sequeretur, quòd Congregatio eadem esset diuersi Ordinis, vt puta Canonicorum Regularium, & Monachorum, seu Mendicantium, quod esset absurdum, & veluti incompatibile. Ex quo magis laudandi sunt ij Commissarij præsentium Constitutionum auctores, & Patres Nostri sequentium Reformatores: qui in vtrisq. inhibuerunt Rochetum Conuersis: quod quantũvis concessum modo videatur, nec nomen tamen, nec vires apud ipsos sortiri queat. *D. Tho.*

De Lectis. Cap. XII.

SAepè legimus Sanctos Angelos eos visitasse soporatos, qui stratus mollitiem nesciérunt, castitati nimis aduersantem. Ea propter volumus &c.

De Lectis itaque decernitur, vt singuli singulos stratus habeant, quatenus soli dormiant cum tunica magna, vel parua, & super cingulo cincti: qui stratus sint ex straminibus, seu paleis, quos Saccones appellant: linteamina ex omni materia præter linea. Et inhibentur Camisiæ lineæ, nisi infirmis. Coopertorijs verò vti possint, quæ honestatem foueant, & frigus abigant potius, quàm stratus ornẽt.

De Capitulo Quotidiano. Cap. XIII.

QVia scriptum est: in pigritijs humiliabitur contignatio: & si minima negligimus, paulatim defluimus: non minus est necessa-

cessarium, vt Religio quælibet, quæ secundũ Ethymologiam, à religando dicitur debitis foueatur fomentis, quàm ne deficiat vita corporalis humana &c.

Hic de Capitulo Quotidiano disponitur, vt singulis quibusque diebus post prandium, & post redditas gratias in Ecclesia; oẽs intrent Capitulum sub silentio, & processionaliter: vbi dicto à Superiore: Benedicite: & responso à Fratribus, Deus: examinetur aliquis circà lectionem lectam in mensa; & deinde quilibet, qui in aliquo deliquisset, quod absque scandalo detegi possit, genu flexo culpã suam fateatur. Pro qua sub Paterna, & pia monitione iuncta pœnitentia ordinentur semper, & disponantur à Superiore, si quæ de nouo emerserint, reformanda in augumentum Religionis, & salutem Fratrum. Et qm̃ pro temporum varietate, & personarũ dispositione quotidie noua remedia opportuna contingunt, de zelo, & conscientia eorumdem Fratrum plenè confisi: Commissarij Apostolici in hoc Capitulo præstant, vt Prior omni tpe cum sex Fratribus Clericis, qui in Habitu antiquiores fuerint, & in Congregatione sp perseuerauerint, valeant has Cõstitutiones augere, imminuere, & declarare, prout eis ad Dei Honorem, Religionis augumentum, & Fratrum profectum vnanimiter visum fuerit expedire.

De Infirmis. Cap. XIV. & vltimum.

INfirmorum, & Hospitum cura alicui iniungatur, & si nulli infirmi, vel Hospites fuerint præsentes: cum verò aliquis infirmatur febre &c.

Hoc vltimo Capitulo tractatur primò de Infirmis: vt si quis aliquo dubio languore detineatur, quo in periculo vitæ versetur, monitu Prioris, seu Infirmarij Sacramenta oĩa Ecclesiæ petat, ac suscipiat. Qui si fortè non annuerit, à Fratribus non visitetur, & præter maximè necessaria, nihil ei tribuatur, donec pęniteat. Infirmis, præter hunc casum, abundè oĩa propinentur, quantùm Monasterij facultas suppetit: De stratu molliori, & de quibuscunque ægritudini conuenientibus sub oĩ diligentia, & charitate iuxtà B. Aug. Patris Regulam: decernimus item de Hospitibus, vt nisi illi fuerint re ipsa, & non tm̃ noĩe Religiosi, vel si etiam fuerint sæculares deuoti, oĩa eis parentur extrà Refectorium, Dormitorium, & Fratrum conuersationem.

ſationem.Neque hos liceat diutius inter ſepta Monaſterij morari, & interim tamen hoſpitio extra Clauſtrum, & Syluam contenti ſint,cum nulla portio ſit tenebrarum ad lucem.Mulieres autem cuiuſcunque gradus,dignitatis, ætatisve exiſtant, étſi auctoritate aliqua Apoſtolica mentione non faciente Conſtitutionum huiuſmodi potirêtur:nullam partem Monaſterij,Eccleſia inferiori excepta, ingredi permittantur.Poterunt tamen illæ, quæ in prædijs Monaſterij habitant,pro euitando aliquo bellico furore,interea temporis in aliqua Monaſterij parte remota cõuerſari, ſub cuſtodia tamẽ virorum illas attinentium.

Quas quidem Conſtitutiones,& normam viuendi dictis Priori, ac Fratribus Canonicis,& Conuerſis,&Perſonis dicti Prioratus ꝓ tempore exiſtẽtibus præſentibus,& futuris auctoritate Apoſtolica ſupradicta tradidimus, ordinauimus,& diſpoſuimus.Nobis nihilominus Conſtitutiones huiuſmodi,& viuendi normam corrigendi, immutandi,renouandi,& reordinandi,ſi poſtea viſum fuerit, poteſtatem omnimodam expreſsè reſeruantes. In quorum omnium,& ſingulorum fidem,& teſtimonium præmiſſorum præſentes has fieri,ſiue præſens publicum Inſtrumentum Noſtrum hunc Proceſſum in ſe continentem,ſiue continens,exinde fieri,& per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi,& publicari mandauimus, Noſtrorumq; ſigillorum fecimus appenſione communiri.Ordinatæ,& cõceſſæ fuerunt dictæ Conſtitutiones,& norma viuendi dictis Priori, ac Fratribus,& Canonicis,Conuerſis,& Perſonis dicti Prioratus S. Saluatoris de Sylualacus per Nos Commiſſarios præfatos ſub Anno,Indictione,Pontificatu,& loco,quibus ſuprà die 4. mẽſis Maij. Præſentibus ibidem Reuer.in Chriſto Patre DominoAntonio Dei gratia Epiſcopo Penſaurienſe;necnon Religioſo viro Fratre Dominico de Neapoli Ord.Minorum profeſſore,& diſcreto viro Marciano de Rampinis de Terdona Apoſtolicę Cameræ Clerico ; ac Ser D.Michaele de Caſſina Clerico Piſano , teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter,& rogatis.

Et ego Hermanus de Symea Clericus Colonienſ.publicus Apoſtolica,& Imperiali auctoritatibus Notarius; quia prædictarum litterarum Apoſtolicarum præſentationem,receptionem, requiſitionem,inueſtituram,commiſſionem,inhibitionem, ſententiarum fulminationem,Conſtitutionum traditionem,& reſeruationem, om-

nibusq. alijs, & singulis præmissis, dũ sic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, vnà cum prænominatis testibus, præsens interfui, eaq; omnia & singula sic fieri vidi: ideòq; hoc præsens publicum Instrumentum præsentem processum in se continens me alijs occupatis negotijs per alium fideliter scribi feci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi. Signoq; & nomine meis solitis, & consuetis vnà cum appensione sigillorum Dominorum prædictorum signari rogatus, & requisitus in fidem, & testimonium omniũ, & singulorum præmissorum, &c.

Commissio aũt prædictas Constõnes ordinandi facta fuit trib. ijs Anno 1408. die 24. Apr. Pont. Anno 2. sed Constõnes datæ fuerunt Lucæ. 1409. die 11. Septembr. Pont. Anno 3. Fluxerunt ergo menses sexdecim, & dies nouem inter Commissionem, & Constitutionum traditionem. B. igitur Stephanus, Iacobus, & cęteri Ilicætani professi fuerant Obseruantiam Regulæ D. Augustini sub priori Ordine Eremitarum, vt dictum est suprà: in hoc verò altero Ordine non Obseruantiam Regulæ, sed Obseruantiam tantum Ordinis Canon. Regul. ꝙ autem ad professionem attinet, requirebatur noua professio in translatione de Ordine ad Ordinẽ, ut Signius, & alij, & DD. probant, & ex Commissariorum verbis clarè innotescit. *Sign. DD.*

Has Constõnes, & Processum, & Priuilegiũ primũ abstulerunt Ven. Fr. Eremitani, vt dictum est, in S. Saluatoris de Sylualacus: dũ expulsi inde sunt Pres Nostri. Sed Greg. XII. præfatum primũ Institutionis Priuilegium nouæ Congregationi concessum cũ eisdẽ nouis Constõnib. in eo insertis cũ appensione bullæ plumbeæ, & filis sericis rubei, croceiq. coloris gratis innouari, & ex Registro trãscribi iussit, vt ex subscriptione Notarij Apostolici in illis verbis. Duplicata Gratis de Mandato D.N.P. Ioannes de Monte Politiano, &c. Habes ergo Constõnes non ab hominis auctoritate cõis factas, sed à Vicario Chri ordinatas, per eius Commissarios institutas, Constitutiones appellatas, quia per eas Ordo constitueretur, & in Obseruãtia Regulari, sicut B. Franciscus à Chro habuit suam immediatè ad Fres sui Ord. Minoris regulam, & Pacomius ille ab Angelo: ita Nos à Vicario Chri, vt diximus, & à Commissarijs quasi Angelis accepimus exarratas. Nouæ, & paucæ leges quidem, quatenus exiguus illorum virorum numerus exposcebat, sed plenæ sapiẽtia, & cõsilio: tributę Stephano, & Socijs in Monasterio Ilicętano tũ degentib. & alijs

alijs vbique locorum, si contigerit adesse, eandem vitæ rationem in hoc Ordine suscepturis: Ergo non fecit Stephanus Constitutiones, vt multi asserunt. Facta verò vnione Stephani cum Canonicis Rhęnanis: videns B. ipse pro emergētib. negotijs, & quia gregē suū in dies multiplicare videbat, & plures casus esse, q̃ leges, & ea, quæ de nouo emergūt, nouo indigere fauore, & auxilio: apud Martinū V. impetrat, vt liceat Constitutiones suprascriptas augere, mutare, & reordinare, prout ipse Martinus V. fecit: Mādās Antonio Cōmissario, vno ex trib. superstiti ex duob. altero absente. s. Gabriele Thesaurario tunc legato: altero vita functo Io. Ragusino Ep̄o, viuæ vocis oraculo, oneransq. suam conscientiā, vt, iuxtà eiusdē dictamen faciat, ordinet, & disponat quicquid sibi vr̄ circà mutationem, & alterationem Constitutionum: qui declarauit partem illam reseruationis, & ordinauit: quòd duæ partes Canonicorum in Capitulis Generalibus celebrandis possent addere, diminuereq; à Cōstitutionib. ipsis, & eas corrigere, mutare, & de nouo instituere, prout ipsis duabus partibus, & non paucioribus ad Dei Honorem, profectumq. Canonicorū videbitur expedire, prout in Instr̄o per manū Ioānis de Vernacijs confecto sub dat. Florētię 1420. Ind. 13. die 17. Mensis Augusti, Pont. Martini, Anno 3. Habita igr̄ licentia, & facultate addendi, & corrigendi. P. Stephanus oī diligentia studuit nōnullas diminuere, & resecare, alias de nouo addere: nā cōpletæ fuerunt aliæ Constitutiones sub noīe totius Capituli Gn̄alis tunc celebrati in Monast. S. Ambrosij de Eugubio, nō expresso eius noīe humilitatis gr̄a. s. Fr. Stephani tūc Gn̄alis existētis, sed post obitū illius, ob reuerētiā tanti Viri P̄res in proęmio p̄fatarū Constitutionū apponere decreuerūt: in quarū Constitutionū proęmio fuerūt quinque mirabilia contēta: ꝙ qn̄ Pręlatus facit in suo Conuētu aliquā dispensationē, Prælatus ipse possit eisdē dispensationib. vti: secūdo declarat, ꝙ nō ītēdit hm̄oi trāsgressores ad culpā obligare, sed ad pęnā, vt in primis: tertiò, ꝙ nullū statutū vim hēat, nisi ꝑ tria Capitula Gn̄alia fuerit immediatè sequētia approbatū: quartò, ꝙ cura Monialiū, aut aliquarū mulierū quarūcūq. Cōgregationis nullatenus accipiat, nec earū cōfessiones audiāt, Parochianis dūtaxat exceptis, quas ēt audire nemini licebit, nisi vel Capitulū Gn̄ale, vel Prior Generalis in necessitatib. ordinauerit: quītò, ꝙ extrà casū infirmitatis, vel notabilis debilitatis carnes nō comedant, ita vt ꝑ quotquot, &

quantacũq. Capitula Generalia nõ possit aliquid statui cõtrà duõ prēmissa, vt de his in præfato proemio dictarũ Cõstõnũ 1425. die 5. Mensis Maij compilatarum, seu descriptarum latius continetur; quæ Constões per particularia diuisæ existentes, in 20. Capit. comprehenduntur, vt hic vr̃, vbi putauimus inserendas Constões dictas à B. Stephano ob illius reuerentiam, & simplicitatem, & zelum, & humilitatem, & spiritum Amoris manifestandum.

Stephanus Ioannis de Senis Prior Generalis Can. Regularium, siue Fr. S. Saluatoris, Ord. S. August. & cæteri alij repræsentantes totum Capitulum Generale Nostri Ord. celebratum in Nostro Conuentu S. Ambrosij deprope Eugubium sub Anno Dom. 1425 die 5. Maij sal. & gloriam per obedientiam salutarem fœliciter adipisci. Cum auctoritate Apostolica Nobis benè congruè sit concessum ꝑ Reu. in Chr̃o Pr̃em, & D.D.N. Diuina miseratione Epm Portuensẽ posse Nostras Constões de nouo instituere, augere, corrigere, vel minuere, vt in suprascripto Priuilegio plenius continetur. Nos Posteris Nostris de vita in moribus religiosis ducenda prouidẽtes, infrascriptas Constões vnanimiter, & cõcorditer statuimus, ordinamus, & cõfirmamus per Capitula distinguentes. Quoniam igit̃, iuxta prēceptum Apostolicum, antè oĩa iubemur mutuã in nobismet
1. Pet. 4 ipsis charitatem in Deo hr̃e continuam (nec mirum) quia ipsa est vinculum perfectionis, ad quam charitatis perfectionem tẽdere debet omnis vera, & approbatà Religio: expediens est, vt Nos, qui sub vnius Regulæ, & Religionis vnius voto viuere professi sumus, vniformitatem in Obseruantia Canonica teneamus: quatenus vnitas charitatis, quæ præcipitur Nobis interius seruari, in cordib. nutriatur, & repræsentetur per vniformitatem exterius in morib. obseruatam. Hoc aũt proculdubio melius fieri poterit, si ea, quæ sunt faciẽda, scripturæ fuerint commendata: si qualiter in quibuscunq. sit viuendum per publicam scripturam notum fiat: vt mutandi, vel addẽdi, vel minuendi ẽt in minimis, secundum proprium sensum, & priuatam voluntatem, cuilibet subtrahatur facultas: ne minima negligendo, paulatim à maioribus bonis decedentes, in maiora mala corruamus. In his tamen Prælato, cum sibi secundum Deum visum fuerit expediens, licebit in Conuentu suo aliquandò cum Fratrib. dispensare: qui etiam similiter, sicut & cæteri, uti poterit dispensationibus. Vt autem quieti conscientiarum, & paci tàm subditorũ,

quàm

quàm Prælatorum iuxtà posse prouideatur, nolumus p Constõnes Nostras aliquem obligari ad culpam, sed tñmodò ad pęnam, nisi p p præceptum, vel contemptum. Ne autem de facili multiplicentur, vel irritentur Constitutiones, vel mutentur (q moderńis temporibus frequenter prouenit ex animi leuitate) nolumus, q statutum aliquod habeat vim Constitutionis, nisi fuerit per duo Capitula Generalia continua approbatum, & tunc confirmari poterit in tertio Capitulo immediatè sequẽti, vel deleri, si magis expediẽs fuerit iudicatum. Volumus tñ inuiolabiliter, & immutabiliter in perpetuum obseruari, vt cura Monialium, vel Congregationis quarumcũq. mulierum nullo modo suscipiatur, nec cum ipsis vlla oĩno conuersatio habeatur, ac ẽt earũ confessiones non audiantur, neq. aliquarum aliarum cuiuscunq. status, vel conditionis existant, Parochianis dumtaxat exceptis, quas nemini audire licebit, nisi quẽ Capitulum Generale, seu Generalis Prior in necessitatibus ordinauerit. Et quod extrà casum infirmitatis, vel notabilis necessitatis carnes non comedantur, ita q per quotquot, & quantacunq. Capitula Generalia non possit aliquid statui contra duo præmissa: &

1 De Officio Ecclesiæ.	12 De leui culpa.
2 De Suffragijs Mortuorum.	13 De graui culpa.
3 De Ieiunijs.	14 De grauiori culpa.
4 De Cibo.	15 De grauissima culpa.
5 De Vestibus.	16 De Apostatis.
6 De Lectis.	17 De electione Priorum Conuentualium.
7 De Silentio.	
8 De Infirmis, & Hospitibus.	18 De Capitulo Quotidiano.
9 De Receptione Nouitiorũ.	19 De electione Prioris Generalis.
10 De Institutione Nouitiorũ.	
11 De Professione.	20 De Capitulo Generali.

Quò ad Primum. Totum Officium diurnum pariter, & nocturnum secundum morem Romanę Ecclesię in Ecclesia cantando, vel legendo pro tpe deuotè, & morosè dicatur à Fratribus simul congregatis, qui commodè interesse poterunt: nullo fine expressa licẽtia remanente, obseruando, quantum cooperante Dei gratia fieri potest secũdum doctrinam B. Aug. Patris Nostri, vt q profertur in ore, in corde versetur; quap p quicunq. in Choro nõ fuerit, anteq̃ in principio omnium Horarum Canonicarum dicendum sit Alleluia,

luia, vel pro t pe, Laus tibi Dñe Rex æternæ gloriæ, & in triduo maioris hebdomadæ antè inceptionem primi Psalmi, stet inclinatus antè Altare Maius manibus suprà genua positis vsq; ad signum Maioris in Choro residentis: quæ inclinationis forma sp, & vbiq. prę terquam in itinere, in oĩbus inclinationibus vniformiter obseruetur: in quibus, videlicet secundum Ordinarium nr̃um, è regione cõuerti debet. Caueant autem Fratres non ex leui causa ab Officio recedere. Si tñ, causa vrgente, aliquem de Choro exire oportuerit, ad Altare Maius accedat, & facta reuerentia vertat se è regione, inclinatusq́. signum Præsidentis expectet. In festiuitatibus autem celebrandis, quantùm ad numerum, & solemnitatem ipsorum festorũ, seruetur modus, qui in Calendario antè principiũ huius libri Constitutionum sp annotando descriptus hr̃. De horis verò quò ad tẽpus, in quo, videlicet Matutinum, & cæteræ horæ Canonicæ dicantur, teneatur ille modus, & Ordo, qui secundum dispositionem locorum, & Fratrum ibidem degentium vtilitatem à quolibet Præsidente in suo Conuentu ordinatus fuerit. Nullus aũt Fratrum Nostrorum extrà loca Nostra, & Ecclesias Nostras ad funera, aut festiuitates, Missas, seu Officia celebranda vllo modo vadant, nec constitutus in itinere alia legitima causa assumpto. In itinere verò legitimè constituti Officium suum diligenter dicant, prout sciunt, & possunt, ita quòd nullo modo dimittant, & sint contẽti Officijs Ecclesiarum, ad quas qñq; declinant. Qui, videlicet itinerantes, antequã iter ingrediantur, sp vadant in Ecclesiam ad orationẽ, & genuflexi antè Altare, ex Maioris licentia conuocatis Fratribus, qui adesse poterunt, sub Antiphona ista. In viam pacis, salutis, & prosperitatis Angelus Dñi comitetur nobiscum, vt cum salute perueniamus ad Patriam: dicatur Psal. Deus in Nomine tuo saluum me fac, &c. cũ Gloria Patri: Deinde repetatur suprascripta Antiphona; & dicatur Chirie Eleison, Christe Eleison, Chirie Eleison, Pater Nr̃. Deinde Præsidens dicat: Vers. Et ne nos. Resp. Sed libera nos: Vers. Saluos fac seruos tuos. Resp. Deus meus sperantes in te: Vers. Esto eis Dñe turris fortitudinis. Resp. A facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in eis. Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. Vers. deinde. Dñe exaudi. Resp. Et clamor. Vers. Dñs vobiscum. Resp. Et cum Spiritu. Oremus. Adesto Dñe supplicationibus nostris, & viã famulorum tuorũ in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter oẽs

viæ,

viæ, & vitæ huius varietates tuo semper protegantur auxilio per Christum Dominum nostrum. Post quam orationem immediatè sequatur Antiph. Salue Regina, &c. cum V. Ora pro nobis S. Dei genitrix. R. Vt digni efficiamur promissionibus Christi, cum Oratione Interueniat pro nobis: & alia oratione. s. Actiones nostras q̃sumus Domine aspirando præueni, cum reliquis. Post quæ omnia aspgat eos, & omnes circunstantes aqua benedicta: & sic cum benedictione ipsius Præsidentis, & eius littera Testimoniali vadant In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Similis etiam modus ingrediẽdi Ecclesiam in reuersione, vel aduentu Fratrum obseruetur, vt dicatur Psal. Laudate Dominum omnes gentes totus cum Gloria Patri. Chyrie eleison, Christe eleison, Chyrie eleison. Pater Noster. Vers. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos a malo. Vers. Sit nomen Domini benedictum. Resp. Ex hoc nunc & vsq. in sæculum. V. Domine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Maiestatẽ, cum reliquis. Postea autem Salue Regina, cũ Vers. & Oratione Interueniat, &c. & cum orõne de Sancto, vel Sancta, in cuius nomine intitulatus est locus ille, seu Ecclesia, & cum Oratione D. Patris Augustini. Adesto supplicationibus Nostris, &c. quibus dictis immediatè ad Præsidentem pro benedictione vadant, ipsiusq. manum osculẽt: De cuius licentia tempore, quo ei videbitur, cum omni maturitate tàm verborum, quàm actuum fient mutuæ visitationes cum cæteris Fratribus omnib. genuflectentibus, & manus ad pectus in modum Crucis tenentibus: capita verò mediocriter cum omni reuerentia inclinantibus. Cum autem acciderit Fratres aliquos septa Monasterij egredi ad quotidiana negotia: dicta prius in Ecclesia semel Salutatione Angelica. s. Aue Maria, & sui custodia Deo totaliter commissa, ad Præsidentem similiter pro benedictione vadant, & cum oĩ morum religiosa grauitate vbiq se habeãt. Prostrationes, genuflexiones, & inclinationes integraliter seruentur in Choro tã in Missa, quàm in omnibus horis Canonicis, secũdum quòd in Ordinario Nostro continetur, sic vniformiter ab omnibus Fratribus, & ęqualiter, vt sicut corde, ẽt habitu debeant esse similes; ita etiã in istis totaliter appareant conformes: Iccirco de ipso Ordinario quolibet die Sabbati, dicto Matutino, immediatè legatur quædam lectio, & ad Præsidentis nutum terminetur. Alijs autem temporibus

semper illomet tempore de Regula B. Augustini Patris Nostri occurrentis diei similiter lectio recitetur. Conuersorum officium prætereà hoc est: videlicet, quòd pro Matutinis dicant 30. Pater nr̄, & totidem Aue Maria. Pro Vespero 15. pro qualibet autem aliarum quinque horarum Canonicarum septem. Pro benedictione mensæ vnum Pater Noster: post comestionem pro gratijs, tria Pater Noster dicāt. Prouideat autem Prior, seu Præsidens Conuentus, vt si quis Frater Canonicus, vel Conuersus, aut familiaris Cōuentus diebus Dominicis, vel festis, quos ex præcepto Ecclesiæ necesse est celebrare, habuerit aliquò eundi necessitatem, vel aliàs in Conuentu fuerit occupatus sic, vt Missæ Conuentuali nequeat interesse, audiat Missam, & caueat diligenter, ne aliquis absque magna necessitate præfatis diebus absq. Missæ audientia pertranseat. Infrascriptis autem diebus Generalis Communio fiat in Conuentu, videlicet Dominica prima Aduentus. In festo Natiuitatis Domini. In Epiphania. In festo Purificationis. Dominica prima Quadragesimæ, & tertia, vel quarta eiusdem, secundum discretionem Prælati, vel Præsidentis. In festo Annunciationis. In Cœna Domini. In festo Resurrectionis. Dominica 3. immediatè sequenti. In festo Ascēsionis Domini. In Pentecoste. In festo Corporis Christi. In festo Apostolorū Petri, & Pauli. Dominica 3. Iulij. In festo Assumptionis B. Mariæ. In festo B. Augustini. In festo Natiuitatis B.M.V. In festo B. Michaelis. Dominica 3. Octobris. & in festo Omnium Sanctorum. In quibus Communionibus die præcedenti Fratres semel tantum reficiātur, vtentes cibarijs eis pro tempore cōcessis. Fratres autem Nostri oēs ad minus semel in qualibet septimana sacramentaliter confiteantur. Fratres autem Sacerdotes sæpius, secundum quòd celebrationes Missarum, ad quas accedunt, frequenter requirunt. Siquis verò in præordinato tempore confiteri saltem non potuerit, pœnæ leuis culpę subijciatur. Nec audiant Sacerdotes confessiones ēt Fratrum sine licentia sui Prælati, in quibus tanta potestate vtantur, quantā ille concesserit, vel permiserit.

Quò ad secundum. A festo Omnium Sanctorum vsque ad festū Natiuitatis Domini pro Fratribus, & Benefactoribus Ordinis Nostri quilibet Sacerdos tres Missas, Clerici non Sacerdotes vnū Psalterium, Conuersi verò trecenta Pater Noster dicant. Idem faciat quilibet Fratrum pro defuncto Fratris sui Conuentus. Idem fiat

per

per totum Ordinem pro Priore Generali Ordinis, si in ipso Gñali Prioratu eum mori contigerit. Anniuersarium Patrum, & Matrum in crastino Conuersionis S. Pauli. Anniuersariũ Frum, Propinquorũ, & Benefactorũ Ord. Nri in crastino octauæ S. Aug. vbiq. fiat, & dicat totũ Officiũ mortuorũ in die pcedenti. Cõuersi verò in quolibet pdictorum Anniuersariorum quinquaginta Pater Nr dicant.

Quò ad tertium. A Pascha vsq. ad festum Exaltationis S. Crucis reficiantur bis Fratres, exceptis diebus Rogationũ, & oĩbus quartis, & sextis ferijs. Qñ tñ aliquod aliud ieiunium in tertia, vel quinta feria occurrerit, prædictis quartis ferijs ieiunare non teneantur; in Vigilia Pentecostes, in ieiunijs quattuor Temporum, & in Vigilia S. Saluatoris de Mense Maij, in Vigilia S. Ioannis Baptistæ; Apostolorum Petri, & Pauli, Iacobi, Laurentij, Assumptionis B. M. Bartholomæi, B. Aug. P. N & Natiuitatis B. V. In toto aũt Aduentu includendo primam Dñicam eiusdem; & Quadragesima, in Vigilia Pentecostes, in Vigilia S. Matthæi, Simonis, & Iudæ, Omnium Sanctorũ, S. Andreæ, S. Matthiæ Apostoli, & oĩbus sextis ferijs; & feria secunda, & tertia immediatè post Dominicam in Quinquagesima, Quadragesimali vtentes cibo, ab ouis, & oĩbus lacticinijs abstinebimus: nisi in prædictis sextis ferijs præcipuum festum fuerit. Itinerãtes verò Ieiunijs non teneantur ab Ecclesia non præceptis, ac etiã ouis, & lacticinijs vesci poterunt diebus ab Ecclesia non prohibitis. Prætereà, quia à Sede Apostolica vnicuiq. Ordinis Nostri indulta est in articulo mortis plenaria Indulgentia pęnæ, & culpæ hac conditione, vt à quolibet Nrum, vltrà ieiunia præfata, seu alia aliquo casu obligatoria, annuatim sex diebus ieiunetur, cibis Quadragesimalibus vtendo: ordinamus ieiunari sex diebus post Epiphaniam, & sic discretè à Prælato distingui, ꝙ antè Dñicã in Quinquagesima, sꝑ expleantur. Tpe aũt Ieiunij a secunda feria post Dñicã in Quinquagesima vsq. ad festum exaltationis S. Crucis pulsato primo signo Completorij, Refectorarius signum faciat ad collationẽ. Deinde Fratribus venientibus ad Refectorium, & ad mensam residentibus ad signum Prælati lector mensæ dicat. Iube Dñe benedicere: & sequatur benedictio. Noctem quietã &c. infrà lectionẽ verò, facto signo à Prælato, & dicto Benedicite à lectore, dataq; benedictione: largitor oĩum bonorum benedicat potum seruorum suorum. Bibere poterint, qui voluerint. Circà finem lectionis ad nutũ

Prælati dicat lector. Fratres sobrij estote &c. sicut in Officio Cõpletorij continetur. Et dicto à Prælato. Adiutorium Nostrum in noie Dñi, & rñso; qui fecit &c. vadant Fratres processionaliter cum silentio in Ecclesiam Iunioribus præcedentibus. Quorũ quidem primò Oblatos intelligimus, deinde Conuersos, ex quibus nouissimos intrantes Religionẽ Iuniores esse censemus: ꝙ & de Clericis vsq. ad sacros Ordines intelligi volumus. Existentium verò in sacris: Subdiacones, Diaconibus: Diacones aũt Sacerdotib. Iuniores arbitramur. Qui Iuniores, vt declaratum est, inferiorem locũ vbiq. teneãt, auctoritate tñ Prælati sp̃ absoluta, qua ei licebit præferre illũ, quẽ ex aliqua causa ad honorem Dei præferendũ iudicauerit. Ab exaltatione verò S. Crucis vsq. ad prædictã Dñicam in Quinquagesimã fiat collatio post Completorium, ad q̃ oẽs Fratres nihilominus sp̃ conueniant, nullo absq. licentia remanente: qua facta, immediatè pulset ad silẽtiũ. In ieiunijs q̃dẽ ab Ecclesia p̃ceptis, & in toto Aduẽtu, pręter potũ, nil oĩnò det, nisi notabiliter debilib. & infirmis.

Quò ad quartum: Parata refectione hora competenti pulsetur ad prandium, vel cęnam; & tunc ad constitutum locum conuenire non differant, qui in alijs, ex maioris licentia, occupati nõ fuerint: Et postq̃ manus abluerint, cum silentio residentib. Fratribus, seruitor ad signum Prælati ingrediens Refectorium pulset Campanulã, & tunc pręcedentibus Iunioribus ingrediãtur Fratres Refectoriũ, & ibi ordinatè, sicut in Choro, stantes, fiat benedictio mẽsæ, prout in Ordinario continetur: Hoc addito. s. dum Sacerdos dicit, Benedic Dñe &c. Fratres inclinent se vsq. ad tua dona. Si quis aũt ipsi benedictioni non interfuerit, postquam Pr̃ Nr̃ semel cum Aue Maria inclinatus coràm mensa dixerit flexis genibus, signum Præsidentis expectet. Sedentibus deinde Fratribus ad mensam, lector mensæ legere incipiat de Biblia librum illum, qui pro tp̃e in Officio Diuino legitur: & in hoc signo Prælati, vel Præsidentis lectio terminetur, videlicet, ꝙ ter super mensam percutiat. Nullus aũt discumbentiũ quicq̃ cibi, vel potus contingere præsumat, priusq̃ Præsidens bis mensam superpercusserit. Cæterùm infra refectionem fiat lectio de libris deuotis in latino, vel in vulgari, prout Prælatus ordinauerit. Et si in latino legatur, primò lectio latina incipiatur, post quã eadem lectio in vulgari sine mora sequatur, si habeatur. Et facto interuallo eadem prima lectio latina repetatur, ac immediatè à lecto

re

re vulgarizetur. Et sic sub ista forma tot lectiones in Fratrum cōi refectione legantur, quot Præsidenti placuerit. Si verò non habeã tur libri in vulgari, qui sub prædicta forma legi possint, lecta lectione latina, sp immediatè vulgarizetur. Sabbato aūt de mane in prañ dio loco librorum deuotorum legatur aliq capitulum istarū Constitutionum sub prædicta forma: poterit vtiq Prælatus cōstituere, qui in eiusmodi lectionibus, sicut & in Diuino Officio, errantes religiosè, & honestè emendet. Si quemq̃ verò vllo modo in mensa delinquere acciderit, vt puta in effusione cibi, vel potus, aut ẽt à Maiore reprehendi: erectus signum Præsidẽtis humiliter expectet. Similiter necessitate vlla, vel opportunitate aliqua à mensa vocatus, non surgat prius, q̃ inclinatus signum Prælati reuerenter moretur. Præterea Fratres Nostri in mensa, & vbiq. ambabus manibus sedendo bibant: Immunditias quidẽ, & alia superflua, quę de comestionibus sunt proijcienda, non in terra, sed in paropsidibus cum cibis in mensa appositis, cum euacuatæ fuerint, ponant. A carnibus oĩ tpe, & sanguine animalium quocunq. modo decocto simpliciter abstineant Fratres Nostri, exceptis infirmis grauiter, vel notabiliter debilibus, inter quos itinerantes intelligi volumus. Poterunt autem oẽs comedere pulmenta condita cum pinguedine carnium tàm intus, q̃ extrà: illis videlicet diebus, quibus secundū ritum Ecclesiæ, & consuetudinem Patriæ sæcularibus licet carnibus vesci, præterq̃ in Aduentu Dñi, & feria secunda, & tertia post Dñicã in Quinquagesima. Cum aūt datur pitantia aliqua, sigillatim, & seorsum Fri cuilibet detur: ita ꝙ non duo Fratres in eadem paropside, vel in eodem incisorio simul comedant. Tandem cum panis ad nutum Prælati à mensis eleuari cœperit, statim lector Bibliæ dimissã lectionem sequatur. Et in fine eleuationis oĩum, annuente Prælato, dicto à lectore. Tu autem Dñe miserere nobis: & rñso à Fribus. Deo gratias: nullus surgere incipiat, priusq̃ Prælatus, siue Præsidẽs surgere cęperit. Sed in fine prandij cuiuslibet Sabbati, dato signo à Prælato, lector Bibliæ, interrupta lectione, tabulam Officiorum tàm in Ecclesia, q̃ in domo Fratribus pro tpe cōtingentium legat: quę videlicet tabula feria sexta per totam Quadragesimam maiorẽ prædicto modo legat. Post cōem verò Refectionem de manè oĩ tẽpore Conuentus vadat ad Chorum cantando Miserere mei Deus, vel alium Psalmum, qui habetur pro tpe, vbi gratiæ terminentur.

Cum autem Fratres reficiuntur de sero, tunc post cęnam gratię red dantur, & terminentur secundũ modum, & ritum Ecclesiæ in Refectorio, vel vbicunq. Refectio facta fuerit. Porrò singulis diebus post prandium, & cęnam expletis gratijs Fratres oẽs cum silentio processionaliter Iunioribus præcedentibus intrent Capitulum, vel vadant ad locum alium, ad hoc secundũ discretionem Pręlati deputatũ. Vbi dicto à Prælato Benedicite, & responso à Fratribus. Deus: necessitate oppositum non vrgente, examinet Prælatus, vel alius, cui ipse iusserit, spiritualem lectionem: interrogando oẽs, vel quosdam, modo vnum, modo aliũ, prout sibi videbitur, quid de lectione mensæ memoriæ commendando reportauerit, & memoriæ cõmendatum qualiter intellexerit: facta itaq. post prandium hmõi examinatione lecturi in Ecclesia, vel in Refectorio ad prouidendũ suas lectiones, locum, & Magistrum ad hoc præordinatum sine vlla dilatione, vel mora adeant: itaq. docendi à Magistris nunquã vocari expectent, aut morari faciant: cauentes sp. & vbiq. tàm docturi, q̃ docendi ab oĩ sermone ad rem non pertinente. Deniq. prohibemus sub pena grauioris culpæ, q̃ transgredientes ipso facto incurrant, ꝙ nulli Ordinis Nr̃i comedere, aut bibere extrà loca Nostra liceat, præter itinerantes: qui ex longitudine itineris, vel aliqua debilitate ad horã prandij, vel circà, ad Monasteriũ redire non possint.

Quò ad quintum. Lineis ad carnem non vtantur vestibus Fr̃es Nostri, sed tm̃ laneis: quę vestes nõ solùm in panni pretiositate, verùm etiam in latitudine, & longitudine oĩ careãt nota sęcularis põpæ, & vanitatis: Tunicas albi coloris Rocheto coopertas, & Scapularia alba similiter, & oĩa alia Indumenta, & capitis, & pedum. Cappas verò nigri coloris deferant Fratres Nostri: Sufficit aũt, vt Tunica descendat vsq. ad cauillam pedum, Scapulare verò super cauillã pedum per palmum: Rochetus autem in longitudine medium teneat inter Tunicam, & Scapulare. Cappa verò sit medio palmo breuior, q̃ Tunica: Caputia verò tàm Scapularium, quàm Capparum sint ad formam, & non excedant mensuram caputiorum Capparũ Fratrum Carthusiensium. Nouitij similiter, vt professi, induantur, excepto, ꝙ Scapularia eorum infra genua non descendant. Conuersi non portent Rochetum, sed Camisotum de sacco grossiori, & Camisotus nuncupetur, & longitudinem Tunicæ cooperiat. Scapularia verò eorum sint albi coloris, qui in modum scuti terminentur:

nec

nec infrà corrigiam,nisi per palmum descendant, & desuper corrigia cingantur.Caputia verò eorum sint,vt Clericorum: Cappas autem infrà septa Monasterij Fratres Nostri vti non teneantur, sed vti possint Mantelis. Rasura fiat temporibus debitis,sicut Religiosos decet pauperes,& humiles iuxtà discretionem Prioris,vel Præsidentis. Erit quidem Corona, quæ solis Clericis, ex Institutione Patrum,debetur,non latior duobus digitis,à Summitate auriũ incipiens:cætera verò pars capitis tàm suprà,quàm infrà radatur.Cũ autem à Superiore iniungitur Fratri aliquod Officium,flexis genibus, & capite discooperto sine contentione dicat recipiens: Deo gratias:Cum verò vestimenta,vel calceamenta, vel aliud tale datur Fratri, genuflexus dicat. Benedictus Deus in donis suis,& Sanctus in omnibus operibus suis &c.

Quò ad Sextum. Sæpe legimus Sanctos Angelos visitasse eos, qui stratus mollitiem castitati plurimum aduersantem fugientes dormiebant,iccircò super stramina,vel saccones dormiant Fratres Nostri,& habentes singuli singulos lectos,soli dormiant cum tunica magna,uel parua semper induti,& cincti: linteaminibus verò de lino,canapa,pignolatu, seu guarnello nullus in locis Nostris pœnitus vtatur, præter grauiter infirmos,quibus etiã super culcitras dormire licebit,& lineis camiseis vti in longitudine lanearũ, ipsa graui infirmitate durãte. Ceruicalibus,seu puluinaribus oĩbus vti liceat. Coopertoria vbiq.sint humilia,etiam vbi recipiũtur hospites: quæ magis frigus abigant,& foueant honestatem, quàm stratus ornẽt, Frattibus tamen Nostris extrà Conuentũm constitutis dormire licebit,prout eis fuerit stratum,ne hospites molestentur. Caueant nihilominus sub pœna grauioris culpæ,ne vnquam absque magna necessitate extrà Conuentum dormire audeant, semper festinãtes tàm sollicitè se ab omnibus negotijs expedire, vt extrà Monasteriũ hora sera non reperiantur.

Quò ad Septimum. Cum labiorum silentium sit Religionis decus,& præcipua quietis mentis custodia: Fratres nostri silentium teneant specialiter semper in Choro,in Dormitorio,in Cellis.Nullus autẽ Frater ingrediatur Cellam alterius Fratris ipso ibidem existente:ita ꝙ diligenter obseruetur, vt nullo vnquam tempore duo Fratres, vel plures in eadem Cella simul inueniantur,nisi de licẽtia Prioris,vel Præsidentis petita pariter,& obtenta.Item silentium te-

neatur

neatur in Cameris, vbi de nocte lampas continuè ardeat. Item silentium teneatur in Claustro primo, vbi sunt duo Claustra; vbi autem est tantum primum Claustrum, in ea parte Claustri, in qua est Capitulum. Item in Refectorio omnibus horis dum comeditur. Silentium etiam teneant Fratres Nostri in quolibet loco a signo, q̃ fit post Completorium, vsque ad dictam Primam diei sequentis: quo tempore nulli quacunque de causa aperiatur ad Cellam alterius pulsanti, nisi ob magnum periculum euitandum, & tunc Priori primò notificetur. Item in æstate à signo, quod fit post prãdium, vsque ad dictam Nonam; quo tempore forenses in domum nullatenus recipiantur, nisi magna necessitate vrgente, & tunc illi in loco remotiori à Cellis, & Fratrum quiete morentur. Silentium etiã semper teneant Fratres in Conuentu vbique, dum comedunt, excepto Priore, vel Præsidente, cui loqui licebit, si viderit esse opportunum. Si quid autem opus fuerit, sonitu cuiuscunque signi petat, vel alio quocunque nutu potius, quàm voce significetur. Extrà Conuentum verò per obedientiam constituti Fratres Nostri, ita religiosè, & honestè se habeant opportunis colloquijs, & moribus honestis in comestione, & oĩ eorum conuersatione, vt secundũ Patris Nostri Regulam, cuiusquam non offendant aspectum. Qui aũt silentium comedendo in cõi Refectorio fregerit, in vno prandio sedeat ad terram. Qui autem aliàs infrà diem naturalem septies silẽtium fregerit, similiter sedeat ad terram in vno prandio. Vt autem silentij fructus perfectus habeatur, & puritas conscientiæ conseruetur, ac multæ Diabolicæ fraudes euitentur, nulli Fratrum Nostrorum extrà horas, & tempora constituta secretè, & particulariter absq. Prioris licentia colloquantur etiam de rebus bonis, & sanctis: nec etiam sub specie fraternalis charitatis fiat aliqua frequens conuersatio singularis: sed cum ad beneplacitum Prioris, seu Præsidentis post prandium, vel alijs tpibus ibitur spaciatum intus, vel extrà, nullo absq. magna necessitate, & consensu Prioris remanente; oẽs simul in charitate vadant, de spiritualibus, vel honestis humanè, & fraternè sine contentione ad inuicem colloquendo. Et sp in fine ex oĩbus collocutionibus ad omnium vtilitatem, & cõsolationem spiritualem generalis conclusio ab omnibus meritoriè reportanda ab eo summatim redigatur, quẽ in tali loco Prælatus ad hoc ordinauerit. Nec aliquis vnquam reuelet secreta, tentationes, passiones

siones

ſiones ſuas,vel alienas,tàm ſpirituales,q̃ corporales alicui,niſi Prælato,aut de ſui licentia, cui ipſe Prælatus permiſerit reuelanda, ſeu etiam qñ Fratres ſacramentaliter confitentur, cui Prælatus permiſit. Secreta autem aliqua intus, vel extrà nulli pęnitus ſuſcipere liceat, quin ipſa Priori ſuo ſtatim reuelet. Quapropter nullus Frum Noſtrorum cum aliqua perſona ſæculari Religioſa, ſeu Eccleſiaſtica ſine licentia Prioris,aut Præſidẽtis loqui audeat: Sed,digito ori appoſito,forenſem morari faciat,ac Præſidẽti ſtatim notificet.Multò magis inſuper Fribus Ordinis Nri oĩnò prohibetur ſine licentia ſui Prioris ſcribere, vel aliquam ambaſciatam alicui mittere cuiuſcunq.ſtatus, vel cõditionis exiſtat,etiam Fratribus Noſtri Ordinis, niſi tm̃ Priori Generali,ſeu eius Vicario, & etiam recipere: quod à Patre Noſtro S.Aug.in Regula apertius inhibetur.In quibus videlicet litteris,ſiue ambaſciatis mittendis, aut recipiendis, ordo talis obſeruetur:quòd Prælatus quidem primò videat,& legat litterã , vel audiat ambaſciatam , vt in eius diſcretione mittantur, ſeu recipiantur,vel non: præterea nullus Ordinis Noſtri, etiam ſub ſpecie boni,aliquo modo audeat,vel præſumat detrahere,aut murmurare,vel detrahentibus,ſiue & murmurantibus de Prælatis,vel Præſidentibus,aut Fratribus Noſtrę Congregationis,ſiue de aliquo alio cuiuſcunque ſtatus,ſeu conditionis, aliquatenus auditum præbere. Si cui tamẽ neceſſe videtur ad honorem Dei aliquid dicere, cũ charitate,& diſcretione Prælato ſuo, ſiue Præſidenti dicat.

Quò ad octauum . Caueat Prælatus, nè circà infirmos ſit negligens,ſicut ei dicit Pater Noſter Aug. Sic tractandi ſunt infirmi, vt citius recreentur. Infirmorum iccircò cura alicui Fratri diſcreto iniungenda eſt.Porrò cum Frater aliquis infirmatur febre,vel peſte, aut aliqua quacunq; infirmitate,ꝑ quam de ipſius corporali vita ſit meritò dubitandum: quamcitius fieri poterit, ad recordationẽ Prælati;ſeu Infirmarij,ſacramentaliter confiteri ſtudeat, & Euchariſtiam humiliter petens,deuotè recipiat. Quòd ſi,legitimo impedimento ceſſante,id facere neglexerit,vel contempſerit; à Fratrib. non viſitetur , nec eidem fiat aliqua humanitas vltimis neceſſitatibus exceptis,quouſq; pęniteat realiter,& cum effectu. Poterint tñ infirmi aliqui veſci carnibus , prout eorum grauior exigit infirmitas,ſecundum quòd Prælato,de conſilio Medicorum,viſum fuerit expedire. Studium igr̃ Prioris, ſeu Infirmarij erit, in abſentia infir-

mi cum Medico sollicitè pertractare de ijs, quæ ipsi infirmo sunt necessaria, adeo quòd ipse infirmus pęnitus ignoret, quid ei apparetur: ne per corporalem infirmitatem fructus subiectionis, & humilitatis amittatur, & tñ secundum Patris Nostri Regulam, quantũ possibile est, nihil prætermittatur eorum, quæ Medicus hmõi ægritudini necessaria esse dixerit. Si quis autem talem infirmitatem habuerit, quæ nec eum multùm debilitet, nec comedendi turbet appetitum, talis super culcitram non dormiat, nec Ieiunia consueta frangat, nec cibos communes Refectorij mutet. Officium similiter recipiendi hospites alicui Fratri maturo iniungatur: Hospitib. quidem, quantumcunq. vocabulo Religionis censeantur, cibi, & stratus, quantum fieri potest, extrà Refectorium, & Dormitorium, & cõem conuersationem Fratrum parentur. Neque liceat eos, quib. vt pręfertur, seorsum parañ, diutius infra septa Monasterij commorari, sed matura diligentia adhibeatur, salua semper debita honestate, secundum diuersam hmõi personarum conditionem, vt q̃citius poterit ad propria remittantur: Mulieres autem cuiuscunq. ætatis, gradus, status, aut conditionis existant, nullo modo quacunque de causa infrà septa Monasterij introducantur, aut ingredi permittantur, parte inferiori Ecclesiæ dumtaxat excepta, præterquam in duabus solemnitatibus Anni: .s. in principaliori festo loci, & in consecratione Ecclesiæ eiusdem loci, in quibus vsque ad maius Altare tantum ascendere poterunt.

Quò ad nonum. Circá receptionem Nouitiorum diligens cura adhibenda est. Nam secundum qualitates seminũ Segetes crescũt: De fundamentis igitur primò curandum est, vt talia sint, super quibus erigi valeat perfectionis celsitudo Sanctæ Religionis. Quap̃p̃ nullus recipiatur ad Ordinem antè ætatis suæ Annum sextumdecimum completum, & nisi sit sanæ mentis, & bonæ indolis. Quia verò inscrutabile est cor hominis, antè receptionem cuiuscunq. Nouitij ad Habitum Ordinis quæratur diligenter de moribus, & conuersatione eius, & teneatur cum Fratribus professis ad cõem vitã, & communia colloquia aliquo tempore plus, vel minus, prout ad gloriam Dei, & profectum Religionis Prælato videbitur expedire: In quo tempore exerceatur prudenter circà abnegationẽ propriæ voluntatis, & opera humilia, & præcipuè, quę requirunt, vt frequẽtius, patientiã. Quo sic, vt præfertur, probato, si apparuerit verisimi-

liter aptus ad Religionem, proponat eum Prior Fratribus in Capitulo, quibus omnibus, vel saltem duabus ex tribus partibus, si visũ fuerit, quòd sit ad Ordinem recipiendus: die, & hora ad hoc statuta Fratribus in loco Capituli congregatis, Magister Nouitiorũ ad iussum Prælati adducat recipiendum in Capitulo. Cum autem induendus ad Capitulum peruenerit, prosternat se in medio Capituli. Interrogatus verò à Prælato quid petat: respõdeat misericordiã Dei, tuam, & omnium vestrum: postea ad iussum Prẹlati erectus, interrogetur (quamuis apud omnes esset notus) si est liber, & non seruus, si solutus, & non coniugatus, si sæcularis, & in nulla Religione professus, si debitis implicatus, si corpore sanus. Quo respondẽte se esse liberum, solutum, non professum, non obligatum debitis, neq. corpore infirmum, exponantur ei consequenter, q̃ breuius fieri potest, austeritates Regulæ, & Ordinis, insidiæ Diaboli Christi militibus præparatẹ, consanguineorum, vt frequẽter, insultus. Quo respondente se sub fiducia Diuini auxilij velle cuncta seruare, dicat Prælatus. Dominus qui incẹpit, ipse perficiat, & Conuentus respondeat. Amen Sicq; exutum sæcularibus vestibus, Prælatus dicendo: Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, genuflexũ antè se induat eum Sacræ Religionis vestibus dicendo. Induat te Dominus Iesus Christus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Cantore autem incipiẽte Hymnum: Veni Creator Spiritus: Vadant Fratres ad Chorum processionaliter, Iunioribus præcedentibus, cantando ipsum Hymnum: & post omnes, vltimò Magister Nouitiorum cum Nouitio induto. Fratribus autem in sedibus suis stantibus, & prosequentibus Hymnum, Stet Nouitius antè gradus Altaris genuflexus Magistro Nouitiorum stante in vltima sede Chori: Denique Hymno completo, & subiuncto à cantoribus versu: Emitte spiritum tuum: & rñso à Conuentu: & renouabis faciem terræ, dicat Prẹlatus: Dominus vobiscum: & Conuentus respondeat: Et cum Spiritu tuo; deinde addat Prælatus: Oremus. Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: Da huic famulo tuo N. in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere per Christũ Dominum Nostrum; & responso à Conuentu. Amen. Ducat Magister Nouitiorum indutum Nouitium ad Prælatum: qui aspergens eum aqua benedicta, recipiat ipsum ad osculum pacis, & similiter cæteri

 Fratres,

quibuſcunque perſonis quicquam componere, vel determinare, vt cum eorum conſilio faciat, quæ facienda ſunt pro honeſtatis ſalute. Item eorumdem Prioris, & Magiſtri Nouitiorum intereſt cōſiderare, qualem vitam, qualeſq. mores conuerſando duxit cū Fratribus infrà tempus probationis; quòd ſi minus benè ſe geſſit prūdenter, examinet etiam cum conſilio aliorum diſcretorum Fratrū, an ſit tolerabilis, vel reijciendus, aut ſi de emendatione ſperatur. Si primum, vel tertium viderit, poterit ad terrorem profeſſionem differre proteſtatione facta: quòd per lapſum temporis non intendunt ipſum eſſe profeſſum: nutriendo eum ſub ſpe cum diſciplina, prout viderit expedire. Vbi verò eum viderit incorrigibilem, & reijciendū, ſi viſibiliter appareret, quòd alteri Religioni foret aptus, illam perſuadeant ſibi, inquantum poſſunt, vt nunquam reuertatur ad ſæculum, aliàs cum omni manſuetudine, & charitate, inqnātùm fieri poteſt, fama eius ſeruata, reſtitutis eidem veſtibus ſæcularib. quas ad Religionem veniendo ſecum portauit, ad propria ipſum remittant: exhortando, vt etiam in ſæculo benè, & exemplariter viuere conetur: vt ſic faciendo etiam in tali ſtatu, quod non eſt impoſſibile, ſaluari mereatur. Cum autē quis profiteri habet primò Prior in Capitulo, excluſis Nouitijs, recipiendum Fratribus proponat: corām quibus Magiſter Nouitiorum, ſecundum conſcientiam ſuam, de illo teſtimonium reddat. Etſi aliquis Frater pro, vel contrà vellet dicere, petita a Priore, licentia ſurgens dicat quod ſibi, ſecūdum Deum, pro bono Religionis videtur eſſe dicendum. Deinde interrogatis Fratrib. an aſſenſum præbeant, & accedente conſenſu oīum, vel ſaltem maioris partis Fratrum, vocetur cum cęteris Nouitijs ad Capitulum, qui dēt profiteri, & proſternens ſe in medio corā Priore petat humiliter recipi ad profeſſionem. Poſt cuius petitionem Prior ei ſuccintè declaret ita, vt benè intelligat vim profeſſionis, ꝙ facere cupit. Et interrogatus vtrum cum ea intentione profiteri intendat: ſi reſpondeat, ꝙ ſic: iſto modo genuflexus ante Priorē, vel Præſidentem, ponēdo manus ſuas in manibus Prioris profiteatur. Ego N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & B. Auguſt. & tibi Pri N. Priori Generali Fratrum, ſeu Can. Reg. S. Saluatoris, Ord. S. Auguſt. & ſucceſſorib. tuis ſecundum Reg. B Auguſt. & Conſtitutiones Can. Regul. eiuſdem Ord. ꝙ ero obediens tibi, tuiſq. ſucceſſoribus vſq. ad mortem. Cum verò fit alteri

Priori, vel Præsidenti, cuiuscunq. professio sic facienda est. Ego N. facio Professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & B. Augustino, & tibi P̃ri N. Priori, vel Præsidenti talis loci Vice P̃ris N. Prioris Generalis Can. Reg. S. Saluatoris, Ord. S. Augustini, & successorum eius. secundum Reg. B. August. & Institutiones Canonicorum eiusdem Ord. ꝗ ero obediens tibi, tuisq́ successoribus vsque ad mortem. Posthæc scapulare dandum ipsi profitenti benedicatur sic. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Domine Iesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensæ largitatis tuæ abundantiam; vt hoc genus vestimentorum, quod Sancti Patres ad Innocentiæ, & humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita benedicere digneris, vt qui hoc vsus fuerit, te induere mereatur. Per Christum D. N. Amen. Postmodum aspergatur aqua benedicta, primò scapulare, postea ipse profitens. Deinde exutus scapulare Nouitiorum, & indutus scapulare professorum, recipiatur ad osculum pacis, primò a Priore, & Fratribus, qui sunt ex Choro Prioris. Deinde à Fratribus qui sunt ex Choro Supprioris, vel Vicarij: Vltimò Prælatus faciat ei absolutionem plenariam iuxtà Indulgentiam Ordini Nostro concessam à Sanctæ Mem. Gregorio XII. Primò dicat absoluendus Confiteor totum. Prælatus dicat. Misereatur totum; & consequenter dicat. Auctoritate Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius, & S.R.E. mihi commissa, & tibi concessa. Ego te absoluo ab oĩ sententia excõicationis maioris, vel minoris, & restituo te vnitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Et auctoritate mihi cõmissa, & tibi concessa te absoluo ab omnibus peccatis tuis contritis, confessis, & oblitis. Item auctoritate Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, & S.R.E. & etiam auctoritate D.N. Summi Pontificis mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, & in quãtum debeo, & gratũ in oculis Diuinæ Maiestatis fuerit, te absoluo ab omnib. pœnis tibi in Purgatorio debitis, ꝑ culpas, & offensas, quas contrà Deum commisisti, vt in Priuilegio Ordini Nostro concesso à san. mem. D̃no Papa Greg. XII. plenius continetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amen. Quia verò Fratrib. Ordinis Nostri in articulo mortis constitutis ab eodem sanctæ memoriæ ẽt indulta est præfata absolutio, in tali igitur cã hoc ordine fiat. Pri

mò

mò dicat Infirmus Confiteor totum, si pôt, si verò nõ potest: dicat alius loco sui: postea Confessor, cui fuerit generaliter, vel specialiter confessus, dicat Misereatur totum: & consequenter dicat. Auctoritate Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, & S.R.E. mihi commissa, & tibi concessa: ego te absoluo ab omni sententia excõicationis maioris, vel minoris, & restituo te vnitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesiæ. & auctoritate mihi commissa, & tibi concessa te absoluo ab omnib. peccatis tuis contritis, confessis, & oblitis. Item auctoritate Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, & S.R.E. & ẽt auctoritate D.N. Summi Pontificis mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, & in quantùm debeo, & gratum in oculis Diuinæ maiestatis fuerit, te, si ista vice morieris, absoluo ab omnib. pœnis tibi in Purgatorio debitis p p culpas, & offensas, quas contrà Deum commisisti. Si verò ista vice non morieris, reseruo tibi indulgentiam tibi concessam à Domino Papa pro vltimo articulo mortis, vt in eadem littera Indulgentiæ D. N. PP. plenius continetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amẽ. Facta itaq. absolutione modo præordinato ei, qui sicut prelibatum est, professionem fecit, dicat Prælatus: Adiutorium nostrum, &c. Ipse tamen, qui professionem fecit de nouo, sub disciplina magistrali ad nutum Prælati, vel Præsidentis adhuc perseuerabit.

Quò ad Duodecimum. Leuis culpa est. Siquis, vt signum datũ fuerit, non mox relictis omnibus cum matura festinatione, & debita compositione ad Ecclesiam venerit: Si quis in Choro malè legẽdo, vel cantando offendens, non statim se humilians terram manu tetigerit, & surgens pectus suum percusserit. Siquis Diuino non intentus officio magis oculis, vel motu irreligioso leuitatem mentis ostenderit. Siquis in Ecclesia, vel in Dormitorio, vel in Cellis aliq̃d inquietudinis fecerit. Siquis lectionem, vel cantum statuto tẽpore non prouiderit. Siquis aliud legere, vel cãtare præsumpserit, quod cõis approbat vsus. Siquis in Choro riserit, vel alios ridere fecerit. Siquis Altaris, vel Ecclesiæ ornamenta negligenter tractauerit. Itẽ leuis culpa est. Siquis cum iuramento, vt in loquendo minus ponderosi homines facere solent, abnegauerit, vel affirmauerit. Siquis turpem sermonem, vel vaniloquium dixerit. Siquis dissolutè ridens, cachinis, vel ludis, dictis, vel factis alios ad ridendum prouocauerit. Siquis oculos vagos per plateas, vel vicos eundo ad vanita

tes

tes frequenter direxerit. Siquis Conuentum exiens vadens,& rediens benedictionem à Præsidente accipere neglexerit, & ad Ecclesiam eundo,& redeundo non ierit,& orauerit. Siquis in Conuentu ad Capitulum,seu ad collationem, vel cōem refectionem ex negligentia non interfuerit.Si liber,in quo legendum est, cuiusquā neglectu defuerit.Siquis aliquod vtensilium fregerit, vel perdiderit, vel postquam eo vsus fuerit,nitidum,& aptum ad locum propriū, & ad illud deputatum non reportauerit.Siquis indumenta,vel alia data Fratri sine ipsius licentia, vel Prælati per se alius acceperit. Siquis vestes, vel libros sibi ad vsum concessos statuto loco honestè non reposuerit,vel negligenter tractauerit.Siquis cibum, vel potū effuderit,vel absque benedictione sumpserit. Siquis temporib. statutis cum alijs lectionē auditurus non affuerit. Siquis ad Cameras vadens ibidem discooperto capite steterit.Siquis extrà Conuentū absque licentia socij maioris locutus fuerit.Siquis à Maiori suo reprehensus, non statim discooperto capite humiliter, postquam audierit,genuflexerit.Siquis infrà diem naturalem citra septies silentium fregerit.Siquis eorum,qui in officijs deputati sunt, in aliquo negligens repertus fuerit.Siquis locutus fuerit de verbis ociosis, de mundanis,de nouis occurrentibus,aut de factis alienis. Siquis contenderit, & affirmando durus in contentione extiterit et de sacris tractando,vel loquendo,nec statim in secūda vice benignè,& tranquilliter cum humilitate acquieuerit, sed pertinaciter litigauerit. Clamatis,vel proclamātib. se de supradictis,& similibus,detur disciplina,aut Psalmi,seu abstinentia,vel alia pœnitentia secundū quòd Prælato videbitur expedire.

Grauis culpa est:Siquis inhonestè in audientia sæcularium cum aliquo Fratre,vel sæculari contenderit.Siquis alicui Fratri,vel sæculari opprobrium dixerit. Siquis mendacium ex deliberatione dixisse deprehensus fuerit.Siquis cum hospitibus quibuscunque sine licentia locutus fuerit. Siquis Fratri præteritam culpam,pro qua satis fecerit,improperauerit. Siquis culpam suam,vel alterius Fris tāquam superbus proteruè defenderit. Siquis in quemlibet minas, vel maledicta protulisse depræhensus fuerit.Siquis mala de Priore, vel Fratribus suis malitiosè dixerit, quæ testimonio Fratrum suorum probare non possit. Siquis pro victu,vel vestitu,vel alia quacunque re murmurauerit.Siquis procedens,vbi fœminæ sunt,oculum

lum

lum frequenter,& ex consuetudine fixerit, vel cum fœmina solus, nisi breuiter interrogans, aut interrogatus bř respondens locutus fuerit.Siquis Ieiunia ab Ecclesia instituta fregerit sine causa, & licentia.Pro hmõi,& his similibus veniam petentibus,& non clamatis,vna disciplina detur in Capitulo,& vna die in pane, & aqua ieiunent.Clamatis verò pœna duplicetur:præter hæc aũt, Psalmi, & veniæ, secundum quòd discretioni Prioris visum fuerit,pro qualitate culparum iniungantur. Eandem pœnam incurrant, qui postq̃ missi quocunque fuerint, in contemptum obedientiæ sine licentia antè terminum eis assignatum reuerti præsumpserint, vel vltrà terminum moram fecerint.Fratres autem Nostri nõ fiant Compatres,nec recipiant compromissum, nec sint executores testamentorum: qui autem contra fecerint, eandem grauis culpæ pœnam incurrant. Caueat vtique Frater quilibet,ne proclamet aliquem in Capitulo de crimine etiam de auditu: nisi ipsum crimen possit probare: quòd si accusatus negauerit, & accusans in probatione defecerit: accusans pœna accusato debita puniatur. Ne tamen vitia occultentur, Prælato suo denunciet quid vidit, quid audiuit.

Grauior culpa est:Si quis per contumaciam,vel manifestam rebellionem Priori suo inobediens extiterit, aut cum eo extrà Conuentum,vel in Conuentu peruersè persistens in sua duritie contẽdere obstinato animo ausus fuerit.Si quis capitale,vel mortale crimen commiserit.Si quis procurauerit, quòd ipse, vel alius eximatur à potestate,vel obedientia Prælati sui.Si quis secreta Ordinis reuelauerit,vel etiam facta non manifestanda, aut pandenda detexerit,siue propalauerit.Si quis rem sibi oblatam,de ijs,quę recipi prohibentur,receperit.Si quis rem sibi collatam celauerit,quẽ B.Aug. furti iudicio dicit esse condemnandum. Si quis absque licentia,& sine magna necessitate carnes comederit. Si quis libros Physicos, Chirurgos,Legales, Phylosophicos, vel Artium Liberalium, exceptis Grammaticalibus,didicerit,vel docuerit,seu studẽdi, vel docẽdi licentiam alicui Fratri dederit,vel ad studendum extrà loca Nostra etiam cum licentia iuerit,vel in hoc dispensauerit, vel sibi, vel alij dispensari quæsierit.Si quis ad spectacula,& ad omnia hmõi,ẽt sub specie Sanctitatis, spiritualitatis,deuotionis,vel scientiæ,remouentia Fratres à pace,& quiete Cellarum, & Monasteriorum,& bono obedientiæ, atque stabilitatis exiuerit etiam cum licentia, vel

exire alios dispensauerit, aut sibi, vel alijs in hoc dispensari procu-rauerit. Si quis ad docendum, vel ad discendum etiam Grammaticam, seu Cantum, aut alia quæcunque extrà loca Nostra, etiam cũ licẽtia iuerit, vel pro seipso, vel pro alio in hoc dispensationẽ quæsierit. De suprascriptis culpis veniã petentib. vel seipsos vltrà accusantibus, dentur duæ disciplinæ in Capitulo in duabus sextis ferijs, ac ipsis duobus diebus in pane, & aqua ieiunent, & præter hæc Psalmi, & veniæ, secundum quod discretioni Prioris visum fuerit, pro qualitate culparum. Conuictus verò, in Capitulo spontè surgat, & veniam petendo delictum suum publicè confiteatur, & denudatus ab humeris vsque ad corrigiam, vt dignam accipiat, secundum sua demerita, sniam, vapulet, quantùm Prælato visum fuerit expedire; & sit omnium nouissimus in Conuentu. In Refectorio quoque ad communem mensam cum cęteris Fratribus non sedebit, sed in medio Refectorij super nudam terrám comedet. Et prouidebitur sibi seorsum grossior panis, & potus aquę, nisi Prǽlatus ei aliquid aliud ex misericordia impenderit; nec reliquiæ prandij eius cum alijs admisceantur. Ad Canonicas quidem horas, & ad gratias post comestionem antè hostium Ecclesiæ transeuntibus Fratribus prostratus iaceat, dum intrant, & exeunt. Nullus autem se illi coniungere, vel aliquid mandare audeat. Ne tamen in desperationem labatur, qui hmôi agit pœnitentiam, Prælatus mittat ad eum Seniores, qui cõmoneant eum ad veram cordis pœnitentiam, horenturq; ad pacientiam. Et si viderint in eo humilitatem cordis, tunc totus Conuentus intercedat pro eo apud Prælatum. Nec renuat Prælatus cũ eo facere misericordiam. Talis quandiù erit in hac pœnitentia, nec veniat ad osculum pacis, nec notetur ad aliquod officium in Ecclesia; quamuis ad Officium stare possit: nec nisi in sui accusatione vocem habeat antè plenariam satisfactionem. Si fuerit Sacerdos, vel Diaconus, vel Subdiaconus, his Officijs non fungatur, nisi postmodùm religiosè conuersatus fuerit. Eandem pœnam incurrant quicunq. per conspirationem, vel coniurationem, seu malitiosam cõcordiam aduersus Prælatum suum manifestè se erexerit. Si qui tñ Fratres non malitiosè, sed in veritate aduersus Prælatum aliquod habuerint, quod tolerari non debeat, prius cum inter se, & ipsum cum omni humilitate, & charitate de sua correctione admoneant: quòd si frequenter admonitus se corrigere contempserit; aut ne-
glexerit,

glexerit, Priori Generali, seu Generali Capitulo studeant intimare; quatenus honestati Ordinis prouideatur: aliter Prælatos suos subditi infamare non præsumant.

Grauissima culpa est, incorrigibilitas illius, qui nec culpas timet committere, & pœnas ferre recusat. Talis de consilio Discretorum Fratrum carcerali custodiæ mancipetur: & ibidem, secundum exigentiam culparum, iuxtà discretionem Prælati iniurijs, & abstinentijs puniatur, vel secundum Regulam B. Patris N. Augustini, si magis expediens iudicatur, etiam si ipse non abscesserit, exutus Habitu Ordinis, de Ordinis Nostri societate pœnitus expellatur, ne contagione pestifera plurimos spirituali morte interficiat, si tñ vsq. ad illam horam sani capitis, & integri sensus extiterit. Si quis autem (quod Deus auertat) in peccatum carnis lapsus conuictus fuerit, vel furtũ commiserit, quod sit notabile consilio Discretorum, vel litteras Prioris Generalis, seu etiam Priorum Conuentualium, seu eorum sigilla falsificauerit, vel falsificatis scienter vsus fuerit, vel in Prælatum suum manus iniecerit temerè violentas, aut quemcunq. alium læthaliter, seu mortaliter, & atrociter percusserit, talis similiter carcerali custodiæ deputetur: nec inde valeat liberari, nisi per Generale Capitulum, vel, vbi de graui periculo, vel scandalo timetur, per Generalem Priorem de consilio discretorum Fratrum.

Si quis apostatauerit: & misertus sui ad Ordinem redire voluerit: Si talis sit, de cuius correctione spes habeatur, recipi possit: aliàs simpliciter ab Ordine licentiatus cum litteris dimissorijs quærat sibi Religionem aliam, vel locum, vbi possit animam suam de Diaboli faucibus, cooperante Diuinæ misericordiæ gratia, liberare. Recipiendus autem denudatus in Claustro ab humero vsque ad corrigiam Fratribus in Capitulo congregatis, cum virgis in manibus, & prostratus in medium culpam suam dicet, & humiliter veniã petet: post hæc ad iussum Prælati erectus vapulabit ad pedes eius, & omnium aliorum Fratrum, quantùm ipsi Prælato placuerit: Præter hæc per integrum annum singulis septimanis semel, videlicet, quando fit Capitulum de culpis nudatus suprascripto modo se in Capitulum præsentabit, prout Prælato videbitur verberandus, & pęnam grauioris culpæ faciet, quandiù Prælato visum fuerit. Omnibus tñ Fratribus pro huiusmodi pęnitentibus humiliter in Capitulo deprecantibus, Prælatus, cum eorum pœnitentiam perspexerit, eis

indulgere, vel remittere poterit plus, vel minus, secundum quod suæ discretioni placitum fuerit. Peracta verò pœnitentia nihilominus de cætero locum sub omnibus illis tenebit, qui professi fuerūt in Ordine, antequàm ipse post Apostasiam ad Ordinem redierit Talis quoque de cætero non fiat Prior, nec Definitor Capituli, neque ad aliquam electionem Ordinis admittatur, nisi per Capitulum Generale cum eo fuerit in parte, vel in toto dispensatum: quæ tamen dispensatio fieri non possit antè triennium ab eius reditu completum. Porrò Apostatæ vnius Conuentus non recipiantur in alio Conuentu absque Generalis Prioris licentia speciali.

Priores Conuentuales secundum formam Canonicam à suis Conuentibus eligantur, aut per scrutinium, aut per cōem inspirationem, aut per compromissum. Instante ergo electione, congregatis in loco Capituli omnibus, qui debent interesse hora adhoc statuta, inuocata prius gratia Sancti Spiritus per Hymnum. Veni creator Spiritus: & Vers. Emitte, cum oratione, Deus qui corda fideliū, &c. proponatur per Suppriorem, vel Vicarium Conuentus (si Domus Suppriorem non habuerit) per quam viam volunt ad electionem procedere. Cum autem per scrutinium, idest inquisitionē voluntatum, quæ fit in secretò, procedit electio, vota eligentiū recipiantur per Vicarium, vel alium vices Vicarij gerentem, & duos Fratres ex Electoribus, qui in Ordine Nostro primò professi sunt, hoc modo videlicet: quòd seorsum aliquantulum in eodem loco Capituli, siue ante hostium Capituli coràm oculis omnium primò Vicarius scribat suam voluntatem, deinde vocando antiquiorem inter Electores, & audita voluntate eius, similiter scribat eam: quo postmodùm secum residente, ambo similiter audiant voluntatem antiquioris alterius Electoris, & scribant eam. Postea omnes tres insimul audiant voluntatem aliorum Electorum sigillatim, & conscribant. Quibus omnibus auditis, & scriptis statim scrutinium publicetur. Quòd si, Diuina gratia inspirante, inuentum fuerit, quod omnes vnanimiter in vnum aliquem concordauerint, vel etiam si discordassent, & post publicationem scrutinij minor pars interrogata à maiori, an cum illis cōcordare velit, eidem maiori parti consenserit, & se consentire responderit, tunc ille, qui primam vocem habuerit inter Electores, idest Vicarius, vel qui gerit vices eius, surgens omnibus audientibus, dicat in singulari numero. Ego N. Vice mea,

&

& omnium Electorum præsentium eligo N. in Priorem talis Conuentus. Si autem publicato scrutinio inuentum fuerit, quod non omnes in vnum concordauerint, facta tamen collatione numeri ad numerum inuentum fuerit, quod maior pars in vnum aliquem consenserint, nec minor pars à maiori interrogata cum eis concordare voluerit, tunc nihilominus qui primam vocem habuerit inter eos, qui sunt maior pars Electorum, surgens dicat. Ego N. per me, & pro ijs, qui mecum consentiunt, eligo N. in Priorem talis Conuentus. Si autem pauci fuerint Electores, puta tantum tres, vel ẽt duo tantum, nihilominus prædicta forma seruetur. Vbi autem vnus tantum fuerit, qui habeat eligere, tunc ille vocatis testibus exprimat voluntatem suam, & publicet, & postmodum electionem faciat hoc modo, videlicet. Ego N. ad quem pertinet hęc electio, eligo N. in Priorem talis loci. Si autem per viam cōis inspirationis procedere decreuerit, tunc vno dicente, quòd talis sibi vr̃ bonus, & quod illum vult, & eligit in Priorem, si omnes alij idem dixerint, tunc nihilominus sicut prius, qui primam vocem habuerit, surgens dicat. Ego N. Vice mea, & omnium Electorum eligo N. in Priorem talis loci. Si verò per viã compromissi decreuerit procedere, & omnes concorditer compromiserint voces suas alicui soli, vel pluribus, ille intelligatur electus, & habeatur pro electo in Priorem, quem ille, vel illi, quibus commissum est, nominarint, & eligerint. Si aũt, qui eligere habent, intrà mensem non elegerint, vel postulauerint, tunc ea vice eligendi careant potestate, & Prior Generalis illi Conuentui prouideat de Priore. Electiones aũt tàm Priorum, quàm quorumcunque aliorum faciendæ in Ordine Nostro ad illos tm̃ pertineant Electores, qui personaliter præsentes extiterunt in eisdem. Si quos tamẽ infrà spacium itineris diei vnius à loco electionis abesse contigerit, teneantur alij diem, in qua ad Electionem procedere intendunt illis notificando, eosdem ad Electionem quamcunq. faciendam vocare; quod si vocati nō venerint, nihilominus, sicut dictum est, per eos, qui personaliter præsẽtes extiterint, electio celebretur. Fratres aũt Nostros professos in sacris constitutos oẽs vocem hr̃e volumus in Electione Prioris Conuentualis Conuentus, vbi fuerint Conuentuales assignati, & ẽt in electione socij Prioris Conuentualis euntis ad Capitulum Generale, ac ẽt in tractatu omnium, quæ mittenda sunt ad ipsum Capitulum Generale, nisi propter aliquam eorũ culpam

con-

contingat eos voce priuari. Cum aũt Electiones Nostræ maximè li berae esse debeant, & omni nota coactionis carere, nolumus, quòd infrà mensem ante Electiones quascunque fiant nouæ assignationes Fratrum, vel mutationes per Priorem Generalem, vel aliũ quẽcunq. nisi pp graue scandalum euitandum, vel nisi in Capitulo Generali. qđ si secus factum fuerit, nullum inde sortiantur effectum tales assignationes, vel mutationes: itaq. sic mutati de locis, vbi fieri habent electiones, nõ pp hoc in eisuem voce careant: & sic assignati, non propter hoc in eisdem vocem habeant. Similiter ẽt nec Fratres possint priuari voce eodem tpe, nisi ob causas in Capitulo de grauiori culpa contentas. Celebrata autem electione Prioris Conuentualis, quàmcitius commodè poterit, mittatur ad Priorem Generalem scribendo nomen Electi, & numerum, & nomina eligẽtiũ. Quorum Electio si ab eodem Generali Priore fuerit approbata, & is, qui electus fuerit, electioni de se factæ consensum præstiterit, notificetur hoc ipsum Diœcesano loci, vel eius Vicario in spiritualib. Videlicet, quòd talis est electus in Priorem talis loci, & ab eorum Generali approbatus, & electioni de se factæ consensum præbuit: postquam notificationẽ idem, sicut vt præfertur, electus, & approbatus, sit verus Prior, & tanquam confirmatus pro legitimo illius Conuentus Priore habeatur. Cui immediatè post eandem cõfirmationem in signum obedientiæ, & subiectionis oẽs sui Conuentuales flexis genib. manum osculentur, & ipse eos benignè suscipiẽs benedicat. Sicq. ei obedientia, affectio, & deuotio ab omnib. exhibeatur tanq̃ Patri spũali à Deo constituto, cui Deo rõnem de omnib. sibi subditis redditurus est. Similiter Nouitij, & quiq. discipuli suos teneantur honorare Magistros, & eisdem obedientiam, & deuotionẽ exhibere singularem. Quod ẽt Iuniores senioribus, & Fratres oẽs inter se ad inuicem charitatiuè, deuotè, atq. humiliter debẽt obseruare. Si aũt ipse Prior Generalis hmõi electionem, vel postulationem approbare recusauerit, postq̃ ipsis electorib. hoc ipsum constiterit legitimè. Similiter sicut prius, anteq̃ transeat mensis, ad aliam procedant electionem, vel aliam alterius de nouo faciant postulationem. Prior aũt Conuentualis postquam confirmatus fuerit, sicut suprà dictum est, de consilio Discretorũ Fratrum instituat Supriorem, vel Vicarium, cuius officium erit hr̃e diligentiã, & curã circà Conuentum, & alia, quantũ Prior commiserit ei, vel permiserit. Proin-

Proindè mortuo Priore,vel amoto,vel abſente,idem Supprior, vel Vicarius vices eius plenariè in omnib.obtineat,quouſq.Prior eiuſdem loci fuerit electus,& confirmatus, & in Domo præſens extiterit,niſi Prior Generalis aliter ordinauerit. Teneatur ēt Prior Conuentualis conſequenter poſt eius confirmationem, q̄ citius fieri poterit,diſtribuere officia Domus, & præcipuè conſtituere Procuratorem,& Sacriſtam,vel præteritos confirmare, ſecundum quòd ei ad honorem Dei viſum fuerit expedire. Qui Procurator,& Sacriſta teneantur ſemel in menſe de omnibus introitibus,& exitib. officiorum ſuorum ipſi Priori ſuo reddere rōnem.Frum ſiquidem Noſtrorum nullus audeat incipere facere aliquod ſpirituale, vel t̄pale ſine licentia petita pariter,& obtenta à ſuo Priore, vel Vicario, qñ Prior abeſſet.Tandem mortuo Priore,vel amoto,ſeu abſente,ſi Domus Suppriorem,vel Vicarium non habuerit p̄ntem,nec Prior Generalis aliter ordinauerit;tres Fratres illius Conuentus vocē in electione habentes,qui primitus in Nr̄o Ordine profeſſi ſunt aliquem Frem ibidem Conuentualem,antequam comedant,& bibant,eligere teneantur. Qui ab eis electus vices Prioris ſupradictas obtineat, quouſq.Domus ipſa Priorem p̄ntem habeat, vel Vicariū,vel Prior Gn̄alis,vel Conuentualis aliter ordinauerit. Quòd ſi prædicti tres non concordauerint, duorum ſn̄ia ad prouidendum, ſiue de vno ipſorum trium,ſiue de aliquo alio ibidem Cōuentuali præualebit. Quòd ſi vnus ſolus in prædicto Capitulo hr̄e vocem repertus fuerit,ille ipſo facto ex vi p̄ntis Conſtitutionis vices obtineat ſupradictas.Priores quidem Conuentuales ſ p omni anno intelligantur abſoluti vltima die Capituli Gn̄alis, niſi per maiorem partem Fratrū ſui Conuentus vocem in electione Prioris habentium fuerit determinatum ipſos in prædicto Prioratu vlterius remanſuros: & hoc ipſum Capitulo Generali per ipſos Electores in ſcriptis denunciatū, & à Priore Generali,& diffinitoribus ipſius Capituli acceptatum, ac confirmatum, quamuis etiam ipſi Priores Conuentuales Annum ſui Prioratus nō expleuerint.Quapropter ipſorum Electiones ſemper omni anno celebrandæ ſunt de menſe Aprilis,atque in ſcriptis per ſubſtitutum Prioris euntis ad Capitulum Generale ipſi Capitulo Generali deſtinandæ.

Singulis diebus dicto completorio, pulſatoq; ad ſilentium vadant Fratres Omnes in Oratorium Fratrum ad priuatam,& ſecretā

orationem

orationem:in qua vnusquisq vitam propriam examinãdo, si quid in se ipso reprehensibile repererit,dolens de pręterito,proponésq; cauere, & satisfacere in futurum, defectus suos dissimulando non patiatur transire impunitos.Sed qui non possunt quacunq.de causa corrigi publica pœnitentia, tanquam proprius sui ipsius Iudex, studeat priuata,& secreta punitione curare. Elapsa verò media,vel quarta parte horę,secundum quòd sic,vel aliter Prælato expediẽs, siue conueniens esse visum fuerit, ipse, vel alius, cui ipse commiserit,aspergat omnes aqua benedicta:dicendo Asperges me Dñe &c. cũ Versu,& Oratione,sicut fit de manè in die Dominico antè Missam Conuẽtualẽ, & dicta añã Salue Regina,cũ Vers.Ora pro nobis Sancta &c. Et oratione: Interueniat pro nobis quæsumus Domine Iesu Christe nunc,& in hora mortis nostæ apud pijssimam Clementiam tuam Gloriosa Virgo Maria dulcissima Mater tua, cuius Sacratissimam animam in hora benedictæ Passionis tuæ doloris gladius pertrãsiuit &c.cum alia oratione, videlicet,Spiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde, vt quos vno pane cœlesti satiasti tua facias pietate concordes, per eundem Dominum Nostrũ Iesum Christum &c.post finem orationis,dicentibus Fratribus Benedicite:Det benedictionem dicendo.Cũ prole pia benedicat Nos Virgo Maria. Si autem Frater se in aliquo deliquisse recordatur genuflexus poterit,culpam suam recognoscẽdo,veniam petere.Cui, secundum quòd expediens fuerit,à Prælato pœnitentia iniũgatur. Quòd si acciderit aliquem ex legitima causa, & cum licentia tamẽ expressa huiusmodi benedictioni non interfuisse absq. ipsa à Priore,seu Vicario humiliter,ac deuotè recepta, dormitum nullatenus ire patiatur.Præter hæc,nihilominus qualibet septimana semel,videlicet sexta feria,vel alio die,prout conuenientius fieri poterit,teneatur Capitulum de culpis eadem hora. In quo,dicto à Fratribus Benedicite,& data à Prælato benedictione. Cum prole pia &c.pro plenaria Indulgentia cuilibet Nostri Ordinis à Sede Apostolica in articulo mortis indulta, dicatur immediatè à Choro alternatim Psal.Miserere mei;cum Gloria Patri voce submissa:qui Psalmus, sicut à præfata Sede vnicuiq. Fratrum Nostrorum iniunctum fuit, qualibet septimana pro ipsa Indulgentia dici debet. Postmodùm facta prius recommendatione mortuorum,& viuorum : pro mortuis dicendo Psal.De profundis, sub Añã Si iniquitates &c. Chirie

eleison,

eleison,Christe eleison,Chirie eleison.Pr Nr.V.Et ne nos.R.Sed li bera.V.A porta Inferi.R.Erue Domine animas eorum. V.Requiescant in pace.R.Amen. V.Domine exaudi. R.Et clamor. V.Dominus vobiscum. R.Et cum Spiritu tuo.Oremus. Absolue quæsumus Domine animas famulorum tuorum Fratrum Nostrorum, & aīas famulorum,famularumq; tuarum propinquorum, & benefactorū Nostrorum, & omnium fidelium defunctorū ab omni vinculo delictorum,vt in Resurrectionis gloria inter Sanctos,& Electos tuos resuscitati respirent,per Christum Dominum Nostrum; Et pro viuis Psal.Ad te leuaui oculos meos,cum Gloria Patri, & Chirie eleison,Christe eleison, Chirie eleison.Pr Nr.V.Et ne nos. R.Sed libera.V.Domine exaudi.R.Et clamor.V.Dominus vobiscum. R.Et cū Spiritu tuo.Oremus: Prætēde Domine famulis, & famulabus tuis dexteram cœlestis auxilij,vt te toto corde perquirāt, & quæ dignè postulant consequi mereantur; Per Christum Dnm Nostrum.Poterit Prælatus dicere,si qua viderit ad honestatem Ordinis,& correctionem Fratrum esse dicēda: posteà,ad iussum Prælati egressis Nouitijs, omnes petant veniam, statimq; oēs prosternant se dicentes suam culpam. Deinde ad iussum Prælati genuflexi singuli incipiendo à Choro dextro humiliter in publico confiteantur culpas suas. Quibus secundum qualitates culparum pœnitētia iniungatur iuxtà discretionem Prælati,præcipuè de ijs excessibus, pro quib. non est taxata pęna in Constitutionibus. Aliàs, inquantum fragilitas humana permiserit, mensura pœnarum in Constitutionibus taxatarum seruetur cum omni mansuetudine Prælati Iudicis, & subditi,rei omnimoda patientia.Non sunt tñ ꝓ ꝑ peccata occulta cordiū pandenda cogitamina,nec etiam alia occulta peccata,pręcipuè ea, quæ sine scandalo proximi detegi nequeunt: quæ quidem solis Sacerdotibus in Sacramentali confessione sunt reuelanda. Verūmtamen ea sunt sic publicè confitenda, quæ præceptis obuiant publicis,& Fratribus peccandi præbent exempla. In fine omnium dicat, qui tenet Capitulum,Adiutorium nostrum &c.Et responso à Fratribus. Qui fecit &c.Sic finitur Capitulum.

Mortuo Generali Priore,vel absoluto, aut quōlibet aliter legitimè amoto, Prior Conuentualis illius loci, vbi immediatè sequens Capitulum fuerit celebrādum,vices eius plenariè in omnibus obtineat,Priorum Conuētualium dumtaxat absolutionibus exceptis.

Si autem locus ille Priorem non habuerit, vel ipsum infrà tempus Vicariæ suæ mori, siue amoueri contigerit, aut eiusdem Conuêtus Prior fuerit, vltimò immediatè Prior Gñalis Ordinis, tunc Prior il lius loci, vbi immediatè precedens Gñale Capitulum fuerit celebra tum, vices obtineat suprascriptas. Et sic deinceps retrocedendo, do nec in aliquo Conuentu isto modo Vicarius valeat inueniri. In ca su verò, quo sic non possit Vicarius inueniri, tunc Supprior, vel Vi carius, si Conuentus ille Suppriorem non habuerit, vbi immediatè sequens Capitulum Generale fuerit celebrandum, vices similiter obtineat suprascriptas. Prior aût illius Conuentus, vbi Prior Gene ralis obierit, vel ad cuius notitiam ipsius obitus, seu amotio primò peruenerit, teneatur hoc alijs Conuêtibus quàmcitius poterit inti mare. Porrò si ipsum Priorem Generalem antè festum oîum SS. mori, vel amoueri contigerit, Vicarius Generalis Ordinis, qui vigo re istarum Constitutionum pro tpe erit, cum hoc ipsum ad ipsius notitiam peruenerit, vocatis statim duobus ex antiquiorib. Fribus, qui se tunc cum ipso inuenerint, habeat cum eis consilium, & de terminent locum, & tps, vbi, & qñ q̃citius fieri poterit Fratres con ueniant ad noui Generalis Prioris electionem celebrandam. Quo electo, vltrà duorum mensium spacium à suprascripti Vicarij noti tia non differatur. Hæc aût electio pertinet ad singulos Priores Cô uentuales, tùm singulis socijs à pluribus medietate eligentiû Frum sui Conuentus vocem in electione habentium, secundû formã su perius in Capitulo de Electione Prioris Conuêtualis positam, ele ctis. Prædictis igitur electoribus in loco electionis congregatis in die ad hoc statuta, cantata prius de manè post Primã Missa de Spi ritu S. conuenientibus Generali, Vicario cum cæteris Fratribus, in Capitulo celebretur Generalis Prioris electio secundum formam superius in Capitulo de Electione Prioris Conuentualis positam his duobus exceptis: primò videlicet, qui Scrutiniû tenebit, seu vo ta eligentium recipiet, & conscribet, Generalis Ordinis Vicarius erit, quicunq. tunc fuerit; secundò, ꝙ de nullo poterit fieri, vel for mari electio, in quem non concordauerint ad minus duæ ex tribus partibus electorum oîum. Deniq; sic electus postq̃ acceptauerit ex vi talis electionis, & præsentis Côstitutionis tanq̃ ab Apostolica Sede confirmatus, sit verus Nri Ordinis Gñalis Prior ipso facto, & pro Generali Priore ab oîbus teneatur, & tunc Cantores. Te Deû

lauda-

laudamus, immediatè cãtare incipiant. Quo ab eis incępto Fratres oẽs processionaliter ipsum prosequendo in Ecclesiam vadant, & in Choro perficiant. Quo expleto: Cantores antè Altare dicant V. Saluum fac seruum tuum. Et à Fribus rñdeatur. R. Deus meus sperantem in te. Et tũc ille, qui in præsenti Capitulo Gñalis Vicarius fuit, dicat Vers. videlicet, Dñe exaudi &c. R. Et clamor &c. V. Dñs vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo. Oremus. Oĩpotens sempiterne Deus miserere famulo tuo N. Gñali Nostro, & dirige eum secundũ tuam clementiam in viam salutis æternæ, vt, te donante, quæ tibi placita sunt, cupiat, & tota virtute perficiat, per Christum Dñm Nostrum. Quibus expletis, ipsi Generali in loco Superiori sedenti oẽs Fratres humiliter, & reuerenter flexis genibus in signũ subiectionis, & obedientiæ manum osculentur: Quos ipse benignè suscipiens benedicat. Ipse quidem Generalis Prior tantam potestatẽ in Ordine Nr̃o habeat, quantam suprascriptus Vicarius cũ duobus antiquioribus Fratribus in ipsius electione vocem habentibus ei dederunt: si tunc non fuerit Gñale Capitulum celebrandum, vel sicut tunc Generale Capitulum fuerit celebratum, quantam ipsi Diffinitores cũ antiquiori Fratre in eadẽ electione vocẽ habente dederint eidẽ Priori Generali, vel permiserint, & non maiorem. Quòd si prædicti tres non concordauerint, duorum ex ipsis sñia præualebit. Ordinamus vtiq. & obseruari volumus, vt Fratrum Nostrorum quicunq. electus fuerit in Priorem Generalem, vel Conuentualem, seu ad q̃cũque Officium aliud, teneatur hoc non labore oneris, vel alia causa vllo modo renitendo declamare, sed obedientiæ, & charitati caput humiliter submittendo oĩnò acceptare. Ad Priorem quippe Gñalem quocunq. loco constitutum nullus Fratrum accedere præsumat, absq. licentia speciali ab ipso Gñali in scriptis habita, vel à suo Priore Conuentuali decenter obtenta: ipsi tñ Generali scribere, siue per personam Nostri Ordinis sua vota notificare vnicuiq. liceat. Deniq. si aliquis Fratrum Ordinis Nr̃i suo Priori Conuentuali dixerit se aliquam gratiam, vel licentiam, seu dispensationem à Priore Generali obtinuisse, ipse quidem Prior Conuẽtualis, non prius acquiescat, q̃ hoc ipsum Priori Generali notificando testificetur, si talis non ostenderit litteram eiusdẽ Gñalis sigillo munitam. Generalis aũt Prior Nostri Ordinis ex vi præsentis Constitutionis sp intelligatur absolutus ab Officio Gñalis Prioratus in festo Inuentionis

nis S. Crucis, etiamsi minus, q̃ per Annum in eodē Officio fuisset. Quem ex nunc, prout ex tunc, absoluimus, & absolutum etiam pronunciamus præsentium per tenorem.

Capitulum Generale omni Anno celebretur quinta die Maij, videlicet in festo Conuersionis B. August. Capitulum autem Generale dicimus, seu nominamus Priorem Generalem Ordinis, & singulos Priores Conuentuales cum singulis socijs à maiori parte eligentium sui Capituli ad hoc electis, quæ sociorum electio semper facienda est in quolibet Cōuentu de mense Aprilis, seruata forma in Capitulo de Electione Prioris Conuentualis posita. Fratres aũt, qui sunt de corpore Generalis Capituli, taliter se præparent ad ueniendum, vt semper in loco eiusdem Capituli inueniantur in festo Inuentionis S. Crucis in crastino quidem. In festo S. Monicæ, dicta prius Prima in Aurora, & cantata Missa de Spiritu sancto, celebrẽ Electio Generalis Prioris secũdum formam in Capitulo immediatè præcedenti positam; qua celebrata eodem mane, si fieri potest, aliàs post Nonam, vel saltem ad tardius immediatè post vesperas eligantur duo ex Fratribus, qui sunt de corpore Generalis Capituli in Diffinitores ab alijs Fr̃ibus, qui sunt de corpore eiusdem Capituli secundum formam in Capitulo de Electione Prioris Conuentualis positam. Scrutinium autem electionis ipsorum tenebit ipse Generalis Prior, si ibidem pñs extiterit, aliàs Vicarius Generalis Ordinis secundum formam superius in Capitulo de Electione Prioris Conuentualis positam, secundum q̃ est ẽt hæc electio celebranda. Prædicti autem duo Diffinitores vnà cum Generali Priore, vel Vicario cuncta diffinient, & pertractabunt, ꝙ si in suis diffinitionibus non concordauerint, duorum sñia præualebit. Cum autẽ in die sequenti, videlicet in festo Conuersionis S. Aug. Fratres in Capitulum venerint (& Spũs sancti, à quo filij Dei aguntur, prius inuocata gr̃a per Añam, Veni Sancte spũs reple tuorum corda fideliũ, & tui Amoris in eis ignem accende; & dicto Vers. Emitte Spũm tuũ, &c. cum oratione Deus qui corda fidelium, &c.) residẽtibus Fr̃ibus, & loca sua tenentibus (quia indigentibus quàmcitius subueniendum est) obitus Fr̃um post Generale Capitulum immediatè præcedens defunctorum in cõi recitentur, & fiat pro eis in cõi orõ, dictoque pro eis Ps. De profundis, &c. Chyrie eleis. Chr̃e eleis. Chyrie eleison. Pater nr̃, cum Vers. &c. à Porta inferi, &c. & oratione Absolue Dñe, &c.

&c.vt ſup.in Cap.18.de Cap.quotidiano. Poſtmodum ſi aliquę litteræ legendæ ſunt,legantur:& eis ſuo tempore cum conſilio reſpondeatur. Perlectis autem litteris, & facta recommendatione viuorũ dicatũ ꝓ eis Pſal.Ad te leuaui oculos meos,&c.Chyrie eleiſ.Chriſte eleiſ.Chirie eleiſ.Pater nr̃,& Verſ.Saluos fac,&c.cum oratione,Prętende Dñe,vt ſup.in Cap.18.Poſtmodum,qui non ſunt de Cap.ad iuſſum Prælati egrediantur: deinde qui habent aliqua proponere, loquantur.Quibus auditis,Prior Generalis,vel Vicarius,ſi Capitulum Priorem Generalem non habuerit,licentiatis alijs Fratribus,ſolus cum Diffinitoribus remanens in Capitulo de his, quæ propoſita ſunt,& de alijs conferat cum eiſdem. Vtrum videlicet aliqua ſint pro bono ſtatu Ordinis, & profectu Religionis de nouo ſtatuẽda, vel mutanda,confirmanda,vel reprobanda. Si qui Priores ſunt abſoluendi,vel in ſuis Prioratibus retinendi,vel alij Officiales in Conuentibus quibuſcunque innouandi, vel Fratres de Conuentib.mutandi: Si qui ſunt Fratres pœnitentiandi,vel à pœnitentijs abſoluẽdi,de quibus omnibus,& alijs opportunis Pręlatus maior cum Diffinitoribus tractabit;& quicquid,Spũ ſancto donante, determinauerit,Capitulum vniuerſaliter, ac vnanimiter & deuotè, ſuſcipiat. Nullus murmuret, nullus reclamet, nullus contradicat. Generale autem ſtatutum Ordinis,vel conſuetudinem diù in Ordine obtentam,& cõiter approbatam, nullus etiam Gñalis Prior aliquatenus valeat immutare, niſi per tria Generalia Capitula continua fuerit approbatum.In die ſequenti,videlicet,in feſto S.Ioannis ante Portam Latinam ingreſſo iterùm Prælato cum Fatribus Capitulũ,quę diffinita ſunt,quæ omnia ſunt redigenda in ſcriptis, legantur publicè coram omnibus in Capitulo.Poſt quod audiantur Frũm culpę, quibus præſentibus danda eſt pœnitentia, abſentibus verò in ſcriptis tranſmittenda.Vltimò fiat cõis confeſſio,& abſolutio; deturq; omnib.benedictio. Capitulum autem Generale vltrà trium dierũ ſpacium non prolongetur,niſi ob cauſam neceſſariam Pręlato cum Diffinitoribus videatur, quòd per vnum diem debeat prolongari:Ordinandum eſt autem ſemper in Cap.immediatè pręcedenti,in quo loco Capitulum immediatè ſequens ſit celebrandum.Studeat aũt Prior Generalis quolibet Anno per ſeipſum viſitare benè quẽlibet Conuentum,vel ad minus ſemel per ipſum, & ſemel per aliũ, quem ad hoc idoneum iudicans eidem vices ſuas commiſerit. Vt

autem

autem ex bonis Ordinis Nostri omnes cõiter participando charitas augeatur, statuimus, & ordinamus, q Prior Generalis vnà cum socio sibi à Capitulo Generali ad hoc assignato videre debeāt oēs Introitus, & exitus cuiuslibet Conuentus, siue loci Nostri Ordinis, & ipsos, tanquam bona communia, ad honorem Dei, secūdum indigentiam cuiuslibet Conuentus Nostri, ipsis Conuentibus distribuere debeant, prout cuiq. opus fuerit. Quorum introituum, & exituum rationem, & assignationem prædicto Generali, & socio Priores, & Procuratores Conuentuum diligenter, & fideliter reddere teneantur, vnusquisq. pro suo Conuentu quotiescunq. requisierint: Quiq. Generalis, & socius Capitulo Generali de omnib. prędictis bonis annuatim rationem reddant; Ab hoc anno prædicto sub his legibus vixit Congregatio vsq. ad Sixtum IV. à quo comprobata fuit Reformatio secunda Constitutionum facta in Capitulo Generali.

Antequam verò ad reliqua progrediamur, apponere hic Proemium Constitutionum reformatarum à Patribus Nostris, & confirmatarum à fœl.rec. Sixto IV. 1482. in Nostro Monasterio S. Michaelis de Candiana duximus: in quo proemio dilucidè repetunt, quæ superius diximus de prima Institutione Constitutionum, & prima Reformatione sub Martini V. oraculo viuæ vocis: est autem exemplar huiusmodi extractum à Cōstitutionibus antiquis apud Nos conseruatis impressis Bononiæ 1497. per Benedictum Hectoreum Bononiensem Bibliopolam: & insuper Bulla Sixti circà earundem prolationem.

Quoniam Regula S. P. Augustini ad amputanda vitia, virtutesq; inserendas principaliter ordinata procedit, nec ad speciales, & victus, & vestitus cœremonias, aliosq; Regulares mores, & instituta distenditur, prout maximè modernis temporibus ab omnibus Religiosis distinctè obseruari conspicimus. Idcircò quicūq. hactenus Religiosi Viri sub eiusdē Patris Regula militare decreuerunt, Cōstitutiones, & Ordinationes circà particularia Habitus, & Vestitus, aliarumq; cœremoniarum Regularium statuta ordinare, ac modis conuenientibus, & opportunis sibi prouidere satagerunt. Qua pp Reuer. P., & memoria dignus Fr. Stephanus de Senis primus Generalis Congregationis Canonicorum Regul. Congregat. S. Saluatoris, volens, & cupiens eiusdem Congregationis firma fundamen-

ta locare,modumq́. & formam sibi, ac socijs eidem tunc adhærentibus,eorumq; successoribus salubriter prouidere, ad græmium Sacrosanctæ R. E. quasi ad oīum Catholicorum singulare refugium fœl.ac Sanctę rec.Gregoriū XII.Papa recurrere procurauit.Qui ex Apostolica benignitate, sicut gallina pullos suos sub alas congregat,ita prædictum Patrē cum socijs sub dextra suæ, & S.R.E.Protectionis assumpsit:Ideoq; proprio motu plurima eisdem Priuilegia, Gratias,& Indulta concessit: & inter cætera, quæ in dictis Priuilegijs disposuit,& ordinauit:tribus Reuerendiss. S.R.E.Cardinalib. Dño,videlicet,Antonio Epo Bonon.Camerario suo,Dño Gabrieli Electo Senensi,Thesaurario suo,& Dño Io.Electo Ragusino per Apostolicas litteras eodem motu commisit,& mādauit.Quatenus d.F.Stephano,& socijs,ac eorum successoribus de conuenientibus Constitutionibus, & norma viuendi auctoritate Apostolica prouidere deberent,prout ad honorem Dei,& dictæ Cōgregationis profectum expedire cognoscerent. Igitur RR.DD.Card.præfati cupiētes Sanctiss.D.N.parere mandatis, quasdam breues Cōstitutiones sub Capitulis distinctas d.Fr.Stephano,& socijs, vnum tm̄ Monasterium S.Saluatoris de Sylualacus nuncupatum in Senensi Diœcesi tunc possidentibus,perpetuò ab eis, eorumq; successorib. obseruandas eadem Apostolica auctoritate maturè vniuersa considerantes ordinarunt,& tradiderunt prius sibi reseruantes alterationē Constitutionum,postmodùm disponentes, & concedentes, quòd Prior,qui pro tpe foret in dicto Prioratu S.Saluatoris de Syluala-cus,cum sex Clericis,qui primitus Ordinis Habitum suscepissent, & ab eodem nullatenus recessissent, dictis Cōstitutionibus per eos ordinatis addere possent,diminuere,& declarare,prout ad Diuinū honorem,Religionis augumentum,& Fratrum profectum expedire vidissent:Cumq; succedente tpe,dictum Monasterium S.Saluatoris quibusdam rationabilibus causis ad id tunc animnm suū mouentibus dimisissent, & alia quædam loca dictæ Congregationi p Romanos Pont. collata fuissent (qm̄ lucerna super candelabrū accensa abscondi,& Ciuitas suprà montem posita diù latere non potuit)ideo necesse fuit dictas Constitutiones,quæ in vno tm̄ Cęnobio degentibus directę erant,magna ex parte mutari,& ad modū, & formā Congregationis instaurari:Iccircò Sanctæ Memoriæ Martinus Pontifex V.viuæ vocis oraculo Reuerendiss.in Christo Patri, Luc. 11. Mat. 5.

&

& Domino D. Antonio Episcopo Portuensi S.R.E. Card. Bonon. vulgariter nuncupato prædicto, vni ex tribus Commissarijs prænominatis soli pp vnius à Romana Curia absentiam, & alterius mortem, commisit, & mandauit, q secundum conscientiam suam, quã in parte onerauit, super ea parte Constitutionum, videlicet Qui Prior cum sex Clericis prædictis Constitutionibus per eos tres ordinatis addere, minuere, & cætera possint, faceret, quicquid sibi videretur dictæ Congregationi expedire. Post quam quidem Commissionem dictus Reuer. Pater, & Dominus D. Antonius Apostolica auctoritate declarauit, & mandauit, q duæ partes cuiuslibet Capituli Generalis per dictos Canonicos Regulares perpetuis tẽporibus celebrandi addere, diminuere Constitutionibus prædictis, easq. corrigere, mutare, & declarare, & de nouo instituere possent, prout ipsis duabus partibus ad Diuinum honorem, & Religionis profectum visum fuisset expedire. Igitur Capitulum Generale prædicta auctoritate munitum præfatas Constitutiones reformauit, immutauit, & quasi ex integro innouauit, prout secundum temporum, & rerum exigentiam, pro tunc dictæ Congregationi dicti Canonici eiusdem Capituli conducere cognouerunt, & secundũ eas hactenus se salubriter gubernarunt. Quas Constitutiones cũ cæteris eiusdem Congregationis Priuilegijs, Indultis, & Gratijs confirmari, & approbari, munimenq. Apostolicæ auctoritatis adijci à SS. D.N. Papa Sixto IV. Pont. procurarunt, prout ex eiusdẽ litteris cõstare dignoscitur: verùm, quoniam succedente tempore, & dicta Congregatione in melius proficiente, & fœtu nouo crescente, quotidie præfati Canonici multorum Doctorum, & aliorum peritorũ virorum consilio edocti plurimas qõnes, & dubia in ipsis Constitutionibus non parui ponderis, & momenti inuenerunt, quæ eorum mentes, & conscientias perturbabant, & quietè viuere, Dominoq; pacificè deseruire non sinerent. Et quoniam ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio: iccircò præfati Canonici non leuitate moti, sed paci conscientiarum tàm suarum, quàm successorum suorum salubriter prouidere cupientes, communi voto, & concordia per Capitulum Generale hmõi perturbationibus, & scrupulis finem imponere satagentes, septem ex Canonicis præfatæ Congregationis vocem in ipso Capitulo habentes elegerunt, quibus oẽm facultatem, auctoritatem, & potestatem prænominatas Constitu-

tiones

tiones reformandi, immutandi, declarandi, renouandi, ac de nouo instituendi tribuerunt, & totaliter concesserunt, prout ex publico Instrumento confecto, & rogato in Monasterio S. Michaelis de Candiana Paduanæ Diœcesis de Anno 1482. in quo Monasterio dictum Capitulum Generale eo anno celebratum est, per Ser Thomam de Camucijs Notarium Venetum euidenter apparet. Qui septem Canonici sic, vt præfertur, electi, & ad ipsam Reformationẽ legitimè deputati cupientes commissionem à dicto Capitulo sibi factam debito effectui mancipare, intrà vnius mensis spaciũ, secundum tempus sibi à dicto Capitulo præfixum, dictas Constitutiones vnanimiter, & concorditer instaurauerunt: addentes, mutãtes, & minuentes quicquid ipsi Congregationi secundum eorum conscientias fore vtile, & expediens cognouerunt, prout patet ex publico Instrumento scripto, & rogato per dñm Presbyterum Io. de Potentijs Notarium Venetum, in qua ciuitate Venetiarum dictæ Cõstitutiones reformatæ sunt: quæ quidem Constõnes in Cap. 33. distinctæ sunt, prout in ipsis apertè conspicitur. Noluerunt tamẽ per Constõnes hmõi aliquem obligari ad culpam, sed tm̃ ad pœnã, nisi pp præceptum, vel contemptum, prout in antiquis Constõnibus ip ab initio obseruatum est, vt paci conscientiarum, & cõi Fratrũ quieti possit esse consultum. Sed qm̃ in priorib. Constõnib. expressè mandatur, ꝙ nulla ordinatio, siue determinatio per ipsum Capitum Gñale ædita vim Constõnis hr̃e possit, nisi fuerit per tria Capitula Gñalia immediatè succedentia apptobata, nec antè ipsũ triennium valeat vlla rõne practicari, ipsa Constõne in suo robore aliàs remanente, ne res tam salubris, & necessaria in ipsa mora periculũ, & detrimentum non mediocre sustinere posset, prædictis septẽ ipsarum Cõstõnum Reformatorib. per ipsum publicum Instrum idẽ Capitulum Generale commisit, & mandauit, ꝙ intra ipsum annum dictas Constõnes, seu ipsarum Constõnum Reformationes per Sedem Apostolicam facerent confirmari cum suppletione omnium defectuum, & præsertim, ꝙ non sint per tria Capitula approbatę, ac omnib. clausulis opportunis refectæ, prout eis videretur expedire. Propterea, quoniam prædicti ad illud opus electi nequibãt omnes personaliter ad Romanam Curiam se transferre, constituti in præsentia pręfati presbyteri Ioannis, & testium in ipso Instr̃o descriptorum, scienter, & spontè, & nullo iuris, vel facti errore ducti omnem

auctoritatem, facultatem, & potestatē sibi à dicto Capitulo super hmōi Confirmatione collatas Priori Generali dictæ Congregationis, qui vnus fuit ex septem Commissarijs à dicto Capitulo deputatis, confirmationem dictarum Constitutionum ab ipsis reformatarum cum oībus dependentijs, & clausulis opportunis à Sede Apostolica, impetrandi vnanimiter tradiderunt, prout ex ipso Instr̄o per ipsum Dominum Presbyterum Ioannem euidentius constare vr̄. His ita peractis dictus Prior Generalis vnà cum vno ex dictis Reformatoribus ad Rom. Curiam veniens eas Constitutiones Reuerendiss. D. D. Francisco S. Eustachij Diacono Cardinali Senen. Protectori dicti Ordinis clausas, & oīum prædictorum septem sigillis munitas fideliter præsentauit. Qui Sanctiss. D. N. Sixto IV. Pontifici post diligentem omnium in eis contentorum examinationē, & maturam discussionem, retulit vniuersa in eis contenta optimè prę fato Ordini conducere, & præsentibus, & futuris saluberrima fore. Igitur idem Sanctiss. D. N. optimè de oībus instructus, & informatus prędictas Constitutiones, siue ipsarum Constitutionum Reformationem motu proprio, & ex certa scientia, ac de mera sua liberalitate Apostolica auctoritate confirmauit, ratificauit, & approbauit, roburq; Apostolicæ auctoritatis adiecit, supplens oēs defectus, si qui forsitan interuenissent in eisdem, prout ex Apostolicis litteris desuper confectis manifestè conspicitur, quarum tenor huiusmodi legitur.

Sixtus Episcopus ser. ser. Dei, ad futuram rei memoriam. Vacantibus sub Religionis obseruantia, studio piæ vitæ, Apostolici fauoris præsidium libenter impendimus ex ijs, quæ pro solidatione status, pace, & tranquillitate eorum, Diuino quoq; cultus augmento, & aīarum salute prouidè ordinata noscuntur, vt eò firmius illibata perdurent, quò maiori erunt auctoritate munita, Nostri libēter adijcimus roboris firmitatem, & aliàs desuper statuimus, prout in Dn̄o conspicimus salubriter expedire. Sanè dilecti filij Capitulū Gn̄ale Congreg Canon. Regul. S. Saluatoris, Ordin. S. August. vltrò apud Prioratum S. Michaelis de Candiana, Congregationis, & Ordinis prædictorum Paduanæ Dięcesis celebratum, Inter alia prouidè ordinarunt, ꝙ septem Fratres dictæ Cōgregationis tunc expressi, quos ad hoc idoneores esse putauerunt, oēs, & singulas Constitutiones eidem Congregationi maturè, diligenter, & accuratè exa

minarent,& quæ pro eiusdē Congregationis status soliditate,Reli gionis dicti Ordinis obseruantia, Diuini cultus manutentione, & incremento,ac aīarum salute, in eisdem Cōstitutionibus correctio ne,detractione,emendatione,additione,diminutione,mutatione, alteratione,ac noua etiam ordinatione indigere cognoscerēt,corrigere, detrahere,emendare,addere,mutare,diminuere,alterare,& de nouo ordinare curarent infrà certum tps tunc expressum, plenā eis super his facultatem concedentes, ac volentes,q illas, quas sic per eos fieri cōtingeret, correctiones,detractiones,emendationes, additiones,mutationes,diminutiones,alterationes, & nouas Cōstōnes,& Ordines per Sedem Apostolicam approbari procurarent antè eorumdem Capituli nouam Congregationem, q̄ facere debe bant inde ad Annum tunc proximè futurum,& nondum elapsum. ipsiq. septem Canonici sic ad præmissa assumpti Constōnes easdē ea,qua decebat solertia,diligēter,& maturè examinare, & quę correctione,emendatione,diminutione,detractione,mutatione,addi tione,alteratione, ac noua ordinatione indigere cognouerint, ad solū Deum,& Regularis Obseruātiæ dicti Ordinis manutentionē, ac Diuini cultus incrementum, & aīarum salutem respectū hn̄tes, corrigere,emendare,diminuere,detrahete,mutare,addere, alterare,& de nouo constituere,ac ordinare infrà tps eis præfixum solerti diligentia curauerunt, prout in quibusdam scripturis authenticis desuper confectis, quorum tenorem inspici diligenter, & vnà cum Calendario festiuitatum per anni circulum celebrādarum in Congregatione prædicta præsentib. de verbo ad verbum inseri feci mus,plenius continetur. Nos igitur,qui Canonicis dictæ Congregationis per semitam mandatorū Dn̄i recto tramite incedentib. libenter Apostolicis fauorib.& præsidijs assistimus,vt in sancta voca tione, qua vocati sunt, proficere possint cū perseuerantia salutari: motu proprio, nō ad alicuius Nobis sup hoc oblatæ petitionis Instantiam,sed de Nr̄a mera deliberatione, & ex certa scientia,corre ctiones,emendationes,mutationes,detractiones,additiones, dimi nutiones,alterationes,& nouas Cōstōnes prædictas, quas dilectus filius Nr̄ Franciscus S.Eustachij, Diac.Card. d. Congregationis in Romana Curia Protector diligenter inspexit, & maturè examinauit,ac manutentionem,& obseruationē Reg.Obseruantię in Congregatione p̄dicta plurimū proficuas,vtiles, & necessarias fore No-

bis retulit,& affirmauit,& prout cōcernunt oīa,& singula in dictis scripturis cōtenta auctoritate Apostolica tenore pñtiū illas approbamus,& cōfirmamus,& pſentis scripti Patrocinio cōimus,supplemusq; oēs,& singulos defectus,si qui fortè interuenerint in eisdem, ac omnibus,& singulis Prælatis,Canonicis, & Personis dictæ Congregationis nunc,& pro tempore existentibus, eisdem motu,scientia,& auctoritate mandamus,eosq; hortamur, vt illas studeant iuxtà earum seriem(quantum fragilitas humana sinit)obseruare,recepturi tamen fœlicitatis æternæ præmia:pro transgressione verò,& inobseruantia earumdem,eos pœnis in illis contentis,& vbi pœna non imponitur,Superioris arbitrio puniri debere: peccatum autē mortale exinde non occurrere, nisi dùm talis omissio,vel transgressio aliàs de sui natura mortale peccatum foret, aut aliquis eorum præcedente Superioris speciali desuper sibi facto mandato obedire noluerit,aut in contemptum dictarum Constitutionum parere omittet, eisdem motu, scientia,& auctoritate decernimus. Prælatis ergo eiusdem Congregationis , qui nunc sunt , & pro tempore erunt,dispensandi auctoritate Nostra super Obseruatione præmissorum,dummodò rationabiles causæ subsint,super quo eorū conscientiam oneramus , & per Constitutiones ipsas id eis inhibitum non sit,similiter motu,scientia, & auctoritate facultatem concedimus per præsentes:Non obstantibus Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis iuramento, confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,illis præsertim,quibus cauetur exprefsè,quòd ea, quæ de nouo statui, & ordinari pro tempore continget in Congregatione prædicta,obseruari non debeant, nisi in tribus Generalib. Capitulis Congregationis eiusdem, quod obseruetur, fuerit deliberatum , quibus illorum tenore, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, aliàs in suo robore permansuris,quoad præmissa specialiter, & exprefsè derogamus,cæterisq. contrarijs quibuscunque. Tenor verò scripturarum prædictarum,& Calendarij sequitur,qui est talis. In noīe Dei æterni. Amen. Nouerint oēs hoc præsens publicum Instrum inspecturi, quatenus in persona mei Notarij , & testium infrascriptorum personaliter constitutus Reuerendiss. in Christo Dominus Frater Ludouicus Orlandini de Forliuio Prior Generalis Canonicorum Regularium

Con-

Congregationis S.Saluatoris Ordinis S. Augustini, necnon Venerabiles,& Religiosi Patres Domini Fr.Benedictus Ardinghi de Florentia, Fr.Iacobus Matthæi de Parma, Fr.Io.Maria Andreæ de Venetijs Visitatores dictæ Congregationis,& D.Frat. Bartholomæus Andreæ de Parma, Prior S.Mariæ Angelorum de Senis, Fr.Petrus Michaelis de Venetijs Prior S.Michaelis de Candiana, & Fr. Nicolaus Ludouici de Bononia Prior Monasterij S. Ruffini de Mantuá omnes septem Canonici Regulares pręfatæ Congregationis electi, atq.assumpti simul,& semel ab eorum Generali Capitulo in Monasterio S.Michaelis de Candiana Paduanæ Dięcesis nuperrimi celebrato, quibus quidem septem prænominatis per Patres prænominatos Capituli Generalis dictæ Congregationis fuit data, attributa, concessa libertas, & facultas posse ordinare, corrigere, mutare, addere, minuere, ac de nouo componere omnes,& singulas Cōstitutiones dictæ Congregationis,easq.limitare vsq.in præsentiarum factas per Patres præteritorum Capitulorum iuxtà tenorem suorũ Priuilegiorum, infrà vnum mensem futurum à die publications su præscripti eorum Capituli Generalis; quæ publicatio facta fuit in die prima Maij proximè elapsi, & dictas correctiones, ordinationes,mutationes,additiones,& diminutiones per eos factas,& fiendas,confirmationem à Sanctiss.D.N.Papa, eiusq; Sede Apostolica impetrare, & eas confirmare facere cum omnibus,& singulis clausulis super præmissis opportunis, & necessarijs, prout de prædictis omnibus, & singulis apparet ex publico Instrumento stipulato sub Anno Domini 1482.Ind.10.die verò prima mensis Maij in Monasterio S.Michaelis de Candiana Paduanæ Dięcesis, rogato per Ser Thomam de Camucijs publicum Imperiali auctoritate Notarium cum clausulis tenoris infrascripti:Insuper elegerunt,& vnanimiter fecerunt,nemine eorum discrepante,vt moris est,Canonicos septē eiusdem Congregationis, videlicet R.D.Patrem Frat.Ludouicum Orlandini de Forliuio Generalem,vt suprà: D.Fr.Ludouicum Benedictum Ardinghi de Florentia, D.Fr.Iacobum Matthæi de Parma,D.Fr.Bartholomæum Andreæ de Parma,D.Fr.Petrum Michaelis de Venetijs,D.Fr.Nicolaum Ludouici de Bononia,D.Fr.Io.Mariam Andreæ de Venetijs:quibus quidem Canonicis septem,vt suprà factis,& electis,ac prænominatis, statuerunt, & assignauerunt libertatem, Baliam, & auctoritatem, & omnimodam potestatem

ordi-

ordinandi,corrigendi,mutandi,& addendi, minuendi Cōstitutiones dicti Ordinis,& de nouo instituendi omnes, & singulas Constitutiones, ordinationes, & limitationes vsque in præsentiarum factas, & cætera omnia alia,& singula faciendi, gerendi, instandi, procurādi,exercendi,& exequendi,immittendi,prout alij Canonici cæteri præteriti facere,& exercere solent,& debent,ad honorem Dei,& pro augumento dictæ Congregationis. & prout Iuris ordo postulat & requirit. Item,quòd possint inmediatè impetrare confirmationem per Sanctiss. D.N.cum oīb.illis debitis, & cōsuetis,ac opportunis modo,& clausulis, ac solēnitatibus opportunis ad sensum Sapientis,prout in similibus fieri consueuit, & etiam à me Notario viso,& lecto,vnde præfati Vener. Patres in executione eorum commissionis,cupientesq.in omnibus, vt tenentur, mandata dicti eorū Capituli Gñalis exequi. Iō infrà tps sibi statutū insimul congregati, correctiones, ordinationes,mutationes,additiones,& diminutiones pfatarū Constōnum dictæ Cōgregationis fecerūt, expleuerunt,& publicauerūt,quib.diligētissimè perfectis,& maturè, ac deliberatè expletis,& publicatis, eas mihi Notario infrascripto vti publicę,& authenticæ personæ dictas Constōnes sic correctas, mutatas,additas, diminutas, & de nouo institutas,& distinctas in Cap.33.& annotatas,siue scriptas in folijs 34. in bombacinis,glossatas in aliquib.locis in marginib. cartarū, & ēt interlineatas, scriptasq. & diuersis lrīs,& manib. vniuscuiusq. eorum subscriptas, ac cum impressione eorum sigillorum munitas intimauerunt,& ostēderunt.Quas quidē Constōnes vnà quidem cum testibus, & in annotatis vidi Capitula,& cartas,q̄ in totum sunt,vt supra scriptū est, reseruantes sibi dicti Pr̄es facultatē,& libertatem tantummodò addere,siue ponere Procmium.In fidemq. oīum & singulorum præmissorum antedicti Pr̄es ita in vnū Congregati rogauerunt me Notarium de pdictis vnū & plura, si opus fuerit conficere debere publica Instrā. Acta,gesta,& publicata fuerunt oīa supradicta Anno Natiuit.Dom.1482. Indictione 16.die verò 29.mensis Maij in Monasterio S.Saluat. Venetiarum in quodā cubiculo,siue camera pro Hospitibus deputata Pont.S.D.N.D.Sixti Diuina prouidentia Papæ IV.Anno 11. Pñtibus Egregio viro Ser Antonio Colona q.D. Thadei de contrata S.Mariæ Zubenico,ac prudentib.viris Ser Bartholomæo q. Alberti de contrata S. Iuliani. Ser Donato Grato q.

Bal-

Baldassaræ de contrata S.Hermacoræ Veñ.testibus habitis,vocatis, & rogatis.Ego presby.Io.de Potentijs q.Ser Lucæ de Venetijs publicus Apostolica,& Impetiali auctoritatib.Notarius his præmissis omnibus & singulis præsens fui; rogatus scripsi, in hanc publicam formam redegi,signoq; meo consueto roboraui.

Has easdem Constitutiones non semel ampliarũt Patres Nostri rationabiliter,& à Põtificibus eorum temporis approbatas vniuersis proposuerunt obseruandas,vti nunc habemus:& sic Constõnes antea tm̃ scriptæ, impressæ sunt Anno 1497. & antepositа Regula D.P.Aug. & Ordinarium Sanctorum sæpius postea rationabiliter auctum adiectũ est. Auctum aũt fuit diligentia, & zelo erga Nr̃arũ rerum excellentiã Io. Alberti Lauredani, tunc,& nunc meritissimi Visitatoris,qui mandato Prioris Gñalis Nostri multos Sanctos Canonicos Regul.vt celebrarentur à nobis,collegit; & lectione librorum,& Annalium Sanctorũ,& exemplo aliorũ Canon.ad normam ẽt Ordinarij Romani redegit in plurimum Ordinariũ Nr̃um iam à B.Stephano pceptum,nondum Rom.Pont. quod fecerunt postmodum in nouis impressionib.Missalium,Rubricas,& Cęremonias nouas antiquis addentibus,erga quæ studiosissimus Pr̃ inuigilauit labore,studio,consultu,Cardinalium Illustrissimorum Congregationis Regularium auctoritate, & approbatione: Vir quidem præter morum, & vitæ integritatem, artium etiam, & Sacræ Theologiæ Doctor,Pius Patriæ suæ Amator, ac denique totius Congregationis Nõstræ zelantissimus Pater,cuius laudes extollere renuimus,ne domestico famulatu videamur hæc dicere. Sancta enim intentio eius,et sedula circà Diuina obseruantia,& Congregationis Amplitudinem,amor facilè, quæ dicimus,ostendit.

Quòd ad Magistratus Nostræ Congregationis attinet, relictis Prælaturis Canonicatum Nostrarum,& earum titulis,quos eędem retinuerunt,vt antè habebant,quàm Nostrę Congregationi vnirentur:& quòd singulis titulis,& nominibus veri Canonici Regulares insignimur,quibus etiam sæculares:& Prælatos, qui fuerunt ab inde vsque modò,quos,longissimum esset, hic scribere: seruantur autem in Nostris Archiuijs, & Capitulorum Actis, quorum Permanentiam,& Vacantiam Constitutiones regulant: non prætereundi Protectores Cardinales Illustrissimi à Summis Pontificibus pro tempore datis ad Nostram,sicut aliorum Religiosorum Protectionem

Summos Nostræ Congregationis Antistites, quorum primus Prior, siue Abbas, siue Præpositus Generalis fuit B. Stephanus Ioannis de Senis, qui in primordijs Religionis Generalatus officium exercuit per annos quindecim subsequentes, singulis quoque annis per Capitulum Generale confirmatus. Nam tunc Generales non vacabant per triennium: post cuius mortem statim subrogatur eodem, videlicet Anno 1433. Pater Regolinus Angelini Senensis 1434. Pater idem & confirmatus vsque ad Ann. 1435. ab hoc Anno vsque ad Annum 1440. P. Petrus Pauli Senensis per omnia Capitula confirmatus. Cui mortuo eodem, scilicet Anno subrogatur Pater Angelinus Regolini Senensis, qui suprà, confirmatusq; per omnia Capitula vsque ad Annum 1444. Quo Anno electus fuit Pater Michael Ioannis Bononiensis vsque ad Annum 1445. cui successit Pater idem Regolinus Angelini vsque ad Annum 1446. Quo Anno subrogatus fuit Pater Michael Ioannis Senensis vsque ad Annum 1447. confirmatus vt suprà: ab hoc Anno vsque ad Annum 1450. Pater Adeodatus Iacobi Bononiensis creatus, & confirmatus vt suprà, cui successit eodem Anno vsque ad Annũ 1452. Pater Augustinus Iacobi Bononiensis confirmatus, vt suprà: eodem Anno vsque ad Annum 1454. electus, & confirmatus vt suprà. Pater Hieronymus Petri Florentinus, post quem eodem Anno creatus, & confirmatus vt supra, vsque ad Annum 1456. Pater Marianus Iacobi Florentinus. Ab hoc Anno electus, & confirmatus vt suprà vsque ad Annum 1459. Pater Augustinus Iacobi Bononiensis, cui successit immediatè Anno eodem confirmatus vt supra vsque ad Annum 1461. Pater Thomas Ioannis Eugubinus: post quem eodem Anno subrogatur confirmatus vt suprà vsque ad Annum 1463. Pater Marianus Iacobi Florentinus. Quo Anno declaratus vsque ad Annum 1464. Pater Augustinus Iacobi Bononiensis, eo autem Anno vsque ad Annum 1465. Pater Hieronymus Ioannis Iusti, ab hoc verò Anno vsque ad Annum 1466. Pater Benedictus Ardinghi Florentinus, cui successit eodem Anno vsque ad Annum 1467. Pater Stephanus Tuti Bononiensis, ab hoc verò Anno vsque ad Annum 1468. Pater Thomas Ioannis Eugubinus. Quo videlicet Anno creatus fuit vsque ad Annum 1469. Pater Hieronymus Ioannis Venetus, & eodem Anno subrogatur vsque ad Annum 1470. Pater Augustinus Iacobi Bononien

ſis. Quo Anno electus vſque ad Annum 1471. Pater Benedictus Ardinghi Florentinus: huic autem ſucceſſit eodem, ſcilicet, Anno vſque ad Annum 1472. Pater Iacobus Matthæi Parmenſis: poſt quem Anno eodem declaratus Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis vſque ad Annum 1473. Ab hoc autem Anno vſque ad Annum 1474. enunciatus Pater Bartholomæus Andreæ Parmenſis, quo Anno vſque ad Annum 1475. ſalutatus Pater Benedictus Ardinghi Florentinus, cui ſucceſſit Anno eodem vſque ad Annum 1476. Pater Zaccharias Franciſci Venetus. Hoc autem Anno ſubrogatur vſque ad Annum 1477. Pater Auguſtinus Iacobi Bononienſis, quo Anno vſque ad Annum 1478. declaratus Pater Bartholomæus Andreæ Parmenſis. Eo autem Anno vſque ad Annum 1479. enunciatus Pater Marianus Iacobi Florentinus, poſt quem eodem Anno vſque ad Annum 1480. ſubrogatus Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis: cuius locum ab hoc Anno vſque ad Annum 1481. tenuit Pater Iacobus Matthæi Parmenſis, cuius Dignitate ab hoc Anno vſque ad Annum 1482. inſignitus Pater Zaccharias Franciſci Venetus, quo Anno vſque ad Annum 1483. ſucceſſit Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis. Hoc verò eodem Anno vſque ad Annum 1484. declaratus Pater Benedictus Florentinus, cui ſubrogatur ipſo Anno vſque ad Annum 1485. Pater Hieronymus Ioannis Venetus, ex hoc Anno vſque ad Annum 1486. ſalutatus Pater Bartholomæus Andreæ Parmenſis, poſt quem Anno eodem vſque ad Annum 1487. electus Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis, cui ſucceſſit Anno eodem vſque ad Annum 1488. Pater Hieronymus Ioannis Venetus, quem ſecutus Anno eodem vſque ad Annum 1489. Pater Petrus Michaelis Venetus, poſt quem Anno eodem vſque ad Annum 1490. declaratus Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis, cuius locus datus Anno eodem vſque ad Annum 1491. Patri Matthæo Lucæ Bononienſi, quo Anno vſque ad Annum 1492. ſubrogatus Pater Ioannes Franciſcus Antonij Venetus, poſt quem Anno eodem vſque ad Annum 1493. creatus Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis, cui ſucceſſit hoc Anno vſque ad Annum 1494. Pater Iacobus Matthæi Parmenſis, quem ſecutus eodem Anno vſque ad Annum 1495 Pater Ioannes Maria Venetus, poſt quem nunciatus ab hoc Anno vſque ad Annum 1496. Pater Ludouicus Orlandini Foroli-

uienſis.

uienſis. Eodem autem Anno vſque ad Annum 1497. electus Pater Ioannes Franciſcus Antonij Venetus, cui ipſomet Anno ſubrogatus vſque ad Annum 1498. Pater Petrus Gaſparis Bononienſis, cuius locum ab hoc Anno vſque ad Annum 1499. habuit Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis: poſtea eodem Anno vſque ad Annum 1500. eadem Dignitate potitus eſt Pater Ioannes Franciſcus Antonij Venetus, cui ſucceſſit Anno eodem vſque ad Annum 1501. Pater Iacobus Parmenſis: quem ſecutus ab hoc Anno vſque ad Annum 1502. Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis: poſt quem Anno eodem vſque ad Annum 1503. declaratus Pater Io. Franciſcus Antonij Venetus: quo Anno vſque ad Annum 1504. ſalutatus Pater Petrus Gaſparis Bononienſis: quo honore Anno eodem vſque ad Annum 1505. gauiſus eſt Pater Ludouicus Orlandini Foroliuienſis, cui ſucceſſit hoc etiam Anno vſque ad Annum 1506. Pater Io. Franciſcus Antonij Venetus, cuius loco eodem Anno vſque ad Annum 1507. ſubrogatus Pater Seraphinus Baldaſſaris Venetus, poſt quem eodem Anno vſque ad Annum 1508. enunciatus Pater Io. Baptiſta Bononienſis, quem ſecutus hoc Anno vſque ad Annum 1509. Pater Io. Franciſcus Antonij Venetus: quo Anno vſque ad Annum 1510. electus P. Nicolaus Ludouici Bononienſis, cui ſucceſſit eodem Anno vſque ad Annum 1511. P. Seraphinus Baldaſſaris Venetus, ad cuius honorem hoc Anno vſque ad Annum 1512. euectus Pater Io. Baptiſta Bononienſis, quo poſtea eodem Anno vſque ad Annum 1513. decoratus Pater Io. Franciſcus Antonij Venetus, cuius loco eodem Anno vſque ad Annum 1514 ſubrogatus P. Nicolaus Ludouici Bononienſis, poſt quem hoc Anno vſque ad Annum 1515. declaratus P. Seraphinus Baldaſſaris Venetus, quo Anno vſque ad Annum 1516. enunciatus Pater Io. Franciſcus Antonij Venetus, quem ſecutus hoc Anno vſque ad Annum 1517. Pater Nicolaus Ludouici Bononienſis, cui ſubrogatus hoc anno vſque ad annum 1518. Pater Seraphinus Baldaſſaris Venetus, cui ſucceſſit eodem anno vſque ad annum 1519. P. Ioan. Franciſcus Antonij Venetus. Eodem autem anno vſq. ad annum 1520. creatus P. Nicolaus Ludouici Bononienſ. poſt quem anno eodem vſque ad annum 1521. electus P. Seraphinus Baldaſſaris Venetus, cuius loco illomet anno vſque ad annum 1522. declaratus P. Io. Franciſcus Antonij Venetus: quem hoc anno vſque

ad annum 1523. secutus P.Peregrinus Baldassaris Bonon. quo anno vsque ad annum 1524. enunciatus P. Seraphinus Baldassaris Venetus: post quem eodem anno vsque ad annum 1525. salutatus P. Honorius Flor. cuius loco eomet anno vsque ad annum 1526. declaratus P.Peregrinus Baldassaris Bon. post quem hoc anno vsq. ad annum 1527. nunciatus P.Seraphinus Baldassaris Venet. postea eodem anno vsque ad annum 1528. electus P.Innocentius Brixius. quo anno vsque ad annum 1529. renunciatus P. Peregrinus Baldassaris Bonon. quem hoc anno vsque ad annum 1530. secutus P.Basilius Mediolanen. cui successit hoc anno vsque ad annũ 1531. P.Innocentius Brixius. quo anno vsque ad annum 1532. declaratus P.Peregrinus Baldassaris Bonoñ. post quem eodem anno vsque ad annum 1533. enunciatus P. Angelicus Bonon. cuius loco eomet anno vsque ad annum 1534. subrogatus P.Innocẽtius Brixius quem hoc anno vsque ad annum 1535. secutus P.Peregrinus Baldassaris Bonoñ. quo anno vsque ad annum 1536. regnauit P.Angelicus Bonoñ. cuius locum ab hoc anno vsque ad annum 1537. obtinuit P.Innocentius Brixius; cui successit eodem anno vsq. ad ad annum 1538. P.Peregrinus Baldassaris Bonoñ. postea hoc anno vsque ad annum 1539. renunciatus P. Angelicus Bonoñ. cui eodem anno vsque ad annum 1540. subrogatus P.Honophrius Placentinus, cuius honore hoc eodemmet Anno vsque ad annum 1541. lætatus est P.Leonardus Venet. quo anno vsque ad annum 1542. electus P.Angelicus Bon. quem eodem anno vsq. ad annum 1543. secutus P. Andreas Bollanus Venet. cuius loco eodem anno vsque ad annum 1544. subrogatus P.Phrygdianus Venet. post quem anno eodem vsque ad annum 1545. salutatus P.Augustinus Mantuanus; quo anno vsque ad annum 1546. creatus P. Innocentius Brixius, cuius locum ab hoc anno vsque ad annum 1548. meruit P.Andreas Bollanus confirmatus vt supra; cui successit eodem anno vsque ad annum 1549. P.Angelicus Bonoñ. post quem hoc anno vsque ad annum 1550. enunciatus P. Honophrius Placentinus: quem eodem anno vsque ad annum 1551. secutus P. Leonardus Venet. cui hoc anno vsque ad annum 1552. subrogatus P.Angelicus Bonoñ. cuius locum ab hoc anno vsque ad annum 1553. obtinuit. P.Phrygdianus Venet. post quem eodem anno vsque ad annum 1554. declaratus P. Constantinus Brixius: quo anno vsq.

ad

ad annum 1555. creatus P. Angelicus Bonoñ. postea eodem anno vsque ad annum 1556. electus P. Augustinus Mantuanus, cui successit eodem anno vsque ad annum 1557. P. Florianus Bononieñ. quem eodem anno vsque ad annum 1558. secutus P. Constantinus Brixius: cui eodem anno vsque ad annum 1559. subrogatus P. Io. Paulus Venet. post quem hoc anno vsque ad annum 1560. renunciatus P. Augustinus Mantuanus: postea hoc met anno vsq. ad ann. 1561. declaratus P. Leonardus Venet. Quo Anno vsque ad Annum 1562. salutatus P. Iacobus Ferrariensis; post quem Anno eodem vsque ad Annum 1563. electus Pater Augustinus Mantuanus, cuius honore ab hoc Anno vsque ad Annum 1564. dignus P. Tranquillus Venetus; cui successit eodem Anno vsque ad Annum 1565. P. Ioannes Paulus Venetus, cui illomet Anno subrogatus vsque ad Annum 1566. P. Ioannes Maria Bononiensis; quem Anno eodem vsque ad Annum 1567. secutus P. Augustinus Mantuanus. quo postea Anno vsque ad Annum 1568. renunciatur P. Iacobus Ferrariensis. deinde hoc Anno vsque ad 1569. electus P. Ioannes Maria Bononiensis. quo videlicet Anno vsque ad Annum 1570. salutatus P. Ioannes Chrysostomus Bononiensis; post quem Anno eodẽ vsq. ad Ann. 1571. enunciatus P. Tranquillus Venetus; cui Anno eodem vsque ad Annum 1572. subrogatus P. Stephanus Meldulensis; cui successit hoc Anno vsque ad Annum 1574. Pater Ambrosius Eugubinus confirmatus vt supra; quo Anno vsque ad Annum 1578. conclamatus P. Raphael à Cento; cuius locum ab hoc Anno vsque ad Annum 1581. obtinuit Pater Augustinus Bononiensis, cui hoc Anno vsque ad Annum 1584. subrogatus P. Raphael à Cento: post quem Anno eodem vsque ad Annum 1586. renunciatus Pater Augustinus Eugubinus; qui, vt Congregatio haberet Annuale Capitulum, cessit libenter tertio sui Generalatus Anno, ita vt hoc Sixtus V. maximè admiratus sit, sub quo Pontifice iterùm restitutum fuit Triennale Capitulũ. Anno autem eodem vsque ad Annum 1587. renunciatus fuit P. Ioannes Iacobus Bononiensis; quem hoc Anno vsque ad Annum 1588. secutus P. Angelicus Venetus; post quem hoc Anno vsque ad Annum 1589. electus P. Bernardinus Mantuanus: cuius locum ab hoc Anno vsque ad annum 1592. habuit Pater Ambrosius Bononiensis; post quem eodem Anno vsque ad Annum 1595. enunciatus

ciatus P.Laurentius Vrbeuetanus; cui succeßit eodem Anno vsq; ad Annum 1598. P.Peregrinus Mantuanus: cui hoc Anno vsque ad Annum 1601. subrogatus P. Ambrosius Bononiensis, quem ab hoc Anno vsq. ad Annum 1604. secutus P. Io. Paulus Vrbinas; post quem eodẽ Anno vsq. ad Ann. 1607. declaratus P.Valentinus Bononien. quo Anno vsque ad Annum 1613. conclamatus fuit P. Blasius à Cento: cui eodem Anno succeßit vsque ad Annum 1616. Pater Innocentius Brixius; qua Amplitudine, ac summo Præsulatu ab hoc Anno vsque in hodiernum diem, cum hæc scribimus, Reuerendißimus P.D. Alphonsus Bauosius Bononiensis, cum quo fœliciter hunc librum de Legibus, & Magistratibus terminamus, iuremerito potitur, & gaudet.

FINIS LIBRI SEXTI.



NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium

LIBER SEPTIMVS.

De Locis, & Viris Claris in Congr. Canonicorum Regularium S. Saluatoris.





Vemadmodum primi Nostri Maiores loco sibi à Gregorio XII. vno Ilicætano sponte donato priuati sunt non tàm arte Commissi illius, vt dictum est, quàm Diuina Prouidentia: ita è conuerso plura passim, & illa Nobilissima à Pontificibus, Principibus, & Ciuitatibus contributa fuerũt, vt per ignem, & aquã probati in refrigerium educerentur. Sanè Abraham, relicta Patria, & Familia, secutus est Dominum, nesciens, quò pergeret; attamen sibi, & semini suo terram illam, quam calcabat, lactis, & mellis feracem daturum se promisit idem Dominus. Eiectus quidem fuit Adam à Paradiso sua culpa: alterius opere eiectus ab Ilicæto Stephanus absque peccato: tamen, vt Iacob, extrà Domum suam peregrè profectus cum baculo Iordanem transiens, cum duabus Turmis regressus est: ita Stephanus Pater Noster Senis subactus, Eugubij primùm, postea Bononiæ, & in alijs Ciuitatibus Italiæ præclarissimis Domicilia reperit ampliora, & præclariora, quàm ipsa sua simplicitas expetebat. Verè pius Deus, & misericors, qui potest facere abundantius, quàm petimus, & intelligimus. Domini n. est terra, & plenitudo eius: fuit etiam Diuina Prouidentia dispositum, vt ex malo bonum eliceretur, & in illo loco Ilicæti continuarent Patres

Gen. 32
Eph. 3.
Ps. 23.

illi optimi, ex quorum numero ad reformandum Ordinem Canonici Nostri assumpti fuerunt, tanquam à fœmore, & vtero pleno: qui etiam nunc de Nobis gaudent, & ibi die, noctuq; in Diuinis Laudibus celebrandis ore, & opere vacant, cum etiam Nos Senis B. Virgini Saluatoris Matri famulemur, vt non eis inuideamus, sed potius vt Fratres adiuti à Fratre Ciuitatem firmam, stabilemq; cōstituamus æternę dilectionis. Quare in hoc libro recēsemus Vniones Locorum Nostræ Congregationi concessorum, singulis Bullarum suarum assignantes tm̄ nomina Pontificum concedentium tempus, & locum, quibus concessa fuerunt, ne nimis longum, & fastidiosum volumen congeratur: illæ autem cuique patere possunt, ex quibus illa solùm annotabimus, quæ ad Nostræ Congregationis laudem, & testimonium Pontifices Maximi pronunciarunt, & illorum Locorum Originem, Continuationē, & Progressum, quantùm fas est, & in Chronicis reperimus, scribimus, Viros Nostrę Cōgregationis celebres bonitate, & scientia connumeramus. In qua re petimus, vt, si non omnes scribimus, parcatur: plures .n. fortasse scribendi forent: verùm etiam humilitati consulendum, vt, qui non nominantur, gaudeant nomina sua scripta esse in Cœlis: &, qui nomina hic impressa respiciunt, Deo gloriam dent, non sibi: citrà ætatem meam, ex relatione Maiorum, qui floruerunt, apposui: si qui florent, non omnes (iterum dico) conscribuntur, memoriæ non malitiæ ascribant: futurum, vt scribantur, cum opus fuerit, & ad notitiam siue meam, siue aliorum peruenerint. Si quis noluisset inter hos inseri, potius humilitatis studio, quàm conscientiæ testimonio actum puto: quòd si, quia à me viro illaudato, laudari stomachatur, sciat non ex meo ore laudem suam promi, sed ex veritate supposita. Scio Spartanum morem illud quamuis bonum non acceptasse, quod à malo proponebatur: sed, vt acceptaretur, à bono idem proponendum constituisse: sic iudicet, qui suam laudem in ore meo torpescere cernit, Narrationem laudis suæ Encomium celebrare, non Narratorem, res gestas à se benè, non rerum gestarum relatorem se extollere. Sic erunt omnia consona: nec ego laudabo, vt ipse vult, nec ipse non laudabitur, vt debet. Multorum Commissorū laudes essent inferendæ, cum eorum multos habeamus, & habuerimus in exercendis Marthæ officijs, & charitatis præclaros, quod non debet in contemptū accipi: nam super mensarum ministeriū

D. Petrus,

D.Petrus,& Apostoli elegerunt Viros plenos Spiritu Sancto: inter quos fuit, qui Cęlos vidit apertos:& inter Nostros hos Fratres est, qui Sanctitatis nota fama vixit, & mortuus est. Reticemus autem ob vitandam prolixitatem,& ob augẽdum eorum meritum in Dei manibus abscõditum,& proinde securè reponendum. Antequam autem Loca, & Viros scribamus, sciendum, quòd in litteris Apostolicis Vnionem Monasteriorum cum Nostra Congregatione multa, vt diximus, enarrantur pro eius laude tùm moribus, tùm conditione, tùm amore Pontificum. Videlicet

Multa Monasteria vocabantur Canonicæ antè Vnionem: multò magis post pro continuatione Status Canonici, & collectione in vnum corpus Can.Reg. Vocantur autem aliqua Monasteria, nõ quia ad Monachos pertineant, sed quia Canonicè in vnum cohabitant, prout significat idem nomen. Vocamur Canonici S.Saluatoris de Venetijs aliquando: non quòd ipse sit Titulus vniuersalis, vt sæpius disputatum est, sed quia illa Canonica vnita fuit Congregationi propè illud tempus, quo ita appellamur, antiquissima, & notissima, vt meritò simus de eorum corpore, qui in ea morati sunt per tot antè tempora. Vocamur autẽ præcisè in vniuersali per oẽs litteras S.Saluatoris absolutè, vt puta in litteris Vnionis Ecclesiarũ Florentiæ non vocamur S.Donati, sed S.Saluatoris absolutè circà illos annos, in quibus scripsit D. Antoninus. Luculenter testantur Pontifices in Patribus Nostris Obseruantiam, in filios, & nepotes etiam protrahendam. Sæpius fit mentio de participatione Priuilegiorum totius Congregationis Locorum omnium in locis vnitis, præter vniuersalem concessionem huiusmodi participationis: qđ sonat memoriam,& confirmationem Priuilegij vniuersalis, non restrictionem ad illa tantum, quæ participare recensentur. Concluditur Ecclesias cum cura animarum posse in Canonicos Regulares transferri, possunt eam curam vel per se, vel per Regularem alium, vel Sæcularem Presbyterum exercere, vt non sit de necessitate Sæculari vti, sed de libertate, vt passim in ijsdem litteris exprimitur. Etiam, quę loca in commendationem versa sunt, ad Canonicos Regulares transmittuntur. Notamur in Prælatutis sub Titulo Abbatiali,& Priorali,& Præpositali, vt S.Marci de Reggio, S.Io.Euangelistæ de Brixia: in litteris Vnionis S. Euphemiæ Placentiæ Præposituræ vocamur Congr.S.Saluatoris Ord.S.Aug. de Obseruantia eo.

quia Obseruantia Canonici Ord. in vniuersum iã collapsa, vt diximus alibi, apud Nos redintegrata erat per Reformationem Ord. Can. factam à Greg. XII. & per vnionem cum S. Mariæ de Rhæno, & S. Saluat. Bononiæ Canon. In multis Monasterijs datur facultas erigendi ea in Titulum viuum Prioratus gaudentis Iure omniũ cæterorum Prælatorum, & etiam supprimendi ad tempora, & denuò viuificandi, prout videtur superioribus expedire: vt in litteris vnionis S. Floriani diœc. Taruisinæ, quæ modò non habet viuum Titulũ. Titulus Abbatialis retinetur, vt suprà dictum est. Nam Monasterium S. M. de Perusia gubernabatur ab Abbatissa Monialiũ S. M. Montis Lucidi, & S. Claræ, Præsidente vna vtriq. Monasterio. Laudantur Nostri Canonici de Obseruantia, & optimis moribus, non solùm opinione Pontificum, sed facti euidentia, prout in litteris vnionis S. Ioannis Euangelistæ Rauennæ. Præterea ad vnionem multorum locorum cum Nostra Congregatione plurimùm aspirarunt nedum Pontifices, & eam effecerũt, verùm Principes, & Communitates prò Maxima eorum in Nos beneuolentia, vt S. Sebastiani de Mantua vnio confirmata à Francisco Gonzaga Marchione Mantuæ Nostrorum Amantissimo, vt fecerunt etiam alij Serenissimi Duces vsque in præsentiarum: vt sæpissimè dicti fuerimus Canonici Ducales, vt in vnione S. Ambrosij Comes ille de Nobis benemerentissimus, qui victum quotidianum ministrabat Patribus illis priscis: cum impediat ostiatim mendicare vacationem cœlestiũ: &, vt habentes vnde viuerent, solertius Obseruantiæ Regulari vacarent: vt Serenissimus Cosmus Medices, qui generosissimè S. Luciæ in Prato Florentiæ cõcessit soluens, & eximens Patres Nostros ab omni debito, cui subijciebatur illa Ecclesia; & ex consequenti successores Duces, vt ad Instantiam Serenissimi Ducis Vrbini Federici datus locus S. Agathæ de Vrbino: suppressa Abbatissali Dignitate in Monialibus. Ergo cum ad Nos venit ille, etiam Titulus Abbatialis accessit, vt Abbas Vrbini deberet dici, quemadmodum alia loca, & præcipuè Fanensis locus suppressa Abbatia Ord. S. Benedicti, sed non suppresso Titulo Abbatis in Nobis: vt Communitas Fanensis cupiuit, & petijt Nobis tribui dictam Canonicam S. Paterniani Nobis non petentibus: vt Rector, & Consiliarij, & Artifices quidam Cortonæ supplicant pro Monasterio S. Marię eiusdem Ciuitatis, cuius Imago prius in Muro, postea in Capellam ere-

cta,

cta,nunc in Ampliorem, & Nobilem Ecclesiam reposita deuotissimè adoratur: vt vniuersa Communitas Ciuitatis Neapolitanæ supplicat dari Nobis Ecclesiam S. Agnelli Maioris eiusdem Vrbis: vt Alphonsus Caraffa Neapolitanus supplicat Nobis tribui Monasterium S. Mariæ de Mazzocca: vt Dux præsens Mirandulæ Serenissimus Antecessorum suorum vestigia sequens multa in Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, & eius Canonicos beneficia confert: vt Cōmunitas Ciuitatis Taruisinæ petit Nobis concedi Monasterium S. Mariæ Maioris eiusdem Ciuitatis. In cuius vnionis litteris fit mentio de magno concursu populi vicini, & exteri ad illius salutarem Imaginem Deiparæ venerationem, qui hucusq. magna frequentia perdurat: vt Canonicis Nostris concessa fuit à Communitate Foroliuiensi Ecclesia cum domo, & horto pro hospitandis Canonicis ob gratitudinem beneficij pacis à Pontifice pro Ciuitate illa per Nostros Patres impetrati, ideò vocatur S. Mariæ de Pace, prout in Archiuio eiusdem Ciuitatis: vt Hercules Dux Ferrariæ petijt concedi Nobis S. Mariæ de Vado, insigniuitque. Nos Titulo Canonicorū Estensium: vt Bessarion Cardinalis, qui cessit Monasterium S. Ioannis Euangelistæ, cui gratum accepimus, & vt aliæ multæ Communitates, & Principes beneficentissimè ergo Nos egerunt. Nunc loca subiungimus.

Quoniam de Canonica S. Saluatoris, & S. Mariȩ de Rhæno satis sufficienter sermo habitus est, & Narratio in libro 4. & 5. Licet hic tantùm inserere Viros Claros, præter illos, qui nuncupati sunt ibi Summi. s. Pontifices, Cardinales, Sancti Episcopi, & Doctores, qui hic superfluè denuò nominarentur.

Floruerūt autem Arcāgelus de Canedulis Bon. vixit, & mortuus est opinione Sāctitatis, cuius vita modò hic non scribitur, sed alias speramus scribendam vnà cum eius laudibus.

Thæseus Aldourandus, qui, cum esset Prior S. Mariæ de Capellis Neapoli, in Commendatarium Sancti Spiritus Romæ à Gregorio XIII. fęlic. record. electus fuit, & constitutus Referendarius Apostolicus.

Florianus Lioncius, non tàm litteris, & doctrina præditus, quàm in Regimine Monasteriorum sedulus, ac versatus.

Stephanus Conuentius in Phylosophia versatissimus, scripsit, ac typis excudendos mandauit libros.

De

De Intrinsecis corporum Cœlestium principijs, &

De Intellectus humani postrema, perfectissimaq. functione.

Platonem secutus acutissimè, disertissimèq; ac doctissimè philosophatus est.

Cyprianus simplicissimæ, ac integerrimæ vitæ vsq. ad decrepitã ætatem viuens, per solam resolutionem mortuus.

Raphael Bonon Concionibus, & Musicis ornatus.

Io. Chrysostomus Pipinus Præsul sæpius, moribundus dum Eucharistiam sumeret genuflexus, ad lectulum innixus, duob. Canonicis sustentatibus eius brachia, summis astantium lachrymis, veniam peccatorum me præsente petijt à Deo: parcens, si qui eum offendissent exanimo, &, vt sibi ab alijs omnibus, si qui offensi fuissent, parceretur, exorans.

Io. Chrysostomus Daynesius Theologiæ, & Philosophiæ, & sacrarum Concionum scientissimus, pluribus actionibus probatus, non mediocri laude celebratus.

Petrus Franciscus Raynerius Theologus eximius de Icona D. Saluatoris disputatos Tractatus impressit.

Io. Maria Arthusius Musicus excellentissimus impressit tabulas Musicæ Theoricę præclarissimas.

Marianus Theologus, & Phylosophus, qui Senis præcipuè tot Annos Lector fuit, instituit Scholares, & publicè sæpissimè disputauit, cuius mortem collachrymata est Vniuersa Ciuitas Eugubina, & comitata est funus, & alij.

Io. Iacobus Rossius in Poesi Latina singularis, Gñalis, & Præsul.

Io. Baptista Signius, cuius opera impressa. Peregrinatio bonorũ spirituum ad Clementem VIII. liber vnus. De Ordine, ac Statu Canonico libri quattuor. Reliquiarium, siue de Reliquijs, & Veneratione Sanctorum, liber vnus. De Insignibus Reliquijs, præcipuè Congregationis liber vnus. De optimo Episcopo liber vnus. Del vero studio del Christiano contra l'Arti superstitiose di sapere senza fatica, e studiare, libro vno. Conforto alla vita Monacale libro vno. Della Carestia, e fame libro vno diuiso in tre giornate. Fonti miracolosi, celebrando i miracoli di S. Maria della Fonte sotto la Porta maggior d'Oruieto, libro vno. Dell'Antica Nobiltà, e Religione della Città di Luca, discorrendo sopra la vita di S. Paolino Martire primo Vescouo di essa, libro vno. Discorso sopra il volto

Santo miracoloso in S. Martino di Luca, libro vno. Del sangue miracolosamente sparso dall'hostie consagrate, libro vno. De Sogni Lettioni fatte nel Duomo d'Vrbino, libro vno.

Valentinus Pinus Mathematicæ professor, & Generalis Abbas impressit. De gli Horologij da Sole; & alij multi.

Florent autem Alphonsus Bauosius, qui Patauij adolescens, & Neapoli miro studio tantum in Phylosophia, & Theologia profecit, vt nondum Sacerdos vestigia D. Thomæ sequens, licentiatus, ac si laureatus fuisset à Magistris suis Patrib. præclarissimis Societatis Iesu, publicè disputarit tunc earum scientiarum difficillimas, & innumeras quæstiones: quod sæpius postea fecit, & disputantibus inter alios præcipuus Magister astitit. Hunc vidi adhuc Nouitius per æstatem feruentissimam in parua Cella vsque ad deriuantem sudorem lectioni, & scriptioni vacare, paruo somno, & cibo assumpto, indefessè: multos discipulos ad perfectum instruxit, impressit Volumen celebre. Disputationes Catholicæ: aliud: Quæstiones miscellaneæ, aliaq; multa lucubrauit, vtinam haberentur. Nunc per sex Annos Reuerendissimus Præsul moderatus est Congregationem omnem certa ratione, prudentia, & benignitate, & omnibus cognita, vt id amplificare non sit opus. Ecclesię Canonicæ S. Saluatoris de Bononia ampliandæ in pręclarissimam formam, superatis aduersis rebus, patientissimè incumbit: tanta dexteritate in omnes, liberalitate in indigentes, pietate, & compassione in errantes, pręmijs in merentes vtitur, vsus est in publica, & particulari Monasteriorum, quibus præfuit re, vt omnium animos ad se trahat: reticenda cætera, ne videamur assentari.

Raynerius Bauosius eiusdem frater Theologus, & Philosophus impressit multa opuscula ad salutem animarum, & conscientiæ serenitatem. De Oratione, Confessione, & Sanctissima Communione, quæ cum fuerint statim ac impressa sunt raptim empta, & peruulgata, non inueni, vt Titulos apponerem: neque ab illo petij, sciens non narraturum ob humilitatem: si quæ in manus venerint, cum alijs, quæ lucubrauit, in alia parte dicemus.

Candidus Auanzius candidæ vitæ, etiam in Artibus profecit Adolescens, nunc summa laude moderator est, & Prior S. Saluatoris Bonon. cuius Nepos Candidus minor Adolescens est studiosissimus: disputauit publicè pro Laurea, quam meretur, vt verè possit

de

de vtroque dici:gloria Patris est Filius Sapiens.

Franciscus Ghisilerius Vir eruditissimus. Impressit Tractatum de Iudice Regularium.

Iacob. Antonius Albinus nunc Prior Fornouij
Prudentius Manzonus nunc Prior Ferrariæ } Omnes Docto-
Iulius Cæsar Panzachius } res, & Magistri
Anton. Mirãdula. Impressit aliquot Cõciones

Io. Vincentius non minus litteris, quàm vitæ, ac morum integritate præditus, Vicarium egit in præclarissimo Monasterio S. Saluatoris Bonon. Iuuenes scientia, & bonitate erudiuit. Per sex annos Cancellarius, & obsequens Reuerendiss. D. Alphonsi Bauosij Bononiensis, & ab illo ad alios præmia, & gubernationis dulcissimos fructus distribuens: & ab alijs ad illum merita, & petitiones offerens, vniuersorum animos tùm illius, tùm aliorum ad vtrunque animauit, vt, scilicet, Præsul libenter impertiret fauores, & subditi Patres gratias exorarent.

Ioseph Pisanellus Phylosophię, & Theologiæ Professor, Lector, & Concionator, qui etiam ob multas disputationes diuersis in Ciuitatibus habitas, & sibi, & Patriæ non parùm luxit, vitæ, ac morũ satis laudabilium, necnon ciuilissimæ consuetudinis Vir.

Sebast. Sighicellus, post disputationes optimè, & laudabiliter actas, cõi omniũ ore laurea dignus Bononię habitus est. Et alij multi.

De Canonica S. Ambrosij Eugubij.

Canonica S. Ambrosij Burgo Faucis de Eugubio, quæ antea Anno. s. Domini 1342. ab Episcopo Eugubino nomine Perro, ex Eremo nullius Ordinis in Prioratum erecta fuerat per cessionem, & vnionem Fr. Ioannis Recholi Eugubini eius vltimi Prioris, Congregationi Nostræ concessa fuit à Sanctiss. Gregorio XII. vt alibi diximus. Multa alia membra, prout etiam alijs Nostris Canonijs, huic vnita fuerunt. Præter igitur illos Patres Antiquos, qui in hac Canonica moram fecerunt, floruerunt in primis.

Augustinus Steuchus, qui Vir in Religionem ingressus nihil litterarum sciebat, sed mirè earum cupidus, pro collectione litterarum, & syllabarum, dum per obseruantiam de nocte interdiceretur lumen, ad Lampadem ardentem in Dormitorio tandiù legebat, vt breui ad culmen scientiæ euectus sit. Dum Romæ apud Pontificem Orationem dicturus esset Procurator Congregationis, repentè

pentè timore perterritus tacuit: cuius rei cum se puderet, & eum Pontifex abhorreret, vix tandem impetrauit, vt iterùm audiretur, & tanta eloquentiæ vi dixit, vt statim Bibliothecarius Papæ effectus sit, & Episcopus Kisami. Hunc audiui citatum pro aliæ Congregationis Canonico, cum tamen Nostræ fuerit longè post vtriusque Reformationem. Verùm participes sumus omnium timẽtium te dicit Dauid. Non ergo Nos non Canonici Regulares dicendi, cũ Nostri aliorum Can. Reg. censeantur. Hunc etiam persæpius audiui citatum ad confirmanda Dogmata in Phylosophia, & Theologia, dum in Schola è Societate Iesu Patrum huiusmodi Artibus vacarem Adolescens, à Patribus Bernardo Messinensi, ac probatissimæ vitæ Neapoli, & Petro Antonio Spinello eiusdem Virtutis, & Societatis Magistris. Impressit autem opera, quæ hic annotata sunt. Cosinopœia, vel de mundano opificio, Expositio trium capitum Genesis, in quibus de creatione tractat Moses. De rebus incorporeis, & inuisibilibus. Veteris testamenti ad Hebraicam veritatem recognitio, siue in Pentateuchum, Annotationes. In librum Iob, Enarrationes. An vulgata editio sit, D. Hieronymi. Quibus in ipso initio addita est Auctoris vita. Et in fine emendata lectio omnium operum. Ps. 110.

Enarrationum in Psalmos pars prima, Qui est primus Psalmorum liber, iuxta diuisionem Hebræorum, qui certè argumenta hæc continet.

De Rege Messia. De Creatione Mund. De Generis humani conditione. De Spe Cœlesti.

Adiectæ sunt illi tamen aliquot explanationes nobilium Psalmorum, eorundem planè argumentorum.

De Perenni Philosophia, libri decem. De Mundi Exitio, quod est vltimum Caput. De Peren. Phil. De Nomine Patriæ, Eugubium. Contra Laurentium Vallam, De falsa donatione Constantini Libri duo. De restituenda nauigatione Tiberis, Oratio. De reuocanda in vrbem aqua Virgine, Oratio. Pro religione Christiana aduersus Lutheranos, Libri tres. Dilutio illatorum sibi criminum, sub titulo responsionis ad &c. Quibus adiectæ sunt in margine Annotationes, & in fine singulorum indices locupletissimi.

Ambrosius de Samis Præsul Generalis, & optimæ simplicitatis.

Angelus Andreonus ornauit libris Bibliothecam S. Secundi.

Augustinus Puchelius, qui dum Generalis Abbas esset, & ad absoluendum trium annorum numerum tertius superesset: vt Congregatio sui voti compos efficeretur, per illud tempus libentissimè se abdicauit, quam ob rem Sixtus V. fœc. record. non parua admiratione fuerit affectus. Ante Capitulum proxime futurum in quadragesima dum Missam celebraret, Apoplexia correptus, ita vt erat Sacerdotalibus indutus, post paucas horas moritur, vt non dubitauerim, dato huius rei mihi præcepto in prima Acclamatione corã Patribus omnibus ad dolorem propter mortis instantiam, omnes ad lætitiam propter opinionem salutis prouocare. Satis enim indicium potuit esse benè mortuum fuisse, cum ad Missam celebrandam nemo nisi paratissimè accedere iudicetur, & alij multi.

Floret Flauius Eugub. à Magistratibus nõ semotus, sed tùm Romæ per multos Annos integerrimè, & ardentissimè pro tota Congregatione Procurator Generalis laborans, vt eius Acta testantur; tùm illorum, quibus præfuit, Monasteriorum, publicæ vtilitati vacans, vt omnes idem facere iudicare sit facilè, vitam suam emendatam ducit. Nunc Neapoli Moderator S. Mariæ de Cappellis.

Ioseph Eugubinus in omni genere eruditionis versatissimus, vt, quid sit in eo præcipuum, ignores, cum singula sui Ingenij pro Principatu decertent. Ad Generalatum nominatus, omni alio Præsulatu insignitus: impressit præcipuè in orationem Dominicam absolutissimam interprætationem, Romæ publicè disputatam, Scenica Sacra, siue Moralia, aliaq; quamplurima scripsit, & lucubrauit. Vtinam imprimantur, speramus facturum.

Felix Benius Nobilitati virtutem, & scientiam addens, Doctor Insignis, necnon Celebris Concionator, nunc autem pro Congregatione Procurator Generalis in vrbe, vbi apud Curiam summopere dilectus. Hic prima vice cum Venetijs prædicaret in Ecclesia Nostra S. Saluatoris vnam ex concionibus quattuor, quæ declamandæ in Ecclesia D. Marci præcipuis eius quadragesimæ Concionatoribus, deputantur, orauit magno Ciuitatis illius concursu, & plausu, & alij multi.

De Canonica S. Donati, & S. Iacobi Flor.

Canonica, & Parochialis Ecclesia S. Donati de Scopeto de Florentia, dependens ab Abbatia S. Saluatoris de Septimo Ordinis Cistercienfis præfatæ Diocesis vnita fuit Congregationi Nostræ à San-

Sanctissimo Martino Papa V. per suas Dat. Florentiæ Anno 3. sui Pontificatus, & Domini 1420. 5. Cal. Iul. vi bellorum collapsa, ac diruta Canonici reduxerunt se intra Ciuitatem in Ecclesia S. Petri Gatulini: quæ etiam cum ipsa quò ad domum destructa fuisset, se contulerunt in Ecclesiã S. Luciæ in Prato omnium sanctorum. Ad maiorem tandem Populi Florentini commoditatem pro audiendis Missis, & Diuinis Officijs Anno Domini 1575. conquieuerunt in Ecclesia S. Iacobi suprà Arnum, retenta tñ supradictarũ trium Ecclesiarum Iurisdictione, Gubernatione, & Administratione, & hoc sub Gregorio XIII. vigore ipsius Bullæ, quæ Incipit Eugenius Episcopus, &c. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, &c. Dat. Romæ 1573. Id. Ian. Pont. Anno IV.

In hac Canonica Floruerunt Leonardus Malaspina in Facũdia oratoria relictis monumentis eiusmodi.

Faustinus Risalithus, cujus tempore, & opera non relicta Can. S. Luciæ translati fuimus in Can. S. Iacobi suprà Arnum. Scripsit Compendium Annaliũ Nostræ Congregationis, & alij multi.

De Canonica S. Mariæ Senensis.

Canonica Sanctæ Mariæ Angelorum extrà Senenses Muros, quæ Monialium fuerat, vnita fuit Auctoritate Ordinaria ab Episcopo eius Ciuitatis ex Familia Picolominea Congregationi Nostræ, & cõfirmata ab Eug. Papa IV. per suas Dat. Florentiæ die prima Octobris Anno sui Pont. 4. & Domini, 1434.

In hac Canonica Floruerunt, præter Stephanum, & socios, de q̃bus in Superioribus, Romanus à Ciuitella integerrimæ vitæ vsque ad vltimam senectutem in administrandis Magistratibus, præcipuè Senensi vtilissimus, & diligentissimus, vt suæ ætatis tempore nõ deplorandus fuerit eius status Canonicæ.

Constantinus Ghinius Theologus, & lector. Impressit librum SS. Canonicorum Regulariũ opus præclarum. Imagines Sacras B. Virginis pro Imagine Prouenzani, & alij multi.

Florent Gabriel spectatæ vitæ ac morum. Nunc Canonicæ Nostræ Florentiæ Moderator; & alij multi.

De Canonica S. Saluat. Ven.

Canonica Parochialis S. Sal. de Venetijs ex reuelatione B. Magni Episcopi Oppisergini circà annos Domini 470. & postea Anno Domini DCXXXV. à familia Carosciorum, & Gattalatiorum,

ſeu Gallatationum reſtaurata: & à Venerabili Bonfilio Iuſto eius vltimo Plebano in Canonicam Regularem erecta Anno Domini 1141. à Domino Innocentio Papa II. multis priuilegijs, & præeminentijs decorata fuit: & Pontificalibus Inſignijs exornata à Gabriele Cōdulmerio ad apicem ſummi Pont. aſſumpto, & Eugenio IV. vocato: Anno ſui Pont. 12. & Domini 1442. per ſuas Dat. Florētiæ 21. Iunij, quibus à Sede Apoſtolica vnquam ampliora emanarunt: Congregationi Noſtræ vnita fuit. Primus Præſidens ſub Titulo Vicarij, qui cum aliquibus Canonicis ſuperiori Anno videlicet 1441. à diuerſis Monaſterijs Noſtris miſſi Venetias, in dicta Canonica die Martis prima Auguſti fuerūt recepti, fuit Frater Lucas Bardi Florētinus, videlicet, de Bardis. Anno 1078. Fœlix Mauro Plebanus Eccleſiæ S. Saluat. tempore Henrici Contareno Epiſcopi Oliuenſis: ſiue Caſtellani. Anno 1111. Viſus Stonarius Plebanus d. Eccleſiæ. Anno 1117. Tempore Vitalis Michael Epi Caſtellanenſis: Io. Michael Archid. Caſtellanenſis erat, & Plebanus. Anno 1127. d. Io. Gradenico. Gratia diſponente Diuina, à qua bona cuncta procedunt. D. Bonusfilius Iuſto Parochialis Eccleſiæ Domini Saluatoris Rector, ita eā cū Dei timore regebat, ac ſi Regularis fuiſſet: Ieiunijs, & orationib. carnis incentiua domabat: vt Virgo Deo Virgineum corpus redderet. Vnde ipſo ſemper cogitante ſub Regulari vita, & Ordine viuere: conſuluit Dominum Henricum Dandulum Patriarchā Gradenſem: qui erat Vir ſanctus, & bonus. Qui ei, vt cogitauerat, perſuaſit, & conſuluit Canonicè viuere cum ſocijs Presbyteris ipſius Eccleſię ſecundum Deum, & B.P. Aug. Regulam: quia tunc, niſi aliunde fortè, & caſu veniſſent, in Oliuēſi, ſeu Caſtellano Epiſcopatu, nullus erat de illo Ordine: qui cū Habitum Can. Reg. vnà cū ſuis Presbyteris, & Clericis aſſumpſiſſet, ibiq; ſecūdum Regulam Almi Patris Auguſtini viuere cœpiſſet, miſit Romam ad D. Innocentium Papa II. pro confirmatione boni ipſius, & ſociorum propoſiti: quod audiens Summus Pontifex conceſſit ei Priuilegium huiuſmodi tenoris.

Innocentius Epiſc. ſer. ſer. Dei. Dilectis filijs Bonofilio eiusq. Fratribus in Eccleſia S. Saluatoris in Riuoalto ſita Canonicam vitam profeſſis tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Commiſſa Nobis Apoſtolicæ Sedis Auctoritas nos hortatur, vt Locis, & Perſonis eius auxilium deuotione debita implorantibus tuitionis pręſidium

ſidium

sidium impendere debeamus: quia sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima, & iusta poscentium non est differenda petitio; præsertim eorum, qui Religionem deuotè videntur amplecti, & sub ea gaudent Domino militare. Ea propter dilecti in Domino filij preces vestras rationabiles clementer admittimus, & præfatam S. Saluatoris Ecclesiam sub B. Petri, & Nostra Protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus. Quia verò Canonicum Ordinem obseruare, & secundum B. Aug. Regulam viuere deuouistis, votis vestris libenter annuimus, & ipsũ Ordinem in eadem dicta Ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter permanere Apostolica auctoritate sancimus; Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum iustè, & Canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis, vestrisq. successoribus, & illibata permaneant, &c. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat, &c.

Ego Innocent. Catholicæ Ecclesiæ Episc.
Ego Conradus Salinensis Episcopus.
Ego Gherardus Presb. Card. tit. S Crucis in Hierusalem.
Ego Anselmus Presb. Car. tit. S. Laurentij in Lucina.
Ego Martinus Presb. Car. tit. S. Stephani in Celio Monte.
Ego Boetius Presb. Car. tit. S. Clementis.
Ego Tibaldus Presb. Car. tit. S. Anastasiæ.
Ego Gozo Presb Car. tit. S. Ceciliæ.
Ego Thomas Presb. Car. tit. S. Vestinæ.
Ego Otho Diac. Car. tit. S. Georgij ad Velum aureum.
Ego Guido Diac. Car. SS. Cosmæ, & Damiani.
Ego Vassallus Diac. Car. S. Eustachij.
Ego Vbaldus Diac. Car. S Hadriani.
Ego Guido S.R.E. Diac. Card.

Data Laterani per manum Aymerici S.R.E. Diac. Card. & Cancellarij 3. Id. Maij, Ind. 4 Incarn. Dom. Anno 1140. Pont. verò Domini Innocentij Papæ II. Anno 12.

Dato igitur Priuilegio dictus Romanus Pontifex ad maius Viri Dei solatium, & consolationem: concessit eisdem duos Fratres de Ecclesia Lateranensi Petrum, videlicet, & Catonem: & numerus

merus Deo seruientium cœpit augeri: Hi Canon. Later. Maximam nostræ Congregationi auctoritatem contulerunt, vt etiam Nos à Lateranensibus antè Reformationes particulares pendere, profiteamur, & cum Lateranensibus vnitos esse. Viam autem vniuersæ carnis ingresso D Innocentio Papa II. & eius loco subrogato Cęlestino II. qui sedit Menses tantum 5. & dies 11. Post quem secutus Lucius II. qui paucos dies ea Dignitate potitus, creatus fuit tandem Eugenius IV. à quo dictus Bonfilius Iusto impetrauit Priuilegium tenoris subsequentis.

Eugenius Epis. ser. ser. Dei. Dilectis filijs Bonofilio, eiusq. Fratrib. in Ecclesia S. Saluatoris in Riuoalto sita Canonicam vitam professis tàm præsentibus, quàm futuris in perpetuum. Religiosam Vitã eligentes sollicita nos oportet consideratione prospicere, ne alicuius necessitatis occasio, aut desides faciat, aut (q͙ absit) robur cõuersationis infringat. Quocirca dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus: & præfatam S. Saluatoris Ecclesiam, in qua Diuino estis obsequio mancipati, prædecessoris Nostri fœl. mem. Pap. Innocentij vestigijs inhærentes, sub B. Petri, & Nostra suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus: quia verò Canonicum Ordinem obseruare; & secundum B. Augustini Regulam viuere decreuistis: Votis vestris libenter impartientes assensum ipsum Ordinem in eadem Ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter permanere Apostolica auctoritate sancimus. Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunq. bona eadẽ Ecclesia in pręsentiarũ iustè, & Canonicè possidet, aut in futurũ cõcessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium; seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, &c. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat &c.

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Otho Diac. S. Georgij ad Cęlum aureum.
Ego Vbaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Aribertus Presbyt. Card. tit. S. Anastasiæ.
Ego Guido Presby. Card. tit. Pastoris.
Ego Bernardus Presbyt. Card. tit. S. Clementis.
Ego Iordanus Presby. Card. tit. S. Susannæ.
Ego Io. Paparo Diac. Car. S. Hadriani.

Ego

Ego Guido Diac.Card.S.Mariæ in porticu.
Datum Brixiæ per manum Guidonis S.R.E.Diac.Card.& Cancellarij 13.Cal.Septem.Indict.10.Incar.Dom.Anno 1148. Pont.verò Domini Eugenij Papæ III.Anno quarto.

In suprascriptis litteris confirmatur,& statuitur Ord. Can. Reg. S.Augustini in dicta Ecclesia S.Saluatoris cum possessione Iurium omnium,& decimarum exactionis.

Seruus igitur Christi lætus, & gaudens, nec minori cæteri Fratres socij solatio affecti ob huiusmodi confirmationes Summorum Pontificum pro bono illius,& ipsorum proposito,quod idem vnanimiter expostularant, magis in dies etiam Regularis Obseruantia augebatur in eis, ita vt non solùm sibi ipsis lucerent, verùm & toti Ciuitati lumen,& vitæ integerrimæ, & morum exemplarium ostenderent,ac demonstrarent. Quorum genus vitæ fama, qua nil aliud velocius,vires queq; acquirit eundo,tulit non solũ ad vicinos Populos,sed etiam ad Nationes longinquas: quamobrem tàm hæ,quam illi hoc odorati ad illam Ciuitatem magno concursu confluebant, vt huiusmodi Viros agnoscerent, venerarentur, ac seipsos ad eorum obsequium vltrò præberent. Cum ergo Bonfilius supradictus vsque ad annum 1150. vitam suam in eiusmodi Obseruantia protraxisset,graui repentè febri oppressus,cum per aliquot dies ægrotasset,tandem, sic disponente Domino, tempus appropinquauit, quo vitam cum morte commutare ei contingebat, & prius de more sumptis omnibus Ecclesiæ Sacramentis,postea hãc vocem emittens,veluti alter Stephanus,dixit. Domine,si quis contumelijs, & opprobrijs,vel alio modo me persecutus est, ne statuas illis hoc peccatum (multa enim passus fuerat in initio suæ Regularis Obseruantiæ) sed dimitte illis, quia nescierunt, quid fecerint: deinde oculos in Cœlum eleuans, atque decantans illud Dauidicum carmen:In manus tuas Domine commendo spiritum meum, animam Creatori suo reddidit. Cuius mortẽ nõ solũ socij ipsius Fratr.vberrimis lachrymis comitati sunt,verũ tota Ciuitas collachrymata est, cui successit Dominus Gerardus, cuius Geneologiam inuenire nõ potui. Hic impetrauit à Domino Eugenio priuilegium decimarũ tenoris subsequentis.

Eugenius Epis.ser.ser.Dei: Venerabili Fratri Castellano Episcopo salutem,& Apost.benedictionem: Quòd decimarum quattuor

fieri

fieri debeant portiones, notitiæ tuæ incognitum esse non debet. Sicut enim Sanctorum Patrum sanxit auctoritas, vna pars Episcopo, alia Clero, tertia Pauperibus, quarta verò Ecclesiæ sartatectis: deputata esse dignoscitur: quocircà fraternitati tuæ per præsentia scripta mandamus, quatenus Fratribus S. Saluatoris decimarum partem, quæ illos de iure contingit facias assignari: partem verò pro sartatectis eisdem Fratrib. vel alijs personis, quas ad opus ipsum idoneores prouideris, nihilominus facias assignari. Dat. Laterani 14. Cal. Apr. cui Mandato, & Priuilegio D. Ioannes Castellanus Episcopus paruit, & Priuilegio suo indulsit, hunc habens tenorem.

Ioannes Pollanus Diuina clementia Castellanus Eps Castellanæ Ecclesiæ Ven. Fr. G. Dñi Saluatoris Priori, suisq. successorib. in perpetuum. Quoniam sacrosancta scriptura nos admonet, sacriq. Canones per omnia nos Sanctis R. E Patribus obedire edocet. Dignũ itaque præmemorate frater duximus, quòd de decimis iam dicti conuicinij Domini Saluatoris: per Domini Innocẽtij bonæ memoriæ Apostolici per Priuilegium sancitum est: & præsentis Domini mei Eugenij auctoritate firmatum, tibi, tuisq; successoribus per me, & successores meos firmum, & stabile perpetuò existat tempore. Vt autem deinceps nullum super hoc scandalum oriri queat, & suprà sanctorum prædictorum Patrum mandata nulla vlterius sit controuersia, partem decimam iam dicti conuicinij, tam pro Clericis, quàm pro Ecclesiæ restauratione, tibi, tuisq; successoribus ꝑpetuo tempore concedimus. Dat. per manus Nicolai Diaconi, & Castellanæ Ecclesiæ Primicerij Anno 1153. Mensis Aprilis Indictione 1. in Riuoalto.

Quo Anno & Indictione Mense Martij præsens Gerardus Prior alienauit: & ad perpetualem liuellum concessit illis de Chauido domum iux. hortum pro libris quinque olei in Anno: quam Franciscus Dei gratia Prior postea recuperauit Canonicæ Nr̃æ: Deinde sequenti tempore præfatus Prior Gerardus obtinuit à Domino Anastasio Papa IV. priuilegium subsequentis tenoris.

Anastasius Episcopus seruus seruorum Dei: dilectis filijs Girardo Priori Ecclesiæ, S. Saluat. in Riuoalto sitæ, eiusq; Fratribus tam præsentibus, quàm futuris Canonicam vitam professis in perpetuum. Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura Nobis à prouisore omniũ bonorum Deo commissa est; vt religiosas diligamus personas, & benè

benè placentes Deo, religionem modis omnibus propagare studeamus: Nec.n.Deo gratus aliquando famulatus impeditur, nisi ex charitatis radice procedens à puritate Religionis fuerit conseruatus. Ea propter dilecti in Domino filij vestris Iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam S.Saluat.Ecclesiam, in qua Diuino estis mancipati obsequio: ad exemplar Prædecessoris Nostri fęc. mem. Papę Innocentij: sub B. Petri, & Nostra Protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus: quia verò Canonicum Ordinem obseruare, & sm̃ B.Aug.Regulam viuere deuouistis: votis vestris libenter annuimus; & ipsum Ordinem in eadẽ Ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter permanere Apostolica auctoritate sancimus. Statuentes, vt quascunq; possessiones, & quæcunq; bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè, & Canonicè possidet: aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterit adipisci: firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneãt, &c. Decernimus ergo, vt nulli omninò nominum liceat, &c.

Ego Anastasius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego ymanus Tusculanus Episcopus.
Ego Hugo Hostiensis Episcopus.
Ego Cencius Portuensis Episcopus, & S.Ruphinæ.
Ego Guarinus Prænestinus Episcopus.
Ego Gregorius Presbyter Card.tit.Calixti.
Ego Guido Presby.Car.tit.S.Chrysogoni.
Ego Girardus Presby.Car.tit.S.Stephani in Cœlio Monte.
Ego Octauianus Presby.Car.tit.S.Cæciliæ.
Ego Iulius Presbyter Car.tit.S.Marcelli.
Ego Guido Presby.Car.tit. Pastoris.
Ego Bernardus presby.Car tit.S.Clementis.
Ego Henricus presby.Car.tit.SS.Nerei, & Achillei.
Ego Guido Diac.Car.S.Mariæ in Porticu.
Ego Oddo Diac.Car.S.Nicolai in carcere Tulliano.
Ego Ioannes presby.Car.tit.S.Martini in Monte.

Dat. Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presby.Car.& Cancellarij 6.Cal.Iunij Indictione 2.Incar.Dom.1156.Pont.verò Domini Anastasij Papæ IV.Anno primo.

Supradicto igitur Anastasio Papa IV. viam vniuersæ carnis ingresso, & creato domino Hadriano, præfatus Girardus Prior Romam adiuit: & ab ipso Domino Hadriano impetrauit priuilegium hunc habens tenorem.

Hadrianus Episc. ser. ser. Dei: Dilectis filijs vniuersis Parochianis Ecclesiæ S. Saluatoris salutem, & Apostolicam Benedictionē: Dilectum filium Nostrum G. Priorem vestrum ad Sedem Apostolicam venientem: ea, qua decuit, benignitate recepimus, & in suis eum petitionibus, curauimus exaudire. Illum itaque ad vos, & commissam sibi Ecclesiam cum gratia Sedis Apostolicæ, auctore Domino, redeuntem: vniuersitati vestræ duximus attentius commendādum, per Apostolica scripta præcipiendo mādamus: quatenus decimas, quæ per Priuilegia R. E. & Dioecesani Episcopi Canonicæ sunt Ecclesiæ suæ concessæ: sine contradictione aliqua integrum persoluatis: ab eodem Priore consueta securitate accepta: alioquin &c. Dat. Laterani 4. Non. Martij.

Obijt autem d. D. Gherardus 1156. Mense Decem. seditq; in Prioratu annis sex: Deinde electus fuit ipsius loco D. Guido Marango: qui sedit Annis 4. Mensibus 9. Et in 1161. Mense dictus Dominus Guido Prior fuit electus, & consecratus Episcopus Ciuitatis Nouæ: & cum esset in d. Episcopatu contulit multa beneficia præfato Monasterio: Sed antequam esset Episcopus, cum esset in Romana Curia impetrauit à D. Alex. III. Priuilegium subsequentis tenoris.

Alexander Episc. ser. ser. Dei: Dilectis filijs Vniuersis Parochianis, & vicinis Ecclesiæ S. Saluatoris salutem, & Apost. Benedict. Dilecti filij nostri Prior, & Fratres Ecclesiæ iam dictæ transmissa nobis significatione monstrarunt: quòd vos eis decimas bonorum vestrorum pia deuotione persoluitis: & Dominicam in hoc institutionem fideliter adimpletis. Super quo vtique vestræ deuotionis affectum multipliciter in Domino commendamus: Vniuersitatem vestram per Apostolica scripta rogantes, monentes, atque mandantes: quatenus prædicto Priori, & Fratribus, necnon & Ecclesiæ, in qua sunt Diuinis obsequijs mancipati, decimas de bonis vobis à Deo collatis, quemadmodum eis Ecclesiæ Romanæ Priuilegijs, & Dioecesani Episcopi scriptis indultè noscuntur: sine diminutione aliqua persoluatis: à memorato Priore, & eius successoribus solita

secu-

securitate recepta. Datum Beneuenti 8. Cal. Octobris.

Quo Anno, Mense D. Viuianus Florauante Contratæ S. Agnetis ad huiusce Prioratum cũ maximo honore euectus fuit: erat enim Vir valdè peritus in Theologia, & Iure Canonico. Demùm ipse D. Prior impetrauit à D. Alex. Priuilegium tenoris subsequentis.

Alexander Episc. ser. ser. Dei: Dilectis filijs Viuiano Priori Ecclesiæ S. Saluatoris in Riuoalto sitæ, eiusq; Fratribus tàm præsentib. quàm futuris Canonicam vitam professis in perpetuum; Ad hoc vniuersalis Ecclesiæ cura à prouisore omnium bonorum Deo nobis prouisa fuit, vt Religiosas diligamus Personas, & beneplacẽtem Deo Religionem modis omnibus propagare studeamus. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens à puritate Religionis fuerit conseruatus: Ea pp dilecti in Domino filij vestris postulationibus clementer annuimus, & præfatam S. Saluatoris Ecclesiam, in qua Diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessorum nostrorum, fœl. mem. Innocentij, Eugenij, & Anastasij Romanorum Pontificum sub B. Petri, & Nostra Protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio cõimus: Quia verò Can. Ordinem obseruare, & secundum B. Aug. viuere Regulam deuouistis, votis vestris libenter annuimus; & ipsũ Ordinem in eadem Ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter permanere, Apostolica auctoritate sancimus. Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè, & Canonicè possidet; aut in futurum concessione Põtificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat, &c.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Gualterius Albanensis Episc.
Ego Humbertus Presby. Car. tit. S. Crucis in Hierus.
Ego Ioannes presby. Car. tit. SS. Io. & Pauli tit. Lamachij.
Ego Guilelmus presb. Car. tit. S. Petri ad Vincula.
Ego Bosa presb. Car. S. Pudentianæ tit. Pastoris.
Ego Petrus presby. Car. tit. S. Laurentij in Damaso.
Ego Theodinus presby. Car. S. Vitalis, tit. Vestinæ.
Ego Galdinus presb. Car. tit. S. Sabinæ, & Archiep. Mediolanen.

Ego Iacinthus Diac.Car.S.Mariæ in Cosmedim.

Ego Cinthius Diac.Card.S.Hadriani.

Dat.Laterani per manum Gerardi S.R.E.Not.Non.Ianuarij Indic. 15.Incarnat.Dominicæ Anno 1166.Pont.verò D.Alexandri Papæ III.Anno 8.

Deinde impetrauit à dicto D.Alexandro aliud Priuilegium subsequentis tenoris.

Alexander Episc.ser.ser.Dei.Dilectis filijs Viuianò Priori Ecclesiæ S.Saluatoris in Riuoalto sitæ, eiusq. Fratribus tàm præsentib: quàm futuris Canonicam vitam professis in perpetuum. Ad hoc Vniuersalis Ecclesiæ cura nobis à prouisore omnium bonorũ Deo commissa est,vt Religiosas diligamus personas, & benè placentem Deo Religionem modis omnibus propagare studeamus.Nec enim Deo gratus aliquandò famulatus impenditur, nisi, ex charitatis radice procedens,à puritate Religionis fuerit conseruatus. Ea ꝓpter dilecti in Domino filij vestris Iustis postulationibus clementer annuimus,& præfatam S.Saluatoris Ecclesiam,in qua diuino mancipatis estis obsequio , ad exemplar Prædecessorum nostrorum fœl. mem.Innocentij,Eugenij, & Anastasij Romanorum Pontificũ sub B.Petri,& Nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus:quia verò Canonicum Ordinem obseruare,& secundum B.Augustini Regulam viuere deuouistis, votis vestris libenter annuimus: & ipsum Ordinem in eadem Ecclesia perpetuis temporib. inuiolabiliter permanere Apostolica auctoritate sancimus, Statuentes, vt quascunque possessiones quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè,& Canonicè possidet,aut in futurum concessione Pontificum,largitione Regum,vel Principum, oblatione fidelium,seu alijs iustis modis,præstante domino , poterit adipisci,firma vobis,vestrisq; successorib.& illibata permaneant. Decernimus ergo,vt nulli omninò hominum liceat,&c.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Bernardus Portuensis,& S.Rufinæ Episc.

Ego Conradus Maguntinus Archiep.& Sabinens.Episc.

Ego Vbaldus presby.Car.tit.S.Crucis in Hierusalem.

Ego Ioannes presby.Car.tit.S.Anastasiæ.

Ego Albertus presby.Car.tit.S.Laurentij in Lucina.

Ego Boso presby.Car.S.Potentianæ tit. Pastoris.

Ego

Ego Petrus presby.Car.tit.S.Laurentij in Damaſo.
Ego Io.presby.Car.tit.S.Marci.
Ego Theodinus presby.S.Vitalis tit.Veſtinæ.
Ego Ard.Diac.Card. S.Tyeodori.
Ego Vgo Diac.Card.S.Euſtachij iux.templum Agripæ.
Dat.Beneuenti per manus Gratiani S.R.E. Subdiaconi,& Notarij, 11.Non.Ian.Indict.1.Incar.Dom.Anno 1168. Pontif.verò D.Alexandri III. Anno 10.

Quod Priuilegium idem eſt verbo, & ſenſu cum ſuperiori propè poſito vſq. ad ſubſcriptiones:eodem Anno: Dominus iam dictus Alexander conceſſit præfato Priori, & ſuis ſucceſſoribus vſum mitræ,& baculi Paſtoralis per Priuilegium infraſcripti tenoris.

Alexander Epiſc.ſer.ſer. Dei. Dilecto Viuiano Priori Eccleſiæ S. Saluat.ſal.& Apoſt.bened.Deuotionis,& fidei conſtantiam,q̃ erga ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, & ſpecialiter erga Perſonã noſtram exhibuiſtis,ſtudioſius attendentes:liberalitatis,& conſolationis ſubſidium,ꝙ Vener.Fratri Noſtro P.Caſtellano Epiſcopo,tã tu, q̃ Fratres tui laudabiliter impendiſtis, ſollicita conſideratione penſantes,te,& Eccleſiam tibi commiſſam ſpeciali prærogatiua muneris,& gratiæ veſtræ duximus decorandam Inde eſt,ꝙ nos præcibus quorundam Fratrum noſtrorum prædicti Epiſcopi,& Venerabiliũ Fratrum noſtrorum Gradẽſis Patriarchę,& V.Caſtellani Epiſcopi, & tua quoque Religione,& honeſtate nihilominus inclinati, tibi, & ſucceſſoribus tuis mitram,& baculum,quibus in præcipuis ſolẽnitatibus,& in exequijs mortuorum vtamini, gratuita liberalitate concedimus,& auctoritate Apoſtolica indulgemus. Datum Beneuenti 2.Non. Februarij.

Et dum prænominatus Sanctiſs. Alexander Pap. moram traheret Venetijs præſente Federico Imperatore conſecrauit Altare Saluatoris,ſuper quod ẽt Miſſam celebrauit,& deindè totam Eccleſiã dedicauit,Anno 1177.die 29. Aug. vbi multas Indulgentias conceſſit in die,ipſius dedicationis,& in feſto Transfigurationis, & ẽt omnibus tranſeuntibus per Porticale, ſub quo ipſe dormierat prima nocte,quando Venetijs applicuit.

Demùm Anno Domini 1180.Menſe Martij dictus D. Viuianus Prior electus,& conſecratus fuit Epiſcopus Aquilinus,&c. Ne aũt præfatum Mon.S.Saluatoris diù vacaret, eius loco electus fuit D.

Marti-

Martinus Venerio, qui erat Vir bonus, & magnus Prædicator, à Pontifice Summè dilectus:& eodem Anno, Mense Maij prædictus Dominus Martinus cum magno honore, & lætitia positus fuit in possessionem Monasterij Ecclesiæ, & Prioratus.

Tandem D. Alexandro viam vniuersæ carnis ingresso, successit D. Lucius Tertius,cuius tempore floruit Petrus Manducator, seu Comestor: qui composuit librum Historiarum Scholasticarum circà Annum 1182. Ab eo etiam Pontifice præfatus Martinus Prior impetrauit Priuilegium tenoris subsequentis.

Lucius Episcopus ser. ser. Dei: Dilectis filijs Martino Priori Ecclesiæ S.Saluatoris de Riuoalto, eiusq; Fratribus tàm præsentibus, quàm futuris Canonicam vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet,aut robur (quod absit) sacræ Religionis non infringat. Ea p p dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus:& præfatam Ecclesiam,in qua Diuino mancipati estis obsequio,ad exemplar Prędecessorum nostrorum fœl.mem. Innocentij,Eugenij, Anastasij, & Alexandri Romanorum Pontificum, sub B.Petri, & Nostra Protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communimus.In primis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus,qui secundum Deum, & B.Aug. Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur.Prætérea quascunque possessiones,quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iustè, & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pōtificum, largitione Regum,vel Principum,oblatione fidelium, seu alijs iustis modis,præstante Domino,poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant &c.Decernimus ergo,vt nulli oīnò hominū liceat &c.

Ego Lucius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Theodinus Portuensis, & S.Ruphinæ Episc.
Ego Paulus Prænestinus Episcopus.
Ego Petrus presb.Car.tit.S.Susannæ.
Ego Viuianus presb.Car. tit.S.Stephani in Cęlio Monte.
Ego Cynthius presb.Car.tit.S.Cæciliæ.
Ego Vgo presb.Card.tit.S.Clementis.
Ego Arduinus presb.Car.tit.S.Crucis in Hierusalem.

Ego

Ego Matthæus presb.Car.tit.S.Marcelli.
Ego Laborans presb.Car.S.Mariæ Transtyberim, tit.Calixti.
Ego Iacinthus Diac. Car.S.Mariæ in Cosmedin.
Ego Raynerius S.Georgij ad Velum aureum Diac.Car.
Ego Gratianus SS.Cosmæ,& Damiani Diac.Car.
Ego Raynerius Diac.Car.S.Hadriani.

Dat.Laterani per manus Alberti S.R.E. Presb.Car.& Cancellarij 6.Id.Ian.Ind.14.Incar.Dom.Anno 1181. Pont.verò Domini Lucij Papæ III.Anno 1.

Dedit & aliud Priuilegium idem Romanus Pontifex ad Instantiam præfati D.Martini Prioris; tenoris subsequentis.

Lucius Episc.ser.ser.Dei:Dilectis filijs Priori,& Fratribus Ecclesiæ S.Saluatoris de Riuoalto salutem, & Apost.Benedict. cum vniuersas Ecclesias pro susceptæ seruitutis officio diligere teneamur: eas quadam prærogatiua debemus dilectionis amplecti, à quibus nos cognoscimus maiorem,dum in minore essemus officio constituti,reuerentiam accepisse: Considerantes itaque honestatem, & sedulitatem, quā circà cultum Diuinorum obsequiorum geritis,& incremento Ecclesiæ vestræ:pro nostro officij debito intendere cupientes: his qui ad festum S.Thomæ martyris, ad cuius honorem altare in Ecclesia vestra dedicauimus,deuotionis intuitu conuenerint, annuatim de pœnitentia sibi iniuncta octo dies,confisi de clementia Redemptoris, & Apostolorum meritis, misericorditer indulgemus.Dat.Laterani 17.Cal.Febr.

Qui Dominus Martinus Prior ab Vrbe rediens honorificè susceptus fuit: In Prioratu vixit annis tribus, mensibus sex,viam est vniuersæ carnis ingressus Anno 1182. die 12.Nou.post cuius mortem immediatè eius loco subrogatus fuit Dominus Gregorius de Florauantibus. S.Agnetis Nepos supradicti Domini Viuiani Prioris, Canonicus iam dicti Monasterij:qui Dominus Greg. sapienter cępit, laboranter mediauit,& laudabiliter finiuit. Nā cū esset Pontificij Iuris Doctor, non dimisit studium, sed manus suas misit ad fortia, ad reædificationem Ecclesiæ illam, quæ cernebatur illo tempore, quia cum esset parua, & penè à magno igne combusta, tempore sui Barbani Domini Viuiani, & de nouo incępta in aliam formam denuò fabricauit. Nunquam cessabat procurare, vt de bonis Monasterij, & fidelium sæcularium opus tàm pium ad p-

fectionem

fectionem deduceretur:& interim ſemper prçuidebat circa augumentum honoris, & boni ſtatus Monaſterij. Qui D. Gregorius cum opus haberet auxilio alicuius perſonæ in adminiſtrãdis rebus prædicti Monaſterij, ſolus.n.cognoſcebat in eo regimine omnia negotia perficere minimè poſſe, exorauit D.Gregorium VIII.vt prouideret ſuper huiuſmodi indemnitate Monaſterij q. D. Gregorius Indulſit ei Priuilegium tenoris infraſcripti.

Gregorius Epiſcopus ſer.ſer.Dei: dilectis filijs Priori,& Capitulo S.Saluat.de Venetijs Sal.& Apoſt.bened.quantò laudabilius imminetis ſeruitio conditionis, tantò vobis in his, quæ iuſtè requiritis, libentius adeſſe volumus,&,quç honeſtatem veſtram deceat, benignus indulgere. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris precibus inclinati liberam vobis tribuimus auctoritate præſentium facultatem inſtituendi pro vobis Oeconomum, qui & negotia veſtra vtiliter exequatur,&,vbi neceſſe fuerit, pro Eccleſia veſtra Iuramẽtum debeat exhibere: Nulli ergo omninò hominum, &c. Dat. Ferrariæ 16.Cal.Dec.Indictione 6.

Poſtea idem Prior obtinuit à Dño Clemẽte Papa III.duo Priuilegia Tenoris eiuſdem cum ſuperioribus. Anno 1202. Multa dona data fuerunt Eccleſiæ à Parochianis,& dictus Prior ab Innocentio III. Priuilegium eiuſdem rationis accepit. Supradicti autem Dñi Gregorij ſollicitudine laudabili: Anno 1206. Indictione decima Dominus Henricus Mauroceno donauit præfatæ ſuæ Eccleſiæ Domini Saluatoris pannum laboratum de auro cum aſſumptione Virginis glorioſç pro Altare Saluatoris,& Frigium, ſeu liſtam cum omnibus Apoſtolis laboratam ex auro, ſtolamq; Magnam, qua conſueuerunt vti Priores: Quid plura? opera namq. bona, & laudabilia quæ fecit: poſſeſſiones, quas emit,& procurauit, deſcribere calamus non ſufficeret. Iſtud tamen obliuioni non tradam, quòd reſtaurauit Eccleſiam, & Campanile opere ſublimi, & ſumptuoſo ædificauit, prout nunc cernitur. Obijt tandem in ſenectute bona plenus dierum,& honorificè ſepultus, vt meruerat, in ſepulchro, q erat in muro Sacriſtiæ intra Oſtium Eccleſiæ, & Cœmeterij Anno Domini 1209. Menſe Decembri. Cui ſucceſſit Dominus Ioannes Maripetro: qui poſtea fuit electus Epiſcopus Caprulanus. Poſt quem fuit electus Dominus Paternianus à Puteo, qui primò fuerat ſçcularis Clericus,& Notarius, laudabilis conuerſationis,& vitæ: multa

bona

bona donata,& empta sub eo eidem Ecclesiæ. Anno 1229. Mense Ian. Indictione 13.Nobilis Vir Thomasinus Mauroceno de cōfinio S.Saluatoris dedit,donauit,atq; transactauit eidem Priori,ac Monasterio omnes suas Vineas, Campos,& possessiones de Iustinopoli,& eius Diœcesi. Anno 1255.Mense Iulij erat Prior D.Sauinus de Auro: cuius tempore,videlicet,Anno 1257. die 14. Iunij translatum fuit Venetias à Constantinopoli corpus Sanctissimi Theodori Mar.in Ecclesiā supradictā Domini Saluatoris.Ob huius etiam Prioris vitam bonam D. Maurusius de Vidoro Canonicus sedit,vt reperi,vsq; ad 1262.Mense Maij. Anno 1263. die 15. Nou. electus fuit Dominus Benedictus: qui fecit ædificare illas domos de Curia nostra,quæ dicitur presbyterorum versus Aquilonem: q̄ ante versus meridiem habent curiam, & post versus Aquilonē habent riuum. Supradictus autem Prior: Anno 1284.Mense Nou. emit Veram seu Pignam marmoream Putei Campi Nostri: q olim & citra Curiā Canonicè dicebatur. Prænominatus autem Frater Benedictus Prior Anno 1290.fecit fieri paramentum Altaris Maioris aureum,& pulchrum valdè,vt cernebatur.Huius Prioris tempore videlicet Anno sequenti,f. 1291.die 1.Iulij facta fuit Congregatio presbyterorum in Ecclesia ista per Dominum Simeonē Mauro Episcopum Castellanum.

Eodem Anno, & die,videlicet,1301. 17. Aprilis electus fuit D. Benedictus 2.Nepos prędicti D.Benedicti nuper defuncti,qui fuit bonus officiator, obijt autem Anno 1309. die Lunæ 10. Martij. Quo die,& Anno electus fuit Frater Petrus Ciurano, qui obijt Anno 1316.de Mense Nouembri.

Anno Domini 1309. Martij electus fuit D. Rolandus de Taurelis: qui senio confectus obijt Paduæ 1323. Indictione 6. die Nono Iulij.

Anno Domini eodem, videlicet,1323. die 10. Iulij fuit electus D. Petrus de Flabianis Canonicus eiusdem Monasterij S. Saluat. Tenuit Monasterium,& Prioratum vsq. ad 1329.de Mense Martij. Anno autem 1319.Indictione 2.die 13.Iun.Ducante Inclyto Domine Ioanne superantio Venetorum Duce, & sub eodem Priore notatus fuit ad memoriam infrascriptus modus,qui consueuit seruari in processionibus.

In primis Fraternitas de Verberatis.
2 Seruitores de Sancta Maria.
3 Hospitalarij, & Fratres S. Mariæ Cruciferorum.
4 Grixi.
5 Fratres S. Michaelis.
6 Fratres Carmelitæ.
7 Fratres Eremitani.
8 Fratres Minores.
9 Fratres Prædicatores.
Subsequenter Fratres de Charitate.
10 Fratres Sancti Saluatoris, & S. Georgij.
11 Fratres S. Iustinæ.
12 Fratres Sancti Georgij, & S. Nicolai.
13 Clerus Venetiarum.
14 Canonici Castellani.
15 Canonici S. Marci.
16 Familia Domini Ducis.
17 Notarij Curiæ Maioris.

Anno autem 1329. de Mense Maij intrauit Dom. Bonauenturinus de Constambijs per decessum supradicti D. Rolandi. Obijt verò Anno 1337. die 11. Octob. & sepultus in Capitulo in Arca Noua, &c. Anno 1337. die 16. Octobris electus fuit Dominus Nicolaus Bono Canonicus, & Sacrista ipsius Monasterij D. Saluatoris, qui Prior febre correptus vltimum diem obijt 15. Cal. Ian. 1350. Anno Iubilæi per Dom. Clementem Pap. VI. ordinati: & sepultus fuit in Capitulo in Arca Prædecessoris sui, qui sedit Annis 12. Mensibus 2. diebus 29. Hic Anno sui Prioratus primo recepit ad probationem septem Canonicos. Anno suprascripto 1350. die Sabbati 16. Ian. electus, & postulatus fuit D. Iacobus de Inuiciatis de Clugia: vnus de suprascriptis septem Canonicis, qui Prior dum iter haberet ad S. Iacobum de Gallitia deuotionis causa infirmatus est Ianuæ, qua infirmitate spreta voluit progredi iter, & ad Dragignanum perueniens, quod est Castrum Magnum in Prouincia Prouenciæ, ibi diem suum clausit extremum die Dominico 20. Octobris, & sepultus est in dicto Castro in Ecclesia Fratrum Prædicatorum. Et Millesimo. [1]359. Indictione 12. die 21. Nou. electus, & postulatus fuit sæpè nominatus D. Franciscus de Gratia in Prio-

rem

rem. Anno autem 1391. Indictione 14. die 15. mensis April. Coràm Serenissimo, & Excellentissimo D. Antonio Venerio Inclyto Venetiarum Duce: Comparuerunt Prior, & Fratres S. Mariæ de Charitate, & petierunt cum maxima reuerētia, & humilitate, quòd in Processionibus ordinarijs possent venire cũ Cruce, sicut veniunt Fratres aliorum Ordinum. Præfatus Serenissimus, & Excellentissimus Dominus Dux audito Priore S. Saluatoris, cum quo soliti sũt venire dicti Fratres de Charitate ad Processiones, & examinatis, & intellectis his, quæ fuerunt necessaria, & opportuna: deliberant ꝙ dicti Fratres de Charitate debeant venire ad processiones cũ Cruce, sicut humiliter postularunt. Verùm in facto Processionum prędictarum Fratres prædicti de Charitate ire debeant post Fratres Prædicatores ante Canonicos S. Saluat. Vnio autem huius Monasterij facta fuit Anno 1442. 11. Cal. Iulij Congregationis Nostræ per Bullam Eugenij IV. Anno sui Pont. 10.

In hac autem Canonica floruerunt Antonius Contarenus, qui cum multos Præsulatus laudabiliter in Congregatione Nostra gessisset, electus tandem fuit Patriarcha Venetiarum votis omnibus, & suffragijs Optimorum illorum Patrum, ac Senatorum Amplissimorum Serenissimæ illius Reipublicæ.

Io. Paulus Delphinus omni scientiarum genere decorâtus post varias in Congregatione Nostra dignitates summa laude obtētas, postremò ad Episcopatum Zacinthi euectus fuit.

Ioannes Maria, cuius effigies in Ecclesia S. Antonij Venetijs ad Altare Maius sculpta est cum inscriptione: quod Monasterium eius opera Congregationi Nostræ datum fuit.

Seraphinus Vir litteris, & bonitate Insignis.

Ioannes Paulus Cornianus sępius Prior Generalis, & Visitator, eruditione, & morum, ac vitæ integritate celebris: missus fuit ad Sacrum Concilium Tridentinum pro Congregatione Nostra.

Florianus sæpius Prælatus, & Vir probus.

Bernardus Venetus summo Præsulatu non semel functus celeberrimè. Hic cum esset Abbas Candianæ in extrema Regionis penuria iussit abundantissimè eleemosynam fieri pauperibus quibuscunque: & cum Bartolus quidam, qui panibus, & farinæ præerat, conquereretur in Horręo deficere frumentũ, respondit fidendum Deo, & sic non deficiendũ: ꝙ & factum est vsque ad nouas segetes.

Andræas Bolanus factus Canonicus Regularis ætatis annorum 45. singularis in Republica Veneta, & in Congregatione euasit per fectus. Aedificauit principiò Monasterium præclarissimum S. Salua toris Venetiarum ad hanc, quæ conspicitur, conspicuam formam, quam postea vsque ad Nostra tempora perfecerunt Maiores Nr̃i.

Leonardus Cernotus Vir humanis litteris eruditiss. impressit de Latina in Italam linguam translatam Cosmographiã Ptholęmei.

Angelicus Borriccius Præsul etiã Generalis impressit Paraphrastes in Euangelia correctas.

Claudius Phylosophus, & publicus Lector Historiæ.

Paulus Venetus ex Hebręo factus Christianus, & Canonicus Noster docuit D. Marcum Marinum Brixium, de quo in Brixiensi Canonica.

Io. Albertus magno profectu in Theologia habito Conciones aptissimè declamabat, cuius suasu (faustus ille mihi dies fuit) dum Neapoli inuicem in schola publicè disputaremus, hanc, qua sum indignus, Congregationem amplexatus sum.

Theodorus Ghinius optimus in Musicis, Moderator pluribus Ciuitatibus Italiæ, & Germaniæ, Impressit multa Musicalia, præsertim passionem secundum omnes Euangelistas celeberrimam. Scripsit ferè innumera eiusdem generis, præcipuè Alleluia, Missarum, vt alij Introitus, & Missas.

Petrus Antonius Musicarum rerum peritissimus, moderatus est Choros Musices Germanię apud Archiduces illos Serenissimos p multos annos, vbi exemplaris vitæ omnibus illis Principibus, & populis vita functus est.

Bernardus de Blanchis, qui per decem, & amplius annos Patriã, Propinquosq; relinquens Obedientia, Beneuentum adiens, peregrinationibus, ieiunijs in pane, & aqua feria quarta, sexta, & Sabbato semper, sæpius etiam in Aduentu, & Quadragesima singulis diebus orationem à media nocte ad Auroram protrahens quotidie, humilitate, affabilitate, in expellendis Dęmonibus à corporib. obsessis maximè celebris, mhi Ioseph collectori peccata sua confitens bis in hebdomada, per tres, vel quattuor annos nunquam mortale prodidit. Hic cum, oratione aliquando vehementius insistens, dulcedinem quandam sentiret, quam ipse putaret à Deo missam, è Diabolo autem quia erat inducta, adeo resolutus est in lãguorem,

&

& corporis deliquium, vt seminis effusionem pateretur Diabolo suggerente: quod cum in sensum suum perfectum reuersus aduertisset, summis eiulatibus, verberibus, lachrymis à Deo veniam postulauit, ꝙ putasset extasim fuisse, atque exinde per totum vitæ spatium nunquam carnis incentiua sensit, maxima in Deo fiducia intrà septa Monialium (ꝙ sibi licebat per Archiepiscopum) & aliarũ mulierum consortium ingrediens, in quibus facilè vicinus paleæ ignis incendi solet, nisi semel maxima vi tentationis Diabol icę, dũ mulierem natura deformissimam Energumenam adiuraret Gallã, quam Diabolus motu vultus, & sinus alteratione formosam, & pulchram faciebat, afflictus est, vt per tres dies oratione, lachrymis, & cinere pani paruo mixto liberationem efflagitauerit. Diabolus id fecerat, vt ab incœpto opere desisteret, ꝙ tamen statutis horis frequentabat cooperta muliere velo per totum. Mihi peccatori dum semel confiteretur petijt, vt etiam feria 2. panem, & aquã sumeret eò, ꝙ sensualis sibi esse videretur in fructibus manducandis, qui sibi plurimùm placebant, ficubus, pomis, & alijs: ego verò existimans hoc ex tentatione prouenire ad indiscreta ieiunia ducẽte, petij: an vellet meo responso parere: quod cum annuisset, iussi, vt post missam celebratam in summum arboris ficus melioris ascẽdens tres maturiores ter Dominicam, & Angelicam orationem dicens, sumeret illis tribus ferijs, quib. ieiunabat, quousq. aliud audiret: lachrymis effusis abundantius obtemperauit: fecit sic per vnã hebdomadam, sed ẽt alia via tentatione vrgente, dixit se videri à transeuntibus per viam Hortus muro breui, & scandalum parere, dum ficus manducare videretur, quem omnes sciebant illis diebus ieiunare: ego verò cum dicerem hoc benè sibi cedere, dum putatur gulosus ab hominibus, qui Deo abstemius apparebat, tacuit, per duas alias hebdomadas continuauit; postea cum interrogarem, an tentaretur amplius de non comedendis ficubus, & ieiunanda 2 feria, respondit: non sensisse amplius illud desiderium: summa oĩum opinione eius sanctitatis mortuus concursu Populi cogente ꝑ tres dies inhumatus in Ecclesia iacuit nullum fętorem emittẽs. Sepultus fuit in muro in Capella Reliquiarum Sanctorum cum Inscriptione posita à Blasio Bagno tunc eius Ecclesiæ Priore: transitum, & consequentia Sanctitatem redolentia litteris per totam Congregationem referente.

Marinus

Marinus Venetus Theologus, & Philosophus in via Doctoris subtilis probatissimus: in Musicis ad musarum delectationem versatissimus, multa huiusmodi celebri laude decantata impressit, ac scripsit.

Clemens Venetus non minus litteris, quàm Musicis scientijs insignitus, multa lucubrauit.

Io. Franciscus Emo Artium, & Theologiæ Doctor, Concionatorq; gratus.

Florent autem Ioannes Albertus Lauredanus ad præsens Visitator tertium, Artium, & sacræ Theologiæ Doctor, & in propaganda laude, & celebritate Congregationis assiduus, & feruentissimus. Superiorum permissu Canonicos Regulares sanctos alios, qui iam non erant, in Calendario Nostro collegit. Cœremonias Antiquas Congregationis in nouam, & reformatam Ecclesiæ rationem redegit. Candianensem Ecclesiam ampliauit, eiusdem Canonicæ Domum illustrauit. In hac Narratione Nostra plurimũ adiuuit Nos, collectis vndequaque, quæ requirebantur à Nobis pro viribus: alibi à Nobis, quamuis sobriè celebratus, non est, vt hic eius laudes repetantur.

Florianus Venetus bonitate, & integritate denuò Prælatus factus, antea etiam Visitatoris Dignitate functus, nunc Prior S. Mariæ Insularum extrà Vincentiam.

Desiderius Ferrarius, qui Prælaturam cum bis enixè orauerit, tertiò exorauerit resignandam ob insignem humilitatem, cum fuisset antea Visitator, nihilominus ad eandem Dignitatem rursus euectus propter merita eius præclara: nunc Candianæ Abbas vitæ spectatæ, cui me plurimùm debere fateor ob eius in me optimam voluntatem, & amorem.

Virginius Dina cum per multos Annos Candianæ Procuram fideliter administrasset, Prælatus electus Canonicam Taruisinam, quam hoc tempore moderatur, illustrauit, Ecclesiã mirificè ornauit, ac Monasterium subleuauit.

Candidus Megliarinus Artium, & Theologiæ professor, atque Concionator scripsit de rebus mirabilibus mundi, opus vndequaque absolutum, secundum Visitator, nunc Prior S. Saluatoris.

Paulus Perazza Prior S. Antonij Venet. diù in educandis Nouitijs probatissimæ vitæ Vicarius, in Musicis excellit, Discipulus Io-

seph

ſeph Guami celeberrimi: multa eius generis præclàra compoſuit: eius humanitati plurimùm debeo, vt nunquam, quemadmodum aliorum, eius ſocietatem ſim aſpernaturus, ſiue tutelam.

Ioannes Petrus Terzagus probatæ vitæ facto,& Iure, cum Viſitatoratum,& multas alias Dignitates rectè adminiſtraſſet,paci conſulens, ſenectutem quietam adhuc ſoſpes agit.

Fœcundus Vendramenus multas Prælaturas magna laude adminiſtrauit, aduerſa vicit, quieti vacat Vicarius Ponti longi. Habet Nepotem Raphaelem ſcientiarum profeſſorem, necnon Concionatorem.

Laurus Baldus Concionator Phyloſophiæ,& Theologiæ,& ſacrarum litterarum profeſſor,& in Poeticis optimus, ſcripſit multa concionalia,poetica innumera,præcipuè Peripatiam,ad imitationem Arcadiæ Sannazarij,perpulchrum opus,vtinam hoc, & id genus alia imprimantur:impreſſit autem huiuſmodi ſparſim non pauca,qui ſi ſolitariam vitam non elegiſſet,maiorem ſuarum virtutum odorem effudiſſet.

Marcus Antonius Philippus Artium, & Theologiæ profeſſor, atque Lector Inſignis,pariterq; Concionator.

Michael Angelus Fontana Phyloſophiæ, & Theologiæ profeſſor, & Lector, necnon Concionator non vulgatis, ſed eximius, vt ſua ſibi veritas teſtatur,& de eius laude aliorum eadem.

Fœlix Aſtolfi impreſſit. Le vite de' Filoſofi ridotte in compendio. L'Officina Hiſtorica. I miracoli del legno, & ſegno di Santa Croce.Magnum Speculum Exemplorum in Italam linguam compendio redactum. Compendio dell'Hiſtorie di Olao Magno delle coſe del Settentrione.Le coſe più memorabili di S.Gioſeffo.Hiſtoria vniuerſale dell'Imagini miracoloſe di Maria Vergine Noſtra Signora, & alij multi.

De Canonica S.Secundi Eugubina.

Canonica Parochialis S.Secundi de Eugubio extrà muros fundata Anno Domini 290. à Nobili Eudoxia Eugubina, poſtea à B. Vbaldo Epiſcopo Eugubino,apud quam puerulus fuerat ſacris litteris eruditus, & Clericali Habitu initiatus in Can.Regularem erecta fuit ſecundum Inſtituta Can.Reg. Portuenſium de Rauenna, atque ab ipſo dotata,ab Sanctiſſ.Calixto III.ſub dat.Romę Anno ſui Pont.1.& Domini 1455.die 3.Nou.Congr.Noſtrę fuit vnita.

De

De Canonica S. Ioannis Euangelistæ de Rauenna.

Canonica Abbatialis S. Ioannis Euangelistæ de Rauenna fundata ab Illustri, & deuotissima Galla Placida filia senioris Theodosij Imperatoris, sorore Arcadij, & Honorij Imperatorum, vxore Constantij consortis Imperij, & matre Valentiniani Imperatoris, & ab ipsa Imperialibus donis dotata, vnita fuit Congregationi Nostræ per impetrationē Reuerendiss. D. Bessarionis S.R.E. tit. 12. Apost. Presb. Car. à Sanctiss. Pio II. per suas datas Mantuæ 6. Id. Augusti, Anno 1. sui Pont. & Domini 1459.

In hac autem Canonica floruerunt. Honophrius à Cotineola, qui impressit multa, videlicet, Homelia sopra gli Euangelij di tutto l'anno. Prediche Quadragesimali. Discorsi sopra il Miserere pienissimo volume. Libri della Nobiltà. Sermoni familiari per li Curati da farsi à i popoli. Rime morali. & alij multi.

Florent autem Hieronymus Canauarius Visitator ad præsens, in Vrbe etiam potitus Dignitate Procuratoris Generalis magna laude, & honore, vltrà alias Prælaturas.

Eustachius à Sabiniano impressit librum. Porto de tribolati, Conforto de gli afflitti, e Flagello de' mondanamente prosperati.

Augustinus Concionator Theologus.

Alexander de Cuppis Concionator, & in Poesi versatus.

De Canonica S. Danielis in Monte extrà Patauium.

Canonica Abbatialis S. Danielis Archileuitæ, & mar. posita in Monte propè aquas calidas suprà villam Apponi Paduanæ Diœcesis; constructa fuit à duabus sororibus vnà cum alia Ecclesia S. Martini haud longè sita ob frequentiam, & deuotionem Miraculorū, quæ Dominus ostēdere dignatus est, quādo Anno Domini 1077. corpus eiusdem B. Mar. cœlesti reuelatione inuentum fuit in Ecclesia S. Iustinæ Virg. & Mart. Sub Abbate Ioanne die 26. Decembris; atq; inde sublatum ad maiorem S. Mariæ Ecclesiam ab eiusdem Vrbis 68. Episcopo Vlderico Vltramontano, translatum fuit die 3. Ianuarij: Postremò vnita fuit Congregationi nostræ à Sanctissimo Pio 2. Per suas Datas Romæ Prid. Id. Ian. Anno 3. sui Pont. & Domini 1460.

In hac Canonica Floruerūt Priamus Theologus, & Philosophus eximius, & alij.

Florent autem Bernardinus Guidonius, qui impressit collectionem

nem Miraculorum B. Virginis pro Imagine Taruisij, nunc autem præter alias Prælaturas elapsis annis assecutas, Prior S. Antonij Viennensis Pauauij.

Cæsar Guidonius Frater eiusdem impressit Rime morali diuerse, & alij multi.

De Canonica S. Mariæ Insularum extrà Vincentiam.

Ecclesia S. Mariæ Ciriolæ de Cinglo in Villa Insularum Diœcesis Vicentinæ fuit ruralis, & campestris: sed deuotissima, quæ vnita fuit Congregationi Nostræ 1465. Id. Decemb. Pont. S. Domini Nostri Papæ Pauli II. Anno sui Pont. 2.

De Canonica S. Mariæ Maioris Taruisij.

Ecclesia S. Mariæ Maioris de Taruisio primum à Nobilibus de Camino ex rudi, & simplici pariete, in quo depicta erat Imago B. Virginis in loco, qui Burgus Nouus dicebatur propè mœnia Taruisina, vbi duellum digladiatorum erat, in paruam Capellam aucta: & inde crescentibus Miraculis in Sacellum, postmodùm in Basilicam reformata, Congregationi Nostræ vnita fuit à Sãctissimo Pio II. Anno 5. sui Pont. Per suas datas Pientię die 8. Septembris Anno Domini 1462.

In hac Canonica Floruerunt Veragus, varia Monasteria moderatus est summa cum laude atq; honore, vitæ necnon exemplaris.

Gabriel Taruisinus eruditus in scientijs, & Iure, & alij multi.

Florent autem Rodulphus Rodulphius gnarus, multa pro veritate tuenda ex charitate passus Neapoli, & alibi, Ecclesiastica, & sacra officia summa cum laude, & populorum amore exercens Prælatus factus est, & optime id muneris administrauit: nunc Abbas S. Danielis in Monte extra Paduam. Habet & Nepotem Alphonsum Bragadenum Venetum iugiter virtuti Concionibus declamandis incumbentem.

De Canonica S Michaelis Candianæ Paduanæ Diœcesis.

Abbatia Parochialis S. Michaelis de Candiana vnita fuit Congregationi Nostræ prius à Nicolao 5. Anno 1449. deinde ab eodẽ confirmata Anno 1452. & à Calixto III. tandem à Pio II. Anno Domini 1468.

De Canonica S. Mariæ Angelorum de Perusia.

Canonica S. Marię Angelorum extrà muros Prænestinos in Burgo S. Petri fuerat vnita, Monasterio S. Mariæ Montis Lucidi propè

eandem Vrbem Ordinis S.Claræ persuasu Venerabilis Fratris Philippi Cordigeri Ordinis Gymmipodarum Franciscanorum concionatoris celeberrimi etiã apud Prænestinos maximæ auctoritatis,& opinionis: vnita fuit Congregationi Nostræ, ab ipsius Vrbis Prioribus,& populo die 1.Decembris: quam vnionem,& donationem Sanctissimus Paulus II.per suas Datas Romę die 13.eiusdem Mensis: Anno sui Pont.5.& Domini 1468.8.Id.Decembris cõfirmauit.

Floret autem in hac Canonica.

Mansuetus Mansuetus, nomine, & opere mansuetus, & probus Nunc Prior S.Secundi Eugubij.

Alphonsus Saccucius Iuris Canonici Doctor.

De Canonica S.Antonij Venet.

Canonica S.Antonij Venetiarum fundata, & erecta in loco dicto Cuspis S. Helenæ ad Instantiam Inclyti Domini Nicolai Trono Ducis,& Dominij Venetorum à sanctissimo Sixto Papa IV. die 19. Octobris Anno sui Pontificatus primo, & Domini 1471. separatis ab ea duo tantum membris, videlicet, Paduano, & illo Montagnanæ, Canonicæ S.Saluat.eiusdem Ciuitatis vnita fuit,& incorporata: quam postea ex maxima Populi ad eum frequentia, & deuotione, ad prædicti instantiam similiter idem Pontifex die 29. Augusti Anno Domini 1475.per Breue Apostolicum Prioratum particularem præfatæ Congregationis à præfato Monasterio S. Saluatoris separatim constituit, qui industria Ioan.Mariæ Dominici Veneti ipsius Canonicæ sæpissimè moderatoris ab Innoc.VIII. & Alexan.VI.Pontificalibus Insignijs decoratus extitit.

De Canonica S.Mariæ à Gratijs in Villa Fornouij.

Canonica S.Mariæ à Gratijs de Villa Fornouij Territorij Foroliuiensis, & Bononiensis Diœcesis Diuina Reuelatione à Petro quodam de Albania nullius Ordinis Eremita constructa fuit ex eleemosynis, in qua Imaginem B. Virginis, quam apud quercum appensam ibidem reperit innumeris miraculis corruscantem, honorificè collocauit: vbi aucta in dies populorum frequentia, ex eorum copiosissimis eleemosynis Monasterium satis pulchrum adiecit, Congregationemq; Nostram ad eius regimen deputandam pluries in somnis præuidit, eoq; sanctissimè vita functo, & in ea Ecclesia honorificè tumulato, D. Ordelaphus Dñs Forliuij auctoritate Apostolica ipsam Ecclesiam cum Monasterio,& omnib.bonis sibi

per-

pertinentibus Congregationi Nostræ vniuit Anno Domini 1477. quam postea vnionem Sixtus Papa IV. die 29. sequentis mensis Maij benignè confirmauit. Huius Ecclesiæ ad Altare Virginis bis accedentibus Iulius II. eò pertransiens, & ibi pernoctans, Indulgẽtiam Plenariam concessit, prout in eadem Ecclesia depictum est. Huic Monasterio Communitas Foroliuiensis gratitudinis ergo, vt etiam alibi diximus, donauit ad Hospitium intrà Vrbem Ecclesiam S. Mariæ de Pacis cum Domo, & Horto.

In hac Can. floruerũt Ludouicus Vanninus, q. multis Præsulatib. in Congreg. potitus, ad Epatum tandem Scalense assumptus fuit.

Ludouicus Orlandinus, qui postmultas Dignitates in Congregatione meritò assecutas, inter quas pluries summo Generalatus Præsulatu potitus, Episcopatum Foroliuiẽsem sibi oblatũ recusauit, & in Concilio Tridentino interfuit.

Fulgentius eiusdem Patriæ in Canonicis versatus, moritur Venetijs auditur Monialium S. Andreæ summo earundem dolore.

Florent autem Hieronymus Pritellus nunc Neapoli in S. Agnelli Abbas, qui eam Canonicam per multos annos vtilissimè procurauit, & maximè in litibus vincendis laborauit, eximièq;

De Canonica S. Mariæ à Vado de Ferraria.

Canonica S. Mariæ de Vado de Ferraria ab antiquo tempore à Canonicis Regularibus sub Regula S. Aug. fuerat recta: erat. n. Parochialis Ecclesia ex primarijs, cui fontes baptismatis, & extremæ Vnctionis administratio in illa Vrbe cõcessæ fuerant, & ad præsens eadem facultate potitur. Ea itaque Canonica ad Instãtiam Illustr. D. Herculis Estensis Ferrariæ Ducis, Congregationi Nostræ plenariè, & liberè vnita fuit à S. Sixto Papa IV. per suas datas Romæ die 1. Aug. sui Pont. Anno 6. & Domini 1477.

In hac autem Canonica floruerunt Iacobus Labetius impressit libros de Habitu Canonico, & Carmina plura.

Alphonsus Spezzanus lucubrauit Metaphysicam in Aristot. singularem, omni genere virtutum ornatissimus.

Ioannes Baptista Dominicus impressit Conciones de Passione, & alias. Librum, in quo descripta centesima Anniuersaria memoria Sixti IV. Fani post datam Canonicam illam opus perpulitum; Magistratus præter summum adeptus, Capellam maiorem Ecclesiæ Ferrariensis picturis miris ornauit.

E 2 Geor-

Georgius Fanti integerrimæ vitæ à Ciuibus, & Ducibus Estensibus summè dilectus, collectis sibi ipsi vltrò datis eleemosynis, Ecclesiam illam, vt nunc est, ita illustrauit, vt varietatem nouam à veteri forma, qui hanc viderunt, facilè conspiciant. Antè dormitum singulis vesperis confitebatur peccata, quasi præscius suę vocationis à Deo internoctu fiendę: quod accidit: dum secundum morem celebrasset, comet die publicè transitum suum coràm omnibus dicens benè, vt fieri solet, declarans.

Faustus Bracaldus Phylosophus, Theologus, atque Concionator celebris, dulcissimæ pronunciationis, & ad affectiones promouendas vehementissimus, impressit Conciones aliquas.

Florent autem Aloysius Beccarius ad præsens Visitator.

Humanissimus Seraphynus, & Titus Prisciani Fratres Artium, & Theologiæ professores.

Franciscus Sega Concionator, cuius ingenium perspicax cum animaduerterem, adhuc adolescentem ad litteras discendas magis, & Conciones exercitandas adhortatus sum, & vsque nunc in his parùm non profecit, ac proficit.

De Canonica S. Io. Baptistæ S. Arcangeli dicta.

Canonica S. Io. Baptistæ extra Castrum S. Arcangeli Ariminensis Territorij Canonica nominata ab antiquo tempore à Canonicis Regularibus S. Augustini recta, à Sixto Papa IV. Congregationi nostræ vnita fuit per suas dat. Romæ die 3. Decembr. Anno 7. sui Pont. & Domini 1478. & Anno 1490. bonis ipsius Canonicæ Fornouiensi administratione assignatis, in Prioratum Titularem restauratur, qui Titulus postea Anno 1503. inter electores Generalis Capituli conuocatur: addito sibi sub eadem auctoritate Anno Domini 1508. Vicariatus Titulo.

In hac autem Canonica floret ad præsens Moderator ipsius Ambrosius Dorius, Vir quidem tùm in administrando, tùm in alijs vtique bonus.

Augustinus eiusdem loci Concionator, & Musicæ incumbens.

De Canonica S. Paterniani Fani.

Canonica Abbatialis S. Paterniani in loco dicto Tanatus inter Pensaurum, & Scenogalliam (Fanum ēt Fortunę dicitur) apud Abbatiam S. Martini, in qua requiescit corpus ipsius S. Paterniani eiusdem Vrbis Episcopi à Fanēsi Populo fabricata à Clemente Pa

pa

pa II. Anno Domini 1048. dedicata fuit, & multis Priuilegijs, & Indulgentijs decorata ad instantiam egregiæ Communitatis Fanensis Sixtus Papa IV. Congregationi Nostræ vniuit eam per suas Dat.Romæ 1.Aprilis Anno XI. sui Pont. & Domini 1482.

In hac autem Canonica floruerunt Bartholomæus Dionysius Impressit Supplemento dell'Historie del Tarcagnotta.

Bonauentura à Castro Fluminis Theologus eruditissimus, discipulus Alphonsi Bauosij, dum Academiam regeret Rauennæ Lector non adhuc Sacerdos.

Florent autem Io.Baptista eiusdem Patriæ, & hoc tempore Abbas eius Canonicæ in Regimine probus, ac sedulus, necnon vitæ laudabilis.

Iacobus Antonius Luccius Visitator pluries: Moderator Canonicarum multarum, pręcipuè Fanensis, eas exauxit redditibus, fabricis, Ecclesiasticis ornamentis, nunc Prior S.Mariæ de Senis.

Laurus Biliotus Artiū, & Theologiæ Doctor eximius, necnon Concionator satis laudatus.

De Canonica S.Agathæ de Vrbino.

Canonica S.Agathæ de Vrbino Monialium, siue sororum Ord. S.Aug. erat contigua post Ecclesiam Parochialem S. Agathæ cum paruo Sacello absq. Campanile, quæ ab ipsa Parochiali Ecclesia denominabatur: quam Canonicam, amotis sororibus, & in Monasterio S.Benedicti eiusdem Ciuitatis locatis, Sāctissimus Sixtus Papa IV. ad instantiam Illustrissimi Federici Vrbini Ducis per suas Datas Romæ die 27.Aprilis Anno 11. sui Pont. & Domini 1481. Congregationi Nostræ vniuit. Quam vnionē Innocen. Papa VIII. Anno vltimo sui Pont. & Domini 1492. die 17.April. confirmauit. Post hæc autem Alex. Papa VI. eandem Ecclesiam Parochialem S. Agathæ Congregationi Nostræ vniuit; quę omnia ad Instantiam Excell.D.Guidubaldi Ducis Vrbini Iulius Papa II. iterum confirmauit.

In hac Canonica floruerunt Io.Paulus Mantuanus omnes Magistratus, & Generalatum gessit, integræ Vitæ, & in administrandis locis suæ vtilitati parcissimus: adeo.n.pauca sibi de Monasteriorum bonis accepit, vt Penusiæ necesse fuerit, vt syndicus ei daret quasi violenter nouas Vestes suis inueteratis detractis. de qua re semper in Domino gloriatus est vsq. in finem vitæ. Vrbini Canonicam do

mibus

mibus emptis ditáuit, Fanenſem rectè per multos annos gubernauit,& eius Campanariam Turrim compleuit. Fuit etiam Theologiæ profeſſor,& Concionator.

De Canonica S. Petri ad Vincula in Vrbe.

Cum Congregatio Noſtra maximo teneretur deſiderio obtinēdi locum in Alma Vrbe Roma pro ipſius Congregationis commodo,& vtilitate: Anno Domini 1457. oblatum ſibi fuit Antiquiſſimum,ac celeberrimum Mon. S.Priſcæ in Monte Auentino ſitum: quò ab ipſa Congregatione directi quidam ex Canonicis Noſtris, ob äeris intemperiem multū vexati, infra dies paucos quattuor ex illis ex hac vita migrare coacti fuerunt, quam ob rem eundem etiā locum deſerere fuerunt aſtricti. Poſtea verò Anno Domini 1467. die 22. Ian. Nobilis vir D. Thomas de Spinellis de Florentia Cōgr. Noſtræ donauit quodam ipſius Palatium cum omnib. ſuis Iuribus, adiuncto paruo Sacello in honorem B. Io. Baptiſtæ conſtructo in loco dicto (Ponticuli) ēt portam Vrbis, quæ S. Petri dicitur, videlicet (viridaria, aut di bel vedere) quem locum dato vno Præſidente cum aliquib. Canonicis, pro Reſidentia Generalis Procuratoris Congr. conſtituerunt. Ipſe verò titulus Anno 1476. in Prioratum erigitur,& ſubſequenter inter Capituli Generalis Electores connumeratur: addito ſibi cum eademmet gratia Anno 1479. Vicario vſque ad vnionem S. Petri ad Vincula. quo tempore ipſe titulus in vniuerſalem tantùm,& titularem redactus fuit vſque ad Annū 1511. quo die 3. Februarij illud Palatium cōſentiente Religione, ſeu Congreg. Noſtra Sanctiſſ. Iulius Papa II. Palatio Apoſtolico applicauit,& ſuæ Capellæ annexuit, & incorporauit, pro quo vniuit Canonicæ Mariæ de Foriſporta Prioratum Collegiatum ſæculare,& Parochiam S. Martini in Colle Diœceſis Lucenſis per deceſſum D. Ioannis Vannulij de Luca vltimi eius Rectoris. Cum verò ipſe Sanctiſſ. Iulius adhuc eſſet Card.& Eps Oſtienſ. ac ſummus Pœnitentiarius, cum maxima inſtantia obtinuit, vt Cōgregationi Noſtræ vniretur plenariè Conuentus S. Petri ad Vincula de Vrbe, cuius ipſe erat titularis. Quæ omnia Sanctiſſ. Innoc. Papa VIII. per ſuas Dat. Romæ die 9. Aug. Anno 5. ſui Pont.& Domini 1489. confirmata fuerunt.

In hac autem Canonica floruerunt Marcellianus, quamuis ſemper podagra laborans, præclarus præcipuè in carminib. componendis,

dis, prout tabella appensa Altari Reliquiarum Cathenarum S. Petri ad Vincula, in qua descriptum votum pro tempestate sedanda, quam passus est cum socijs, dum Adriaticum Mare adnauigaret; & multi alij.

Florent autem Tiberius Prior S. Petri ad Vincula: fuit Visitator, in Canonicis eruditus.

Faustinus Casnedi Prior S. Laurentij extrà muros. Innocentius Nanti Abb. Rauennæ } Omnes vt Patria Nobiles, moribus probi, & nō parua eruditione clari.

Thomas Phylosophiæ, & Theologiæ Professor, & in oratoria facultate facundus.

Michael Angelus professor Artiū, & Concionator. & alij multi.

De Canonica S. Ioannis Euang. de Brixia.

Canonica S. Ioannis Euang. de Brixia fuerat prius quodam Sacellum extrà mœnia, & vocabatur S. Io. deforis, prout nunc, cui postea fuit superadditum Monasterium Monialiū, deindè effecta fuit Præpositura Canonicorum Regularium, & Parochialis ex Primarijs Vrbis, in qua reconduntur corpora SS. Gaudentij Noni, & Theophili 11. Episcoporum Brixiæ, & B. Siluiæ Sanctimonialis, sororem aiunt fuisse B. Gregorij Papæ. Hæc vtcunque à Canonicis Regularibus recta fuit, & ampliata vsque ad Annum Dom. 1468. quo Anno vnita fuit Congregationi Nostræ per resignationem Iacobi Dominici de Bononia, qui fuerat Canonicus Regular. Congregationis Nostræ, vltimi eius Præpositi. quæ vnio optatum postea sortita est effectum Anno Domini 1485 à Sanctiss. Innocent. per suas Dat. Romæ vltima die Febr. Anno 3. sui Pont.

In hac autem Canonica floruerunt Marcus eiusdem Ciuitatis Hebrææ linguæ, Græcæ, Caldeæ, Arabicæ peritissimus. Impressit Grammaticam eius linguæ, Arcam Noè, Thesaurum linguæ Sanctæ vltrà Pagnini, & aliorum locupletissimum: scripsit Collationem omnium Traductionum Psalmorum cum Septuaginta. Est apud Bononiam: me Iuuenem pluries docuit intelligentiam Sacræ Scripturæ iuxtà Hebraicam veritatem. Fuit apud Gregorium XIII. carissimus. Episcopatus multos recusauit. Interpres, & à secretis Sereniss. Reip. Ven. litterarum Turcicarum, Aegyptiacarum, Persicarum.

Seraphynus Orator facundissimus, cui plurimùm referebat Si-

gonius in hoc genere scribēdi. Habentur impressa, & scripta multa, quæ in vnum collecta facerent non mediocre volumen. Et vtinam eius, & aliorum omnium dispersa opera in vnum redigerentur, cui rei maximè incumbendum esse censemus: speramus autem aduertendum, vt diximus.

Camillus Concionator egregius, cuius doctrina, & valor in causa fuit, vt legatum fieret Nostris Canonicis Conciones habentibus, Pulpito S. Saluatoris Venetiarum.

Patricius Spinius in omni Artium genere Doctor egregius, scripsit multa, & impressit: traduxit ex Latina in Italam linguam Historiam Brixiæ Eliæ Caprioli cum additione vsq. ad Annum 1585. dum esset Abbas Candianæ. Magistratus citrà primum exercuit ægra semper ferè ob podagram valetudine.

Innocentius Casarus scripsit Compendium sacci, vt dicunt, Brixiæ, qui cum esset Præpositus in hac Canonica, & eius sacci spectator, doluit vehementer, & collachrymatus est: plurimùm laudatus ab Octauio de Rubeis in Elogijs Historicis Illustrium Brixianorum.

Nicolaus Granetus impressit graues, vtiles, & perspicuas explanationes eorum, quæ tùm ad pœnitentes, tùm ad Confessarios spectare videntur.

Dionysius optimus Theologus, & Phylosophus. Venetijs publicè docuit, Conciones iugiter ad Populum habuit, moritur Theologus Episcopi Parentij.

Florianus Canalis inter Viros sui temporis non vltimus Pater sonantium Organo. Impressit Musicalia multa. Item impressit. De pia orandi oratione, eiusq; fructibus. Tractatus de optimo, & antiquissimo vsu sacræ benedictionis. Del modo di conoscere, e sanare i maleficiati. Vn libro d'orationi diuerse. Vn libro de segreti diuersi.

Florent autem Innocentius Spinius omnibus vsque ad summã Prælaturam Dignitatibus meritò functus, Artium, & Theologiæ Doctor peritissimus, vt eius acta publica testata sunt, cuius animũ pacatissimum in ignoscendis iniurijs, cum essem eius Collega, Visitator scilicet, & conspexi, & miratus sum, Poesi quoque, & Musica non parùm ornatus, nunc Præsul S. Hieronymi Mutinæ.

Candidus Padouanius Concionator, Artium, & Theologiæ

pro-

professor, multas Prælaturas assecutus, inter quas fuit Visitator laudabilis, ad præsens Præpositus huiusce Canonicæ.

Io. Paulus Capriolus Musicus egregius, ac moderator celebris, impressit Musicalia diuersa, scripsit innumera huius generis.

De Canonica S. Mariæ Virginis de Coronato de Ianua.

Canonica S. Mariæ Virginis sub titulo Assumptionis eius in Villa Coronati à Ianuensi Ciuitate per quattuor milliaria distans fuerat prius ruralis, sed deuota, & Parochialis, quam Congregationi Nostræ vniuit Reuerendiss. D. Petrus de Campo Fregoso Dux, & Archiepiscopus Ianuensis, & S.R.E.Card. auctoritate ordinaria. Quam vnionem voluit per Reuerendiss. D. Iulianum de Ruuere Episcopum Portuensem, & S.R.E.tit.S.Petri ad Vincula Car. in Liguria Legatum Anno 2. Pont. Innoc. VIII. & Domini 1486.

In hac autem Canonica floruerunt Io. Maria ab Arcula Theologus, & Concionator.

Hieronymus eiusdem Ciuitatis non ignauæ vitæ, qui multas consecutus fuit Dignitates, penes quas Visitatoratus gradu quoque insignitus.

Florent autem Angelus Aloysius multis ab hinc annis Prælatura decoratus, & eodē Visitatoratus honore functus, ibi nūc Prior.

De Canonica S. Mariæ de Curuaria Bononiensi.

Canonica S. Mariæ de Curuaria per cessionem q. Thomæ Ioannis de Mancolino vnita fuit Canonicæ S. Saluatoris Bononiensis, & Congregationi Nostræ ob exemplarem vitam, laudabilemque conuersationem Patrum illorum ab Innocentio Papa VIII. per suas dat. Romæ Anno Domini 1487. 13. Cal. Iun. & Pontificatus sui Anno 3.

De Canonica S. Sebastiani de Mantua.

Canonica Abbatialis S. Sebastiani de Mantua fuit prius quodam Sacellum propè Xenodochium Morbosorum: quæ postea tempore pestis ob eius Sancti deuotionem in pulcherrimam amplificatam Basilicam fuit restaurata, & Canonicæ Abbatiali Nostræ S. Ruffini extra mœnia eius Vrbis ab Illustriss. D. Francisco Gonzaga quarto Marchione Mātuæ de plenitudine potestatis die 22. Septembris, Anno Domini 1488. donata, & vnita fuit. Quam donationem idem Innocentius VIII. per suas dat. Romæ die 14. Decembris eius Anni, qui sui Pont. 5. erat, confirmauit. Cui postea addito

celeberrimo Domicilio Anno Domini 1527. circa festum Pentecostes in eo Familia dictæ Abbatiæ S. Ruffini paucis in ea relictis Canonicis, seruato tñ ipsius adhuc Abbatiæ titulo, introducta est.

In hac autem Canonica floruerunt Augustinus Mamphridus Artium, & Theologiæ Magister, necnon Iuris Pontificij Doctor. Impressit Apologiam pro Congregatione Nostra. Scripsit Epithome Can. Reg. cum Annotationibus, & alia eiusdem rationis, contrà Aduersarios, conseruata in Bibliotheca Nobili Bononiensi. Ex quibus multa in hac Narratione Nostra excerpta, & collecta in primo, & quinto libro, præcipue loca sacrorum Canonum, & Allegationes, tanquam ad rem Nostram optimè descripta, licet ego in his (fateor) parùm sim versatus.

Io. Baptista Iachetinus in Musicis Excellentissimus, cuius monimenta deplorantur sparsa huc illuc, hinc inde. Improperia Christi eximiè modulatus est. Miror autem quàmmaxime, cur Patres Nostri non colligendæ iubeant quarumcunque Artium memoriæ non impressæ tùm Musices, tùm humanarum litterarum, tùm aliarum scientiarum, quæ in manibus aliquorum sine tutela versantur: laudo illos, qui id faciunt, & apud Nostros, & alios. Fuit meus primus Magister Bononiæ Anno 1581. dum Nouitiatum agerem. Quod officium per plures annos optimè administrauit.

Thomas Iuris Canonici versatissimus, & eruditissimus.

Paulus Acerbus in Musicis præclarissimus Discipulus Constantij Portæ.

Angelus Theologus, & Concionator, ac in Musicis clarus semper ægra valetudine, docebat tamen artes laudatissimè.

Flauius Trombonus, qui metro, & soluta oratione multa eleganter lucubrauit; Phylosophus, & Theologus, item, & Musicæ moderator: multa cuius scripta seruantur, & impressa Musicalia, quæ Motecta vocant, præ manibus habentur.

Peregrinus Marchetus Vir omni scientiarum genere celebratus, qui post multas Prælaturas obtētas, ad Generalatum euectus fuit, & non tàm ipse eruditus, quàm Pater eruditorum Iuuenum vnà cum Laurentio eius concíue Concionatore eximio, ex quorum præcipue cura.

Florent Illuminatus Panizza Artium, & Theologiæ Domicilium optimè fundatum, hoc tempore Prior S. Celsi Mediolani.

Ioseph de Mesculis Phylosophiæ, & Theologiæ Doctor, item & celebris Concionator, nunc aūt meritò Abbas huiusce Canonicæ.

Ambrosius Gozzius Artium pariter, & Theologiæ Doctor, & in Candianensi Canonica Summus Lector. Et alij, quorum nomina libenter recensuissemus, si ea præ manibus habuissemus, vt petiuimus. Absque culpa igitur omnes non recolo.

De Canonica S. Mariæ Gratiarum extrà Cortonam.

Ecclesia S. Mariæ Gratiarum in loco dicto Valle, Calcinarij, sub Parochia S. Blasij solcati extrà Muros Cortonæ fuerat prius quædam Imago B. Virginis depicta super Muro cuiusdam Domus, in qua ad Colloquia conueniebant Artifices, qui Cerdones, vel pellium confectores dicuntur. Circa quam Imaginem aucta in dies deuotione, & Populi frequentia ex oblationibus, de licentia Sixti Papa IV. Sacellum fuit constructum: quod prouidè in admirandā Basilicam creuit, quam Rectores ipsius Ciuitatis, & eiusdem Artis Primarij de consensu Illustrissimæ Communitatis Florentinæ, cuius Ditioni ipsa Ciuitas Cortonensis noscitur subiacere, Congregationi Nostræ Anno Domini 1488. vnierunt. Quod postea plenariè à Sanctiss. Innocentio Papa VIII. per suas Dat. Romæ 11. Octobris eiusdem Anni confirmatum extitit.

In hac autem Canonica floruerunt fœlix Reccolinus à Castro Leone Aretino egregius Concionator, & admirabilis pronunciationis, vt sui laudem optimam, & mœrorem maximum, vndecunque discessit post Conciones, reliquerit, & alij.

Floret autem ad præsens Andreas Petraculus non minus litteris, & virtute præditus, quā in administrando prouidus, prudens, & sedulus, per multos annos Canonicam S. Iacobi suprà Arnum Florentiæ magna laude moderatus, nunc Visitatoris munere gratiosè fungitur, & alij.

De Canonica S. Petri extrà Ciuitatem S. Angeli.

Ecclesia S. Petri extrà Ciuitatem S. Angeli Papalis, quæ nunc Callium dicitur erat simplex, & dependens a Monasterio Monialium S. Petri eiusdem Vrbis, apud quam in agello proprio deuotus Vir Ioannes Rencij Tosti nomine Congregationis Nostræ constru xit locellum, & ipsum omnibus suis bonis hæredem constitutum, nonnullos Nostræ Congregationis Canonicos introduxit. Anno autem Domini per resignationem ipsius Ecclesiæ liberam factam

à præfatis Monialibus Congregationi Nostræ, eandem Sanctissimus Sixtus Papa IV. per suas Dat. Romæ die 1. Februarij Anno sui Pont. 12. Domini verò 1483, confirmauit, & approbauit. Denique post aliquot annos dictus locus in Titularem Prioratum viuum extitit erectus.

In hac autem Canonica floruerunt Adeodatus Garollus in Musicis, & instrumentorum sonis celebris, & alij.

Florent hoc tempore Antonius Orlandus Cantianensis Doctor Artium, & Theologiæ Concionator eximius. Nunc Prior S. Ambrosij de Eugubio, & alij.

De Canonica S. Euphemiæ de Placentia.

Canonica S. Euphemiæ de Placentia titulo Præpositur æ ab Antiquo tempore fuerat Canonicorum sæcularium, postea ab Innocentio Papa VIII. Congregationi Nostræ vnita fuit die 10. Martij Anno sui Pont. 6. & Domini 1491.

Hac Præpositura potitur ad præsens Iacobus de Puttis Ferrariensis ob laudabilem eius conuersationem summè dilectus, & in administratione vtriq; bonus.

In hac autem Canonica floruerunt Onuphrius Placentinus inculpatæ vitæ, & morum, necnon litteris non parùm eruditus. Multos magistratus egit, & alij.

Florent autem Arcangelus Cossa, qui multa impensa coaceruauit Bibliothecam, moderatus est optimè Monasteria Prælatus adhuc viuit Canonum peritusq;, & cum lectitare non possit ad præsens amplius ob grauem oculorum morbum, audiens tamē lingua consulit optima. Nunc Prior. S. Petri Callij.

Marcellianus Guarinonus
Petrus Franciscus eiusdem Patriæ } Ambo Philosophiæ, & Theologię professores, necnon grati Concionatores, & alij.

De Canonica S. Mariæ Magdalenæ Mirandulæ.

Canonica S. Mariæ Magdalenæ in loco dicto (Borgo Franco) apud foueam, seu Vallum extrà Muros Mirandulenses Diœcesis Regiensis fuit primitus fabricata, & dotata ab Illustri Dña Blanca Maria Estensi Consorte Domini Galeatij Pici Concordiæ, Mirandulæq; Comitis, & Congregationi Nostrę vnita. Quam vnionem Sanctissimus Alexander VI. Anno 3. sui Pont. & Domini 1495. cōfirmauit. Quæ in expugnatione dicti Castri solo æquata fuit. Postea

ftea tandem sumptibus,vt plurimùm Excellentissimi D.Io. Francisci Pici ipsius Castri Domini, intra Oppidum apud vetus Vallum restaurata fuit cum celeberrima Basilica.

In hac autem Canonica floruerunt Ioseph de Bergomis Orator Illustrissimus, cuius orationes passim apud Nostros Canonicos reperiuntur:ad cuius virtutem imitandam Vitalis Mirandulanus tũc Abbas S. Agnelli Neapoli Habitu me induens Canonico Ioseph nomine insigniuit ipso die S.Ioseph.1581.

Pius eiusdem Ciuitatis scripsit Centones, Vitam.f.Christi Domini Carminibus ex varijs Poetis desumptis,seruantur Bononiç in Bibliotheca S.Saluat.

Augustinus Zalottus sæpius Visitator, ferè semper Prælatus à prima iuuentute collegit Annales Nostræ Congregationis, ex quibus pauca transtulimus,& alij.

Florent autem Alexander Papazzonus litteris,& Musicis plenè ornatus,& huiusce Canonicæ Prior.

Leonardus Cãtuccius Artibus,& Iure Pontificio eruditissimus, fuit Visitator, & longo tempore Prælatus, nunc extremo senio confectus adhuc viuit deuotioni, & sui non alterius Monasterio domesticæ Curæ vacans.

De Canonica S.Marci de Reggio.

Canonica S. Marci de Reggio olim Canonicorum Regularium S.Marci de Mãtua fuit, deindè ab Innocentio Papa VIII. & successiuè ab Alexan. VI. per suas Dat.Romæ 12.Cal.Maij Anno sui Põt. 6.& Domini, 1497. cum omnium errorum suppletione vnita, & confirmata fuit.

In hac autem Canonica floruerunt. Alexander Bouius præter Generalatum, omnes Religionis Prælaturas adeptus, in Poeticis Etruscis versatissimus,& alij multi.

Florent verò Ioannes Chrysostomus Grimaldus,cuius iniuriarũ incendio innocens vita probata,& nota,Prælatura insignitus, nũc ibidem Præpositus,& alij.

De Canonica S.Io.Euangelistæ de Vrbe veteri.

Canonica Regularis S.Io.Euãgelistæ de Vrbe veteri ab Antiquo tempore fuerat etiam Canonicorum Regularium,qui induebãtur Tunica linea super vesteAzura,cui Capitium similiter Azurũ additum à tergo pendebat. Hæc per decessum ipsorum Canonicorum

post

post multum tempus recta ab Episcopo Vrbe vetano, Gregorio de Ruuere de Parma nuncupato, tandem à Sanctissimo Alexandro Papa VI. per suas Dat. Romę Anno Domini 1498. & sui Pont. VII. vnita fuit Congregationi Nostræ.

In hac autem Canonica floruerunt Ioannes Maria vitæ spectatæ, necnon in administratione, & gubernio probus. Hic fabricauit Canonicam.

Constantinus optimus Pater tùm vitæ, tùm litterarum, Prælaturis ægregiè functus.

Laurentius Massentius, qui vsque ad summum Congregationis Nostræ Præsulatum peruenit ob eius præclara merita. In musicis excellens, scripsit in eo genere multa, quæ vagantur.

Victorius Philosophiæ, & Theologiæ professor, lector, atq. Cõcionator planè versatus, & alij.

Florent autem Lucretius Sieurani, & litteris, & morum integritate refertus, & alij.

De Canonica S. Hieronymi Mutinæ.

Canonica S. Hieronymi Mutinæ per largitionem euiusdam Domus cum Curtili in eadem Ciuitate factam à Nobili Viro Mutinensi Galeatio Comite Camusij Originem habuit, quæ postea à Congregatione Nostra in dies adaucta, in Canonicam Regularẽ restituta fuit, quam sanctiss. Alexan. VI. confirmauit, & ipsa Ecclesia in Prioratũ Can. Reg. Congregationis Nostrę erexit, per suas Dat. Romæ Anno Domini 1498. Pont. sui Anno 7.

In hac Canonica floruerunt. Io. Albertus Finalensis optimæ vitæ, & eruditionis, in Iure Pontificio non parùm edoctus, itemq; in Carminibus latinis dulcissimus, necnon in Congregatione Nostra multis præsulatibus exornatus, & alij.

De Canonica S. Augus t. de Nicosia extrà Pisas.

Vgo puer quidam filius Fogiani in Valle Arni Pisanæ Diœcesis pascens Oues: cum à Plebano eius Villæ videretur Nobili aspectu, & indole, impetratus à Fratre apud illum septennis accessit. Huius opera in Pisana Vrbe tunc, etiam vt modò, Gymnasio præclarissimo illustri, breui Philosophus, & Theologus effectus est: sed Doctrinæ iuncta erat etiam Pietas, & Religio: eius fama permotus Põtifex ad se accersit, cuius Doctrina, & Bonitate cum delectaretur, mortuo Episcopo Nicosiensi in Insula Cypro, efflagitantibus successo-

cessorem ciuibus eum in locum defuncti elegit. In quo Gradu pauperum curam gessit: quod ad Pontificalem Dignitatem pertinet, fecit, docuit, & aliquo temporis interuallo depasto Grege iterùm Romam petijt, & à Clemente IV. benignè susceptus est, a quo rediens Pisas diuertit, vbi Ecclesias ædificauit, præcipuè Sacellum quattuor Doctorum, assignans Clericos, & Magistros Clericos ipsos docentes, cum suis ad sustentationem redditibus. Interim aliquando inuitatus ab Archiepiscopo Pisano in quodam Oppidulo in Valle Calcis Episcopij Iuris, diuertit, vbi ad radices Montis Piniferi, quo loco quercus grandis latrones magnos protegebat, Ecclesiam ædificauit emptis vicinis locis in honorem D. Aug. & B. Thomæ Apostoli Anno Domini 1268. Clementis IV. tempore in Pisana Diœcesi in Valle Calcis, alias gratiosa, à fertilitate, & pulchritudine denominata ad radices Montis Verucæ in loco, quod Stellanum dicebatur, Cœnobio cum suis Officinis superaddito, & librorum copia ad Incumbendum studijs, & prædijs, & redditibus appositis ad sustẽtandos Canonicos, quos secum eò duxit, quibus Regulam B. Augustini constituit profitendam. Quam mirè exposuit, & Constitutiones, secundum quas viuere deberent, cõscripsit, omnia seruata in eodem Monasterio, quo post multos Annos, quibus cum suis Canonicis commoratus est, religiosissimè defuncto, & coram Altare Maius sepulto, pro cuius anima consueuere vsque ad præsens præcedenti die eius obitus, qui fuit in Vigilia D. August. Anniuersaria Officia decantare: multo tempore vi bellorũ ad solum dirutus locus est, & intrà Vrbem Pisanam reliqui Canonici se contulerunt, nec potuerunt eò amplius reuerti, vsquequò bella, & Incursiones efferuebant. At, Deo disponente, alter Vgo superstes Prior cum aliquibus socijs Religiosis, qui redditus subministrauere, deuastatis prædijs prioribus, à Pontifice Vrbano V. Anno Domini 1321. cum maximis Priuilegijs Can. Reg. concessis Canonicam illam restituere, & redintegrare impetrauit, & Habitum Antiquum Canonicorũ Nicosiensium, videlicet, Tunicam Albam cum Rocheto coopertam, & Cappam nigram cum bireto dedit multis Fratribus in die Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ. Eodem Anno, & continuatam professionem Regulæ D. Augustini ratam habuit. His verò Canonicis bonitatis, & Regularis Obseruantiæ fama celebribus, Paulus Guinisius Lucensis locum obtulit, &

donauit

donauit S. Michaelis in Monte Branculi Lucensis Diœcesis, ac vniuit. Tempore præterea, quo ad extinguendum schysma Pisis Concilium celebrabatur circa Annum 1409. quidam Ven. Frater Ord. Prædicatorum cum socijs aliquibus illuc petijt: & Cum Canonicorum mores, & vitam attendissent per multos dies, & Regularis Instituta perdidicissent, Constitutionibus cum ipsorum Canonico Habitu humiliter petitis, gratiosissimè à P. Petro tunc Priore donati, & decorati fuerunt. Qui cum in Amplissimam Congregationem effusi essent, sæpius procurauerunt vniri sibi Can. Nicosiensẽ, quæ tunc celebris valdè erat, vt Frigdianensis Lucæ. In qua re tractanda variè hinc inde elaboratum est, quod reticendum proponimus nunc. Sed non prætereundum, ꝙ Gregorius è Fesulano Monasterio procurator inuasum Anno 1490. Nicosiensem Prioratum per aliquot Annos non bona gubernatione gessit, vt ijdem Canonici fatentur, & Nos in vltimo libro ad horum attestationem in Responsionibus recolimus, quo tempore Apostolica auctoritate, annuente Senatu Lucensi, Monasterium Brancolanum eidem periculo dispositum à Nicosiensi segregatum fuit: sed paruo tempore durauit illa violenta Prælatio. Tandem Anno Domini 1504. & Iulii Papæ II. primo Nostræ Congregationi vnitum fuit Priore Generali Ludouico Orlandino, qui vocatus ad eius Ciuitatis ipsius Patriæ Episcopatu, renuit ire, Procuratoribus Nicosiensis Monasterij Simeone de Pisis eiusdem Priore, & Græcino Marci de Cassina ad Capitulum Bononiæ tunc celebratum accedentibus, Sede Apostolica approbante, ad auferendas iuges discordias inter hos, & illos, & Canonicorum Regularium S. Saluatoris Habitum hi, & alij eius Monasterij Canonici susceperunt. Hæc omnia ex Chronicis, & Scripturis in eodem Monasterio Nicosiensi notatis prout passim per tp̄a res accidebāt excerpta fidelissimè, sed in cõpẽdio.

Huic verò Can. præest Laur. Flor. Vir exẽplaris litterisq; refertus.

In qua floret nunc Prior S. Mariæ Cortonæ Bonauentura Fanellus in Regimine probus, & exemplaris vitæ, ac morum.

De Canonica S. Michaelis Archangeli Lucensis.

Ecclesia S. Michaelis Archangeli de Monte Brancoli à Ciuitate Lucensi per sex milliaria distans constructa fuit ex diuina reuelatione à Nobili Ciue Lucensi Francisco de Diuersis, & Anno Dñi 1063. à Reuerendiss. D. Anselmo Medio Lucensi, eius Ciuitatis Episcopo

ſcopo conſecrata,qui ſtatim à Nuncijs Apoſtolicis, prout ſibi reuelatum fuerat,in locum prædefuncti Nicolai II.Summus Pōtifex ſalutatur,& Alex.II.nominatur.Poſt aliquod tempus addito pręfatæ Eccleſiæ condecenti Monaſterio Monialibus S.Benedicti conceditur.Inde verò ipſæ diſcedentes,ad Inſtantiam Mag.Pauli Guiniſij Ciuitatis Lucæ Moderatoris, ab Epiſcopo eius Vrbis auctoritate ordinaria vnitū fuit Canonicæ S. Aug. de Nicoſia extra Piſas, à quibus Canonicis in Prioratum Can. Reg. erigitur. A qua poſtea Canonica poſt multos annos,data legitima occaſione,ſeparantur. Tandem intuita conuerſatione domeſtica,& pacifica, qua erga Canonicos Nicoſianos Congr. Noſtra ſe exhibebat, Fr.Rodulphus Petri de Luca tunc Prior cū omnibus ſuis Canonicis,& eorum bonis concorditer ſe tradiderunt Cōgregationi Noſtræ,& incorporauerūt. Quæ omnia Iulius Papa II.per ſuas dat.24.Apr.Anno 4.ſui Pont. & Domini 1507.confirmauit.

De Canonica S.Mariæ de Gualdo.

Canonica S.Mariæ de Gualdo de Mazzoca Diœceſis Beneuentanæ, per impetrationem Reuerendiſſ. Alphonſi Caraffæ Neapolitani Patriarchæ Antiocheni Congregationi Noſtræ vnita fuit à Sanctiſſ. Iulio Papa II.Anno 4.ſui Pont. & Domini 1507.die 26.Aprilis.

In hac autem Canonica ad præſens præſidet Seraphynus Finetus Senenſis multis ab hinc annis Prælatus omni humanitate præditus, necnon in litteris vndequaque verſatus.

De Canonica S.Laurentij extrà Vrbem.

Canonica, & Eccleſia omni veneratione digna S. Laurentij extrà portam Tyburtinam Vrbis Romæ,quæ vna ex quattuor primarijs Eccleſijs,quæ Patriarchales vocantur,extitit à Conſtantino Magno Imperatore fundata. Cui poſtea addito celeberrimo Monaſterio Abbatia digniſſima fuit effecta:ex qua(dicitur)fuiſſe aſſumptus B. Hieronymus à Liberio Papa I. & tit. S. Anaſtaſiæ Presbyter Card. enumeratus. Hæc autem Congr.Noſtræ vnita fuit à Sanctiſſ.Iulio Papa II.per ſuas dat. Romæ 7. Id. Nou.Anno 8.ſui Pont.& Domini 1511.

De Canonica S.Mariæ Lucæ.

Canonica S. Mariæ de Luca fuerat ab antiquo tempore paruum Sacellum extra portam Piſtorienſem,& dicebatur S.Maria Forisportæ;nunc corrupto vocabulo(Filiporto)dicitur: q̄ in ampliatione eiuſdem Ciuitatis à Deſiderio 22. & vltimo Longobardorum Rege intrà mœnia fuit recluſa,& ab ipſo Rege lapidibus quadratis ampliata:Tandem p deceſſum illorum Canonicorū Congregationi Noſtræ vnita

fuit à Sanctiss. Iulio Papa II. die 27. Aprilis, Anno Domini 1512.

In hac autem Canonica floruerunt Florianus Lupporis intactæ vitæ, & administrationis in Prælaturis etiam Visitatoris Dignitate gauisus vsque ad summam senectutem, nec minus eruditus in praxi Iuriũ. Hic me Iuuenem Lucæ amplexatus est benignè Anno 1588. & mei genij generi plurimùm adiumenti dedit, vt ex eo tempore præcipuè studio sacrarum litterarum, & Conciones enarrandi incubuerim vsque ad hunc Annum, cum scribimus hęc. Fateor, quibus me debere sentio.

Alexius Lucensis Iuris Pontificij peritus ab audiendis pœnitentibus ad Prælaturam euectus, priori quieti suæ consulens, omnem honorem, & gradum resignauit. Et alij.

Florent autem Ioannes Iacobus virtute, & moribus optimis ornatus multis ab hinc annis ad Præsulatum assumptus, laudabiliter quoque Visitatoris honore perfunctus, nunc huius Canonicæ Prior.

Seraphynus eiusdem Ciuitatis litteris, ac spectata vita illustris diù Prælaturis decoratus, ad præsens Prior S. Michaelis Angeli extrà Lucam. Et alij.

De Canonica S. Agnelli Neapoli.

Ecclesia Parochialis S. Agnelli Maioris de Neapoli fuit primitus in honorem B. Virginis fabricata à B. Gaudioso Abitinensis Ecclesiæ apud Aphrycam Episcopo, cui addito conuenienti Cœnobio in eo Abbatem Monachorum constituit B. Agnellum: quem à pueritia in Dei timore, & cœlesti eruditione ædificauerat. Qui optimi Magistri æmulator effectus, tandem virtutibus, & miraculis clarus Anno ætatis suæ 61. Domini verò 1076. die 14. Decembris Sanctissimè ab hoc sæculo migrauit, & in eadem Ecclesia honorificè in Capella B. Virginis locatus est. Quæ Ecclesia postea à Neapolitanis ampliata, S. Agnelli Maioris est denominata. Tandem cum per plures annos per decessum ipsorum Monachorum destituta fuisset, Congregationi Nostræ à Sanctiss. Leone Papa X die 24. Martij, Anno 5. sui Pontificatus. Domini verò. 1517. fuit vnita.

In hac autem Canonica floruerũt Io. Duta fuit Prior, & in litteris, & characteribus, & pictura insignis, vt libri de cantando descripti S. Marci Ven. Candianę, & S. Saluatoris testantur.

Florent verò Andreas de Amatis Theologus, & Concionator.

Ioseph Mozzagrugnus non floret Collector huius Narrationis, sed aliquales gemmas eduxit. Impressit Giona Profeta esplicato. Mille introduttioni sopra gli Euangelij. Parlari Academici sciolti, e numerosi.

Scri-

Scripsit, & declamauit plura precipuè in laudem Virginis Mariæ. Non me posuissem, nisi necessarium fuisset saltem ob hæc. Quòd additus indignissimè Canonicis Congr. Nostræ adeo ab illa, & illis amatus sum, vt ab ea omnē occasionem studijs incumbēdi habuerim præcipuè Ductore, & Doctore Reuerendiss. Alphonso Bauosio, qui me etiam ad ea studia Congregationis animauit, fouit, erexit, amplexatus est: Amplexati autem sunt in progressu etiam Venetijs Patres Nostri Canonici eius Sereniss. Reip. benignissimèq; quotiescunq. ad illos accessi receperunt tanquam ex suis, vt quæcunq; his maiora, quæ pro viribus obtuli, darem, æqualia non essent eorum in me humanitati: Honore, Fauore, Ope, Beneuolentia non defuerunt: quæ oīa aī, viriumq; mearum gratitudinem, obsequium excitant, & persuadent, vt crudele fuerit, & in me maxima castigatione dignū, si suas laudes, & honores non extulero, si quęsiero, si eorum excellentiam, & amplitudinem non desiderauero, si me illis, & vniuersæ Reip. gratū non exhibuero, à quibus ortum est, vt ipsa Resp. me amarit, & eius Patres, inter quos oēs, quos colo, veneror, obseruo Danielem Diedo Illustriss. & Excellentiss. Senatorem Integritatis, Pietatis, Amoris, & Fidelitatis in Deum, & Remp. ac alij omnes (vt dicas Stellas innumeras ornare Cœlum hoc) suspicio, & reuereor. Patriæ meæ debeo, Venetijs debeo: cui plus, ille iudicet, qui discernit, quid interest inter naturā, & gratiā

Hoc tempore, licet indignus, Canonicæ Cerreti Abbas.

De Canonica S. Antonij de Vienna Patauinæ Diœcesis.

Canonica, & Ecclesia S. Antonij de Viēna Ciuitatis Patauinæ olim vnita fuit Canonicæ S. Antonij Venetiarū Congr. Nostræ sub Pio Papa III. per suas Dat. Romę 8. Id. Nou. 1463. Pōt. sui Anno 4. tandem p Pium Papā IV. in Prioratum viuū fuit erecta per suas Dat. Romæ Anno 1563. 8. Id. Nou. Pōt. sui Anno 4. & Congr. Nostræ vnita, &c.

De Canonica S. Celsi de Mediolano.

Can. S. Celsi de Mediol. vnita fuit Congr. Nostræ sub Paulo Papa IV. per suas Dat Romæ Pont. sui Anno 14. Dn̄i verò 1548. 3. Id. Mar.

Florent autem in hac Can. Stephanus ipsius loci Doctor, & alij.

De Canonica S. Mariæ de Capellis Neapoli.

Canonica, & Ecclesia S. Mariæ de Capellis vnita fuit Congregationi Nostræ sub Paulo Papa III. per suas Dat. Romæ Anno 1549. die 9. Aprilis Pont. sui Anno 15.

De Canonica S. Sofiæ de Beneuento.

Canonica, & Ecclesia S. Sofiæ de Beneuento vnā cū omnibus Gratijs,

tijs, Indulgentijs, Exemptionibus, & Immunitatibus, quibus vsque ad illud tempus potita erat, quæ omnia seruantur in Archiuio ipsius Canonicæ, vnita fuit Congregationi Nostræ sub Clemente Papa VIII. p suas Dat. Romæ 11. Cal. Ian. Pont. sui Anno 3. Domini verò 1595.

Florent autem in hac Canonica Vrbanus eiusdem Ciuitatis Phylosophiæ, & Theologiæ professor, & alij.

De Canonica S. Agnetis extrà Muros Vrbis.

Canonica S. Agnetis, quæ alias à fœc. recor. Sixto Papa IV. Anno Domini 1499. vnita, & annexa fuerat Canonicę S. Petri ad Vincula in Vrbe, ab Innoc. Papa VIII. Anno 1489. 5. Id. August. sui Pont. Anno 5. in titulum viuũ Abbatię extitit erecta ad instar aliarũ Abbatiarum Dignitatum, & Prioratuum Nostræ Congr. quæ omnia Clemens VIII. Anno 1602. die 29. Iulij, & Pont. sui Anno 11. confirmauit.

In hac autem Canonica hoc tempore Pręsul existit Bonifacius Zanius Bononiensis non tàm Nobilitate, quàm omni genere virtutum, optimis moribus, & prudentia vndequaque insignitus.

De Canonica Spiritus Sancti Centi.

Canonica, & Ecclesia Abbatialis Spiritus Sancti Centi erecta fuit per Congregationem Nostram sub Paulo Papa V. Anno Incarnationis Dominicæ 1609. 3. Id. Aprilis Pont. autem sui Anno 4.

In hac autem Canonica floruerunt Raphael Campionius litteris omnibus ornatissimus, qui cum Congregationem Nostram per multos Annos Generalis Præses gubernasset, Canonicam Rhænanam à fundamentis restituit ea forma, qua nunc cernitur. Quod etiam annotauit Sigonius in libro de Episcopis Bon.

Florent autem Paulus Casonus Artium, & Theologiæ professor, & hoc temporę Moderator S. Sofiæ Beneuenti.

Blasius Bagnus Phylosophiæ, & Theologiæ Doctor, post multas Prælaturas in Congregatione Nostra obtentas, primùm, & secundũ Generalis Præsul. S. Spiritus eo loci Canonicam fundauit in Cõgregatione sui diligentia, & Ciuiũ, & Congregationis ipsius beneficio.

Raphael Tartarus Artiũ, & Theol. Doct. atq; Concionator, & alij.

Bononiæ adijciendi tituli Prioratus S. M. de Rhæno, quo nũc gaudet memoratus eximius Vir Raynerius Bagnosius; & Abbatiæ S. Cæcilię de Curuaria, quo Franciscus Ghisilerius nunc potitur.

Itẽq; Iustinianus Bon. Cõcionator expectationis Magnę adscribẽdus

Hic de Locis, & Viris Claris Nostræ Congr. quos si non per singulos recensuimus, ter quaterq. excusamur, vt alibi fecimus.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

NARRATIONIS RERVM GESTARVM Canonicorum Regularium

LIBER OCTAVVS.

De Responsionibus ad ea, quæ obijciuntur Congr. Canon. Reg. S. Saluatoris.



NVnc respondendum est illis, qui non æquo aīo linguā, & calamū acceperunt aduersus Nos: ꝙ quidem non faceremus, & hunc laborē nō susciperemus, si in hoc mundo professi bonitatem, & Christianam Charitatē imitaremur illam sanctam ciuitatem, quæ descendens de Cœlo hāc exprimebat in Christo; In qua ędificata vt ciuitas participatio eius est in idipsum ipsius: & vbi quiq. in Ordine suo stant, nec inuidia tabescunt, quia alia est claritas Lunæ, & Stellarum, & stella differt à stella in claritate: si ēt in hac vita degentes putaremus non esse nostrum solùm habitare super terrā, sed aliorum ēt, qui adeò constituti sunt, vt inutile, & vanum sit domum domui coniungere, & agrum agro copulare: præsertim cum qui Vinea parua sua hæreditate p̄rum potiuntur, ea tantum cōtenti sint, & Viridaria, seu Hortos olerum Regum non ambiant: Verū vltrà Regalia, quibus abundant illi, nostris ruralibus ēt mentē adijcere crudele est, & eius meriti, vt vbi sanguis Noster lingitur, & eorum lambatur: lapides viui coædificamur in Templo Religionis Christi, vt, qui superiorem continet, non oppressione grauetur: &, qui humiliorem respicit, non superbia conculcet. Verùm ad subleuandum eū, quātū pōt ab onere, ētsi sup̄sedeat ei, nitatur, vt sessor

Ps. 121. *Esa. 5.*

semetipsum eleuans ad adiuuandum equum,cui præsidet:Ita enim legimus Deum Arcæ ab humeris Leuitarum portatæ ligna grauissima subleuasse,vt non laborare portatores viderentur:qua de re frequentia sacrificia offerebantur.Equidem nescio, qua ratione fiat, vt qui non offenditur, offendat de eo, qui non dicit malè,pessimè dicatur,quod bruta, & ferissimæ Nationes, barbaraq; effugiũt: an quia annulum aureum quis non habeat,& præciosam Vestẽ,ponẽdus sub scabello pedum aliorum?Hoc tamẽ minus miserum esset, si sordido amictu cingeretur: verùm si itidem præcioso? cur sub plantis sternimur? cur conculcamur? & quidem amplius amputatis summitatibus manuum,& pedum,adderẽ ẽt linguarũ, si cũ illis
*Iud.*7. Regib.sub Adonibezech cõferremur, vt.s.à nobis tollatur occasio, & libertas defendendi,reclamandi,loquendi. Equidem & hoc licc ret,si instar Corniculæ Horatianæ furtiuis plummarũ colorib. induceremur.At si eadẽ nobis,quæ alijs,præciosa Vestis data est:cur à Nuptijs expellimur? annon ẽt nos vxores, quib. datum est operiri
*Apo.*19 byssino,ꝗ sunt Iustificationes Sanctorũ?& si libet solos alios vocari illam Reginã Sapientiã,q̃ clamitat in plateis, sat sit nobis gaudere de noĩe ancillarũ:dum vocatæ ad mœnia ciuitatis,Ecclesię, & S.Religionis Canonicorum Regularium,non excludamur. Deo tm̃ dandum,& sponso claudere nobis Ianuã: non quia non fuimus Virgi-
*Mat.*26 nes,sed quia fuimus Virgines fatuæ (Deus Bone) neq.ipse negauit eas esse Virgines:decem.n.Virginibus assimilauit Regnum Cęlorũ,
*Mat.*20 sed fatuas cernens exclusit à nuptijs,neq à fenestris domus sponsi: Virgines illæ prudentes conuicijs, & maledictis lacessere fatuas: sponsus solus absq conuicio negauit eas cognoscere,ꝗ fecit semper ẽt in reprobatis quibuscunque.In iuda. Amice ad quid venisti? in
*Mat.*22 Murmuratore: Amice non facio tibi iniuriam, & nequitiam sub condõne apposuit, & interrogatione,quæ dubietatem existentiæ
*Mat.*18 rei, de qua interrogatur, repræsentat: Et in non induto Veste nuptiali. Amice quomodo huc intrasti? Et si in illo crudeli exactore simpliciter apposuit iniuriam.Serue nequam: non putandum tantam in uriæ notam iniectam, vt positiuè fuerit malus adiudicatus, sed priuatiuè: quòd ad nihil boni aptus sit ex ipsius verbi significatione: quàm piè, quàm humanè,quàm ciuiliter etiã defectus nostros corrigit Deus.Esto non simus, qui non esse iudicamur: licet tamen alijs,quàm Superioribus,ita firmiter nos nõ esse cõcludere?

concla-

cõclamare? loqui? scribere? dictare? Verùm fortasse nimis vanũ est (ne peiori vocabulo vtar) cõtra dicta probata sæpius, & tantorum Summorum Pontificum Decreta inuehi, si tristantur de bonis alienis, si odio habent fœlicitatem apparentem: Damascenus, Vgo, Augustinus, & Phylosophus inuidos appellat: si ratio huius tristitiæ est, inquantùm æstimant diminui gloriam suam; eò magis inuidos nominat D. Thomas, quia cum non diminuatur propria gloria ex aliorum splendore, quod id fiat putare, est genus infœlicitatis. Hũc .n. Cicero non inuidum, sed inuidentem dicit eum, qui ægrotat ob alterius res secundas, quæ inuidenti non nocent: quod inuidentia potius appellatur, quàm inuidia. Nam quod nocumentum fit illis, siue Canonici Regulares sint, siue non, quia nos Canonici Regulares simus? an quia nos sumus, illi non sunt, qui sunt? an quia non sũmus, illi sunt, qui non sunt, & nos non esse dicunt? illis non deest bonum ipsum, quod nos habemus: alijs, qui eo bono non indigẽt, nil additur boni, si eo bono nos caremus: At neq. Nos cum Canon. Reg. esse comprobamur, excedimus eos, qui Canonici Regulares sunt, cum omnium vna sit ratio; ipsis aduersarijs confitentibus, & legibus cunctis acclamantibus: Minus quidem malũ esset, si vt vultures ad malè olentia corpora, præteritis amœnis, & odoriferis, ferrentur, & vt Muscæ ad vlcera non sana properarent: at, quæ sana sunt, vlcerare, & quæ odorifera, malo replere odore, est, ac si Muscæ morientes perderent suauitatem vnguenti: Magnum malum, ꝙ crescit humilitate, & obsequio eius, cuius gloria tristatur: Esto non simus, qui sumus; Dicamus, & nos non esse, qui sumus, adhuc qui sciunt nos esse, qui sumus, & nõn vellent nos esse tales, quamuis vniatur nostrum verbum eorum cogitationi, diminutione tñ nostræ gloriæ, quæ non diminuitur, non diminuitur ideò eorum tristitia de eo, ꝙ sumus, & opinio, ꝙ non simus: quantò .n. magis etiã nobis tacentibus, apparebit quod sumus, tantò acrius ferientur illi, qui vellent, vt oẽs crederent, ꝙ non simus, quod sumus. Scimus, inquit D. Aug. inuidiam filiam esse superbiæ: ista mater non potest esse sterilis, vbi est, continuò parit: Suffoca matrem, & non erit filia: Mirum inter parentem, & natam tantam esse discordiam, magis mirum inter amicos inuidiam, & maledicentiam interesse, vt Heleobalus interrogatus, quænam præcipuè cauenda forent, responderit. Amicorum inuidiam, inimicorum insidias: optima Democri-

Damas. Vgo. Aug. Arist. D. Tho. Cic.

Aug.

Heleob.

Democ.

ti concluſio: leges non prohibuiſſe ſingulos pro arbitrio ſuo viue-
re,niſi alter alteri fuiſſet inuidus,& inimicus: Etenim inuidia ſedi-
tionis parit Initium. Aduertendum non ſcindendam veſtem Chri-
ſti, de qua etiam alij,quòd linea ſit,& fuerit, gloriantur, quamuis
vltrò: nam cum Chriſti Domini veſtes albi fuiſſe coloris minimè
exiſtimandum ſit, inquit Pineda in Iob,dicuntur tñ in Transfigu-
Pin. ratione albæ fuiſſe,ideſt,fulgentes,& ſplendidæ ex ſplẽdore de cor
Mar.9. pore Chriſti egrediente,vt Marcus: Splendentia qualia fullo non
Luc.9. poſſet talia facere,& Lucas:Veſtitus eius albus,& refulgens: ita in-
Act. 1. telliguntur loca Act.1.& 10.Apoc.3.4.7.15.& 19. in quibus ſp in
10. Græcis ſubeſt altera dictio ſplendorem ſignificans: quòd ſi ẽt con-
Apoc. 3 tendunt fuiſſe lineam, non certè ad Canonicorũ Regularium Ha-
4.7.15. & 19. bitum hoc eſt accommodandum,qui cultum Dei in ſacrificijs no-
Pſ. 109 tat. At Chriſtus non fuit de Sacerdotibus legis, ſed in lege figu-
ratus,ſed Summus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech,nõ
oues offerens,ſed ſemetipſum. Veſtis ergo Chriſti non ſcindenda.
Quod non tm̃ ad non ſcindendam fidem pertinet, verùmetiam ad
charitatem. Varietas.n.colorum, & aliarum veſtium, dummodò
adſit linea, ſicut non variat Canonicos Regulares, & non ad non
Canonicos Regulares reſtringit, ita varietas Canonicorum Regu-
larium,& aliorum ſtatuum non debet variare veſtitum illum deau
ratum circundantem Reginam varietate: quod quia non fit, aliqñ
*Pſ.*44. accidit, vt ſubinde triſtemur, quia non ſolùm propria mala nobis
Anach. diſplicent,verùm & aliena bona,vt dicebat Anacharſis: At hi,qui-
bus detrahitur propter bona,debent inuidiæ potius velle ſubiace-
re,quàm compaſſioni:Nam,ſi cum imperfectè ſtatum Canon.Reg.
egerimus,adhuc ſunt, qui Nos non eſſe Can.Reg. cenſent; multò
magis erimus,ſi benè vitam hanc tranſigerimus, & ſtatum optimè
retinuerimus;creſcentibus etiam detractionibus, & iniurijs, iudi-
cio recto iniuriarum factarum, atq. dictarum non ſubijciemur, ſi
ſplendorem,& illuſtrationem Canonici Ordinis vſque modò,ac in
poſterum amplificabimus,quemadmodum in principio ipſi Pon-
tifices Stellas noſtræ Lunæ adijcientes alteras,atq.alias:Nam Solis
lumen libenter alijs Canonicis relinquimus,vel ipſi Põtifici,à quo
Patris luminum Intro, vt luceamus ſuper candelabrum in do-
mo Eccleſiæ, datum eſt, quod ſub modio alij occultare vellent, &
in ſuis ſæpè litteris teſtimonium reddiderunt: quod faciemus,ſi la

bores

bores manuum Nostrarum manducabimus: & tunc quidem benè nobis erit, & de Beatitudine nostra etiam alij cõgaudebunt, vel eorum inuidia non nocebit: quemadmodum non nocuit Furio cuidam Agellum suum instrũs ruralibus nitidis, & roboratis, manibus proprijs, & filiæ suæ vnicæ robustæ vberius colenti; quã rationi cõsentaneum videretur, à Spurio Albino Curuli in ius vocari, q̃ veneficijs fruges pelliceret alienas: Ostendit.n.suam, & filiæ personam, & graues ligones, & vomeres ponderosos, & boues saturos, illaq; confitens esse sua veneficia: atque ita absolutus est. Dicent: neque inuidia, neque ablatione nostrorum, neque detrimento ex alienis, neque aliqua alia ratione scribimus, dicimus contrà vos; nisi, quia venenum est, quod vos dicitis, & falsitas, & mendacium perimendũ: concedamus: In promptu sumus, vt, quemadmodũ in principio huius Narrationis præfati sumus, veritas producatur, & declaretur: dolẽtes, inspecta, & patefacta ea, quòd vel ipsis rationibus subiacendi sunt, qui contrà scribunt, vel ipso mendacio: non tm̃ inurimus; tm̃ voluntariè scripsisse dicimus, putasse, quod non est, esse, cum ipsi id scripserunt; meliori, & potiori modestia vtentes, quàm ipsi libertate, & licentia in dicendo, scribendoque: neminem offendemus: vnionem tm̃, & charitatem protestantes, & amicitiam. In primo autem loco libet Archiepm D. Antoninum Florentinum apponere, fontem, vnde riui hausti ad formam vasorũ continentium contradictionem. Verba Archiepiscopi sunt, non tñ maculata, vt factum est in alijs aliorum Authorum. (Et post eos quidam alij Religiosi Ordinis Eremitarum segregantes se ab ipso Ordine, vt restrictius viuerent, sumpserunt Statum, & Habitum Can. Reg. Regulæ B. Augustini addentes certas constitutiones approbatas à Gregorio XII. & exempti ab eo à Diœcesanis existunt: Initium autem habuerunt circà Annum Domini 1410. sub quodam Vener. Viro Stephano noĩe Senensi, quorum primus Conuentus fuit propè Eugubium, secundus Cõuentus S. Donati de Scopeto propè muros Florentinos, exinde multiplicati sunt in Fratribus, & Conuentibus in pluribus Ciuitatibus Thusciæ, & Lombardiæ: quę Congregatio dr̃ Scopetinorum à dicto loco, sed magis propriè S. Saluatoris.) Quæ pro D. Antonini castigatione parua quidem, illa citò possent referri, in vltimum collegimus locum: Nuncquàm turpiter verba ipsa Archiepiscopi quidam in suum sensum macularunt: non possum

Ps. 127. *Archie. Flor.*

eorum

eorum vice absque magno rubore exararẽ. De quibusdam inquiebant alijs Canonicis ipse Archiepiscopus refert (Ipsi namq. in agro Senensi, & propè muros Florentiæ S. Donati de Scopeto, & sub titulo S. Saluatoris de Venetijs à quodam fratre Stephano Ordinis Eremitarum instituti fuerunt, vt ipse refert Archiepiscopus) pudet locum citare, librumq; quippequem Patres Honoratissimi castigarunt, emendarũt, & in nouam formam redegerunt, non tñ ad summam Veritatem peruenerũt, vt videbimus, sed appellabatur Propugnaculum &c. liber: Vbi quæso hæc scripsit Archiepš? Vbi terrarũ describitur hic locus in agro Senensi propè muros Florentiæ S. Donati? Vnde titulum hunc S. Saluatoris Venetiarum venati sunt? Ab hoc Archiepiscopo, an ab alio quopiam Chronographo? Scitur, qua ratione in multis litteris Apostolicis, post adeptum à Congregatione locum, scribitur Congregatio Canonicorum Regularium S. Saluatoris Venetiarum, ob relationem loci Venetiarum, & antiquitatem eius Canonicæ: præterea si Ven. Stephanum appellat Auctor hic: cur hi dicunt à quodam fratre? an quia despiciunt nos filios, sicuti Patres Nostros, eo modo de nobis loquentes, vt Iudæi de Saluatore vbi est ille? quis est hic? si non esset hic malefactor, &c. sed D. P. Aug. cõsolatᷣ Nos, cum vel iniurijs oppetimur, vel honestis titulis priuamur eo, quia ipse Iesus appellatus fuit seductor ille: sequebantur non descriptores verborum Archiepiscopi, sed variatores. (Qui, vt à primario suo iugo eximeretur, Habitum lineũ Canonici Ordinis assumpsit.) D. Antoninus dicit è cõtrario (vt restrictiùs viuerent:) Hi addunt, imò peruertunt verba, & dicunt (vt eximerentur à primario suo iugo:) nisi librum illum, vt dixi, prudẽtissimi Patres expurgassent; facilè demonstraremus, ꝙ non solùm hæc peruersa, & mutata fuerunt ab eo, qui hmõi scripsit, verùmẽt, quæ Auctor Supplementi Chronicorum, per nouam Impressionem, multa: & quæ verba in litteris Apostolicis: Nos verò qui collegimus hãc Narrationẽ, pacem volumus, inquirimus, amplectimur, & cum impugnãtibus gratis, loquimur pacificè: nõ possumus autem subticere, quæ iam diuulgata fuere, & ex quibus alij potuerũt accẽdi ad eadem promulgãda, quamuis ablata sint: Ignis quippè ardet in stupa, quamuis lucerna, vnde fauilla progressa est, non amplius eodem loco consistat, vel extincta sit: vltrò euanescit dictum, ꝙ nõ vt eximeret se à iugo suo primario Habitum Canonicum induit,

Archie. Flor. — *Propug.* — *Luc. 7. Io. 18. Mat. 27* — *D. Ant.*

sed

ſed vt ſtrictius viueret per verba D.Antonini, ſed quia etiam in ip- B. Ant.
ſo Diuo aliqua notamus, nō ita ſecūdū Narrationis Noſtræ verita
tem appoſita:ex dictis in ſuperioribus libris inſpicitur, deliberaſſe
P.Stephanum arctiorem Ordinem ſuſcipere, quia videbat in ſuo il
lo Monaſterio incuria Superiorum maiorum, & libertate tradita
à ſchyſmate,relaxari maximè Regularem Obſeruantiam;quod ipſe
Gregorius ex mente ſua & cogitauit,& acceptauit,& perfecit: non Greg.
feciſſet autē,ſi cognouiſſet Stephanum ad illum recurrere,vel voca
tum ad illum accedere,vt laxiorem vitam traheret: maximè cum ip
ſemet Gregorius,&Monachos,& Canonicos reformare ſtuduiſſet,
& vouiſſet,nedum quidem & iniurijs laceſſitum expuliſſet, qui ab
eius Reformatione in priſtinum Eremitarum Habitum cum illo
Conuerſo Bergomēſi redierunt:ſed,habito colloquio cum Ponti-
fice eius relaxationis, Pontificem ipſum mouiſſent ad expellendū
à ſuo Patrocinio;quem tamen ita expulſum, vti contingebat ſan-
ctis Viris antiquorum temporum,tàm benignè recepit, atque per
Comitem Vrbinatem Monaſterium Ambroſianum ſtabiliuit ei, &
ſuis eorundem fama ſanctitatis pernota; quæ non parturitur
à deſiderio, & conceptione eximendi ſe à iugo primæuo. Am-
plius addebatur (ſed, ne ab Eremitico Ordine in totum ſe abdi-
caſſe videretur, voluit deſuper indui ſcapulari albo, in quo prius
Eremiticum Ordinem fuerat profeſſus, quod Canonicis Regulari-
bus non competit,niſi in caſu Apoſtaſiæ, vt eſt bonus textus in ca.
Mandamus.19.q.3.) Textus ille, & præceptum eſt contrà Canoni
cos Regulares procedentes ad Ordinem Monaſticum: quos vult
Pontifex reuerti ad primum Ordinem cum pœna loci inferioris,&
memoriali cucullæ. At beatus Stephanus non apoſtatauit à ſua Re
ligione,vt indigeret cuculla,& ſcapulari ad huius rei memoriam:ꝑ-
terquamquòd cuculla illa,de qua textus, eſt cuculla eſſentialis Mo
nachalis,non tū cum ſcapulari idem, quod ēt Canonicis Regulari-
bus competit ex accidenti:neque ad ſeruandam memoriam antiq
ſtatus retinuit ſcapulare;ſed vt Clauſtralium decus retineret ēt fa-
ctus Canonicus Reg.de expreſſa auctoritate Pontificis conſtitutū
eſt,nulla ſuper hoc petitione facta de ipſo Stephano, ſed nec in pri
mo Gregorij XII.Priuilegio noīato: & mirum quidem eſt, ꝙ talia
dixerint contra nos,qui hactenus nihil in alios ſcripſerunt,dixerūt,
locuti ſunt:ꝙ neq.ijdem, qui contra Nos dicunt vnquam vſq. mō
con-

conquæsti sunt,sed neq.conquærentur, nisi adeò affligant in poste rum,vt cum moderamine inculpatam tutelam nřam apprehendamus:Habemus.n.multa varia vera, quibus inuehi possumus in eos, & Nos:ꝙ faciemus in vltimis necessitatib.constituti, & ad triarios redacti:sedemus taciti nostra pace perfruentes,si quę datur ad perfruendum: cedimus vsq.modò eis de loco, de præeminentia, quò iurgia deuitaremus:præferendi quidem,q̃uis quibuscunque iurib. contendant,siue priuilegijs,vel pręstantioribus,vel vetustioribus,si ue primarijs Institutionibus,aut Constitutionibus, siue quacunq; Antiquitate,ēr ipso habitu Canonico,& Claustrali,Canonici item Regulares dicendi,si res excutiatur.Neq.n.sumus de illis falsis Fratrib.sequacib. Auctoris supplementi,quos nominabant,à quib.iam nihil æditum fuit, vt ij non simus, qui primum publicauerunt, de Eremitis auctores aliorum emanasse sumpto lineo Habitu sub pullo scapulari,quò à nobis,qui priores album suscepimus,in colo re differrent,à posteris suis abiectum,& ad aliam formam redactũ, ꝙ nos nunquam fecimus,decore Claustrali Insigni à Greg.XII. cõcesso,& dato admodũ gloriantes:& Nos quoq.Cappam griseam,q̃ principiò super Scapulare, & Rochetum dederat idem Pontifex, commutauimus in nigram, dũ vniremur sub Martino V. antè fundatam aliorum Congregationem Canonicis illis Saluatoris,& Sanctæ Mariæ de Rhæno Bononiensibus,qui semper ab antiquis nigrã gestauerant:& si vterq. color ēt tunc foret Can. Reg. quod innuit

Io. An. Io.Andr.Clem.1.de Elect.erat & illis commune pariter Scapulare, si tñ sub scapulari numerant Canonicos S.Marci,de quibus fatetur Io.And.vbi sup.& de quib.dixerunt,ꝙ penè oẽs extincti sunt,quasi eandem extinctionem appetierint de nobis:sed si illi S. Marci Canonici extincti sunt non eo,ꝙ Scapulare habuerunt, sed alia rõne, alioquin ēt alij debuissent extingui, qui Scapulare in Caputiũ cõmutarunt, ꝙ magis Cucullam in memoriam Apostasiæ represẽtat hmôi destinatam:sed absit,vt nedum extingui,sed ne diminui aliorum,& nřam optemus Religionem,quin aliqñ(vtinam)coniũgere mur adeo,vt inuicem non mordeamus,& mordeamur: falsum quo que conijcitur quod dicebant,Stephanum professum fuisse in Scapulari albo,siue Cuculla.Patres.n.Eremitani,quorum maxima laus est per vniuersum orbem, ex quorum Honore plurimũ nobis adiunctum decoris testamur,deferunt hoc dumtaxàt intra Claustra,

deposi-

deposita Cuculla, in quâ cincti absque scapulari oẽs è contra profi tentur:neq.aliam ob rem repertũ fuit Scapulare à D. Benedicto in Regula,nisi,ꝙ ipse dicit,ꝑꝑ opera:quatenus,seposita cuculla,laboribus expeditiores Monachi viderentur:ꝙ si vrgent Auctorem supplementi primum publicasse Stephanum seruasse Scapulare in memoriam suæ prioris Religionis,dictum ab eo certissimè: assero sine aculeo in gratiam vtriusque Religionis,sed minus veraciter: nõdũ enim viderat nr̃a Priuilegia:& ꝓpea putarat prius simpliciter factũ à Stephano:ꝙ tamen notum est vltroneum opus Sedis Apostolicæ à Greg.XII.induente eum apud eandem Sedem, Rochetum, Cappam,& inter medium Scapulare,ꝙ ipse deferre vouit, dum Pontifex schysma purgari optaret,vt dictum est, ꝙ ẽt sigillatim approbauit Martinus V.mutato tamen colore griseo Cappæ in nigrum: nõ dubitauerimus aũt ita Stephanum reseruatum non inuitum acceptasse,quo sp Religiosus vbiq. fuisset,& quod notum est apud oẽs Religiosos,illud esse Insigne Claustrale,vt notat Iulius II.in Priuilegio præclarissimo Nostræ Religionis,quo eã paulò antè mortẽ donauit. Verùm eadem res in diuersis parit diuersum effectum: Scapulare in Dominicanis essentiale est,vt in Carmelitis, & sunt Mendicantes:est ẽt in Carthusianis,& Monachis oĩbus non Mendicantibus,quamuis non oĩum idem color sit:deferebant & Canonici S. Marci:& nos S.Saluatoris deferimus: & Eremitani deferunt Mendicantes,sed non pro eodem essentiali: non põt ergo appellari magis Eremiticus,q̃ Canonicus,aut Monasticus,aut Carthusianus:In singulis gerit singularem effectum:nam suus cuiq.Ordini est,in his essentiale, in illis aũt defertur in signum Claustrale; q̃ autem violenter casum illum Apostasiæ de Scapulari citent,vt sup.retulimus, luce clarius apparet: nã qui desciuere à Canonicali ad Monasticũ, ad Canonicalem Ordinem coguntur reuerti cum illius pęna,& memoriali.Nunq̃.n.fatebimur Cucullam,& Scapulare tm̃ deputatum ad pęnam simpliciter,sed ad memoriam,vt latius in superiorib. disputauimus.At Patres Nr̃i,quando à Canonicis ad alios Religiosos transiuere?& vnde postea ad pristinos reuolarunt? de his.n.solùm cauit canon ille: de Stephano, & sodalibus legimus testimonium Greg.XII. Martini V.in Nostris Priuilegijs; ꝙ fuerunt assumpti ad hũc Statum,& Habitum,de quo testatur Archiep.prout quotidie promouentur multi de omnib. Religiosorum Ordinib.ad Epatũ, &ad

Gre. 12 — *Mar.* 5 — *Iul.* 2. — *Greg.* 12 — *Mar.* 5. — *Archie.*

& ad alias Dignitates, quòd si fidelissimum testimonium Archiepi assumunt, vel credere debebant ipsi dicenti (sumpserunt Statum, & Habitum Can.Reg.) vel repetere ea Priuilegia, vnde ille id hauserat, vel non supprimere verba Archiepi, vt viderentur nec quærere, quæ reperire noluissent, vel quæsita, & nolita subticere. De Statu vide B. Thomam de perfectione vitæ Spiritualis. & 2.2. q.189. & contrà Impugnantes Religionem: De Habitu Io.Andr.Clem.1. de Elect. Sed proferendi hi, qui de nobis contraria dicũt. Aiunt.n. illum dicere; (& quãuis sint distinctæ Cõgregationes, & fortè sub alio colore in Habitu exteriori, & forma Habitus prædicti, non tñ diuersi Ordinis esse censentur: vt inde sciant ex seipsis quam distinctionem intelligant in habitu exteriori coloris, & formæ habitus: in hoc Habitu alij commutarunt formam Scapularis in Capitium, quod vocant Pellium (non audent tñ sibi vltrò ingerere, vt Mozzetam appellent, vt Cœremoniale Episcoporum vocat) seruato colore) nos, seruata Cappæ forma, eius tñ colorem permutauimus: vtrique ergo censebimur ex eorundem verbis eiusdem esse Ordinis: probant hæc mox subijcientes (dummodò in eis sit eadẽ professionis, & Habitus linei ratio, eadem erit in eis iuris dispositio) professionis ratio status est illæ actiuæ, & contemplatiuæ vitæ pro sñia B. Thomæ. Habitus lineus est Toga linea, quam notat Io.And. sub Cappa, & vterq. ab vtroque generaliter est in omnibus Canonicis hmõi (quod negare (inquiunt) ex deliberata malitia sapit naturam fraternæ inuidentiæ, & impugnationis agnitæ veritatis, quæ per se nota est) & alibi (illa ergo duo, videlicet, professio Regulæ Augustini, & linei Habitus assumptio, ipso iure sic disponente, cõcurrunt ad specificam vnius, & eiusdem Ordinis rationem.) Est autem in Nostra Congregatione Saluatoris eadem ratio professionis, & Habitus, quæ hr̃ in cæteris quibuscunq. Canonicis hmõi attestante eodem Archiepõ (Sumpserunt Statum, & Habitum Can.Regul. addentes Regulæ B.Aug. certas Constitutiones approbatas à Gregorio XII) imò ab ipsis Gregorij Cõmissarijs datas, & ęditas. Quid igitur dicunt de Scapulari, si Habitus exterior non est in hac consideratione, siue colore differat, siue forma, (modò extet Habitus lineus) & professione Augustini eadem ratio? Addunt de nomine fratrum (& voluerunt vocari inuicem fratres, secundum consuetudines prioris Ordinis Eremitarum, quod etiam Canonicis Regu-

B. Tho.
Io. An.
B. Tho.
Io. An.
Archie.

laribus non conuenit, quia primæua eorum Institutione Canonici vocati sunt Domni) nùm Apostolica? nùm Augustiniana? Duas has, vt vidimus suprà, Institutiones primæuas afferunt. Si neutra: certè Martiniana, & non de omnibus, sed de Congregatione Frisionaria, quam ille instituit Anno suo 4. & si nonnulli fortasse etiã, post hanc, prænomen hoc sibi desumpserint. Nam vbi hoc apud Augustinum (quò Antiquiores omittamus) de suis Clericis legimus? Vbi apud Decreta, & Decretales, vel in vno loco? Vbi apud Petrum Damiani in Regula sua Canonicis Portuensibus ædita? vel, vbi in Priuilegijs? vertant omnia: Nusquam sibi personabunt Domni: obstrepent verò contrà Fratres vbique, Domnos primus D. Benedictus in Religiosis Abbates suos denominari mandauit, quorum pleriq. citrà Ordines sacros fuere: & hinc promiscuè Monachi nigri eodem nunc prænomine vtuntur, & tñ non sunt Clerici per se. Quia dicunt: nuncupantur Domni, quia eis propriè competit per se, vt sint Clerici, quasi hoc prænomen sit Clericorum, alterum essentiale, vel eorum essentiali connexum, quod sanè prius Laicorum Monachorum fuit, vt cõstat: fuit etiam longè antiquius Summorum Antistitum, quamuis satis sciam nec Martinum, nec Pontificum quempiam hoc noĩe vsquam Frisionarios, vel Monachos compellasse: Lectæ sunt Constitutiones quædam antiquissimæ apud Canonicos Brixianos S. Io. Euangelistæ deforis, vbi inhibentur Canonici, ne simplici noĩe singulariter nominẽtur, sed sub prænoĩe Fratrum: Præpositi verò Domni: Fratres etiam prænominari pariter subnotatur in præfata Regula Petri Damiani, quas vtrasq. si legerint, fatebuntur eadem tempestate prodijsse; Sed de hoc nomine Fratrum alibi. Sequuntur propterea duo hæc (cum satis verteretur in dubium: an ipsi sint veri Canonici propter Nomẽ, & Habitum superindutum, nouiter impetrarunt ex Priuilegio Sedis Apostolicæ fieri Can. Reg. Iulio II. Pont. Max. concedente) & apud quem vertebatur satis hoc dubium? An apud hunc eorum fidelissimum, & authenticum Auctorem Archiep.? qui primos hos, sicut & alios Canonicos emisit in lucem? (Sumpserunt, inquit, Statum, & Habitum: quod & eorum Maiores olim fecere Eremitæ Frisionarij.) Nùm dubitauerit Io. And. esse Canonicos, cũ hos omnes iudicauerit ex simplici Habitu Togæ lineæ? Nùm tàm immemores hi, quòd eosdem ex hac auctoritate astruũt sub sola Habitus linei,

D. Ben.

Iul. 2.

Io. An.

& professionis ratione, quam eum statum Canonicum dicimus? Nonne ex his duobus tm̃ asserunt in omnibus esse eandem iuris dispositionem, spreta cuiuscunq. exterioris Habitus forma, & colore? Et quod hoc negare ex deliberata malitia sapit naturam fraternæ inuidentiæ, & impugnationis agnitæ veritatis? Quid igitur negant in ijs, quid impugnant (non dicam fraterna inuidentia, cum hi fratres non sint, sed Domni, sed alia passione) agnitam veritatem? Nihil ibi eis aduersatur Scapulare exterior Habitus, nihil prorsus aliquid cognomen. Omnes pro Canonicis habent probatos, modò adsit Habitus lineus, quem & Nostris adesse apertè pronunciant, & professionis ratio, quam nunquam non cõcomitantur lineæ Togæ in Claustralibus. Ista duo, inquiunt, non Scapulare, nõ prænomen Frater, hæc tunc nihil ducebant, sed professio Regulæ Augustini, & linei Habitus assumptio cõcurrunt, imò inuicem cõcomitantur ad specificam vnius, & eiusdem Ordinis Canonici rationẽ. Et addunt (cum ista duo, non illa, quæ causantur nunc in alijs Canonicis (cum ibi reliqua omnia abnuant præter duo hæc professionis, & Habitus) concurrant tàm in Modernis, q̃ in Antiquis Canonicis, sequitur quòd vna, & eadem Iuris dispositio omniũ sit:) Vbi quoque probant pro maiore corroboratione Congregationem S. Marci, qui nihilominus dissidebat à Frisionarijs ex Scapulari, & nomine Fratrum, verũ etiam ex colore Cappæ. Vnde igitur hæc duo obstant eis modò in vnis, cum nec tria tunc obstant in alteris? vnde hæc duo somniarunt aduersus priora illa duo, quæ Iuris tm̃ esse contendebant, si præter illa, cætera sunt Iuribus considerata? Impetrarunt, inquiunt, ex Priuilegio fieri Can. Reg. Iulio II. Pont.

Iul.2. Max. concedente; Qua impetratione opus erat, cum concurrerent ea, quæ asserunt facere Can. Reg. omnes eiusdem esse Ordinis? Sanè neque cõspicio ex verbis Iulij II. nos impetrasse fieri Can. Reg.

Greg.12 sed declarasse Pontificem nos fuisse vsque à Greg. XII. Institutos Can Reg. Nos. n. inquit Iulius, eos vt existentes veros, & indubitatos Can. Reg. Ordinis prælibati; quib. à dicta Sede Apostolica Scapulare, quod Insigne Claustralium est, gestandum super Rocheto, in præfatæ Congregationis primordijs etiam in publicis actibus, & Priuilegijs, & Gratijs, quib. quicunque alij Canonici potiuntur, & gaudent, potiri, & gaudere censemus. Num ex his verbis impetratũ, fieri Can. Reg? Nonne potius semper fuisse declaratur à præ

fatæ

fatæ Congregat.exordijs? Nonne hic Habitus assumptio sub eisdē primordijs, & Aug. Regulæ professio apertè legitur, quæ præsertim Claustralibus Clericis iugiter inest? Attendāt principiū Priuilegij. Ad dilectos filios Congregationis S. Saluatoris Ord. S. Aug. Can. Reg. Hic status ille, & Habitus proditur Can. Reg. Rochetum, hoc est, Toga illa linea, qua à Ioanne Andrea innuitur Habitus Canon. *Io. An.* Reg. fuimus autem tāto priuilegio donati, quo nullum vberius antea, præstantiusve prodierat ab illa sede. Gratis, & vltrò ab eo Pontifice palàm sui compellabantur Fratres, hoc nostrorum nomine ēt oblectabatur Iulius. Legantur 12. Priuilegia Greg. XII. quibus Nrā *Iul.* Congregatio erecta est. Legantur sex Martini V. qui mox in noua *Greg. 12* Reformatione vniuit illi diuersa Monasteria sub approbatione primùm Priuilegiorum oīum Gregorij. Legantur & deinde Eugenij, *Eug.* & singulorum Pont. vsq. in hoc Iulij nouissimū, & cognoscent hūc *Iul.* statum Canonicum, & hunc Habitum, & eodem Canonicorum titulo fundatos principiò, quo hic à Iulio recensentur. Nihil hic noui compertum percipietur; quæ singulis passim hn̄t quibusq. sub tot Pontificum titulis, vno hoc sub titulo Iulij vniuersa colligunt. Nam, ꝙ asserunt (Canonicorum Lateranens. Priuilegijs gaudere posse impetrarunt) hoc primo eius Gregorij Priuilegio elargitum inuenies, qui oīum tunc totius Canonici Ordinis non Frisionariorum cōtulit, & Eremitarum. Sixtus dehinc IV. Frisionariorum, *Six. 4.* quæ post Gregorium manarunt, illis aggregauit. Aduersus aūt ea, quæ subiungunt, (cum eorum antiquissima Institutio, & Ordinis antiqui continuatio à Pontificib. Romanis, quamplurimis, & antiquis Priuilegijs, Indultis, & Gratijs fuit multipliciter decorata) nō est modo Nostri Instituti differere: nam illi clypeo vtebantur ad offendendum: nos habemus ad patiendum, & defendendum tantùm, vt Turris illa Dauid, ex qua mille clypei pendent, sequuntur. (Concluditur itaq. ꝙ ipsis Lateranensibus Canonicis competit esse Cle- *Cant. 4* ricos siue Can. Reg. ex natura, ipsis autem ex Priuilegio) quod si sentiamus simpliciter de Canonicis Lateranen. quid iudicabimus de Frisionarijs? Num & hos ex Priuilegio, quib. idem, vt ipsis, illis linei Habitus, & eadem Augustiniana professio militat? Nec dubium est, quin illi Lateranen. antè Augustinum, & hanc eius Regulæ professionem fuerint Canonici, hoc est, Regulares sub B. Syluestro, & cæ *B. Sylu.* teris dehinc Summis Pontificibus, perinde vt fuerint ex sui natura

supe-

superiores omnes antè conditum Lateranum vsq.in Apostolos:de
Clem. 1 quibus fidem facit Clemens I. c.Dilectis.& Vrbanus c. Scimus, cũ
Vrb. multis alijs.12.q. 1. Hanc tàm argutam distinctionem naturæ, &
D.Tho. Priuilegij non inuenere nec D.Thomas,nec Scotus, nec alij huius
Scot. litteraturæ eximij Doctores; sed nec ipsi antea, qui, vt vidimus suprà,oẽs Can.Reg.Antiquos,& Modernos prius iudicauerunt cẽseri vnius,& eiusdem Ordinis,argumẽtati ex eodem Habitu lineo, & pari professione Regulæ Augustini in omnibus.Quòd si tùm antiquos metitur in Apostolis vsq.ad Augustinum:Modernos autem posteriores Augustino:quænam eadem Regulæ professio Augustini,dato,ꝙ idem oĩum foret Habitus,arctabat vtrosque?Nam in Apostolis fundasse Institutionem Ordinis Canonicorum iamdudũ probatũ est.Vnde ergo hęc distinctio,ꝙ aliqui Canonici sint exNatura,aliqui ex Priuilegio;cum in omnibus duo illa probẽtur,vnde
D.Tho. oẽs ꝑꝑea eiusdem Ordinis censeantur? Neque D.Thomas de solis Frisionarijs sentire potuit,ꝙ Can.Reg.sunt Clerici per se,vbi suprà, qui nondum emerserant.Quòd aũt inferunt (non ergo nouus ordo) neq.nostrum est repetere, q̃uis pro nouo titulo legamus apud Eugenium IV. Congregationem Frisionariam publicatam in Reformatione Lateranensi:Ordinem Lateranensem neq.apud eos,neque apud alium vidimus. Quòd aũt constat ex consequenti fuisse antiquissimam Ordinis Canonici continuationem,& susceptã sub
*Gre.*12. protectione Sedis Apostolicæ,fatemur antè Greg.XII. à Romanis Pontificibus prædictis,quasi nouum non fuisse tꝑe Greg.XII. nec
Aug. ab ipso institutum.Hunc.n.Institutum dicimus abAugustino apud Aphrycam.Cum verò sub tanta assertione enitantur in omnib Canonicis Reg.eandem esse rationem professionis Regulę Augustini, & Habitus linei,& consequenter eandem Iuris dispositionem,& ꝙ vnus,& idem est ipso iure oĩum ordo, q̃uis fuerint diuersarũ Congregationum:quem Ordinem,oro, hic intelligunt? nùm Frisionarij,aut sui Lateranen.? Num Saluatoris,aut D.Marci? Si Canoni-
*Alex.*4. ci,si D.Aug. dumtaxàt (huius certè sonant Priuilegia Alexand.IV.
*Greg.*10 & Greg.X.) de hoc cum eis sentimus. De Frisionario aũt hic intelligere non possumus,cuius sola est hæc Congregatio Frisionaria,siue Lateranen. diuersa à superioribus. Si ergo omnes hæ Congreg. licet diuersæ censeantur, eiusdem tñ professionis Regulæ Augustini,& eiusdem Habitus linei,& consequenter ipso Iure eiusdem Or

dinis

dinis sunt(vt aiũt)& non Frisionarij,aut Lateranenses,sed Canoni ci,& Augustiniani:vbi est hic illa superior natura ĩnata magis suis, quàm alijs? Quid hic facit Priuilegium illud Iulianum, q̃ obijciũt Nobis? quid Domni? quid Fratres? quid Scapulare? An fortasse Augustinus duos filios habuit, vnum de Ancilla, & alterum de Libera,vt suos de Libera,Nos de Ancilla procreatos velint? Vbi hoc expresse diffinit Io.And.de Habitu Canonico Lateranensi? Quòd si damus eum sensisse de Canonicis Lateranensibus: de quibus, quæso, intelligere potuit, nisi de ijs sæcularibus, qui erant dumtaxàt suo tempore in Natura,vti sunt adhuc? Cum autem in Priuilegijs stylus habeatur hic:Cum in Ecclesia Nostra Ordo Canonicus, seu Monasticus institutus esse dignoscitur:Nos modò sic interpretamur,vt vel introductum asseramus in Ecclesia illa, vel eam eo ini tiatam,siue ipsi Ordini demùm nuncupatam,Quo sensu eorũ conclusionem recipimus, & quicquid laborant pro hac Institutione, modò eam referant ad hunc Ordinem antiquum, quem hic profitentur,& continuationem Ordinis Frisionarij,& Saluatoris, ac D. Marci, ac omnium hmõi, quos simpliciter Congregationem dicimus Religiosorum diuersorum Monasteriorum, imò potius & cõtinuationem quorumcunque Can.Reg.vbique,vel extrà eos Ordi nes nouos,vel Congregationes consistentium ex illo pariter deriuent, deriuent quinimò,& Iesuatorum, si inter hos transmutaren tur.Quod de omnibus generaliter vnius,& eiusdem Ordinis ratio, ac Iuris pariter dispositio cum Antiquis, quod illi tũ de suis Late ranensibus sudant perpetuò continuari. Quod aiunt ex ea confirmatione facilè constare ipsum Ordinem continuatis Successibus sub Apostolicæ Sedis protectione,per longissima tempora antè ip sum Gregorium XII firma radice perstitisse illibatum. Si sentimus Canonicum Ordinem institutum in Apostolis,fatemur nedum antè hunc Gregorium, verùmetiam antè Augustinum continuatis successibus sub Apostolicæ Sedis protectione per longissima tẽpo ra firma radice perstitisse illibatum. Sed & hoc fatemur sub Augustino, & post Augustinum teste Possidonio. Chronographi quoq. vetustiores, quibus & Archiepiscopus suffragatur, nouam Reformationem scribunt huius Ordinis intra Annum Salutarem 1000. & 1100.qua tempestate & Petrus Damiani condidit nouam Regu lam Portuensibus Rauennatibus approbante Paschali II. At relaxatos

Iulian. *Io. An.* *Greg.12* *Possid.* *Archie.* *Petrus Dam.*

xatos postremo tempore generaliter Canonicos Reg. à sua Regu-
Archie. la,testatur idem Archiepiscopus, cum postea intulit Reformatos; mediantibus duobus Viris sub binas Congregationes has, nos dehinc nouos Ordines compellauimus impropriè licet, & nihil ab hoc stylo aberrantibus etiam illis.

Greg. Ex Priuilegio Greg. pnotato obelysco Nomē Fratrum expunxerūt:nam mox vt Canonicorum nomē scribitur, nomē Fratrum subnectitur,vt in primo:Dilectis filijs Canonicis,& Fratribus; & infrà: q omnes,& singuli Fratres,siue Canonici,& inferius; perinde illius Canonici & Fratres;expūctum autem hoc nomen est,vt non verteret in dubiū, an illi censeri deberent Canonici, vt in altero Greg.
Greg. eiusdem Priuilegio sub Datum eodem Mense, & Anno, & loco Pont.3. 5. Non. Apr. ex eadem prorsus abbreuiatoris, vt dicunt, officina profectò impendente bulla plumbea, vbi pariter sæpius legere est coniuncta hæc nomina Fratres, siue Canonici; & Canonici,siue Fratres. Addunt(cum ergo præcedentia Romanorū Pont.testimonia dent intellectum ad subsequentia, constat euidēter hunc ipsum Ordinem Canonicum sub Regulari eiusdem Ord.
Greg. Obseruantia,non nouiter sub hoc Gregorio, sed antiquitus longè antè per tpa fuisse institutum)sed neq. ex præcedentib. Priuilegijs nouimus,aut subsequentibus aliquem Ordinem,prętεr eum Canonicum,secundum Regulam B.Aug.institutum sub Alex.IV. in Monasterio Frisionario,de quo iam interprætati sumus: pro eleuando internos omni æquiuoco,Monasterium ipsum,siue potius eius Ecclesiam,nam de Ecclesia loquuntur Priuilegia,institutam fuisse sub Ordinem Canonicum eam Ecclesiam secundum eam Regulam, ne pro eorum sensu cogamur numerare tot Ordines vbiq. per omnes Orbis plagas,quot Monasteria recensentur:Nam hoc pacto diceremus Congregationē Nrām Saluatoris tot possidere Ordines, quot Canonicas,quod & de Monasticis idem compellemur. Neque vsq; negauimus Ord.Canonicum huiusmodi institutū Antiquitus longè antè Gregorium hunc p tēpora in mille priuatim Monasterijs. In Reformato libro,mutato titulo Propugnaculum in de Antiquitate, & Dignitate Ord. Canonici, Basilius Sirenius oī Eruditione clarissimus,ait,(Senatui optimo Congreg.Can.Reg.Lat.nuncupatorum)dicans opus,inquit rōnem operis,defensionem lacessitæ,& hinc inde diuexatæ Congreg.suæ,& Domus Lateran. profectò neminem

minem scimus aduersus Domum Lateran.lacessentem,& diuexantem, pro qua hi Canonici Propugnaculum ædificare studuerint: cuius Domus cum nõ habeat nisi Titulum aduersus, contrà quem nemo insurgit,miror quo modo pro ea pugnent acerrimè, sed nõ pugnant pro Domo illa, sed aduersus alios Ordines,& Congreg.vt meritò,si qui fuerint,scripserint aliqui:ex nostris nullus Reformantes aũt hostilem faciem demoliuntur tanq̃ filij Dilectionis, & pacis,seclusis altercationibus,& obfirmata humiliatione; ergo in primo libro erant altercationes absq.conciliatione,facies Hostilis absque Pace,&Dilectione.Verùmẽt in Reformato dicunt Pax,Pax,& non est Pax,& sunt pacifici odio habentes Pacem, vt videbimus,ẽt visum est.Palatium vocant,& adhuc est Castrum: ꝙ si armamentaria fiunt decoris aulæi,& fulgoris peristromata,nescio quæ erũt vera arma,nisi velint,abrasa multitudine iniuriarum,quibus inuectus est D.Augustinus Tycinensis auctor Propugnaculi aduersus multos,& præsertim aduersus auctorem Supplem. Chrõn. cessasse nũc armorum apparatum,cum tamen non desinant vulnera,& ictus: & quidem hoc patet ex Præfatione Auctoris,adempta consultò equidem à prudentissimis Patribus suis, in qua Iacula innumera, quæ tamen in vomeres vertisse putantur, vt in Præfatione Sirenius: cũ in Præfatione,inquit,Canonicos Reg.floruisse,processisse antiquissimè,amplissimè in Sanctos sex decies mille ex nostris (si verba ex nostris suam familiam Frisionariam signânt,q̃ non verum sit, non indiget probatione.)Si verò cõionem oĩum Canonicorum Reg.q̃ verum sit,luce clarius patet: ꝙ & ipse fatetur,cum inferius hæc oĩa dicit Can.Ordinem peperisse;& auctores ab eo citati D.Anton.Fasciculus Tꝑum,Volaterranus,Io.de Nigra Valle, Io. Molanus, Alphonsus Ciaconius de Pontificum gestis Aliud non laboro quærere:qua rõne in Frisionaria lineum Habitum gestassent sꝑ, mutato tamen molliori in asperiorem,cum pateat Rochetum à Canonicis Nicosiensibus,vt alibi ostendimus,acceperint. Confessionem tamẽ suam recipimus vt veram, & Apostolica ab auctoritate deductam, cum inquit(Ab his noua Frigdionariæ Congregationis,quę & Lateranen.soboles propagata sensim ꝑ Italiam germinauit vti riuus apertus) & infrà; (sic origine fontis exuberantis manans copiosis subinde laticibus se effundit) ea porrò seminaria ex redundantib. prisci Canonici Ordinis truncis desumpta,vnam,eandemq.ab Apo

Tyc.

D. Ant.
Fascic.
Temp.
Volat.
Ioan.de
N.Val.
Io.Mo.
Alph.

stolis traductam originem apertissimè cōuincunt.) Nil hoc verius, nil hac veritate firmius: noua soboles; nouella plantatio à Pontificibus vocata: ipsa verò fortasse stabilius seminaria non planta: nam planta aliquid habet, semen nil habet; at habiturū est: riuus ex fonte vna eademq. origo: oīa probè, sed noua: nouus riuus, nouum semen, noua antiquæ originis productio: ita nos vel ex horreo, & fonte Congregationis Greg. XII. & B. Stephani, vel Can. Reg. S. Saluatoris, & S. Mariæ de Rhæno: sed melius: nam à Rhæno iam antè Greg. XII. per amplius quam 200. annis, vt probatum est, scitur viguisse in Habitu, & Ordine Canonico Regularis Obseruantia non mutatis his in Eremitas, cum quib. aliunde mutuare necesse fuerit lineam Can. Vestem, vt ipsa Præfatio dicit retulisse Imaginem, & gestamina Mendicantium, & Monachorum despicabili Habitu tunc indutos; ita & alij Reformati vbiq. Can. Reg. Hæc sufficere possunt ad hanc materiam: nil dicturi, prout neque diximus amplius in his, quæ non sunt Nostra, nisi lacessiti, & vexati. Non tacendum, q Aug. dicit, prout in Superioribus, q ob nomen Fratris, & gestamen Scapularis addubitatum fuit an Nos Can. Reg. essemus, vt indiguerimus declaratione Pontificis, quæ omnia suprà ventilata sunt: non aduertens, quod aduertit Sirenius ob gestamina Mendicantium, & Monachorum idem dubium in suis insurrexisse; q si illi veri Canonici Reg. asserti sunt à Pio Pont. IV. deducti ab illa antiquitate Can. Reg. ideo cæteris præferendi: nescio, qua rōne excludendi nos sumus, cum idem Sirenius in Appendice, & sæpius Aug. in libello duorum titulorum asseuerent Canonicos oēs eiusdem esse rōnis; q ēt innuit Sirenius, cum amplecti eos dicit Monasticum, & Eremiticum Ordinem, nullam de Nobis Can. Reg. mentionem faciēs, vel quia cum nobis non erat eis luctandum, cum simus eiusdem rōnis: vel fortasse, quia contrà Nos clandestinè parabantur dimicare; q factum est in Propatulo sub specie pacis, & osculi, & amplexuum: q si ab hac vxore nedum vngues, & capillos, sed omnem resecassent turpitudinem, non ausi essemus probare non esse legitimam vxorē illum librum. in parte secunda asserit ita (& est textus Paschalis II. qui sub nomine Clericorum approbauit Constitutiones, quas ędidit Petrus Damiani pro Can. Reg. in Canonica Portuensi apud Rauennam existentibus, & vsq in præsentiarum continuatis successibus sub Regulari eiusdem Ord. Obseruantia vigent, & diutissimè

Siren. *Pio 4.* *Siren.* *Aug.* *Siren.* *Pasc. 2.*

vigue-

viguerunt: fuit autem Venerabilis Vir ille eiusdem Canonicæ fundator, & primus Prior)& in parte 4. cap. 22. hæc habentur. (Itemq; in Italia vsq.ad tempora B.Petri Damiani apud Rauẽnam primùm in Canonica S.Mariæ in Portu, deinde per Italiam,ab eo capite est propagatus. Ipse namque Vir Sanctus clara ex familia de Honestis Rauennæ natus,prius Canonicus S.Mariæ Portuensis effectus sacras inibi edidicit litteras,mox Auellanam profectus Camaldulensium Eremitarum Romualdi conciuis sui Instituta suscepit,donec Ostiensis Episcopus, & Cardinalis creatus est. Quib. tñ se aliqñ vltrò abdicauit:multa & præclara librorum ædidit opuscula,& pietatis magnificè gesta,inter quæ extant vsque in præsentiarum Constitutiones ab eo æditæ, de cõi vita Canon.Regularium Paschalis II.auctoritate confirmatæ, in quibus se Clericum expressè nuncupat,inscribẽs:Petri peccatoris Clerici:licet ad Monachos transijsset: Clericalis.n.caracter indelebilis: Porrò in reliquis eius operibus legitur:Petrus Monachus peccator: humilioris tituli ratione; non parui siquidem momenti penes illum extitit huiuscemodi discretio: vti appendit ipsemet ad Episcopum Taurinensem scribens.) In primo autẽ libro ita scriptum erat, vt infrà,vt videas inconstantiã scriptoris,& falsitatem: sed emendata non arguenda: (Itemq; in Italia, inquit,vsq.ad tpa B.Petri Damiani apud Rauennam primùm in Canonica S.Mariæ in Portu; & dehinc ab eo capite per Italiam Ordo iste est propagatus;)Aduerte quòd mox prætulit de B.Phrygdiano. Nam per Sanctum Virum Phrygdianũ Lucensem Episcopum idem Ordo per Thusciam, & vniuersam ferè Italiam fuit sparsus, & auctus. Qũo ergo primùm in Canonica S. Mariæ in Portu,& dehinc ab eo capite per Italiam est propagatus? Nonne & hæc palàm contradicunt in eodemmet loco præsertim, quòd Damianus hic posterior fuit Phrygdiano plusquam quingẽtis annis? At hæc valeant. Placeat nunc magis noua fabella Tycinẽsis de Damiano repetita quoque in Elucidario antiquo præfatione 19.citato Blundo Historico; qui neq.de Ordine vsquam Canonico, neq. de Canonica in Portu, neq. prorsus de hàc fabella verbum facit.Ipse namq.Vir Sanctus,clara ex familia de Honestis Rauennæ natus, prius apud Auellanæ locum Eremiticam vitam duxit, deinde Episcopus Ostiensis,& Card.ordinatus tpe schysmatis Inter Cardolum Episcopum Parmensem,& Alex.II.pileo à se spon

Petrus Dam.

Pasc.2.

Petrus Dam.
Tycin.
Blund.

tè abdicato ad Canonicam præfatam se transtulit, ibiq; post multa præclara ædita opuscula,& pietatis magnificè gesta, eiusdem loci Prior sanctè,pieq; in Domino quieuit. Extant vsque in præsentiarum Constitutiones ab eo æditæ de cõi vita Can Reg.& Paschalis II.auctoritate confirmatæ;) Petatur Supplementum,vbi huius S.Viri locus præfertur: Legantur nominatim multa eius volumina; quæ ad eius peruenere notitiam fideliter ibi ad vnum recensita,quorum & nonnulla legisse historia de Dominico Syluio Duce Veneto, & eius vxore inde excerpta fidem facit in Supplemento.

Dom. Syluius.

Nic.2. Est Epistola ad Nicolaum II. qui præcessit Alex.II. vbi Damianus sese excusat quod postliminio iure suo effugerit ex eo retiaculo (sunt eius verba) quo à Stephano IX. irretitus fuerat, repedauerit-

Steph.9 que ad suam dilectam solitudinem: Idem quoque legitur altera, vbi argumentis pluribus,& exemplis tuetur causam suam, qđ sine noxa deserere potuerit Episcopatum reuersus ad suam solitudinẽ, quam passim celebrat fontis Auellanæ,vt iam perspiciatur, an verũ

Alex.2 sit,quòd abdicato pileo sub Alex II. transtulerit se ad illam Canonicam,ꝙ vtrumque falsum esse deprehenditur ex ipsius B.Viri Epistolis,& de tp̄e, & de loco. Præterea nihil constat ab eo æditum; siue antè Episcopatum, siue post, nisi inscriptum sub noĩe Mona-

Mãph. chi,& Peccatoris. Vnũ excipio, de quo admonitus fuit Mamphridus noster sua ætate à Religiosis Patribus nostris Canonicis Saluatoris, qui copiam fecerunt eius Regulę Damianæ (describitur .n. Regula,non Constitutiones.)Ibi legitur eius Epistola superliminaris,qua transmittitur Regula ipsa approbanda Paschali II.Quæ te-

Pasc.2. net titulum hũc.Petrus Clericus peccator. Proemium Regulæ manifestè docet Auctorem suum fuisse olim eius Collegij Rauennatis Canonicam Portuensem, à quo longè post Episcopatum succedente tp̄e rogatus eam Regulam scripsit extrà Collegium; & scriptam ratam fore curauit apud eundem Pont.iam centenarius.Approbauit autem Pontifex illis dũtaxàt Canonicis in Portu ex suo Decreto, quod cõstat in ipsius Codicis fine sub dat.Transtyberim 12.Cal.Ian.Ind.10. Nam illis dumtaxàt eam probatam iri supplicauerat Damianus. Hanc Regulam Constitutiones Tycinensis ap-

Tycin. pellat vbique,pudefactus (reor)ꝙ inde ex eo proemio elici videatur Canonicos illos,quos faciunt suos; Regulam prius nullam habuisse,nec militasse sub Augustino. Nõdum manauerat Decretum

illud fin.de Relig.Domib.quod etiam manatum non coarctasset antiquiora Collegia,cum caueat tm̄ de futuris. Cum hic satis hęreret Mamphridus circà eum titulum,Clerici, nusquam lectum in Damiano Monacho (deprauatum .n. credidisset nisi eundem legisset duplicato opusculo, quod eius Regulæ Nostri Canonici religiosissimè seruant descriptum vtrobiq.sub eadem forma cartis hædinis,& caracteribus vetustis, citrà cuiuslibet mendi aliquam suspicionem) nodum ei etiam hunc dissoluerunt ijdem, qui protinus producto Cantico Danthico 21.docuerunt mox hoc adeo tempestiuum esse huic loco; vt vicissim alterum alteri claram interprætationem afferat. Rem sanè dignam cognitu, nec vlli,quod sciam,posteriorum Historicorum tàm benè notum. Neque ipsi Francisco Petrarchæ, quamquam de vita solitaria iactet, quantam potuerit diligētiam, & studium impendisse, quò huius S.Viri acta pernosceret. Nimirū qui oēs hanc retrò Regulam ignorauere. Constat ergo pariter ex hac Regula, & eo Cantico Petrum Damianum fuisse Canonicum in ea Canonica Portuensi;sed non post Monachatum,& Episcopatum,vt somniauit Tycinensis.De hac re testatur,vbi suprà,ipsemet Damianus,quòd elapsus ex eo retiaculo,quo fuerat irretitus à Stephano IX. repedauerit ad suam dilectam sanctam solitudinem; nō S.Mariæ in Portu. Non.n.inde abductus fuerat, sed à loco fontis Auellanæ,vnde eductum non negat Tycinensis.Repedauit ergo & Iure postliminij eodem repedauit in suam videlicet solitudinem; vbi prius liber fuerat,non Portuensem. Quo die, noctuq; appellebant nauigantes: verùm fontis Auellanæ abditam intrà scabrosa Vmbriæ iuga: intra indomitarum ferarum latibula extrà mortaliū omnium nedum solatium, verùmetiam quemcunq. conspectum. Sed de his,& id genus alia ad dictum Petrum Damianum spectantia, in primo libro satis disseruimus, quæ hic etiam repetere minimè oportere iudicamus, cum eo loci planè innotescant. Optimè elicit Tycinensis in 3.p.c.5.quòd omnes Canonici Regulares, siue Cathedrales sint,siue non:vnius tū,& eiusdem Ordinis sunt, quia, vbi est eadem ratio Habitus,& Professionis, ibi est eadem Iuris dispositio:Item inferius ex eodē capite ex Gloss.in Clem.1.de Elect. in vers.Habitus.Quia ibi dicit Io.And.quòd omnes Canonici, qui profitentur Regulam B.Aug.inuicem possunt eligi, quia vnius, & eiusdem Ordinis sunt:& insuper in 4.p.nititur probare omnes Canonicos

Māph. *Danth.* *Franc. Petrar.* *Tycin.* *Petrus Dam.* *Steph.9* *Tycin.* *Tyc.* *Glos.* *Io. An.*

nonicos Regulares,qui Regulares Canonici ſunt, originem trahe-re,& continuationem ab Apoſtolis, & Regula B.Aug.à Pontificib. reformatum abſque intermiſſione eundem Ordinem Canon. Reg. quia Reformatio eſt accidentalis:in eſſentialibus autem non diſcrepant à Clericatu,& ideo ex doctrina D.Tho. loquentis de Canonicis Regularibus profeſſis, q competit ex ſe, quòd ſint Clerici omnes Canonici hmõi tã præſentes,q̃ præteriti,eſſe eſſentialiter Clericos tàm modernos, quàm antiquos, eſſe vnius & eiuſdem Ordinis pp eandem rationem Habitus,& Profeſſionis: & ex conſequẽti eandem Iuris diſpoſitionem: Sed in iſtis Canonicis Lateranenſibus,adde,& in omnibus alijs Canonicis Regularib. eſt eadem Profeſſionis,& Habitus ratio.Ergo eadem Iuris diſpoſitio:viuere ſecũdum Regulam D. Aug. habere Habitum lineum eſt habere Profeſſionem,& Habitum Can.Reg. quicquid ſit in reliquis veſtimentis tùm colore,tùm forma,ex Io And.in tit. Clem.5.in Concil.Vienenſ.Ergo ẽt nos,qui ſumus quidam alij Canonici (vt verba Tycinenſis afferam in p.4.c 12.)ſumus cum illis eiuſdem Ordinis,& Iuris diſpoſitionis,& rationis:ſiue antiquiores,ſiue recẽtiores ſimus, quia & præſentes,& præteriti,& noĩa,& actiones Can.Reg.profitẽtes Regulam B.Aug.& deferentes Habitum lineum. Nunc attẽdamus,qualiter cum oſculo:Salue mi frater,& verbo: pugione nos in inguine,& corde tranſuerberet.Hęc ſunt eius verba in Reformato, &pacifico libello non amplius Propugnaculum nuncupato,Innixus fundamento Archiepi Florentini, & infrà paulòpoſt (Hi nãq. à primaria eorum Inſtitutione Greg.12.Pont.originẽ habuerũt in quodã Ven. Fr. Stephano Senenſi Ord. Eremitarum Habitum lineum Canonici Ordinis deferunt, ſuperinduunt tñ Scapulare laneum cum haſta,qua pp,& quia noluerunt inuicem appellari Fratres,q Canonicis Reg.non conuenit, cum ex primæua Inſtitutione ſp vocitati ſint, & inuicem nuncupentur Domni, quia eis competit, quòd per ſe ſint Clerici, vti præoſtenſum eſt, ob hæc duo cum in dubium ſatis verteretur: an ipſi eſſent veri Canonici Reg. ppNomen,& Habitum ſuperindutum,impetrarunt ex Priuilegio, Iulio II.Pont.Max.concedente Can.Lateranẽſium Priuilegijs gaudere poſſe,quorum.ſ.Antiquiſſima Inſtitutio, & Ordinis Antiqui continuatio à Pontificib.Romanis, q̃plurimis,& antiquis Priuilegijs,Indultis,& Gratijs fuerat multipliciter decorata. Concluditur

D. Th.

Io. An.
Conc.
Vien.
Tyc.

Greg.12

Iul.2.

itaque

itaq.℘ ipsis Lateranensib. Can. competit esse Clericos, siue Can. Reg. ex Natura, illis aūt ex Priuilegio.) Hic memoranda, quæ dicit Māphridus circa hoc de Natura, & Priuilegio contra antiquū Propugnaculum paulò suprà, ne idem repetamus. Amplius, strictiusq; impugnat ferrū; dū per Greg. XII. litteras Canonicis Frisionarijs, siue Frigdionarijs probat cōtinuationē suæ Congr. ex Prædecessorū illius Indultis: ℘, quàm vanum sit, cuilibet patet: cum nō negemus fuisse in illa Canonica Can. Reg. sed relaxatos per eos, gestamina Fratrum, & Monachorum deferentes per Sirenium ab illis Viris, quicunq. fuerint; optimos, sanctos, præclarissimos existimamus, & contestamur. Non. n. nos contrà Personas, & Viros contendimus, quos, & quoscunq. & singulos veneramur, sed, iuxtà Martialis dictum, parcentes Personis, dicimus de vitijs: vitia, siue vitiata nō ad mores, sed ad scripta reducentes (reformatos & in Can. Regul. accepto aliundè, quàm ibi, Rocheto, vt suprà esse cognoscimus) & primus locus fuit, inquit Archiepiscopus, per ipsum Augustinum Tycinensem citatus, & est propè Lucam, & dr̄ Frigdionaria: vnde Cōgregatio illa, quæ sub vno capite gubernatur, dr̄ de Frigdionaria, & Abbatiam Fesulanam possident. Primus locus ergo non continuat immediatè cum anterioribus: non. n. fuisset primus locus, sed idem locus relaxatus reformatus ab accedentibus ibi insertis, prout nos accedentes ad Canonicos Rhænanos illis inserti fuimus, & ab illis denominamur; ℘ ēt factum esset in illa Congregatione de Frigdionaria, q̄uis non fuisset erecta in vnum corpus multorum mēbrorū; & sicut nos verè ex Canonicis Rhæni deducimur, quia illis sociati sumus, & eorum Antiquitatem iactamus, qui non erant tm̄ vnius loci habitatores in iure, si in facto, quia in nostra vnione supererat tm̄ Franciscus ferè vnus. Habebat enim aliud Monasterium S. Saluatoris siue præcipuum intra Vrbem, & alia in Vrbe Roma. Ergo erat Congregatio. Frigdionarius aūt locus non erat Congregatio, sed vnum Monasterium, quemadmodum diuisa Monasteria passim vbiq. locorum reperiebantur Canonicè viuentia sub Regula D. August. de nouo aūt facta Congregatio est Frigdionaria sub vno capite plurium membrorum, vt ab ipso D. Antonino colligitur: cum ēt Abbatiam Fesulanam, vel statim, vel paulòpost additā nominet; & Prælaturam vniuersalem determinet Martinus V. Dum ergo hæc per Greg. XII. pronunciantur, antiquiores se fingunt Mona-

Māphr. *Gre. 12.* *Siren.* *Mart.* *Archie.* *Tycin.* *D. Ant.* *Mart. 5* *Gre. 12.*

chis,

chis,Mendicantibus,de quibus nihil ad Nos:ipsi viderint: De nobis autem ita dicit(sed nec Canonici S. Saluatoris, seu S. Donati de Scopeto antiquiora dabunt.) Sed nec Religiosi S.Saluatoris seu S.Donati de Scopeto Antiquiora dabunt? quantum allucinabatur Tycinensis,& allucinati sunt,qui illum reformarunt.Si enim ea omnia,prout par erat,rectè scrutatus fuisset,deinde verò perpēdisset,proculdubio de suis asseuerasset, & dixisset. O quàm pauper Achaia nostra est. De Antiquis Rhæni S. Saluatoris Bon.& Ven. añ nr̄am Reformationem,quæ nusquam crediderim,leguntur ampliora, præstantioraq; vel Pontificalibus quidem infulis insignita antè illa illorum Alexandrina,& Gregoriana. Pro fundata verò &
Greg.12 exhibemus 12 Gregorij XII.impendentibus singulis bullis, quorū primum subscribitur 3.Non.Apr.Pont.Anno 2. Nonnullos,videli-
Mar.5. cet,dies anterius hoc ipsorum eiusdem Pontificis,& illa exhibemus quoq.Martini V.sex:tria sub annum eius Pontificatus primum,secundum, & tertium ante fundatam suam Congregationem.
Siren. Sirenius autem in Bullario cum omnia, quæ reposita erant in Nostris Archiuijs, vt ipse fatet ē amabilissimè recepisset tunc t̄pis Priore,nunc Reuerēdiss.Nr̄o Generali Abbate,Priore,Præposito,Antistite,seu quouis titulo,Alphonso Bauosio benemerentissimo, non
Gre.12. infert Gregorij XII.primum Priuilegium Nobis collatū, sub Dat.
Bull. Lucæ 3.Non. April. Anno Pont. 2. qui fuit 1408. cum assumptus fuerit Greg.1406. in die Cal. Nou. cum tamen fateatur hoc ipso Anno erectam Familiam Nostram.Bull.fol.288.duo tantùm ponit in Nos Greg.XII.ꝙ reliqua minus in re sua forent, verissimè quidē cum Priuilegium Greg.eiusdem suis Frisionarijs, & Veronensibus vnitis fuerit manatum Anno eodem 1408.sed 5.Cal.Maij:reticetur autem Nostrum,vt non appareat anteriori tempore natum: q.cq.d sit,ꝙ tunc Nostra Familia non fuerit Congregatio nuncupata:nam neque sua in suo posteriori similiter ēt Martini V. dum Nostram Congregationem vnit,& Generalem constituit:fuit Priuilegiū da-
Bull. tum Non.Iun. 1418.Bull.fol.295.& eiusdem Pontificis,dum Congregationem vnit Frisionariam plurib. Monasterijs, & Generalem constituit:Priuilegium datum est 2.Cal.Iulij.1421. Bull. fol. 303. vbi Impressoris errore scriptum est 1241.Antiquiora tùm Rhæni, tum Venetiarum,patet fuisse ex superioribus libris. Non prætereundum aūt,quod infert Sirenius ante Martini V.Nostrum Priui-

uilegium

legium videlicet,(Etsi locorum singularium Vniones,aut Collatio nes omninò missas facere decreuimus, (decreuerat autem hoc, quia renuebat Congregationem Nostram ponere ante suam in Vnionibus,& Collationibus singularium locorum.) Hanc tamen annotasse placuit,videlicet,Nostram Martini V.quòd status Canonicorum *Mar.5.* Regularium per ea tempora specimē præseferat:)quamuis.n.Congregatio sua sit postea ab ipso Martino ex eadem Vnione locorum deducta, volebat tamen in Vniuersum statum Canonicorum, & specimen,Nostram anteriorem deducere, vt suam Nostræ vniret: quod Nos libentissimè concedimus,non inuidi aliorum bonorū, neq.Nostrorum auari,sed,quod sequitur,(porrò nō amplius audi tur S.Saluatoris vt olim, siquidem & possessioni iamdiù,& titulo, & vnionibus spontè cesserāt Religiosi Canonici Domo S.Ambrosij contenti post hac recenter indepta S.Saluatoris Bonon.nuncupandi:)Mirum vr̄,quod asserat,(cum in ipso Martini V.Priuilegio *Mar.5.* dicatur: iuxtà Instituta ipsis, & dicto Monasterio S.Ambrosij per eandem Sedem concessa, confirmata pariter,& approbata,viuere, & remanere valeant. At eorum Instituta per Greg.XII. etiam post *Greg.12* cessionem loci Ilicætani fuerunt, vt Canonici S.Saluatoris vocarē tur,& Iura,& omnia quæ prius concessa fuerunt,dum in eodem loco assumpti fuerunt in Canonicos Regulares retinere deberent,vt patet per 2.Priuilegium Greg.1409.)vbi dr̄,quòd ī ipso Nos loco inueniendo post recessum ab Ilicætano, valeant habitare secundū *Greg.12* Constitutiones, & Regulas per ipsas Nostras litteras sibi datas, & infrà:& sub dictis modis, & Regulis in alijs Nostris litteris, vt præmittitur,expressis degentes vti,& gaudere valeant exemptionibus, concessionibus,indultis, & hmōi litteris,quarum tenores, & formas hic haberi volumus pro sufficienter expressis,contentis,& annotatis.Et quia litteras primas reticuit Sirenius,quia non erant in re sua,subiungimus Nos in illis, quòd statuimur Canonici Regulares,nuncupamur S.Saluatoris.Ergo etiam in reliquis quibuscunq. posterioribus, & infra: Volentes etiam, & Auctoritate Apostolica concedentes,vt ipsi potiri, & gaudere possint,& debeant liberè, & absolutè omnibus Priuilegijs, Indulgentijs,Gratijs,& Exēptionibus,& Libertatibus eis hactenus, ac Ordini Fratrum Eremitarū, & Canonicis Regularibus hmōi. Hic facio Parentesim.(En quòd non concedit Nobis potiri Priuilegijs Can. Reg. Frisionariæ, sed

Can. Reg. hmôi, i. locorum vbiq. in quibus erant Canonici Regulares) quod patet per sequentia: ac Monasterijs, & locis eorum tàm per Sedem præfatam, quàm alias per quoscunq. concessis, & quib. Fratres Ordinis Eremitarum (Hic vide, quod propriè Eremitæ vocantur Fratres) ac cæteri Canonici Regulares (Hic nota, quòd non vocantur Fratres, vt cum inspicis Fratres appellari, impropriè id fieri iudices) ac eorum Domus, Monasteria, & Loca, quolibet potiuntur, & gaudent. Ergo potiebamur quibuscunq. potiebantur Frisionarij, si qui erant tunc, & alij Canonici, & Rhænani, & S. Saluatoris Bononiensis, vt vnio cum illis fuerit tantùm facto, & non Iure.
Grc. 12. Vnio. n. Iuris fuit, cum hæc concessit Greg. XII. Ergo non cesserunt Iuribus loci de Sylualacus, neque titulo, cum nō haberent, in quo cederent, cum titulus non fuerit restrictus ad locum S. Saluatoris de Sylualacus, sed in genere dictus S. Saluatoris: possessioni tm̄ loci equidem cesserunt, nec proinde nūcupandi ab indepto loco Bononiensi S. Saluatoris de Bononia, sed sꝑ absolutè. Non. n. indeptio locorum (vt suo verbo vtar) facit ex titulo loci indepti titulum cōmunem, sed qui datus est à principio, alioquin ipsi Canonici Regulares ab indepto loco S. Petri ad Aras de Neapoli deberent vocari Canonici Regulares S. Petri, non autem Lateranenses. At nuncupantur Lateranenses, non quia tm̄ indepti sunt illum locum (nam in abscessu abscedere debebat etiam titulus, prout asserit de Nostris ab Ilicæto discedentibus) sed quia Pontifex, ablata possessione, titulum eius loci vniuersalem eis fecit, prout à principio titulus vniuersalis fuit Noster S. Saluatoris, alioquin etiam S. Saluatoris Venetiarum erit Noster titulus in vniuersum, & sic tot titulos, quot loca habebimus: quòd q̃ indecēs sit, ipse fateatur necesse est. Verùm hæc ex illis Priuilegijs inuicem collatis non erant in re sua: Valdè verò ridiculum, item & seriosum est, quod in titulo Priuile-
Mart. 5 gij Martini V. sub 1421. vt suprà; in quo constituitur Congregatio
Siren. Frisionaria, dicit Sirenius (Pontificem. s. colligere Canonicorū Italicorum reliquias in nouellam plantationem) nota nouellam plantationem: Seriò dictum est in vnum redigere reliquias Italicorum Canonicorum: iterùm repeto ridiculum, ne dicam crudele, aut inuidum. Nam si Itali Canonici colliguntur: vbi Nos numeramur? vbi illi de Rhæno antiquissimi? non colliguntur hi. An quia non eramus Italici? Audio, dicet, non omnium Italicorum, sed horum,

quos

quos recenset. Ergo vna sola Congregatio Can.Italicorum in suis vnitis reliquijs. Ergo tunc constituitur sua Congregatio sub vno capite agenda. At Nostra eadem forma anterius ab ipso Martino, dum Primitiæ Canonicorum electorum à Gregorio XII.cum reliquijs Rhæni,& Sancti Saluatoris Bononiensis vnirentur,& coagmentantur. Sed singula non oportet sigillare,sufficit essentialia. Quia verò ex deductis Sirenius collexit non uerũ dixisse Tycinensem:in Appendice his verbis(Eodem fermè signo,& animaduersione connotatum videris locum eiusdem 4 par.c.13.De Preclara Canonicorum S.Saluatoris societate, ex quo pariter nonnulla visum fuit resecare, siquidem quemlibet sublatum scrupulum opinamur quin inter Regulares veniant legitimè computãdi Canonicos,Clericosq;, quando summus Sacerdos,penes quem omnis potestas,ac scientia,tali eos nomenclatione dignatur:ẽt si Lateranensibus perpetuum ab antiquis successionis tramitem nusquam interruptum exhibentibus,primas vltrò,libentesq; multis ẽt alijs nominib. concedant. Verùm Pontificum diplomata examussim forsan non legerat:& quid mirum,cum idem longè eruditissimo Archiepiscopo Antonino,in cuius vitula arauit, contigerit? profectò multa amplectenti singula prouidere difficile.Cæterùm quæ c.14 subsequẽti affert Tycinensis,dum improbat asserentes Iacobum Brixiẽsem antea Prædicatorij Ordinis,auctorem fuisse Frigdionarij Instituti, perbellè sibi adaptauit, quisquis Saluatoriensem Congregationẽ à Stephani Senensis Heremitani fundatione vindicare intenderit. Mihi satis probatur, quoscunq.ab Apostolorum Canone Canonicos,& ab Augustini Regula Regulares nuncupatos, eiusdem prorsus Ordinis,& Naturæ quantumlibet ritibus, cognomento, gestamine,accidentalibus nimiiùm interdum differant:quod ẽt auctor insinuare voluit,præsertim c.6.eiusd 4.par. quin,& spontè addiderim,sub hoc genere comprehendi quotquot Clericorum Reg.titulo Altissimo famulantur,actiuæ,simulq; contemplatiuæ vacantes: oẽs inquam consimiliter Fratres sumus de Castello Mariæ, & Marthæ sororum,Clericatum ex ipsamet Institutione sortiti, qui Heremitis,Monachis,& Ordinibus plerisq.ex Priuilegio contigit: quos inquam à sæcularibus secernunt Claustra, conuictus,& proprietatis abdicatio.A Monachis verò functiones,alienæq; procuratio salutis;quod luculenter tradidit Hieronymus Platus Mediolanensis

Mart. Greg. 12

Archie.

Tyc.

Hieron. Plat.

ex Alma Societate Iesu lib.suo de Bono Religiosi status, quę inscri psit,veritati testimonium pe hibens;sed & nos ipsos passim,& Clericos simpliciter & Regulares Clericos, & Clericos Religiosos, & Presbyteros demùm Clericos Canonicos palàm promiscuè vocitari.) Hæc ille. In quibus vide primò an obelo, & asterisco reiecta

Tyc. sint omnia,quæ scripserat Tycinensis: profectò contendimus habere illud Propugnaculum, sed per litteras certiores facti sumus occultatum volumen,eo ꝙ multa in nos,& alios congereret,& emendatum.Emēdatur autem,ꝙ mendosum est;& nihilominus ita emēdatum volumen hæc pōnit de nobis prout in superiorib.confutauimus. Secundò,quia nos primas vltrò & libentes multis ēt alijs nominibus concedimus: Iuri nostro non cedimus; adhuc sub Iudice lis pendet:ventura nescimus;ꝙ si omni alia ratione cedēdum esset, non quidem hac,quia Lateranenses(si pro Lateranensib.intelligūt suam Frigdionariam,nō Domum Lateranensem Romanam, cuius solùm titulum,non rem,habent.) Perpetuum ab antiquis successionis tramitem nusquam interruptum exhibeant:cum quippe interruptum in Frigdionaria omnes ēt sui Scriptores attestētur,qui gestamina Mendicantium,& Monachorum præseferebant. Sed si in vniuersum continuatio sit Canonicorum Regularium oīum salua Professione,& Habitu:cum vnius simus Ordinis,& Nominis, & Iuris dispositionis;alteri alteris debent æquari:satisfacit tertiò,quòd addit:Augustinum Priuilegia Pontificum examussin forsan non legisse,nec mirum,cum & id Antonino,in cuius vitula arauit, contigisse ostendat:non facimus vim in verbis,vt forsan,si legisset,tacuisse delegisset: miror, cum asseueranter dicat nos non daturos antiquiora Priuilegia:nescisse antiquiora Priuilegia miror magis,quia cum singulas partes Italiæ,& vltrà Monasteria,loca,mēbra,& quæcunq.minima Canonicorum Regularium præsertim ad suam Congregationem attinentia connumeret maximo Cathalogo, oblitus fuerit inter Canonicas Italicas recensere Rhænānam Nostram Antiquissimam,Nobilissimam,Florentissimam; quòd si non oculis patebat quo scripsit tempore,quia destructa,eadem rōne sciolus Historiarum debebat,quare, & quomodo destructa fuerit, enarrare. Verùm nullam ēt in sensu excusationem habet, quia florescere cernebat Aedem, & Monasterium, & Canonicam S. Saluatoris intra Ciuitatem Bonon.tantis Pontificum,Imperatorum, Archiepisco-

porum

porum, & aliorum Maximorum Virorum Priuilegijs illustratam, & decoratam: sed scimus hanc militis esse industriam, vt duplici modo securi feriat. Primò sub titulo amoris,& pacis.Secundò ablatis armis Aduersarij:vt Philistim olim prohibebant Fabros ferrarios apud Iudæos,ne facerent ex ferro gladios:nisi velimus (quod indecorum maximè est,& non auderemus recogitare) ignorantiæ maximæ, vel inuidentiæ fraternitatis tribuere. Quartò subiungimus, q; Sirenius debuisset Nubem nouellam Tycinensis serenitate sui cognominis illustrare, & addit ad nubem tenebras his verbis; (ceterum quæ cap. subsequēti 14.addit Tycinensis dum improbat asserentes Iacobum Brixiensem antea Prædicatorij Ordinis auctorē fuisse Frigdionarij Instituti, perbellè sibi adaptarit quisquis Saluatoriensem Cōgregationem à Stephani Senensis Heremitani fundatione vindicare intenderit:)vel expūxit Sirenius asserentes Frigdionariam ex Dominicano traductam,vel absq.nomine,vt sic legitur,in ipso c.14.reliquit: si expunxit, & quidem multos expunxisset,nisi nos in quos retorquet;quare retorquet?vt pœnituisset expunctionem fecisse.Sin verò ita sunt,vt leguntur,probationes continuati Ordinis,quare in Ius vocamur Nos inAppendice?Heccine est pax illa, & conciliatio in emendato libro declamata? perbellè equidem dormientem canem excitat; neq.n.ex sua tantùm probatione compertum est Can.Reg.ab Apostolis,& D.Aug.eiusdē Ord. esse:etiam sub dña accidentali rituum,cognomenti,gestaminis,sed ex ipsius Tycinensis,& omnium Iurium testimonio.Verùm,quòd vltrò addit (comprehendi etiam Clericos Regulares, Clericatum ex ipsamet Institutione sortitos, qui Eremitis, Monachis, & alijs Ordinibus plerisq.ex Priuilegio cōtigit.)En bellum in pace. En vulnus in osculo.En conciliatio in dissidio:vt nos sortiti simus ex Priuilegio comprehendi sub Ordine Canonico,& Monachi,& alij Ordines sub Clericali.Sed quantum hoc absurdum, in superiorib.declaratum est.Sat sit vidisse,quo animo dicatur:oēs Frēs sumus.Habemus Patres præstantissimi etiam Nos Clypeos, & Arma Nostra. Habemus, qua ratione possemus aliorum propugnacula debellare. Habemus litteras Apostolicas, Verba pura, & integra, Nouellam, non Sanctam referentes. Habemus Quinterniola, in quibus notata sunt multa; adhuc occulta sunt, velata, in obliuionem posita, tamen non sunt mortua, dormiunt; nihil contrà

Siren. *Tyc.* *Tycin.*

trà aliquem vel Ordinem, vel personam ex professo protulimus, nfa defendimus, tuemur, ac patrocinamur, aliena nō oppugnamus. Amorem ex parte nostra maximum omnium nostrum testamur: testantur communes consuetudines, & amicitiarum officia inter nos. Scandalo sumus Christiano Populo, ipsisq́, Religiosis, ipsisq́; Superioribus; dum ita ad sanguinem pugnamus inuicem: alter alterius rem prorsus deberet publicam exaltare, celebrare, & magis, q̃ morsus, & dissensiones, & discissiones facere vnionem, & habitationem veram vnitatis Ordinis efficere ꝙ(vtinam) fiat: Ego, qui hęc scribo, sicut (testor Deum) maximo animi dolore, quæ pauca ad defendēdum intexui, collegi, ita pari cordis ardore vnitatem opto, obsecro, oro, desidero, cupio, & si ꝙ aliud est verbum affectus huiusce demonstraturum, profero: Si tacemus, & amamur, ora aduersariorum communium obserabimus; si obloquemur autem inuicem, de vtrisque concludo: ꝙ de Ruphino scripsit Hieronymus. Si dicis quod non debes, audies, quod non vis. Reuertamur ad D. Antoninum, & iterùm eius verba repetamus, vt explicemus: D. enim Thomas docet Sanctorum dicta non pęnitus neganda, sed explicanda, nisi formaliter errorem sapiant. Habemus exemplum in 3. p. vbi disserit: an B. Virgo habuerit peccatum veniale, & pro aduersa ratione, & argumento refert D. Chrys. quòd cum Virgo dicit Iesu in Nuptijs, vinum nō habent, aliqua gloria titillaretur: ad quod rñdens D. Tho. inquit, cum sermocinandi velocitate, dum ad populum concionem haberet, in hæc prorupisse, & ita descriptum fuisse, non quòd ita sensisset: vel & melius, ꝙ, conditione præsupposita; si potuisset gloria humana Virgo moueri, tunc mota fuisset, & motum esse, inquit, ad modum hominis potentis moueri: Veneramur Sanctos, & hunc pręterea veneramur, qui cum B. Stephano Nostro sæpius familiariter consueuit sociari. (Segregantes se ab ipso Ordine) causam segregationis in superioribus descripsimus, & in mente Stephani natam, vt strictius viueret ex ipso D. Anton. & in mente Pontificis ortam, vt Canonicos Ordines reformaret (sumpserunt Statum, & Habitum Can.) desiderio quidem ab ipsis ijs, auctoritate, & motu, & effectu à Greg. XII. Immediatè per Commissarios, vt suprà (Regulæ D. Aug. addentes certas Constitutiones approbatas à Greg. XII.) non primùm ipsi addiderunt Regulæ Cōstitutiones, sed ipsi Commissarij de suo, & eorum dictatu constituerunt per

[Margin notes: *Hier.* — *D. Tho.* — *Chrys.* *Io. 2.* — *D. Tho.* — *D. Ant.*]

14.

14. capita distinctas auctoritate Greg. XII. reseruantes sibi alterationem earundem: postmodùm paucis ab inde annis data facultate ipsemet Stephanus addidit, reformauit: & data facultate aliquot viris Capituli Generalis in dies bis reformatæ, additæq; fuerunt, & ampliatæ, vt in superioribus (Initium habuerunt circà Annum Domini 1410.) non in præiudicium nostrum hic Annus inijcitur: nam plus minus antè post fuisse initium, vel posuisse D. Anton. initium satis probat verbum circà: quo autem Anno fuit, iam satis ex superioribus patet (quorum primus Conuentus fuit propè Eugubium) fallitur, si per primum intelligit datum à Pontifice: nam primus Conuentus fuit S. Saluatoris de Syluălacus, apud quem Ordinem Can. indutus perrexit à Pontifice Stephanus cum socijs, & alios Fratres eodem, quo ipse erat indutus, Habitu Canonico induit, & moratus est ꝑ aliquot dies; expulsus autē est: primus verò fuit ab illo Monasterium Eugubinum, ꝙ vsque ad nostra tpa nostrum perseuerat. Primum igitur intelligit Archieps stabilem, & permanentem: Secundus autem S. Donati in Scopeto: de hoc an fuerit secundus, vel sub alio ordine, & numero, dictum est in locis Nostræ Congregationis, (quæ Congregatio dr̄ Scopetinorum à dicto loco; sed magis propriè S. Saluatoris) His verbis simpliciter, & bono aīo scriptis ab Antonino, multi occasionem sumpserunt titulum generalem, & proprium Nostræ Congregationis dandi, & ascribendi, ignorantes (parcant) mētem, & simplicitatem Archiepi, ꝙ multis argumentis conuincitur: Primùm ipse sciuit Greg. XII. instituisse, vocasseq; Canonicos Regulares Saluatoris, prout ipse infert: non potuit ergo supponere nos vocandos alio titulo; secundò, quòd si Scopetini vocamur, hic est titulus loci non formaliter appellati, sed ex circunstantia, & situ: debuerat ergo noīare nomen loci, vbi denominationem sumpsimus: Ergo S. Donati in Scopeto: At qui nos vocet etiam in malitiam Ordinem S. Donati in Scopeto, neminem adhuc inuenio absolutè dicentem; sed cum additione vocis, vel, vel siue, ꝙ ipsemet Tycinensis facit p. 4 ca. 16 (sed nec Canonici S. Saluatoris, seu S. Donati de Scopeto) etiam si is faciat ad nostrum contemptum varians titulum, addensq; super id, quod dicit Archiepiscopus, qui nos vocat Ordinem Scopetinorum a dicto loco: loco inquit à circunstantia loci: non Ecclesia D. Donato dicata, vt demonstret non esse nostrum verum, & generalem titulum,

Gre. 12.

Archie.

Greg. 12

Tyc.

Tyc. lum, quod fabricare intendit Tycinensis: tertiò ad morem vulgi
Io. An. loquitur D. Antoninus qui eius loci Ordines Religiosorum appellat noīe, in quo quocunq. loco resident: Patres S. Aug. Patauij vocantur, qui degunt in Templo D. Aug. dicato: & tñ hmōi sunt Patres S. Dominici; Patres S. Iacobi Bononiæ vocantur Eremitani. S. Io. in Monte Canonici ipsi Reg. Bononiæ, Canonici Charitatis Venetijs, & alia plurima similia nomina īueniūtur: (quæ Cōgregatio dr̄ Scopetinorum à dicto loco) inquit, non á titulo generali: alioquin si titulus generalis S. M. Charitatis esset Can. Reg. non vocarētur fundamento Can. Reg. S. M. de Frigdionaria nuncupatione Lateranenses ex Priuilegio. Quartò, ꝙ si ēt esset hic titulus; quare abhorreremus? cū locus, & ea, quæ sunt in loco sæpius denominationem tribuerint rebus, & personis? Carthusiani vocantur à loco Carthusia. Cistercienses à Cistercio. Clara Vallenses à Clara Valle. Montoliuetani à Monte Olimeto. Carmelitani à Monte Carmelo. Verùm hoc nomen ad mentem scribentium in honorem, & despectū, & ferè infamiam deuenit; vt, cum Scopetinos vocamus, vel Frigdionarios, rem despicabilem, & dedecoram notemus; ita Christiani Galilæi vocitati sunt Sarmentitij, semiasses, & alijs nominibus probro ascriptis, quæ tamen non sunt probrosa, & ignominiosa, locus aūt non facit dedecus, sed malum in loco factum, & crimen: ita vocantur etiam Can. Reg. ex locis Conimbricenses, Beluacenses. Vtinam
D. Ber. scopa hæc Lazari (vt D. Bernardi verbis vtar) quæ sola à domo Mariæ Virginis per Mariam, & Martham significatæ abest suppresso nomine Lazari, quamuis fratre: in cæteris autem domibus præsto est, nostra immunda scoparet, & verreret, vt inter angustias nostras dracmam salutis delitescentem nedum reperiremus, quàm aperiremus: quintò, tanta ne auctoritas D. Antonini dictis tribuēda est,
D. Aug. vt non potuerit errare? præsertim in Historijs? D. Aug. scribit D. Hieronymo in aliqua inter ipsos controuersia: ego si quid dico, & tu, possum errare: quod autem Scriptura Sacra dicit, non errat. Hinc ille clarissimæ retractationes, errorem tamen suum emendauit immediatè sequentibus, (sed magis propriè;) ergo minus propriè eo priori titulo; minus proprium, non proprium sonat; ꝙ si proprij particeps est, minor proprietas in hoc est nobis, in quo alijs vocari. s. huius, vel illius loci Religiosi, vt diximus. Sextò, ꝙ si titulus regulariter à primo loco datur, & sumitur Ordinibus; cum non pri-

mum

mum locum Sanctum Donatum, sed Monasterium Regularium Sancti Ambrosij, dixerit fuisse, potius Ambrosianos, quàm aliter debuisset dicere. Septimò, nunquam titulus Noster, qui datur, sicut & cætera aliorum auctoritate tantum, à Pontificibus Institutoribus Nostris, seu Reformatoribus Ordinis Canonici in nobis fuit repertus in litteris Apostolicis sub nomine Scopetinorum, sed tantum Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris in ipsa prima Actione Nostra à Gregorio XII. perfecta; quare libertate vulgari, & eo more, quem diximus, locutus est Archieps in eo titulo; auctoritatiuum titulum, & Apostolicum subiunxit, Canon. Regul. S. Saluatoris. Ex quibus, & alijs multis, quæ possent dici, facilè constat, potius malo stomaco, quod non fecit Archieps, fecisse post illum illos, qui hunc titulum nobis ingesserunt absolutè; ꝙ etiam patet in aliquibus, qui admoniti de veritate in ipsa eorum retractatione centies plus titulum hunc dictitauerunt; ꝙ semel fecerũt, dũ illum eundẽ titulũ absolutè declamauerunt, cui rñdere dedignati sumus, & quia Palidoniam recantauit, & quia inaduertentiam nõ notamus; q̃ facilè ducimur passione, vt ẽt veritate in contrariũ visa, in luto proprio volutemur. Qui Historiam ab alijs trahunt, & non ex ipsismet scribunt, nec dimidiare aliqua, nec addere eorum dictis, & scriptis vllo modo debent, à quibus trahunt. Hæc sufficere poterunt quibuscunque, qui ex testimonio D. Antonini nos eo titulo solùm decorarunt. Extat Apologetica Epistola Nostri Viri eruditissimi Augustini Mamphridi Mantuani, qui scripsit Annales Canonicorum Reg. in suis Epitomatibus, & Annotationibus, qui Pr̃ aduersus eius t̃pis apparatum Propugnaculum respondit pro nostris, vt magna ex parte notum fecimus in superioribus, quã libet commemorare, & in cõpendium hic colligere, quia sola impressa vagatur ferè incognita. Primum aduertendum, ꝙ in Epistola ad Peregrinum Bonon. tunc t̃pis Priorem S. Saluatoris de Bononia asserit pro comperto, ꝙ indignabatur secum varios quotidie spargi libellos circa rem nostram pro cuiuscũque detractoris iudicio: quare complectitur, q̃tum potuit, oĩa in Cõgregationem, & auctorem Nostrum obiecta, quæ collegit & ex ipsismet aduersariorum argumentis, omnia euacuat, quæ passim hic compendiosè inseremus per numeros, & q̃ breuissimè. Scripta aũt fuit hæc Epistola Anno 1515. circa quæ t̃pa emanauit Propugnaculum illud; ꝙ post 1600.

Archie.

Mãph.

reformatum fuit. Primum aduertendum; excusantur contrarij, q̄ nihil certi de Nobis scriptum repererint, si aliquando falsa cōmenti sunt. Ergo, vt certa, falsa commenti sunt, debebant certa inuenta pro certis asserere, incerta pro incertis: nō ingenio suo inuēta falsa pro certis depromere, sed ipso eorum calamo conuincuntur. Secundum; Maiorum Nostrorum Optimorum Patrum exempla, & bonitatem imitandam nobis filijs, sicut aliorum alijs antè oculos ponendam, & ad scientiam vsque perducendam, vt non errent, qui vestigia eorum sequi debent. Tertium. Non est pudendum initia Maximarum rerum fuisse parua, & exigua; Maximas Vrbes à Pastorib. & fęminis conditas; cum Religio Christiana Auctores suos ex hu-
1.Co.1. millimo hominum genere piscatores non erubescat: cum infirma
Esth.11 mundi elegerit Deus, vt fortia quæq. confundat, adde & paruus fons crescat in fluuium magnum, & in aquas plurimas redundet, &
Dan. lapis paruus de Monte sine manibus excisus, destructa pergrandi statua, fiat Mons Magnus omnem terram amplexans: & neq. Nos erubescimus Auctores nostros per aliquot Annos vagatos, & iactatos, vt in Narratione Nostra latius differuimus. Quartum. Stephani anteriora non cognita sunt, nisi Pater, & Patria, vt Apostolorum aliquorum: vt Petri, & Andreæ, Ioannes à Bethsaida: & Iacobi, & Ioānis, Zebædeus; & qđ Piscatores erant tantùm, cognoscuntur: anterius nihil: & Stephani professio sub Patribus Eremitanis. Primum igitur obiectum, quòd fortuna B. Stephani maiorum ignoretur, dilutum est, cum habeamus familiam, & in Can. Rhænana tot Pontifices, & alios Viros Illustrissimos: primùm deprimitur Nostra Congregatio, quòd ex Mendicantibus exordiretur. At Christiana Religio, in qua Summi Pontifices artem illam in Insignibus deportantes ex Piscatoribus ortum habet, & ex Christo mendicante ex mu-
Luc. 1. lieribus, quæ ministrabant ei de facultatibus, & Paulo, qui colle-
1.Co.16 ctas pro Christi fidelibus alendis nedum iubet, sed offert se in Ecclesias delaturum; neq. Mendicantes erubescimus, cum erubuissemus minus, si à Prædicatorij Ordinis riuo, quicunq. ille fuerit, orti essemus, qui Ordo etiam à Canonico Regulari D. Dominico institutus est tàm fœlicissimè. Quintum, quòd ex Eremitanis assumptus B. Stephanus ad Ordinem Canonicum; perinde fuit honoris, vt si assumptus esset ad Epatum, seu Cardinalatum, seu ēt Summū Pōtificatum, in ipsa mutatione Habitus, nō ambitione, nō largitione,

ne,aut corruptela,sed eadē,adde, mētis cogitatione ipsi Stephano desuper immissa: qua Pontifex nouit arcano suæ mentis verā pacē Ecclesię se daturū,& ꝓcuraturū,vel cū Pōtificatus cessione, ēt oēs Religiosorū Ord.antiquos schysmate illo pessimo penè emortuos, ad vitā reuocare. Sextū,Scapulare cū Rocheto nō facit mixtū Habitū;vt aduersarij irridentes dicūt,cū Scapulare sit accidentalis Habitus,& ipsi etiā aduersarij accidentalia hæc non negent, vt passim in superioribus,de quo Scapulari multa.Septimum,Priuilegia nedum omnium Canonicorum Regularium, qui tūc fuerant,& erāt, verùm & omnium Monachorum, & Religiosorum Nobis donata fuerunt à Greg. XII. nulla particulari mentione facta de illis Can. Reg.Frigdionariorum Lateran.nuncupatorum,qui nondū de ouo eruperant,& à Sixto IV. qui illis,sicut & Nobis,omnia Monachorum,& Mendicantium Priuilegia tribuit: Priuilegia nulla erant Frigdionariorum,cū Nobis Can.Reg.donauit Greg.XII.qui sub Martino V. post annos aliquot cum exordijs suis emanarunt in Congregationem. Octauum,si conferatur Monasterij Frigdionarij Antiquitas cum Bononiensi Nostro Rhænano, cuius obseruantiam Canonicam,& Regularem testatur Innoc.II.antè ipsum continuatam:minor illo Rhænano cōspicitur.Nonum falsum: asseritur nos nomen Fratris abdicasse,vt conformaremur Canonicis Regularib. de Frigdionaria,cum sicut illi Nostris,ita nos suis post Nostra priora Priuilegia Priuilegijs inuicem gaudeamus: quod latius probatur in hac Narratione. Decimum falsum est, ꝙ dicunt aduersarij, Nostrum .s.Titulum esse Congregationem S. Donati de Scopeto; siue S.Saluatoris Venetiarum, siue S. Saluatoris de Scopeto, siue Scopetinorum absolutè; & dici Congregationem Nostram S.Saluatoris ex loco Venetiarum, vt sæpius dictum est, & ipsa Apologia refert. Vndecimum,error fit ab aduersarijs, cum Initia Nostra dicunt sub Martino V.& tn̄ circumscribūt modò 1410. modò 1414. vtroq; Anno Martino anteriori: & quàm impiè errant, dùm ex altercatione, quam diù habuit Auctor Noster cum suo Generali,cōpulsus sit ad mutationem Habitus ob,nescio,q̄, iacturam iuuenum: quæ oīa deliramenta facillimè destruit,quod in superiorib.dictum est à Nobis: motum in se B.Stephanum ex relaxatione sui Monasterij,dum huc,illucq; qui ibi degebant Fratres, vbi, vel in eo vno vigebat obseruantia Regularis, dispergebatur ad laxius, & procliuius

Greg.12
Sixt. 4.
Gre.12.
Mart.5
Inn. 2.
Mart.5

Gre.12. uius ad malum currendum:& à Greg. XII. ob eius Sāctitatem vocatum ad Canonicum Ordinem euectum esse.: Non igitur iactura iuuenum, sed vniuersalis iactura, quæ suos ibi morantes, vel iuuenes, vel alios vrgebat, mutationem indidit: tandem quid ludibrij est iacturam iuuenum deplorare, & ne huic labefactationi annueret, strictiorem vitam eligere? ergo nulla cura adolescentis quærenda: Ergo tot Salomonis dicta circà ætatem illam coercendam, gubernandam, probrum fuit ei sapientissimo describere: Ergo inaniter iactatum bonum est homini, si portauerit iugum ab adolescentia sua, & adolescens iuxtà viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea, & si quæ hmōi. Ergo non, quia dum essent pueri, benè educati sunt; viri, & senes effecti Sancti fuerunt, qui in sanctitate à pueritia perseuerauerūt: Ergo abigendi pueri à Christo, quos & retrahentibus Apostolis in medium ad se vocatos ponebat: ergo deridendi illi lactentes, qui perfecerunt laudem ei, quos etiam lactētes fuisse, & ex matrum pendere vberib. Chrys. refert. Verùm esto, fuerit vtcunq. iactura, vt fuit: non hæc fuit causa mutationis Habitus, sed mutationem Habitus, & Status dedit Greg. XII. suæ mentis arcano; præsertim cum hoc ex Antonino decerpsisse testentur illi viri, qui testati sunt. Duodecimum. Quacunq. ratione incipiantur Primordia siue à Martino V. nos priores illis; quia sub Anno 1. & 2. Nobis dedit Priuilegia antè Canonicos Regulares nuncupatos Lateranenses; siue à Greg. XII. Nostra Pontificis huius Decreta ipsorum priora: Si ab antiquis Frigdionarijs ab ipsis renouatis, Antiquiores Nostri Rhænani, vt in superioribus patet: siue ab eo tpe, quo Priores annui Decreti à Greg. XII. Nostri prius, q̄ illorum dicti sunt, siue ex vnionibus Monasteriorum: Nostra prius vniuit Martinus V. q̄ sua: Si ex Generali Capitulo, & Magistratu Nos vtrumq; priores accepimus: At si à B. Aug. vel ab Apostolis, vel à Leuitis, & Pontificibus antiquis, vel à Sacerdotibus in lege veteri lineis indutis, cum nos simus, vt illi, & illi vt nos eiusdem Ordinis, dispositionis Iuris, æquali pede descendimus: & non prius pede dextro ad littus stabile Can. Reg. quàm sinistro: sed vtroq. simul saltauimus, nisi illi dicant ex Petro ortos, nos ex Ioanne: illos ex Iacobo vestito lineo, Nos ex alijs: cum non diuisus sit Christus; cum dixerit: qui voluerit inter vos maior fieri, erit vester Minister, qñ facta est contentio inter eos: quis eorum videretur esse maior; Et hæc ad ampliorē

Margin notes: Thr. 3. (beside "tia sua"); Pro. 22 (beside "cedet ab ea"); Chrys. Greg. 12 Anton. (beside "tes fuisse" … "tus, sed"); Mart. 5 Greg. 12 (beside "Primordia" … "2. Nobis"); Gre. 12. (beside "cti sunt"); Mart. 5 (beside "priores accepimus"); Luc. 22 (beside "neo, Nos ex alijs").

responsionem Tycinensis negantis Nos Antiquiorà daturos Priuilegia, quamuis alibi respondimus. Tertiumdecimum, collecti Annales, & Epitome in illis sunt ab Augustino Mantuano ex notitia scriptorum Notariorum litterarum Apostolicarum, & sententijs Patrum antiquorum, quos recenset in Epistola, qui fuerunt vsq. ad ea tpa, qb. viuebant ex socijs aliqui B. Stephani; vt Iure credendum sit, & fides adhibenda: quos Annales cum alijs eorundem Patrum scriptis, Chronicis, & aliorum recentiorum hic collegimus Nos: cætera, quæ in Epistola illa pulcherrima diserta sunt, vel collegimus in superioribus, vel videnda linquimus: ideo autem Compendio hoc voluimus adunare, vt si non libet ad Nostram hanc collectionem iterùm impressam locare, ꝙ maximè putaremus vtile; tñ sciretur, quid illa cõtineat, quæ passim sola peruagatur, vt diximus; laudat, vt in Capitulo quoq. eligantur, qui Annales Congregationis describant ad perpetuam memoriam: ꝙ factum esse reperitur: Sed neq. oĩa in hac Narratione colligẽda, ne in immẽsum volumen cõgeratur: conseruantur inter monimenta Congregationis in Monasterio S. Saluatoris Bononiæ. Raphael Volaterranus in Comment. pro Cõgreg. Can. Reg. S. Saluatoris. (Est & in hoc Ordine alia quoque Congregatio, quæ repentè magnopere coaluit Sancti Seruatoris: Auctor Stephanus, homo Bononiensis, fuit Ordinis Eremitarum: Anno 1410. Is. n. cum rem inclinatam videret cum paucis eũ sequentibus Canonicum sumpsit gestamen, supraq; album Cucullum Greg. XII. probante, ac ad ædem S. Donati de Scopeto propè Florentiã migrauit. Ex quo Antoninus Præsul Florentinus Scopetinos eos vocat: plura deinde Cenobia recepta sunt: S. Secundi Eugubini dono religiosi Viri Guidonis Fretrani primi Vrbini Ducis. S. Seruatoris de Sylualacus propè Senas. S. Seruatoris Iconici Bononiæ: vbi miraculum colitur vulnerati ab Hebræis Crucifixi, ac sanguinem pandentis. S. Seruatoris Venetijs: In Vrbe verò, S. Petri in Vinculis) (Auctor Stephanus homo Bonon.) constat fuisse Senensem ex processu (quem dicũt) fulminato super premissis litteris Gregorij sub Annum salutarem 1408. Mense Apr. eiusd. Pont. Anno 2. constat & in ipsis litteris Martini. Auctor fortasse dr̃; vel quia primus sui Sodalitij promotus in Canonicum à Greg. cæteros sibi hac legatione demandata promouit: vel quia primus Prior capituaris, & subinde Congregationis primus Generalis: vbiq; in Priuilegijs

Tycin.

Volat.

D. Ant.

Guid. Fretr.

Gre.12. gijs Cōgregationis sese Auctorem facit Gregorius XII. Eam.n.fundauit sub singulis Bullis plumbeis, quæ adhuc extant. (1410.) erratur & in hoc Anno, vt modò patet ex ipsis Apostolicis litteris Gregorij, & processu, qui biennio præcessere. Quos nec vidit Archieps inde tñ cautior factus: quod hoc verbum, vel circà, adiecit. (Album Cucullum) pro Scapulari hunc intellexit, qꝫ in Monachis pro Habitu essentiali vnà cum Cuculla, & Flocco: singula tñ singulatim notat. Io. And. Clem. 1. de stat. Monach. sicuti in Canonicis Reg. Togam simpliciter lineam Clem. 1. de Elect. Scapulare namq. cōe est & Canonicis, & Monachis, vti vtrorumq. Insigne Claustrale, sicuti Cappa. Notandum quoq. pro hoc Insigni à Iulio II. in Priuilegijs, sed non æquè vtrisq. est essentiale. Hoc gestarunt Canonici D. Marci ab antiquo tpe citrà: de quibus sensit Io. An. d. Clem. 1. de Elect. sub colore albo. Vtrumque.n. ex omnibus Canonicis soli deferebāt tunc huius coloris Cappam, & Scapulare. Sed hoc mō cōmutarunt in Capitium sub Annū 1516. suasu quorundam, qui ad illos ex Frisionarijs Lateran. sub id tpis desciuere, vt dictum est. Cappam etiā vtrisque Canonicis, & Monachis idem Io. An. vtrobiq. Clementinarum assignat: sed neutris tñ pro essentiali. (Greg. XII. probante) Imò vltrò sub Cappa decernente, & super Rocheto: Excitatus.n. mentis suæ arcano repetito sæpius ab eo in ipsis Nræ Congregationis primordijs intendebat in his Religiosis Reformationi Ordinis Canonici passim per ea tpa collapsi. Cuius quidem viuens fundamenta iecit, vel eā potius, vt quōdam Apostolus, plantauit. Sic nāque, & plantula hæc ab eo, & sua nuncupatur. Mortuo verò, Martinus veluti alter Apollo, post Apostolum, irrigans eam, positis radicibus prouexit. Eugenius subinde IV. incrementum, & splendorem dedit Deo Saluatore Christo in oībus per omnes mirabiliter (vti solet) cooperante perpetuò. Vide priores illas litteras Gregorij, & quas publicauit in Vnionem Ambrosianā, & in decimo Priuilegio sub 8. Cal. Febr. Anno 9. In quibus religiosè gloriatur, vt olim de profectu suorum Phylippēsium sibi applaudebat Apostolus, quos à se institutos ad fidem imbuerat: eos ꝑꝑea gaudium suum, & coronam appellans. Gloria.n. Patris est filius sapiens: sese eam plantulam posuisse toties repetens ex solo mentis suæ arcano à se hoc Institutum deprōptum fuisse, & ea primordia ipse fecisse, dedisse Habitum hmōi, & viuendi normam, & hæc omnia sub certissima spe

Margin notes: Io. An. (beside "tat. Io. And. Clem."); Iul. 2. (beside "Cappa. Notandum"); Io. An. (beside "ci ab antiquo"); Io. An. (beside "vtrisque Canonicis"); Gre. 12 (beside "Imò vltrò"); Mart. 5 (beside "nus veluti"); Eug. 4. (beside "dedit Deo"); Phyl. 4. (beside "à se institutos"); Pro. 13 (beside "ronam appellans").

nume-

numerosæ olim sobolis,& sanctæ. Vates namq. (vti dr̃) in his vbiq. diuinus. Quem vbiq.omninò si legeris, primarium auctorem, & vltroneum pro sua,vel hac frequenti sententia fateare. Vide etiam litteras Martini V.sub Non.Iun.anno 1.datas Friburgi,soluto mox Concilio Constan. & alteras Mantuæ Anno 2. Et pro Vnione, & Reformatione Veneta, quæ postea emanarunt ab Eugenio IV. (Ad Aedem Sancti Donati)decipitur & hic: quia Vnio Sancti Donati secuta est illam Ambrosianam, & Bononiensem Reformationem,& Vnionem sub Martino V.ad superos iã euocato Greg. XII. (Scopetinos vocat)subiecitq; mox Antistes integerrimus;sed magis propriè S.Saluatoris, conseruato in eis eodem eorum proprio nomine.(S.Secundi)æquiuocat Volaterranus pro Monasterio Ambrosiano. Nam illius S.Secundi vnio facta est, per Calixtum tertiũ posterioribus temporibus,Anno suo primo. Ea.n.est illa Canonica Secundina antiquissima,quam pro sua adeo dilexit D.Vbaldus, vbi.s.à puero prima rudimenta fecit suæ Canonicæ professionis. Lege eius Historiam:celebratur & adhuc constanti memoria apud Eugubinos cubiculum illius tunc Canonici propè Ecclesiam fuisse,vbi,postmodùm eius nomini consecrata Capella cubiculi,fumarium ob eam rem perpetuò apparere voluere.In hac prӕterea Canonica, & ipsi obseruarunt, dum illius antiqua documenta curiosè percurrerent Patres nostri, Priores perpetuò Regulares ad hanc vsq. nouissimam Reformationem continuasse: nusquam videlicet ea exteris commendata. Quod perquàm raròreperies apud Italiæ saltem Monasteria vtriusq videlicet Ordinis Canonici,& Monastici.(Primi Vrbini Ducis)Nulli Volaterranum carpere, nisi Volaterrano ascripta hæc sunt.Nõ debuit autem res nostri tp̃is latere Volaterranum præsentem historiographum,qui vel quinquagenarius homo illius,cum scriberet Mamphridus noster circa 1500. tempestatis,ignorauerit Federicum Feretranum vno oculo Argo occulatiorem nostri sæculi (dum viueret) in re militari vnicum Imperatorem eum primi Ducatus titulum,longè post Guidonem,sua sibi propria virtute peperisse.(S.Seruatoris de Sylualacus) Ex hoc Monasterio prodiere Stephanus, & sequaces, ꝙ pristino dogmati sub ipsum mox principium dimisere. Inde enim à Gregorio subuecti sunt ad Ambrosianum Monasterium,annitente Comite Guidone; vbi eius Pontificis opera reformatio illicò Bon. dum adhuc Con-

Mart.5 Eug.4. Mar.5. Volat. Cali.3. D. Vb.

stantiæ

ſtantiæ celebraretur Concilium, quod triennio prorogatum fuit; auſpicata eſt. Fr.Emanuel Rodericus in ſuis Q. Reg. Tom. 1. q.3. fol.13.vſq.ad art. 2. excluſiuè.hæc de Origine Canon.Reg.ſcribit. (Reſpondeo dicendo,quòd Canon.Regul.Ord.S.Auguſt.dicti La-

Hieron. Plat. teranenſes ab Apoſtolis primùm,vt narrant Hiſtoriæ,traxerũt Originem;prout tradit Hieronymus Plati,ſed poſtea à B. Aug. fuit ta-

D. Au. lis Congregatio regulariter ordinata, cum quibus Canonicis ipſe factus Presbyter à Valerio ſecundum Regulam ab Apoſtolis traditam aliquandiù vixit. Qui cum poſt aliqua tpum ſpacia varias habuiſſet à laudabilibus Viris Reformationes, ſecundum illas varia ſortiti ſunt nomina:inter alias prima fuit iſta Congregatio Lateranenſ.quæ tamen fuit reformata in Templo S.Mariæ Friſionariȩ ꝓpè Ciuitatem Lucæ Anno 1407. à quodam Clerico nobiliſſimo Romano, nomine Bartholomæo,Illuſtriſſimæ Familiæ Columnæ vnà cum quodam eius ſocio nomine Iacobo de Euogadri V.I.Doctore Excellentiſſimo,ſed prius per 800. annos vſq.ad Bonifacium VIII.fuerunt in Eccleſia Lateranenſi à Gelaſio Diſcipulo prius D. Auguſtini,ſemper viuentes.Ex qua Eccleſia, licet in poſterum plures eſſent eiecti, ac iterum regreſſi,tandem ſub Sixto IV. Summo Pont.omnimodam ipſius poſſeſſionem amiſerunt, non tamen Titulum,& Priuilegia,vt ipſe idem Pontifex eis conceſſit vnà cũ Monaſterio S. Mariæ Pacis, in quo adhuc vſque Romæ perſeuerant. Sed eſt notandum,quòd alij ſunt Can.Reg.Congr.S.Saluatoris,q. Initium habuerunt in quadam Canonica vocata S. Maria Rhæni apud flumen Rhænum, & propè ad duo milliaria ciuitatis Romæ ſita, in qua quidam Canonici cohabitabant ſecundum Regulam D.Aug.viuentes:fuitq.talis Ordo ibi ab Innocentio II.confirmatus Anno Dom.1136.& in hac Canonica perſeuerauerunt vſq. ad annum 1350.poſtmodùm à militibus Ioannis Viſconti in obſidione Bononiæ deuaſtata ſe intra Ciuitatem in Canonica S. Saluatoris tranſtulerunt,in qua vſq.ad annum 1418. perſeuerauerunt,q. poſtmodum vniti cum quodã P. Stephano Senẽsi, & ſocijs ex Ordine

Gre.12. Eremitarum Leceti,& à Gregorio XII.& à Martino V.confirmati,

Mart.5 habituq.Canonico induti circa annum Domini 1418. nomẽ ſumpſerunt Canonicorum S.Saluatoris. Deniq. eorum verum principium,& origo non eſt à S.Donato de Scopeto propè Florentiam

D.Ant. ſito,& nunc iam diruto,vt innuit D.Antoninus,dicens; quòd hæc

Con-

Congregatio dr Scopetinorum. Nam licet ipsi Canonici quarto loco ibi habuerint habitationem, habitatio tñ ipsorũ secundo loco in Canonica S.Saluatoris secundũ pdictã Historiam fuit. Et sic magis propriè ab ea sumit denominationem. Aduertit tñ Hier.Rom. cum Abbate Ioachino, quòd hi Canonici non sunt de numero eorum, quorum memoriam faciunt Pontificum Iura. Supradicti.n. instituti sunt per D.Hilarium, & per Apostolos, & per Epos eorum successores, & per D.Aug. reformati, & ad antiquum statum Can. Ecclesiarum Cathedralium constituti. Illi aũt, quos Ius Canonicũ Regulares Canonicos vocat, suam Originẽ minus anteq̃ habent.s. à quodam S.Epo Leonis Franciæ Arnulpho vocato, Anno Dom. 1117. quibus Regulam D.Aug. tradidit, & multa Monasteria in Italia, & Gallia ædificauit zelo reformandi Clerum. qui modus viuendi cum omninò non esset Monasticus, neque omninò esset Clericalis, fuit diuersis titulis ipsius rigor signatus, & à Papa Benedicto XII. Anno 1342. multis gratijs, & priuilegijs ampliatus. Cui Congregationi, vt eius exemptionibus frueretur, fuerunt vnita quædã in Hispania Monasteria, vt Monasteria S. Isidori Legionensis, qui fuit prius Monachorum D.Benedicti, & S.Crucis Conimbricẽsis, vbi adhuc sunt Constitutiones, & Regulæ, per quas dicebant Officium diuinum secundum stylum S.Arnulphi. Et in Italia, & Gallia sunt maximè reformati, & habent Generales, & Prouinciales: in Lusitania verò reformatissimi, & communiter Canonici Reg. D.Aug. nuncupantur; non quia eorum Religio constituta fuerit a D. Aug. sed pp regulam illis à D.Augustino traditam. Et iuxta supradicta debet intelligi Extrauag. Martini IV. in capite. Viam ambitiosæ de transeuntibus ad Religionem) Examinanda singula Can.Reg.Ord. S.Aug. dicti Lateranenses, primùm ab Apostolis, vt narrant Historiæ, traxerunt originem, vel debuisset supprimere Verbum Lateranenses; vel si ponere voluisset, addere & quicunq. alio cognomine vocantur Can.Reg. Ipsi enim nuncupati Lateranenses non cõtrarij sunt, vt quicunq. Can.Reg. Ab Apostolis, & antè originem ducant, vt ex superioribus ex proprijs Lateranensium scriptis, præsertim Augustin. Tycinensis, in Reformato propugnaculo, patet: qui oẽs Canonicos Regulares, salua Professione, & Habitu essentiali, vnius esse iuris, & dispositionis, & ordinis centies contestatur veritate sp ad hoc vrgente. Sed postea à D.Aug. fuit talis Congregatio re-

gulariter ordinata:talis Congregatio si præcisè pro Lateranensi so-
lùm nuncupata,non est verum, tùm quia nunquam in illa Refor-
matione nomen Lateranensis effulsit; tùm quia Lateranensis Ec-
clesia Romæ ædificata à Constantino sub Syluestro Annis antè
Augustinum non multis. Roma habebat Clericos eo tempore
officijs diuinis mancipatos,qui postea à Gelasio regulariter institu-
ti sunt Aug.Discipulo,vt ipsimet Lateranenses testantur, quamuis
Onuph. falsò dicat Onuphrius in Annotatione ad vitam Gelasij, quòd hi
Canon.Regul. sunt, quos primum in ea Ecclesia Laterani colloca-
uit, quòd collocauerit, verum credimus, sed non Lateranēses Ca-
nonici,qui nunc nuncupantur ab Augustino reformati, sed Late-
rani collocati illi,qui Lateranenses tunc ab ipso loco denominabā-
tur:permanserunt ibi vsque ad Bonifacium VIII.à quo expulsi sūt;
q probat ex Archiuijs;Lateranensis Basilicæ:permanserunt quidem
regulariter instituti à Gelasio Canonici, sed non ex illis, qui nunc
vocantur Lateranenses:sed tunc vocabantur Can.Reg. Lateranen.
sicuti Oximenses Oximeni,& alibi eius loci denominatione. Augu-
stinus autem in sua Clericali Reformatione non sub Lateranensi
cognomine putauit Canonicos,& Clericos ad communem vitam
deducere,sed sub Regula sub Sanctis Apostolis constituta;nulla La-
teranensium cognitione habita. Sequitur (quæ cum post ali-
qua temporum spacia varias habuisset à laudabilibus viris Refor-
mationes,secundum istas varia sortiti sunt nomina. Inter alia pri-
ma fuit ista Lateranensis,quæ tamen fuit reformata in Templo S.
Mariæ Frigdionariæ propè Ciuitatem Lucæ Anno 1407. (quæ)
non quidē Congregatio hæc Lateranensis nuncupata, sed omnis
in vniuersum Congregatio Can.Reg.vt patet per ipsummet dicen-
tem,varios viros reformasse;Hic hanc;illi alias: (prima) vna debe-
bat dicere:vt de cæteris taceamus, nostra prima fuit Reformatio,
quacunq.rōne sumatur Institutio,vel Reformatio,vt diximus sup.
(Anno 1407.)fallitur in Anno,vt satis ex superioribus patet: sicu-
Tyc. ti fallitur Tycinensis etiam in Reformato suo libello,qui Reforma-
tionem in Frisionaria, vel Frigdionaria sede (vtrumq.enim repe-
riò & melius Frisionaria,& alterutro passim vtor, vt Calamus exa-
rat.)factam fuisse autumat circa Annos sal.1394.fol.52.de pcursu
vt Annos notet multos, vnum illum per bella descriptione verbo-
rum:& vt ad verbum circà Annum 94.vsque ad 1410. & circà:pro-

trahere

trahere videatur; cum tamen reprehendat Archiepiscopum: qui Ly circà, per duos tantùm Annos educat à 10. ad octo. (Sed prius &c.) si denominati fuerunt ab ipsa Reformatione Frigdionaria Frigdionarij: ergo prius ijdem fuerunt habitantes per 800. Annos in Lateranensi Ecclesia? non ipsi, qui nunc vocantur; sed illi, qui veri fuerunt Lateranenses Canonici per huiusmodi tempora morabantur. (Sed notandum quòd alij) non fallitur, quòd nos initiũ habuerimus in Rhænana Canonica, cui Stephanus cum socijs connumeratus fuit: si Originariam Antiquitatem eiusdem loci requirimus, prout in Vnione illa cum Rhænanis longè, latèq; probatum est: tamen non dilatamus fimbrias: & Institutionem, siue Reformationem Nostram accipimus à Gregorio XII. in B. Stephano, qui dedit illi, & socijs Habitum Canonicum, &, professione Regulæ D. Aug. præexistente, facti sumus ijdem Canonici, vt Reliqui omnes, vnius Ordinis, Iuris, & Dispositionis non ex Priuilegio participantes, quod alij ex Natura participabant Canonici, sed eiusdem Naturæ declarati, ac illi, dato, quòd potiamur, & gaudeamus ijsdẽ, quibus alij Canonici Regulares potiuntur, & gaudent, vt in æquali collocemur cum alijs in potiendo, & gaudendo: quòd si alijs Canonicis Regularibus, vt gauderent suis à Prædecessoribus Gregorij Priuilegijs datis, ex accidenti concessum fuit: etiam Nobis; quòd si Natura, nobis similiter: alioquin etiam ipsi Lateranenses modò nuncupati, quibus datum est, vt gaudeant Monachorum Indultis, de accidenti gaudent, quibus illi ex Natura; ergo Minores illis: quantùm potest humana passio; vt in vulnere alterius proprium cruorem non cernat. Nam Canonici illi, si potiti Priuilegijs Monachorũ Natura; & nos eisdẽ vtrorumq; Natura potiti. Fallitur, quòd dicit (ad duo milliaria Ciuitatis Romæ,) cum Romæ non Rhænus, sed Tyberis decurrat: sed fuit error Impressionis: credo. Fallitur, quòd nomen Can. Reg. S. Saluatoris sũpserimus 1418. cum antea Canonici Reg. S. Saluatoris appellemur à Greg. XII. vsque à 1408. Fallitur, ꝙ secundo loco in Canonica S. Saluatoris cõstitimus, nisi velit, quod ignorat, Bononiam aliquos de primis Socijs B. Stephani commigrasse. Post decessum à S. Saluatore propè Senas, fuimus dicti, & denominati Canonici Regulares S. Saluatoris à Greg. XII. vel ex loco Ilicætano, vel absolutè, nil refert; absolutè tamen dicti: Rhenanis coniuncti, confirmatur titulus, non datur

Greg. 12 *Greg.* *Gre. 12.* *Gre. 12.*

Mar.5. à Martino V. Can.Reg. S.Saluatoris, quia etiam S.Saluatoris noĩe dedicata Ecclesia Bononiæ à Rhænanis post euersionem S.Mariç. secundo loco fuit Habitatio S.Ambrosij, si primò S.Saluatoris de *Greg.12* Sylualacus, vt Greg.XII. innuit, ponitur: Si, ꝑdita illa habitatione, primus Ambrosianus locus ponitur, optimè secundo loco est S.Saluatoris Bononiæ; qui tàm ob titulum generalem Nostri Instituti, non in Ordine, sed in capite ponitur ob Dignitatem, atq. Præstantiam. Absurdissimum denique refert ex Hieronymo Romano, & *Hier. Rom. Abb. Ioach.* Abbate Ioachimo: non comprehendi nos, neque esse de illis Canonicis, de quibus verba faciunt Pontificum Iura eo, ꝙ non censeamur ab Apostolis acti, ab Augustino reformati, & ad antiquũ Statum Can.Reg. Ecclesiarum Cathedralium restituti: sed minus anti *Arnul.* quam originem habere à S.Arnulphò Lugd.Archiep. 1117. Refor *Ben.12* matore Cleri: quibus Benedictus XII. Anno 1342. multas gratias contulit: nolumus obijcere sese obijcientibus: Arnulphus reformauit Clerum Regulariter sub Regula D. Aug. ergo reformauit ad formam Reformationis D.Aug. ergo eiusdem Ordinis cum alijs à D.Aug. reformatis: Reformauit Anno 1117. ergo Nostra Reformatio antiquior, quàm illa, quæ fuit 1407. per ipsum. Sed quæso: vbi legit Can. S.Saluatoris ab Arnulpho reformatos, & factos? qa multa Monasteria in Italia, & Hyspania Reformauit: Inter quę, vbi Monasterium S. Saluatoris de Sylualacus describitur ab eo reformatum? legat Greg.XII. in Nostra Institutione nullam facientem *Greg.12* mentionem de Arnulpho, sed de suæ mentis arcano: nescio autem qd velit dicere de Reformatissimis Lusitaniæ Can.Reg.D.Aug. nũcupatis: non quia eorum Religio constructa fuerit à D.August. sed propter Regulam illis à D.Aug. traditam: in quo differt tradi Regulam Canonicam à D.Aug. suam: & instituere Aug. Canonicos secũdum Regulam suam? idem.n. puto, ꝙ Aug. instituat sub suam Regulam, & quòd Aug. tradat suam Regulam, quamuis puto errorem Impressionis, vt poni debuisset, sed ꝑꝑ Regulam illis D.Augustini traditam: nisi velit hinc asserere, ꝙ D.Aug. instituit, siue melius reformauit Clerum in Regulares apud se, & ꝙ tradiderit siue per se, siue per alium suam Regulam, vt emendatus error ita appareat, vt diximus, quod Gelasius fecit Canonicis Lateranensibus illius tpis, & loci: vtriq. autem Canonici eiusdem Ordinis, Iuris, & dispositionis censentur, sed nihil ad Nos de Lusitanijs: Supponamus, ꝙ osten

dimus,

dimus, falsum ex Greg. XIII. primo Nostro Institutore, nos originarios ex Arnulpho: Arnulphi Reformatio varijs in locis, Galliæ, Hyspaniæ, Italiæ, Lusitaniæ facta: et à Tycinensi vocatur, & comprehenditur inter cæteras Reformationes vniuersi illius antiquissimi, vel ab Apostolis oriundi Ordinis Canonicorum Reg. sub quibus etiam nostra comprehēdetur, quemadmodū Frigdionaria, quæ ab ipsismet inter alias Canonici Ordinis connumeratur: Vbi est ergo tùm formalis dr̃ia, quòd de Nobis non loquuntur Pontificum Decreta, de illis sic? cùm de illis, & inter illos, & cum illis assignentur variæ Reformationes, & ipse Rodericus suprà dicat Ordinem Canonicum secundum varias à varijs factas Reformationes varia sortitos esse vocabula, sed vide allucinationem: Pontificum Decreta toties repetitorum de Nobis Canonicis Regularibus differunt, & tñ non sumus Canonici Regulares. Ergo si de Canonicis Regularibus reformatis ab Arnulpho non loquuntur Iura, & Decreta, quæcunq. Reformationes Arnulphi non habebunt Decreta: De Arnulpho hæc scribit Tycinensis. (Per idem fermè tp̃s, quo B. Iuo dictū Ordinem in Ecclesia Beluacensi instituerat B. Arnulphus Abbas, post Archieps Lugdun. factus Ordinem Can. Reg. vitæ ibidem instituit: vt etiam refert Vincentius Historialis, quem auctor Fasciculi sequit fol. 54. tp̃e Alex. II. & Greg. VII. circà Annos salutis 1356. & inde dilatatus est per totam Galliam, & primùm in Archiepiscopatu Auinion. per remotas regiones, sunt quingentæ Abbatiæ sub Canonica, & Regulari Institutione reformatæ, & in ea Congregatione erat Prioratus S. Mariæ della Portera extrà Lugdunum. Prioratus de Cordelinis extrà Lugdunum, Prioratus S. Martini de Viēna, Prioratus S. Blasij. Prioratus S. Mariæ de Lilio Insulæ. Ecclesia S. Domitiani Epi, in Ciuitate Bruges, in Ciuitate Gen. Ecclesia S. Michaelis. Ecclesia S. Nicolai de Capite Montis distans ab Vrbe Geneua 15. millibus passibus. Requieuit autem B. Ruffus post tantos labores, & reformata loca in Ecclesia Auinion. sub tit. eiusdem nōis. Interiecto autem non multo tp̃e eiusdem S. Viri reliquias trāstulerunt quidam Regulares Canonici in Ciuitatem Valentiæ, quæ abest ab Auinion. 10. millibus passuum vbi est constructa celebris Abbatia B. Ruffo dicata, & ibidem Canonicus Ordo secundum Regulam D. Aug. viget, cuius Abbati scribit Vrbanus II in cap. statuimus; 19. q. 2. & q. 3. c. mandamus. Ex hac Abbatia complures Viri insi-

Gre. 12
Arnul.
Tycin.
Tyc.

insignes floruerunt. Et in primis B. Anastasius IV. Pont. claruit, qui fuit Abbas S. Ruffi Valentinensis Diœcesis: Claruit & doctissimus Vir Nicolaus Anglicus, qui in eadem Abbatia cum esset vir bonus, & doctus, ac insignis declamator ab Eugenio III. in Nouergiam mittitur Prouinciam, & prædicando, ad Christi fidem gentem illā conuertit. Post factus Albanus Eps. deinde Cardinalis ab eodē Eugenio. Quo defuncto, ad Apicem Pontificatus eligitur, Et Hadrianus III. appellatus est, & integerrimæ vitæ habitus est, de quo Vin-

Vinc. cen. scribit lib. 23. c. 3. fuit autem B. Arnulphus in Lugdun. Ecclesia Abbas, huius S. Ordinis ardentissimus Instaurator: Per idem ferè tē pus quo B. Iuo eundem Ordinem reformauerat in Beluacensi Ecsia.) Vbi expresse loquitur de Ordine Canonico in vniuersali, de quo Pontificum Iura, & Ius Canonicum differit. De eodem Ioan. Trullus, lib. 1. c. 10. operis Can. Reg. impressi Bon. 1600. opera Ga-

Trul. sparis Passerini, in Can. Reg. Lat. (Frigescente Canonicorum Religiosa vita cœpit hic facer Ordo primam pulchritudinem amittere, deformatusq; effici. Cæterùm Anno 1080. curante Domino; tpe Gregorij VII. Papæ, & Henrici Imperatoris, iterùm reflorere cępit apud Burgundiam in Ecclesia Beluacensi, Auctore, & Reformatore præstanti Viro Iuone eiusdem Ecclesiæ Præposito, postea Carnothensi Episcopo, qui post Isidorum fecit compilationem antiquam Decretorum. Eodem etiam tpe idem Ordo reformatus est in tota Gallia per Sanctum Virum, & Ven. Arnulphum Abbatem, & Archiepiscopum Lugdun. sub eodem Greg. huius nois VII. Anno 1074. vt refert Aug. Tycinen. in Propugnaculo Canonici Ordinis 5. parte confirmatione 8. qui & plures Historicos citat, has reformationes narrantes. Auctorem huius Gallicæ Reformationis Arnulphum refert Io. Nauclerus volum. 2. Chronographiæ generatione 37. His verbis: Arnulphus in hac gn̄atione, siue Ruffus Lugdunēsis Episcopus in Gallijs prędicatione, & sanctitate clarus Can. Reg. post Aug. Ordinem instituit; vbi & multis fundatis Monasterijs, in Italiam venit. Christi paupertatem, integerrimamq; vitam ad ipsius imitationem omnibus cum ingenti ardore proposuit; & propterea multos ex nobilitate Romana ad se traxit, qui eum tanquam verum Christi Discipulum, & Prophætam sequebantur. Vnde & in Hetruria multa Regularium Monasteria erexit. Verumtn̄ Romæ, dum acerbè nimiùm in Clericorum lasciuias inuehit, & eo-

rum

ium Pompam improbat,secretò occisus est;nec vnquam tanti sce-
leris auctores sunt inuēti.)Hæc ille,qui cum Augustinum comme-
moret,hanc nouam Ordinis,non Institutionem, sed Reformatio-
nem intellige; addo,qđ cum in Hetturia Mon.Regularia erexerit
potius possibile fuit erexisse Frisionarium, quàm Ilicætanum, cum
hoc non fuerit antè Stephanum Can.Reg. ergo potius Frisionarij
ab Arnulpho,quàm Nos. Bulla verò Benedicti XII. sub dat. Arim. *Ben. 12*
Cal.Iul Pont.Anno 5.1339 nō aūt, vt Auctor dicit 1342. Basilius *Basilius*
Sirenius vir apprimè eruditus dicit,q̄ fuit facta pro Constitutione *Siren.*
totius Ordinis Can.Reg. in collectione Indultorum, & Priuilegio-
rum Can.Reg Impressa Mediolani 1506 quod satis facit ad fūdan-
dum: q̄ quamuis concedatur fuisse factam ad ampliandam Refor-
mationē Arnulphi,In corpus tn̄ totius Ordinis Canonici redigi ab
ipsis Canonicis.Extrauagans aūt Martini IV. Viā ambitiosæ,de trā *Mar.4.*
seu.ad Rel.sic intelligitur;optimè autem asserit in q.proemiali pri-
ma Rodericus,cum ex Io. Trullo,& alijs probat Canonicos Regu *Roder.*
lares non esse Monachos, vide ibi. Et hęc quò ad Rodericū dicta.
Syluester Maruli,vel Maurolicus Abbas Messinensis in suo Oceano *Syluest.*
omnium Religiosorum Mundi Italica lingua exarato promittit *Maur.*
ordinare libros ita,vt in principio describat Ordinem Canonicum,
siue Ordines Canonicos,in secundo Monasticos,&c. excusat autē
se immediatè non potuisse ob infirmitatem suam talem Ordinem
obseruare,sed obseruasse Ordinem Antiquitatis, & Constitutionū
Pontificalium:& in capite omnium posito titulo de Origine anti-
quissimæ Religionis Canonicorum Regularium S.Augustini,quæ
dr̄ Congregatio Lateranensis,Nostram Congregationem ponit se
xagesimamtertiam in Ordine,vt in eius tabula libri, & progressu:
quod cum satis admiraremur,constituimus,q̄ de prima asserit exa
minare,dum contenti eramus ea,quæ de nobis dicit; vbi non fir-
mè dicit,animaduertere:primum ergo aduertendum: titulus præ-
fatus si de cōi Ordine,& Religione Can.Reg.S.Aug.loquitur,benè
dicit,antiquissimam appellans,si per verba dicta Congregatio La
teranensis,intelligit vniuersam Religionem Canonicorum Regul.
restrictam postea ad hanc,quæ nunc Lateranensis nuncupatur,cuā
verum dicit,cum & hæc sit Can.Reg sed mirum,quare non restrin-
xit ad alia nomina per tempora;vt diceret Religionem illam restri-
ctam,& deriuatam esse per tempora ad alia nomina,etiam & titu-
los

los præter Congregationē Lateranensem: Secundum, à fonte Christo riuuli Religionum emanarunt: optime: primus hic Ordo Can. Reg. fluxit: peroptime, si in genere loquitur: nedum non benè, sed malè, si per pronomen (hic ordo) intelligit Lateranensem: quia dū Christus Saluator in terris versabatur, non erat in Mundo plantatus adhuc (vt auctoris verbis vtar, dum de Nostris loquitur f.323.) Ergo, dum riuuli effluxerunt à fonte Saluatore in Vniuersum, Ord. Canonici Viri erant non hoc, vel illo titulo particulari insigniti; addit (absq. vlla Constitutione, & ordinatione particulari; sed tātū sub Apostolis viuendo communiter) Ergo in vniuersum describuntur Clerici, & Canonici, non Lateranenses, qui siue in Laterani loci possessione viuebant, vt illi Canonici veri possessores Lateranen. Ecclesiæ, siue eius loci titulo tantum decorati, Constitutiones, & Ordines à Reformatione Can. Reg. in ipso Congregationis initio habuerunt: quod etiam innuunt illa Carmina in Ecclesia S. Petri ad Aras Neapoli: sub fœlici Auspicio Can. Reg. dictorum Later. Reformationem particularem Ord. Can. fuisse factam.

Quos prius Eois Marcus stabiliuit in Oris
Discipulus Petri vestigia sacra sequentes:
Ire per abrupta cernens Pater Inclite secli
Seristi ad meritum Vitæ remeare prioris.

Pasc. 2. Quod Paschalis II. Benedictus XII. Eugenius IV. D. Antonin. *Ben. 12* Vincentius Beluacensis, Possidonius, siue melius Possidius, Io. Ro- *Eug. 4.* scetus Ordinem Can. ab Apostolis deriuatum autumant, de vniuer- *D. Ant.* *Vincēt.* sali testantur: quare non solùm Lateranensis Congregatio nuncu- *Beluac.* pata siue per titulum Laterani, siue per antiquitatem S. Vincentij, *Possid.* seu S. Phrygdiani, siue S. Mariæ de Frigdionaria; ex D. Aug. & Apo- *Io. Ros.* stolis deriuata est. Sed quicunque alij Canonici, siue à Pontificibus de non Canonicis facti Canonici, siue Canonici existentes *Roder.* Canonicis additi, vt duplicem Nostram Reformationem colligamus à B. Stephano, & à Canonica Rhænana, quod asserit de Clericis ab Augustino institutis, de Ecclesia Beluacensi, de B. Arnulpho, clarum est, quòd loquitur de Canonicis Reg. in vniuersum: quòd si Arnulphus ædificauit Ecclesiam S. Mariæ de Frigdionaria, cuius antiquitate gloriatur Lateranensis dicta Congregatio: patet, quā falsò Rodericus scripserit, cuius ope, & flatu nescio. Nos, quia ex Arnulpho descendimus, non esse veros Canonicos; de quibus lo-

quuntur

quuntur Decreta Pontificum;quòd si verum est, (q falsissimũ est) neq.Lateranensis dicta est de illis Canonicis,de quibus loquũtur ipsa decreta;cum in Frigdionaria Reformatione confidant, si eius loci auctor est Arnulphus; quàm facilè prosternuntur mendacia in ipsis aduersarijs ab ipsismet coacta prodiri veritate:& auctor nõ audet repetere Lateranensem; sed hic Ordo: vt per pronomen insinuet,quæ dicit,intelligẽda necessariò de vniuersali Ordine Can. si haberem aduerbium super superlatiuum à Cicerone,vel Quinctiliano,vel Liuio,vel alio Latinæ linguæ professore;sed cum non me tantum titillem, vel ab Ascensio,à Donato, vel Guarino, dicerem perquam optime,maxime optime, magis optime, plus optime:dicit auctor cum,ennumerato progressu Can. Reg. colligit, quia diuersæ,& variæ Reformationes factæ sunt à diuersis, & multis Sanctis Patribus institutæ:ad præsens de dignissima Congr.Lat. Can. S.Aug.loquemur vltimo reformata. En quid moror? hic eius verba subnectam in sua lingua, ne videamur vel supprimere sensum, vel alterare(Sed quia varijs tẽpibus diuersæ Institutiones, & variæ Reformationes Canonicorum Reg.fuerunt,sicut ẽt hodie diuersi sunt Canonici Reg.introducti sub Regula B.P.Augustini,quia multis SS.PP.fuerunt instituti,& reformati)Hic non sensum ex sensu, sed verbum ex verbo transtulimus.Hinc iudicent,qui legunt: an in superioribus de hoc,vel hac Lateranensium Cõgregatione, vel de Canonicis Reg.in vniuersum locutus sit,cum & præexistentes iam, & existentes nunc Reformationes,& Institutiones varias,atque diuersas memoret,& ostendat(Ad præsens loquemur de Dignissima Congregatione Can.Lat.S.Aug. quæ vltimò fuit reformata circà Annum Dom.1407.in Ecclesia S.Mariæ de Frisionaria supradicta) Ac perinde cum dicit Lateranensem Congregationem, appellat eam titulo,quo gaudet,dum hæc scriberet: non quòd ita vocaret, dum reformata,vel instituta fuit : quia, vt patet,sub nomine Can. Reg.de Frigdionaria instituta fuit illa,vel reformatus Ordo Canonicus in illo loco,seu potius institutus pro Reformatione Canon. Regul.in Vniuersum; cui rei non opus est adiungere Epithaphiũ, hui, q pro mortuis ponitur; inscriptionem melius dixisset Saluatori Chrõ. Huc intendunt lr̃æ Benedicti XII. pro Reformatione Ord.Can.Reliqua,quæ pro Reformatione Can. Reg. de Can.Reg. Lat.nuncupatis prosequitur,non est nostrum animaduertere;sed, *Ben.12*

quæ ad nostrám defensionem hmõi pertinent, colligere: sat sit nobis, ꝙ idem auctor dicit, fuisse illos dictos Canonicos de Frigdionaria vsque ad Eug. IV. vbi inferius dicit hanc sanctam Religioné sub Apostolis, & Aug. principium, & Reformationem accepisse, & postea relaxatam, & ad terram prostratam, á Viris Sanctis restitutam: luce clarius patet, ꝙ ipse assentatur singulari: tamen ab illis ẽt, quib. assentatur, veritatis amatoribus non de suo singulari, sed in vniuersum de toto Ord. Canonico varias Reformationes innumeris penè in locis intelligitur, vt Tycinensis ipse discurrit. Item de illis antè hos intelligitur, cum asseritur Canonicos Regul. perseuerasse per octingentos Annos in Lateranensi Ecclesia, i. de illis, qui particulariter reformati fuerunt in illa Canonica, à quibus, i. ab illis Bonifacius VIII. abstulit locum Later. & ad sæculares transtulit: subinde eam Lat. Ecclesiam his benemeritis Canonicis Lat. nuncupatis dederunt Põtifices. Pontificesq́. ab his etiam abstulerunt vsquequo titulo potiri, non loco, concesserunt: sed de his satis. Item, quòd in Hispania floreat hæc sancta Obseruantia, Regula, & Institutum in Monte Syon Originarium, Gallia, Germania, & Anglia: floruerint ob Hæreses deperditas: & in Sicilia pręsertim in Ecclesia Cathedrali Cæphalunensi, Siracusana. Idem auctor, dum dicit, non põt difficili de Ord. Canonico in Vniuersum scribere, qui hic, & ibi regulariter viuebat: cum, vltrà Italiam, Reformatio Canonici Ord. Frigdionariæ non dilatetur, neq. dilatata sit. Nam, vbi reperitur, quòd hi Lateranenses dicti vltra Lateranum habuerint Ecclesiam S. Crucis in Hierusalem, & S. Mariæ Nouæ, Romæ? cum post Lateranum Ecclesia D. Mariæ de Pace eis his contributa sit, S. Crucis in Hierusalẽ ab Alex. III. Ecclesia constituitur confirmata Can. ipsis ibi regulariter viuentibus cum S. Phrygdiano Lucensi: cuius Ecclesiæ Ordinis S. Phrygdiani Canonici nuncupantur. Similiter ab eodem Põtifice dum statuitur Card. Diaconus eius Ecclesiæ S. Mariæ Nouæ eligendus à Conuentu S. Phrygdiani, vel de alio Regulari Collegio, non de hoc, qui nunc est Lateranensis dictus, sed de alijs Regularibus Collegijs, quæ tunc erant in terra plantata. In annalibus recensitis ex Io. de Nigravalle, qui Ord. Can. in Vniuersum describit: vult nihilominus huiusce Congregationis fuisse Linum Pontificẽ, Cletum, Clementem, & alios, qui fuerunt antè ædificium Laterani, & eius loci dedicationẽ: optime inferius dicit Petrus Comestor Can.

Reg.

Tyc.

Ioan. de Nig. V.

Reg.huius Abbatiæ; mirum,quòd non dixerit Lateranensis:Ecclesia S.Petri in Cœlo aureo Papiensis Diœcesis clarè probat, quod fuerit antè Congregationem Frigdionariam, cum ex eorummet Cōmentarijs habeatur ab illo loco euocatos Viros probos ad Reformationem Frigdionariam:optimum asserit, cum Reformationem Can.Reg.eo modo, quo dicimus sæpè,vt putemus, toties repetendo stomachum facere,sed non possumus,cum eadem alij faciant, non facere:factam fuisse, dicit, in Concilio Aquisgranensi sub Ludouico Pio filio Caroli Magni, vt alibi diximus: optimum dicit, cum Cathalogum Sanctorum ex Anastasio Cardinali enumerat huius Sancti Ordinis, idest Can.Reg.in quo cum Guarinum Bon. S.R.E.Cardin. memorat, nos non irascimur, quòd Canon. Rhænanum non testetur fuisse, à qua Canonica gloriamur vtcunque. Quod concludit de præcedentia huius Dignissimæ Religionis,etiā in vniuersum asserendum de omnibus Canonicis Regularibus, quod melius in litteris ad supplendos defectus citatis probatur ex Origine antiqua,& Institutione Apostolorum:quā Originem,& quā Antiquitatem etiam, vel ipsi Later. dicti cōem faciunt omnibus Can. Reg.cum sint,supposita eadem professione, & Habitu,eiusdem Ordinis,& Iuris dispositionis,vt sæpius relatum est:quæ omnia,vti diximus, intelligenda esse ipse Scriptor concludit, cum in laudibus D.Aug.& Regulæ eiusdem:Iactare te debes Religio Canonica, quòd Regula tibi primùm data, multi alij fundatores Religionum gaudeant,Deo gratias,quia non dicit Religio Canonica addito Lateranensis: Hic Vir optimus cum varias Reformationes sub duobus verbis recensuerit post enarratam Originem,& Progressum Canonici Ordinis in vniuersum, solæ Reformationi Frigdionariæ insudat:quam Canonici Ordinis esse, vel ad Can.Ord. assumptam nouimus,inficias;sicut inter alias debuisset.Ergo etiam nos ponere in primo capite; vbi de Canonico Ordine in vniuersum ipso testante,vel inuito à veritate coacto,tractat: quasi verò cum de sola Frigdionaria verba facit, ipsa sola vniuersus Ordo Can.fuerit; alij, vel aliæ Reformationes,Ancillæ,& pedissequæ:verum nō detestamur, quòd in 63.Ordine nos collocet, contenti in nouissimo loco sedere, vt dicatur Nobis: Amice ascende superius: quod fortasse continget (Deo dante)absque quod inuidiam comparationis immisceamus. *Luc. 14*
Videamus ergo quæ de Nobis dicit: nam, quæ superius dicta sunt

G 2 pro

pro defensione Nostra, quòd eiusdem Ordinis, & Originis simus cum alijs, enarrata sunt, non ꝙ alios excludamus, vt videntur facere ipsi alij; sed vt non solos hos, vel illos alios esse antiquos Praeclaros, Apostolicos, Augustinianos, Pontificios, Leuiticos, Sacerdotales, Primogenitos; sed etiam alios, qui Canonici Reg. sunt huiusmodi esse. Videamus quae de Nobis dicit Maurolicus in sua propria lingua, vt praefati sumus. Dell'origine, e principio della Congregatione de' Canonici Regolari di S.Saluatore de Sylualacus. Primū, Non sumus ambitiosi; vt de Nobis dicat Dignissima Religio, Antiquissima Congregatio, sacer. Ordo: sufficit Nobis, vt dicamur Congreg. Can.Reg.S.Saluatoris. Secundum, Poterat etiam hunc titulum Nostrum ita perstringere, & verum dixisset: Dell'origine dell'antichissima Religione de Canonici Regolari di S.Agostino detta Canonici Regolari del Saluatore, & verum dixisset, prout dixit, detta Congregatione Lateranense: vel, dum de vniuerso Ordine Canonico tractat, particulares Congregationes reticere; vt ita esset titulus. Dell'origine dell'antichissimo Ordine de Canonici Regolari di S.Agostino: sed nos vltrò excludimur ab hominibus, sed non à veritate: Qui diligunt vanitatem, & quaerunt mendacium.
Ps.4. Tertium, Nescio, vbi repererit titulum Nostrū primum fuisse Can. Reg. S.Saluatoris de Sylualacus, cum Greg.XII. S. Saluatoris tm̄
Gre.12. inscribat: equidem non legit benè Priuilegium primum Greg.XII. in quo Nos Can.Reg. esse S. Saluatoris, nullo alio titulo addito, nuncupari decernit. Equidem non possum absque stomacho hm̄oi ineptias recordari: & toties repetere. Quartum, Clarè patet malus animus, vel à se susceptus, vel ab alijs insitus, vt absolutam originē, & principium Nostrae Congregationis appellet, quae à Greg. XII. in agro Senensi Reformatio potius dicta est: quod patet magis in progressu Abbatis; qui sequitur. Il Spirito di Dio, che non mancò mai di scaldare i cuori d'alcuni Santi Huomini, che rinouassero il viuere Santo, & Apostolico, quale in questi tempi per la gran scisma nella S.Chiesa, era quasi estinto, in quella; suscitò il Ven. Padre Frà Stefano Senese con molt'altri Frati dell'Ordine Heremitano di S.Agostino, che ripiantassero nella Vigna di S.Chiesa questa nouella Vite, già quasi spiantata, e gittata à terra per molti secoli nel modo, che da noi breuemente si narrerà. Deberem more Hieronymi aduersus Ruphinum etiam Idiotismos linguae carpere, & barbarismos:

bàrismos:tùm in verbis, & articulis, tùm in elocutionibus:sed res examinanda in Verbis, non Verbum: ipse tamen in præfationibus suis Maris Oceani quàm pulchrè redolet Bembũ,Boccatium,Sannazarium:sed parcimus Siculo:sicut parcendum Nobis etiam oramus,qui in vtraq.lingua,neq.præfatos,neq.Ciceronem, aut Liuiũ redolemus.Primum. Vita Sancta, & Apostolica appellatur ab ipso vita Can.Reg. quæ ferè extincta à sanctis Viris renouaretur,modo viuere Can.& Apostolicum, vt etiam ex varia circumlocutione Ord.Can.& Can.Reg.nos excludat ab ipso: sed non potest ex inferioribus illam vitam sanctam,& Apostolicam extinctam ferè,& renouatam,esse Ord.Can.negare.Secundum. Nescio quomodo non sit sui compos, cum inferius dicat, nos non esse ad huc in mundo plantatos,cum neget nos fuisse de Canonicis Rhænanis, vt ab vniuerso nos Ordine Can.eximat:modo autem replantatam vitem in vinea S.Ecclesiæ nos vocat:si replantata vitis:ergo ante eadẽ plantata:non fit reactio, nisi prius fuerit actio in eadem re: quod si in eadem Vinea fuit replantata Vitis,ergo ex eadem Vinea fuit,& est Vitis:si Vinea Ecclesię est ordo Can.multis vitibus variorum Can. Reg.vbiuis gentium, Ordo idem Canonicus in Vinea Ecclesiæ est, cui hæc Vitis nostra replantata est; ergo ex illo Ordine Canonico sumus nos, postq̃ plãtati sumus in mundo:sed qũo plãtati,si replantata Vitis est? sequit. Non molto lontano dall'Antica Città di Siena vi è vn'amenissima Selua d'Illici sopra vn lago, nella quale vi era vn Tẽpio deuotissimo consegrato al Saluatore,e quiui hauẽdo principio questa S. Congregatione, prese il nome, che si chiamasse di S. Saluatore de Syluilacus. Hebbe principio à questo modo: che douendosi celebrare il Concilio Generale à Sauona, il Sõmo Pontefice Greg.XII.passando per questo paese,e già hauendo nel principio del suo Pontificato fatto proponimento di riformare l'Ordine Canonico antico Regolare, in quanto s'estendeua le sue forze, essendo venuto all'orecchie del S. Pontefice la fama della buona vita,di costumi,e della scienza del P. F. Stefano, se lo fece venire dinãzi à lui;qual subito visto dal Sommo Pontefice i costumi,e la santità di questo Padre accrebbe tanto l'amore, e deuotione del S.Pontefice verso F.Stefano,che soleua dire ragionando cõ suoi famigliari di lui,hauer ritrouato vn'huomo del Cielo,e quasi vn'altro Sant'Helia Thesbite: era tanto dolce nella conuersatione,

che

che infiammaua tutti quelli, che con lui ragionauano, e gli restauã no affettionatissimi, onde il Pontefice douendo andar per quel negotio tant'arduo, disse al sudetto Padre, che pregasse instantemẽte S.D.M. Onde finito il Concilio il Santissimo Pontefice hebbe, & essegui il suo santissimo intento, di piantare questa nouella pianta, e riformare l'Ordine Canonico Regolare. Così fece in questo loco Illecetano il primo Priorato de' Canonici Regolari, e gli diede il Rocchetto; mà perche Frate Stefano era professo nell'Ordine Heremitano, li conuenne tener la patienza sopra il Rochetto, e la Cappa grisa sopra d'ordine del Pontefice, e rinouò l'Ordine Canonico Regolare in questo luogo, quale era de' Frati Eremitani, e fù l'ãnno 1408. li 28. di Giugno, e lo dottò di molti Priuilegij, ne quali si vede tutto questo principio, origine, & habito, saluo la cappa, qual dice douer'esser, come quella de' Conuersi Cartusiani di color griso. Primum, erat templum deuotissimum, nunc iam non est per eum, cum sit Sylua, & idem Templum perseuetet à Fratribus Eremitanis obseruantissimè custoditum. Secundum, nomen, quòd vocamur S. Saluatoris de Sylualacus, confutatum est suprà, & tenore Priuilegij. Tertium, cum proposuisset Pont. reformare Ordinem Can. antiquum Regularem, ex eo consecutus est suum desiderium renouandi, & reformandi Ord. Canon. Reg. Ergo non in vniuersali Sanctam, & Apostolicam Vitam, sed Ord. antiquum Can. Reg. Ergo ex Ord. antiquo Can. Reg. sumus, & debueramus poni cum illis Renouationibus, & Reformationibus, quas Ord. Can. ipse in principio posuit. Verùm magnum Oceanum nunc ascendit vsq. ad Cęlos, nunc descendit vsq. ad abyssos, nunc occultata infunditur procella cogente & spiritu, qui à Deo est, nunc ad littus, vel grandia cete pisciculo paruo ductore capienda protrahit. Tertium, fecit eo loci primum Prioratum Can. Reg. subintelligitur renouati Ordinis, & reformati Reg. ne putet primum Prioratum fuisse Can. Reg. qui fumus nos; & non Ordinis Can. Reformati. Primus namq. Prioratus fuit reformati in nobis Ord. Can. vt in alijs aliorum Can. Reformatoribus effectũ est. Quartò absurdissimum est, ꝙ asserit, necesse fuisse B. Stephano; quem tamen Fratrem appellat, & suprà ob maximũ honorẽ Fratrem Patrem: cum præter Tycinensem vnum in suo Propugnaculo tamen. (Reformauit. n. dictum in libello de Ordine Can.) Nullus non Venerabilem saltem appellet (deferre Scapulare

quia

quia erat professus in Ordine Eremitano)quamquam Eremitani facerent professionem in Scapulari, de qua re alibi: tamen cum in Can.Reg.assumpti fuimus professio nostra fuerit in Rocheto, non fuit necesse ob præteritam professionem deferre Scapulare: & qđ alij præcogitationi, & memoriæ præteritæ professionis tribuunt induisse Scapulare, hic tribuit necessitati: Sola verò voluntate Pontificis datum fuit Scapulare, nulla alia ratione præter narratum in Priuilegio; extrà quod aliam inquirere, fateor audacter temerariũ est. Quintum, Vide: & renouauit in eo loco: ꝙ ipse dicit: in questo luogo, quasi hæc scripserit ibi, cum debuisset dicere in quel luogo, vel quiui: renouauit, inquit, siue inquio, in eo loco Ord.Can. renouauit, ergo erat Ordo Can. non quidem in eo loco, sed ille Ordo in vniuersum; qui erat antè, & tunc renouatus est in eo loco: alioquin in ipsomet Priuilegio non dedisset, vt nos potiremur, & gauderemus omnibus, quibus potiũtur, & gaudent Canonici hmõi; quod non est participare ex Priuilegio, & per accidens Indulta Can.Reg. Later. dictorum, cùm verè tunc inciperentur plantari: & à Greg. item XII. facti participes eorundem, sed ex Natura potiri, & gaudere Priuilegia Can.Reg. quemadmodum ipsi omnes gaudebant, & potiebantur, vt latè in superioribus: sequitur. Il primo Priuilegio in Lucca l'Anno 1408. Ind. 1. die Martis, 24. Aprilis, Pontificatus eiusdẽ Domini Papæ Gregorij XII. Anno 2. doue si vede l'error di Paolo Moriggia, qual dice, che hebbe l'origine à Bologna in S.Maria del Reno, e S.Saluatore, & che da questa Cõgregatione vscì Lucio II. e molti Cardinali, e Vescoui: E vero, che Lucio II. fù Canonico Regolare, mà fù di quelli di S.Giouãni Laterano, e li Canonici, che prima erano in detto luogo, & altri tutti erano Canonici Regolari Lateranensi, reformati dal glorioso Padre S.Agostino, e decorati con Regola, & Ordine, come chiaramente è stato da molti Pontefici dechiarato, & in particolare da Papa Eugenio IV. & altri: qual'Ordine fù il primo nella Chiesa di Dio: Hor questo desideraua il Sommo Pontefice ristorare, se bene già haueua dato principio alla Riforma nel luogo di Frisonaia Diocese di Lucca l'Anno 1407. mà quà prendono molto errore, perche il Monasterio di S. Maria del Reno, & il Monasterio di S.Saluatore di Bologna, sono antichissimi, & erano de' Canonici Regolari Lateranensi, doppò andarono in commenda, & in ruina; Venendo questa nuoua Religione,

gione,mà più presto Reformatione,si come si può vedere dalle pa-
Gre.11. role del Pontefice Gregorio,che nel principio del Ponteficato deliberò reformare questo S.Ordine de' Canonici Regolari:così vennero doppò che fù stabilito il primo luogo à Siena, e Bologna, & per mezo d'vn Canonico vecchio restato à S. Saluatore hebbero quel Monasterio, e S.Maria del Reno; essendo stato destrutto per le guerre.L'hanno poi questi Canonici di S.Saluatore ristorato, e fabricato di nuouo, e da questi luoghi vscirono Lucio II. & altri Cardinali,e Vescoui;mà non furono di questi, ch'ancora non erano piantati al mondo.Ritornando al nostro proposito fù instituita questa Santa Congregatione, e dato l'ordini seguenti, che sono tredeci.

1 De Officio Ecclesiæ.	7 De Cibis.
2 De Inclinationibus.	8 De Ieiunijs.
3 De Receptione Nouitiorum.	9 De Silentio.
	10 De Lectione Mensæ.
4 De Instructione eorũdem.	11 De Habitu Clericorum, & Cõuersorum.
5 De Professis.	
6 De Institutione, seu Confirmatione Prioris.	12 De Lectis.
	13 De Capitulo Quotidiano.

Questi sono gl'Ordini dati da Gregorio alli sudetti Canonici.

Quòd aũt Morigias dicit Originem nos habuisse in Canonica Rhæni,& S.Saluatoris,& ab hac Congregatione prodijsse Lucium II.benè dicit,si per Originem intelligit vnionem factam cum Rhænanis Canonicis,quorum Antiquitati,& Viris Illustribus insiti fuimus ea ratione,qua Frisionarij de Frisionariæ Domus Antiquitate gloriantur, cum tñ non Canonicis Regularibus ibi existentib.adiũcti sint:Rocheto sumpto aliunde,vt sæpius in superioribus:nos autem Canonici Regulares existentes Can.Reg. existentibus,ad vnũ ferè quamuis redactis, vniti sumus, & de denominatione superius actum est latius:secundum, mendacium amplissimum: (Lucius II. & alij Rhænani erant Canonici Regulares Lateranenses) patet ex superioribus scripturis Pontificijs ad Rhænanos Can. qui numq̃ Lateranenses vocantur,sed Canonici Regulares S.Aug.de quibus verum est fuisse primum Ordinem in Ecclesia:non debent cartæ dilatari verbis sæpius repetitis ex lib. de Canonica Rhænana, quàm falsò hæc asserantur,patet: mirum mendacium: (ꝙ antiquissimum

Mona-

Monasterium Rhænanum,& S.Saluatoris Bononiensis commēdataria fuerint effecta)cum sp ibi viguerint Collegiati Canonici, & nunquam à Pontificibus commendationi tradita, vel talia iudicata fuerint, quamuis per aliquod tpis Pontifices res suas ad seipsos detulerint,vt in Historia Rhænana descripsimus,quod non est Cōmendatorium locum facere: addit(Lucium non fuisse Rhęnanum Canonicum,sed S.Io.Laterani:) inferius autem dicit ex Canonica Rhænana exijt Lucius II. quàm inconstans Oceanum ascendens vsque ad Cœlum,& descendens vsque ad abyssum. Ghiselerius aūt quem etiam Ciuem Bonon.non nobilissimum Patricium appellat, non fuit Commendatarius, sed Can.Reg.Collegij superstes, non autem in ruinam cecidit vtrumq; Mon.sed Canonica Rhænana, vt suprà, remanserat porrò Mon.S.Saluatoris. Non potest aūt Abbas veritatem reticere,cum emendet se, dum vocans prius nos nouam Religionem,reuocat ad dicēdum potius Reformationem,coactus à verbis Priuilegij Greg. describit autem superstitem illum Senem Canonicum,qui remanserat:Ergo non erat Commendatarius,sed Canonicus senex, qui remanserat: sed ignorat etiam tunc temporis cum Francisco fuisse alios.Et ex his locis exierūt,inquit,Lucius II. & alij, sed non fuerunt ex nostris, qui non eramus adhuc plantati in Mundo: replantati debebat dicere, vt suprà, ꝙ si replantati in Vinea Ecclesiæ, & in Vite Canonicæ Rhænanæ propaginati,de Vinea Ecclesiæ,& Canonicæ Rhænanæ sumus: neque nos dicimus (Bone Deus)Patres esse ex Nepotibus, sed Nepotes ex Patribus: neque Lucium II.de nostris;sed nos de his, de quibus fuit Lucius II.alioquin Lucius II. & Canonici Rhænani fuerunt ex Lateranensibus his,qui Nepotes fuerunt,non eorum, qui de Rhæno nuncupantur,sed eorum,qui per intermissa tpa fuerunt in Canonica Frisionaria.Quinto(fuit Instituta hæc S.Congregatio) (retracto verba mea superiora, cum non aduertissem nunc Sanctam vocari Nostram Congregationem)sed hunc titulum renuimus,si à Nobis incipit,quod tu innuis,cum dicis(Instituta fuit)contrà tua pręcicta: si autem dixisses replantata, & reformata fuit, acceptum referremus titulum Sanctitatis,vt à Maioribus Nostris acciperemus id nomē:etiam à Nobis nedum Can.Rhænanæ,sed B.Stephani,& sociorum,vt in superioribus.Sextò,nō benè vidit Priuilegia Nostra executorialia,in quibus Commissarij dantes à Sede Apostolica Con-

Gre.12.

ſtitutiones in 14.capita diſtribuerunt: Hic autem auctor in 13.relicto c.de infirmis 14. vt videatur hoc Mare Magnum, & ſpacioſum hinc retrahi,illuc vltrà fluere:vt decrementum,& incrementum inſtabilitatis oſtendat. Sequitur. ¶ Nacque ſubito diſcordia tra gli Heremitani,e queſti nuoui Canonici, e non mancarono procurar con fauori,e con mezi di ſpiantar queſti nuoui Canonici:mà perſeuerando loro con Orationi,e Meditationi, e Diuini Sacrificij, il tutto ſopportarono,e ſuperarono:Stãdo queſte diſcordie fra queſte due Congregationi,li poueri Canonici andarono al Pontefice, qual ſi trouaua ad Arimine,e li raccontarono quanto occorreua, doue conſolati,e confortati dal Sommo Põtefice,erano ſenza ſtabilità,hora da vna parte,& hora dall'altra:all'vltimo li fù aſſegnato vn luogo appreſſo la Città di Eugubio,detto S.Ambrogio,del Duca d'Vrbino, & quiui ſtando il Vener. Frate Stefano,& altri Fratelli cõ ogni Santità di vita,e buoni coſtumi,ſi diuulgò per tutte quelle parti;doue ſtando in Bologna in S.Saluatore vn Canonico chiamato D.Franceſco Ghisleri Commendatario Cittadino Bologneſe vedendo come l'Ordine Canonico eſſendo rouinato per le guerre in S.Maria del Reno, ſi ritirorono in S.Saluatore, & iui pur reſtaua queſto ſolo,e dolendoſi,che ſi perdeſſe queſto Santo Inſtituto, hauendo più volte ragionato con il ſudetto Padre Frà Stefano di riformar queſta Abbatia,di commune parere mandarono Procuratori al Pontefice all'hora Martino V. ilqual ſucceſſe à Gregorio XII.qual'inteſa la loro buona volontà,e deſiderio diede l'autorità à Nicolò Albergati all'hora Veſcouo di Bologna, qual poi fù Cardinale,di fare queſta Vnione.Onde vnì il Conuento di S.Ambrogio vicino ad Eugubio à quello di S. Maria del Reno già disfatto,con la Canonica di S. Saluatore di Bologna: e tutto queſto fù confirmato per autorità Apoſtolica, come appare per Breue dato alli 5.di Giugno 1518.qual li diede anco libertà di celebrare Capitolo Generale, come ſi vede per vna Bolla data in Mantoa alli 19. di Decembre l'Anno 2.del ſuo Ponteficato,da queſta Vnione,e facoltà di celebrar Capitolo cominciò queſt'Ordine à chiamarſi Cõgregatione de i Canonici di S.Saluatore:sì perche i fondatori erano Frati di S. Saluatore di Leceto; e quello fù il primo luogo; sì anco per S.Saluatore di Bologna; & queſto è il vero principio, come narra Agoſtino Manfreddi Mantoano Canonico di queſta Cõ

gregatione nella sua Apologia, & appare per le Bolle de i Pontefici: Fù vnito à questa Congregatione S. Donato di Scopeto vicino alle mura di Firenza del 1420. hora ruinato, e fù il quarto luogo; onde moltiplicando assai in questo luogo erano chiamati Scopetini dal nome del luogo, come si vede in molte Città, che le Congregationi sono chiamate dal titolo, e vocabolo della loro Chiesa; il che così faceua il popolo Fiorentino, nominando questi Canonici dal luogo della Chiesa sudetta. Il sudetto Padre Agostino Mãfreddi Canonico di questa Congregatione narra nella sua Apologia, come questa Abbatia di S. Maria del Reno era antichissima Canonica, & Abbatia gouernata da Canonici Regolari: mà quà prende anch'egli errore, volendo affermare, che fosse dell'Ordine loro; mà erano Canonici Regolari Lateranensi. In quest'Abbatia Innocentio II. confermò l'Ordine Canonico sub Regula S. Aug. institutũ: del 1136. questo Monasterio fù ruinato: mà hora ristorato dalli predetti Canonici di S. Saluatore, la grandezza di quest'Abbatia si vede dalli Priuilegij de' Pontefici, fatti, come si crede, ad instanza di molti Cardinali, che vscirono da questo S. Ordine in diuersi tempi, trà quali fù Gherardo Bolognese, il quale di Canonico Regolare di S. Maria del Reno, fù fatto Bibliotecario, e doppò Cardinale titulo S. Crucis in Hierusalem, dal predetto Papa Innocentio II. all'vltimo doppò Celestino fù fatto Papa, e chiamato Lucio II. Da questo Monasterio erano anco mandati Priori à S. Potentiana, e S. Prassede de Vrbe: vbi in Calendario antiquo vr̃, & legitur sub die 7. Octobris obitus Bernardi Canonici de Rhæno, & Prioris S. Potẽtianæ. Doue anco si legge Ildebrando de Canonico S. Mariæ de Rhæno fatto Cardinale titulo 12. Apostolorum: Si legge anco nel detto Calendario di detto Monasterio di molti Priori fatti Vescoui, & Arciuescoui: mà tutti questi furono Canonici Regolari antichi, e prima, che fosse questa Congregatione; Che Greg. XII. fece molti Priuilegij, come consta, e furono dodeci in diuersi tempi: il primo à Lucca; il secondo in Austria, & molt'altri in Gaeta; altri ad Arimine: quali Priuilegi demostrano il grand'affetto, che portaua à detta Congregatione, & in particolare al Padre Stefano per la bontà, & santità di Vita, e scienza, che in lui risplendeua. Passò di questa Vita il Padre Stefano del 1423. in Bologna, & iui fù sepolto auanti l'Altare Maggiore, doue si sepeliuano li Superiori, doue stabilito,

bilito, e fondato l'Ordine è fatto vnir molti Monāsterij, e vestito gran numero di Canonici: Onde non è marauiglia, se il Pontefice tanto l'amaua, e ancora il Duca d'Vrbino, qual douendo far qualche segnalata impresa, prima si cōsigliaua cō il detto Padre Frā Stefano, tanto in lui cōfidaua: Morto Greg. successe Martino V. ilqual ancora lui portò grand'affetto à questa Cōgregatione, e da lui fù vnito S. Donato di Scopeto à Firenza: come dalla Bolla appare data in Firēza li 13. d'Aprile. Fù vnito ancora S. Sebastiano di Mātoa dal sudetto Pontefice, come narra il Padre Agostino Manfreddi: doppò Martino successe Eugenio IV. Nepote di Greg. XII. ilqual nō fù di minor desiderio di Gregorio in accrescere, e fauorir quest'Ordine Canon. doue fù vnito il Monast. di Siena, & il Monast. di S. Saluatore di Venetia del 1488. d'onde riformato questo Monastero n'vscirono in breue huomini litterati, & di buona vita. Così andò moltiplicando questa Congregatione per tutta Italia; doue e con lettere, prediche, e virtù, furono illustri, e fondarono molti Monasteri, delliquali sono vsciti alcuni Vescoui, & altri Prelati, e Dottori, quali hanno posto in luce opere sopra la sacra scrittura, Homelie sopra gl'Euangelij, & altre opere. Vi fù vn D. Ludouico da Forlì nel tempo del Concilio Tridentino, qual fù Vescouo della Scala, dou'egli si trouò d'ordine del Pontefice per la sua singolar dottrina, e molt'altri, che per non esser tedioso gli tralascio. Questa Congregatione hora tiene da quarantadue Monasteri in Italia. Fiorì in questa Congregatione Giulio Clouio Eccellentissimo Miniatore sepolto in Roma in S. Pietro in Vincula, molto caro ad Alessandro Farnese Cardinale. Fiorì ancora vn Padre D. Marco da Brescia in lettere Greche, e Latine, & Hebraiche dottissimo, e fece vn gran Volume in lingua Hebraica: Intitolandolo Arca di Noè. Non lasciarò di dire ancora: come il P. D. Pelegrino da Bologna di quest'Ordine fù noue volte Generale di detta Congregatione per la sua singolar bontà, e prudenza: questo fece edificar la segnalata libreria, qual si troua in detto Monasterio di S. Saluatore di Bologna, e l'adornò di gran numero di libri scritti à mano, e gran parte miniati con oro, & azuro oltra marino, & altri infiniti libri di tutte le professioni stampati: qual biblioteca noi stessi andassimo à vedere l'anno 1586. mandati dalla Maestà di Filippo II. Rè di Spagna à fine di far scielta di più rari, e degni libri scritti à penna, così

Greci

Grēci, come Latini, per decoro della Real Bibliotheca del Monasterio di S.Lorenzo il Real. Questa libraria è posta sopra il Refettorio bellissimo: sotto il Refettorio vi è la Cantina grandissima: il tutto fabricato con tanto artificio, che si può dire; Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam. Questo Monastero è de principali di detta Congregatione, e fù vno delli tre primi vniti: per l'vnion de quali conseguì li sudetti Priuilegi, doue fù poi chiamata Congregatione. Questo era Monastero antichissimo de Canonici Regolari fatto in nome del Saluatore sin'al tempo di q̃l gran miracolo nell'Imagine del Crocifisso occorso nella Città di Baruti in Siria l'anno 785. nel tempo d'Atanasio Vescouo d'Alessandria, e sempre gouernato da Canonici Regolari; ma venuto in gouerno à questa Congregatione l'hanno adornato di bellissime fabriche, è de principali di Bologna con segnalato studio. Vi è il Monastero di Candiana ricchissimo, e bellissimo, con gran numero di Canonici, posto sopra il territorio di Padoua. Vi è il Monastero di S.Saluatore di Venetia, che può star al pari à quello di Bologna: in Venetia anco vi è vn'altro Monastero di S. Antonio con vna bella, e rara libraria, così come vi è in Italia da libri tutti scritti à mano, e miniati d'oro, & azuro oltramarino. Vi è in Rauenna il Monastero di S.Gio. Euang. bellissimo, e la Chiesa fù consecrata da detto S.Gio. e vi concorre ogni Anno tutta la Città in detto giorno della Consecratione. Vi sono in Roma S.Pietro in Vincula, in Fano S.Paterniano: questi sono i principali Monasteri di questa Congregatione. In Mantoa S.Sebastiano; & alcune sono Abbatie, & altri Priorati, come racconta il R. P. D. Alfonso Bouosio Bolognese Canonico di dett'Ordine. Dicono l'Offitio Romano, e fãno per arme vn Saluatore assentato, che benedice il popolo. In Napoli hanno S.Maria di Capella, e S.Anello, alla qual Chiesa vi è vn miracoloso Crocifisso: doue S.Anello faceua oratione, e si disciplinaua, qual'hà fatto infiniti miracoli; & trà gli altri l'anno 1300. regnã do Carlo II. ritrouandosi vno chiamato Tomaso, che faceua iui oratione, gli viene vn suo Compadre à richiedergli denari in prestito; così gli li prestò non volẽdo altro testimonio, che questo Crocifisso. Venẽdo il tempo di restituire negò il Compadre douer dar nulla: egli lo fece andar auanti il Crocifisso, & iui pregò volesse manifestar questa verità; all'hora subito miracolosamente parlò il Cro

cifisso

cifisso,e disse.O misero,rendi quello che deui.Il Compadre per rabbia tolse vna pietra,e tirò nella guancia del Crocifisso, e mosse alquanto il capo,quasi che hauesse sentito dolore,e la parte offesa restò liuida,come hoggidì si vede:subito il sacrilego restò immobile, e per l'orationi del Compadre fù sanato,e fece penitenza, mentre visse:questa pietra stà appesa à piedi di questo Crocifisso, & à questo Altare fanno celebrar Messa quelli che hanno lite, ò qual si voglia trauaglio.Ma meglio informati l'Arma loro è la quì posta.

Vn'Aquila sopra vn libro aperto,cō l'infrascritte parole ĩtorno.

Salus tua Deus suscepit me.

Primum: fuimus absque stabilitate hinc inde : optima in Itala lingua elocutio : nō pōt calamus solecismos hos pertransire hic ad vnguem:nam si sigillatim dicerentur,per singula verba reperirentur : nobis parcēdum,si suam linguam inseruimus præter suprascriptas rationes,cum ipse inferat in sua hanc,in qua scribimus,ne eiusdem videatur ignarus.Hinc à Pontifice fuimus vocati Fratres Constantes,ꝙ,si ignoras, scito . Neq. hinc putandum varios titulos Nobis suboriri , sed ex constantia consequendi Pontificem sub illo duro schysmate ita appellatos:& ne nomen Fratres turbet,legenda superiora.Secundum,non erat Dux Vrbini,sed comes, qui dedit Mon. S.Ambrosij:nisi velimus dicere datum fuisse ab illo,qui modo dicitur Dux Vrbini per anticipationem: ꝙ idem est,ac dicere nunc vocantur Duces non tunc;vt nunc vocantur.Tertiò,Venerabilem acceptum referimus charitati, & obseruantiæ auctoris , sed non fuit Ghislerius Commendatarius,vt supra,sicut nec Ciuis,sed Nobilis: prout à Nobili differt ciuis . Scimus.n.posse esse Ciuem Nobilem ; & inferius:ipse solus remanserat.Ergo non Commendatarius:optimè,inquit,Ordinem Canonicum ruinam passum in Ecclesia S. Mariæ de Rhęno,cogitatum de Reformatione Abbatię:in Historia de Can.Rhænana non innuitur titulus Abbatiæ,sed cōtinuatio Priorum pro tp̄e,vt per litteras Pontificias:ꝙ autem ab hac Vnione,& concessione fuerit vocata Cōgregatio Can.Reg. S. Saluatoris,&c. ꝗ dicit verum asseritur,si verè intelligitur Apologia Nostri Augustini.Nam non benè probatur contrà illum fuisse Can. illam Lateranensium:ꝙ probatur ex ipso Abbate:Confirmauit Ord.Canonicum sub Reg.S.Aug.in hac Canonica sub 1136.Lucius II. de Can. Reg.S.Mariæ de Rhæno factus Card.ex hoc missi Priores ad S. Po-

tentianæ

tentianæ,vel S.Praxedis,vt in superioribus: & oẽs hi fuerunt Canonici Reg.antiqui,& anteq̃ esset nostra Congregatio.Ecce Virus; ecce Venenum: Ita ego dicerem:oẽs illi Canonici,de quib.in principio differit,fuerunt Antiqui, & non de Congregatione Frigdionaria,anteq̃ titulum hr̃ent Lateransem: neque postq̃ habuerunt titulum,cum in alijs non possint gloriari, nisi in Lateranensibus, si perpetuò mansissent,vt nos perpetuò mansimus in Can.Rhænana: cum audacter ex Nostris numerus ad ferè vnum redactus eorum Can.fuit.Itaque continuata illa antiqua ante Nos Obseruantia Regularis vsq.ad Nos, qui adiuncti illam continuauimus vsq. modò. De Priuilegijs Greg.& numero,& locis,in quibus data fuerunt,diffusius suprà:similiter de vita,& obitu B P.Stephani: & de Vnionib. Canonicorum Nostræ Congr.acceptum referimus auctori,ꝙ tãdẽ Nos appellet Ord.Canonicum. Nimium Nos laudat in augmento locorum,& Virorum Illustrium, de quib. ẽt suprà de Antiquitate Canonica S.Saluatoris de Bononia:similiter vera dñr in Superioribus;ꝙ dicit alia Nostra loca esse Abbatias,alia Prioratus. Verum dicit;cum hoc redoleat veram Can.Reg.Institutionem,& antiquitatem,vt possint potiri titulis quibuscunque ex Natura locorum, Præpositura, Prioratu, Abbatia; & retinere eadem nomina, non translacta nominis prioris natura ex transactione loci ad Nos: & esse potest,quòd hoc audierit à Præclarissimo, & Reuerendissimo Alphonso Bouosio ad præsẽs Generali Præposito, Abbate Nostræ Congregationis benemerentissimo (cuius laus est per omnes Ecclesias nostras) cum Neapoli moderaretur Monasterium S. Agnelli, & eum benignè accepisset huc illuc ea ratione peruagantem. Vltimò,quò ad meliorem certitudinem de Insignibus Nostris, superius dixit,totius Congregationis esse Saluatoris Imaginẽ sedentem,& bene Populo dicentem;ibi non benè certus factus est. Est enim Insigne S.Saluatoris Bononiensis effigies.s.integra Saluatoris benedicentis,vt ex Antiquitate Rhænana Lateranensi Saluatori adhæreret,vt in suo libro.Nunc dicit aliam, sed neque hic benè certus factus est.Est.n.Insigne S.Ioannis de Rauenna absq. suis inuentis verbis:sicut singula Monasteria habent sua Sanctorum suorum signa.Hæc autem pro expurgatione errorum Adm. Reu. Abbatis,in quos vel per inscitiam incidit,vel quos per incuriam calamus exarauit,vel nimis credulus aliorum scriptis non benè purgatis

tis

tis deceptus eſt, dicta ſufficiant: in quibus ſi aliquantulũ excanduimus, meritò feciſſe arbitramur, quia videri voluit & ſciri ex animo ad hoc paratiſſimo excludere nos ab Ordine Canonico etiam in Noſtris Laribus: à noſtris tm̃ varietatem titulorum, & Eccleſiarum expiſcans: & Apologiam tm̃ Mamphreddi noſtri legens citiſſimo pede non autem interiora, & ſubſtantialia petens, vnde fit, vt in errorem labamur, ſicut lapſus eſt in Annis Bullarum, præcipuè, quo data Canonica S. Saluatoris Venet. vt in ſuperioribus, & quo datũ primum Priuilegium Greg. XII. ſ. 24. Apr. cum fuerit datũ 3. Non. Apr. i. die tertio: ipſe aũt fortaſſe neſciebat numerare Nonas, Idus, & Calendas, vel ſuppreſſit, & mutauit naturã litterarũ, ne Nos alijs præponeret: ꝙ ſi quis credit magis Maurolico, ꝗ Morigiæ, credat etiam Antiquitati Can. Reg. S. Saluatoris, ab eo vſq. tp̃e, quo ſcribitur, ædificata Eccleſia, cum miraculum Iconę geſtum eſt, cum, vt in ſuperioribus ex Sigonio, & alijs, Canonici exiſtentes antè Canonicam Rhænanam erectam, & S. Saluatoris fuerint Regulares S. Aug. qui ædificauerunt illas Canonicas vel Anno 700. vel antè. Io. Trullus Ianitor cuiuſcunq. Regularis Vitæ in ſuo opere Magno Ordinis Can. Reg. multas propoſitiones facit declaratione indigẽtes lib. 1. c. 3 n. 5. citat Tycinenſem aſſerẽtem Sixtum IV. Can. Reg. Lat. dictos prodijſſe teſtatum ex Apoſtolis, quod nos non imus inficias, ſi etiam Nos, & alij Canonici reformati ad priſtinam obſeruantiam cum illis eiuſdem rationis computamur. Nam num. 7. Volaterranus Ordinem Canonicum reformatum prius, & reſtitutum ſuæ integritati à D. Noroberto Præmoſtratenſis Familiæ Inſtituto re, deinde ſub Annum 1400. fallitur in numero, niſi intelligatur ſub: vt circà: per Frigdionariam Congregationem, alias appellatam Lateranenſem in Italia: nouiſſimè verò in Gallia à Cõgregatione, quam appellant, Caſtrinantonis, circà Annum 1500. Non eſt igitur ſola Frigdionaria Congregatio antè illam, aliæ poſt item eiuſdem rationis cum illa in Ordine Canonico eod. cap. n. 8. an fuerit retractatio Auctoris Supplementi, vel falſificatio primi ſcripti: (de qua re nos ferè nihil) videant qui ſciunt, & nos ſcimus, ſed neſcire volumus pro nunc; ſed etiam quæ in retractatione, vel falſificatione recenſentur, hæc dependentia non refertur, vel reſtringitur tantùm ad vnam Congregationem, ſed ad illam, quæ Iuuonis. c. 4. n. 5. Memoria Lucij II. ſub Canonico Reg. Ord. abſque quod Can. ex Rhæ

nana

nana Canonica fuerit ex Volaterr. ponitur: Nobis sufficit affirmari fuisse Can. Reg. & non Later. quamuis taceatur, de qua Canonica, & Reformatione fuerit: q. taceat Volaterr. alios, qui fuerunt Can. Reg. Rhænani, & aliarum Ecclesiarum, non ideo dicendum nõ fuisse alios Pontifices. c. 5. n. 8. recensetur B. Guarinus huius Ordinis: equidem non Lateranensis, sed Rhænanus. Eius, q. de Petri Damiani Historia effingit in superioribus, exactam veritatem manifestauimus: licet autem inspicere, cum hos Viros Can Reg. nominat, non afferere fuisse Lateranenses, vt ad riuum hunc decurrere debeant omnia Maria: vt S. Petri Cordulensis Hugo de Follieto, & aliarum alij Ecclesiarum, vt Iuuo ex Præposito S. Quintini Beluacẽsis Ord. Can. Reg. D. P. Aug. c. 6. n. 17. optimè citatur Tycinensis asserẽs ita (ex cuius Ordinis Canonici Regula veluti ex limpidissimo fonte, quasi riuuli quamplurimæ Cõgregationes profluxere:) adde tu veluti Congregatio Frigdionaria, Congregatio S. Saluatoris: libet nobis posteriori loco nos ponere; non. n. maioritatem, sed æqualitatem ambimus inter vnius Iuris, & Ordinis Canonicos Regulares, & alia. c. 10. per totum: bellissimè multas Reformationes Can. Reg. in Cõgregationes effectas ennumerat sub Iuuone, Arnulpho, Phrygdiano. Fallitur in Anno Reformationis Frigdionariæ 1401. cum fuerit postea: non fallitur in laude eiusdem Congregationis aduersus eam Impugnantem, quòd non sint Veri Canonici, quia detulerunt sub Habitu Fratrum Ordinis Prædicatorum lineam vestem: nam sufficit ad veros Canonicos Regulares probandos Professio, & Habitus essentialis, vt toties repetitum est. n. 5. fallitur in Nostra referenda Congregatione cum dicit (repente magnopere coaluit:) cum multas calamitates per multos Annos perpessa sit, vt initia bonarum rerum consueuerunt, expulsiones, iniurias, iactationes, vagationes, cui tñ Deus dedit constantiam, quousq. ab Ambrosiano, & Rhænano, & Boñ. Monasterijs coalescere (vt eius vtar verbis) cœpit. Fallitur, cũ dicit (Greg. XII. probãte,) Habitum Can. sumpsimus imò dante ex arcano suæ mẽtis. Fallit, cũ simpliciter dicit (ad ædẽ S. Donati de Scopetto. ppe Florentiã migrauit:) Nã Monasterium illud non primum, nec secundum, nec tertium vnitum fuit Cõgregationi, vnde titulum sumere debuerit, sed fallitur etiã in titulo Scopetinorum: sed (vah) quem titulum somniauit, vt quia celebratur S. Saluatoris Bonon. miraculum illius Iconæ celebratis-

ſimæ per Concilia, diceremur Canonici Saluatoris Iconici: numquam abſoluto titulo Sancti Saluatoris additum fuit verbum Ico nici, quæ audacia addere titulum titulo Pontificis? Sed quæ, auferre, & mutare verba Pontificis? quod poſtquam dixit Lateranen. nuncupatos, Prędicatorum Fratrum morem in omnibus imitari camiſia linea more Epiſcoporum, & byreto nigro, qui & vulgari ſermone Fratres della Camiſia nominantur: refert ad verbum verba Tycinenſis de Nobis: q̃uo reſponſum ſit, & reprobatum, ſuperiora indicant, vt non neceſſe ſit hic apponere iterùm, hoc ſuper addito, ꝙ ſi Tycinenſis de nobis controuerſum fuiſſe dicat, an Regulares Canonici eſſemus ſuper nomen Frater, & Scapulare, vt Iulius II. eſſe nos veros Canonicos Regulares opus fuerit, afferret ſnīam. Trullus ſubnectit. Eadem etiam ratione, tpe Auguſtini Tycinenſis controuertebatur: an Later. Canonici eſſent Canonici Regulares, ob idq; Can. Reg. Italicarum Congregationum apud Hyſpanos Monachi iudicantur. Ecce Fratres, & Patres mei probatiſſimi, & optimi Concanonici Lateran. cui titulo non addo nunc nũcupati, vel dicti, cum verba dicam charitatis, & vnionis non iuriſdictionis, & dñiæ: gaudium noſtrum, & corona noſtra, de quib. vtroſque inuicem gloriari oportet: q̃ neceſſarium eſt, vt inter nos, conciliata dñia, id ipſum ſapiatur, & vterque de vtroque Ordine, & Congregatione in Italia, præter alias, florentiſſima, laudes, non vituperia, cathedras maiores, non ſcabella pedum ædificet: tàm vili æſtimati à non Italicis Viris: deſinant domeſtici Canes cuſtodes vnius domus, in qua Deus facit habitare vnanimes, inter ſeipſos latrare: latrent, ſed non mordeant in cæteros, exturbatores pacis domeſticæ familiæ: parcite, ſi quæ acriùs dicta ſunt, coacti diximus, cum charitas deberet vrgere Chriſti, vt id ipſum ſapiamus, & etiam inuicẽ diligamur. Baſilius Sirenius Canonicus Regularis Lateran. nuncupatus optimè de Nobis sẽtit in collectione Indultorũ &c. (Apoſtolici Ordinis Clericorum Can. S. Saluatoris Later. Reg. obſeruantię D. Aug.) & ſuprà etiam omnem laudem noſtram adijcit: verùm notanda plurima. In Epiſtola dicit, ꝙ Ordo Canonicus Satore, ac Ductore Mediolanenſi ad Vrbem Lucam reparatus noſcitur: ita poſſumus nos dicere ex eius, & ſuorum ſnīa: ꝙ ad Vrbem Senas reparatus item noſcitur, & ad Vrbem Bononiam ex Can. Reg. iam ſatis ad Can. Reg. nondum eradicatos, vt Satore aliquo indigerent, ſed

Baſil. Siren.

inſer-

insertore, vt ipsemet in eadem metaphora inferius in apparatu: demùm insigni Viro Alphonso Bauosio tunc Priori S. Saluatoris Bonon. perennem gratiam habendam profitetur, qui præciosam admodùm suppellectilem hisce promptuarijs, inquit, intulerit: Hisce promptuarijs, certè collectioni Indultorum Lateranensium Canonicorum, prout in titulo sua opinione: Verùm hisce promptuarijs totius Ordinis Canonici, optimè, si id opinatur: quæ.n. spectant ad Canonicos Rhænanos nullam habent conferentiam cum Lateran. dictis, sed cum Nostris: quicquid dixerit Siculus supra fuisse Lateranenses eos, qui verè erant Rhænani: non satis ibi, sed insertis: non plantatis, sed transplantatis: quod non principium seminis, sed cōtinuationem virgulti sonat: dices: non est facienda vis in verbis: ad vlteriora progrediamur, & res notemus. In apparatu probat Institutionem, & progressum Can. Reg. in vniuersali, non restricta differentia ad Lateranenses, cum nondum existeret Lateranum antè Syluestrum, vsque ad eum Pōtificem donatum Laterano à Flauio Constantino, qui ibi Religiosorum Clericorum Collegium instituit, Seminarium præcipuè primarium Pontificum, cæterum illorum Clericorum, qui Reformationem fecerunt apud Luccam. Sed neque qui apud Senas, vel apud alias partes, sed illorum, quos instituit Syluester: vel qui alibi Clerici Religiosi degebant, & sic continuati ab Apostolis &c. vel qui non Religiosè viuentes ad eam Regulam Religiosam ibi reuocati; & sic de non Religioso ad Religiosum Clericatum translati: & sic inserti his, qui ab Apostolis &c. vt si diceremus de non Canonicis Canonici effecti nos sumus in B. Stephano: & de Canonicis ad Canonicos Rhæni suffecti, vt de alijs taceamus: & ita optimè paratur apparatus, ꝙ ipsemet probat inferius, dum inter Pontifices Canon. Reg. in Laterano à Syluestro, & Gelasio institutorum, & reductorum, etiam Pisanæ Ecclesiæ Can. Alex. III. & Honorium, & Lucium Rhænanæ Ecclesiæ Bonon. & alios S. Ruphi, & consimiles apponat eiusdem Ordinis, & Naturæ existimandos, & ex eodem cespite pullulasse, .i. Augustiniani Dogmatis studiosos. Etenim ij, qui præcesserant, Religiosi Clerici extiterunt, & cōiter viuentes, & in Albis, iuxtà Apostolorum morem, incedentes absque nullius dubio, vt omnes, quotquot Canonici Regulares fuerint, in S. Rupho Can. Rhæn. Pisana Ecclesia, & consimilibus ex eodem cespite, Ordine, & Natura sint: ꝙ autem addit

Sylu. *Gelas.* *Alex. 3*

immediatè, (præsertim antè Syluestrũ,) nõ intelligo, an velit dicere non præsertim quæ post Syluestrũ fuerũt Reformationes Can. & Apostolici Ord. Sed post pręsertim fuisse eiusdẽ cespitis, & sic ẽt, qui nunc Lateranenses dicũtur, nõ præsertim sũt ex eodẽ cespite: ꝙ si, p, præsertim, intelligit solos Later. Canonicos, qui à Syluestro instituti sunt, & posterioribus Pontificibus reuocari sępius, & reformati, vt ipsi, qui nunc Lateranenses vocantur, sint pręsertim eiusdẽ cespitis: Hinc est non error in Verbis, sed in re, cum ijdem non fuerint illi, qui à Syluestro, & deinde in Laterano cõmorati sunt. Ergo vel omnes præsertim eiusdem cespitis sunt, vel illi tantùm, qui antè Syluestrum, & non quicunq. alij postea: scimus n. quò tendat ab illo accepta significatio verbi, vt ad se naturam cespitis transferat, ad alios ex Priuilegio, & tamen etiam post apud Luccam Reformationem Ordinis Canonici in hac nobilissima Congregatione dictorũ Lateranensium concessa fuit eis Basilica Lateranen. & iterùm amoti, eadẽ donati, & nũc amoti titulo tm̃ insigniti, vt in Indultis ipsis patet. Nam, ꝙ etiam ipsa percelebris Congregatio ab ipso Eugenio nouella plantatio vocetur, ipsemet Sirenius, detractis nubibus præteritis, sole veritatis apparente iuxta verba Eugenij, profitet: cuius, inquiens, ea verba leguntur. Nouellam in Vinea Dei plantationẽ, Religiosam Familiam Dei Congregationem de Frigdionaria nuncupatam. Ergo non sanctam in Vinea Domini plantationem, Religiosam Familiam Dei Congregationem de Frigdionaria nuncupa-
Eug. 4. tam. Sunt verba Eugenij IV. prout asserit Tycinensis in reformato libello de Antiquitate, & Dignitate Ord. Can. p. 4. c. 19. cuius libelli Reformationi incubuit vnus ex alijs, quibus ea cura demandata fuit, ad alia euocatis, ipse Serenissimus Sirenius, vt in Epistola ipsius libelli asserit: quę de Reformatione Frigdionaria sunt, tacemus. Non est Nostrum reprehendere alios, & sua, sed Nostra tueri, & defendere, veritas ipsa fateatur. Ego. n. præsertim, & cæteri oẽs mei Canonici item præsertim (ne Ordinem inferiorem in hac relatiua particula ponamus) vellemus esse surdi, nescio quid amplius dicã. Verùm, dum scinditur Vestis Amoris Christi, oportet, vt cõmissuram panni veteris cum veteri ponamus, vel noui cum noua veste, alioquin iterùm scissura fieri oporteret. Verba, quę in nostrum fauorem dicit, examinemus (quo titulo) S. Saluatoris. s. sed nõ Lateranẽsis (huic). s. Congregationi Frigdionariæ, siue Saluatoris Lateranẽ

sis

sis (magis, magisq. accedit:) duo sunt: quòd nēpè Nos magis ad eos accedimus, q̄ alij, & hoc renuimus: cum exclusi ab ęqualitate, & existentia eiusdem Ordinis, Iuris cum illis: antè alios, post illos, esse refutamus, vt nō sciamur cuius Ordinis simus. Volumus, quæ Nobis, & alijs cum illis conueniunt, & q; non pari passu currimus cū illis, sed accedimus magis, non maximè, ergo non eiusdem Ordinis, & cespitis: accedit, inquit, (alia & quidē insignis:) non possumus vim verborum non ponderare: (& quidē Insignis;) & hoc per exceptionem potuit dici Insignis, sed non adeò talis. Clara est. n. huius aduerbij significatio hæc excipiendi, præter alias, distinguendi, & cōparandi, absq. vlla sequenti coniunctione: ehi, quàm molestum est, vt rimemur mentis Iudicium, per Vallæ, & Varronis campos, quos, audeo dicere, Infantes, nedum pueri pertransiuimus, nūc senes, nedum viri currere: vt si Quinctilianus diceret: Iudicij torquebis quidem filium, sed fatebitur mater: & clarius exceptionem declarans, cum dixit Cicero in 3. offic. ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Insignis quidem illa, sed non vt nostra Congregatio: quàm perbellè laudamur, sed lux in tenebris lucet: quòd si volebat, vt verè Insignes nos esse pateret, addendum erat certè, herclè, profectò ad verbum Insignis; vt in Cicerone ad Lentulum. Illud quidē certè nostrum consilium Iure laudandum est: & ad Atticū. Nunc quidem profectò Romæ es; & in Terentij Phormione cum triplex affirmatio ponitur: nam tua quidem, herclè, certò vita hæc expetēda: sed putemus in illo quidem absconditum fuisse herclè, profectò, certè, & id geminatum. (Et quidem insignis Canonicorum Regul. Congregatio,) (q̄ Greg XII. Pontificis auctoritate in Venerabili quodam Stephano Senensi Ord. Eremitarū initiū sortita est) optimè: si initium nostrum vt nouellam plantationem suam accipit. Verum melius dixisset, vt toties de sua; q; reformatus fuerit Ordo Canonicus in Venerabili Stephano iuxtà mentis Greg. XII. arcanum, prout eius litteræ sonāt. Et ne ab assumpta Metaphora recedam, agricolationem gratis repeto.) Gratis datur nobis nomen agricolationis, i. voluntariè, absque merito, ex Gratia, & Priuilegio, non ex Natura. Eheu quò ducunt Nos Iudicia Nostra fallacia: q; Priuilegium Nobis datum à Pōtifice Iulio II. vt essemus participes Priuilegiorum Can. Reg. Later. dictorum, autumet Tycinensis in p. 4. c. 13. & Sirenius gratis à se repetat agricolationem, vt Sirenius

Quinc.

Cic. 3. off.

Cic.

gratis

gratis concedat nobis esse Canonicos Regulares, vt nedum Natura non simus, sed nec ex Priuilegio Pontificis, sed ex gratuita repetitione, & datione Sirenij. Nos humiliter accipimus quicquid nobis volunt concedere, cum non possimus ab alio capite, vel collo nutrimentum hr̃e, quàm à suo, uel seipsis. (Anno humanæ reparationis 1408. Summus in terris Pastor, & Agricola dilatauit fines Vineæ Canonicæ)(si Vineam Canonicam intelligit vniuersalem Cœtum Ordinis Canonici benè, si Nostrã tãntum: si dilatauit. Ergo erat saltem restricta; sed hoc non erat; si eodem tempore, quo plantauit Agricola dilatauit, ergo non in nobis reformatus Ordo Canonicus in vniuersum, sed neq. potuit dici dilatata esse cum agglomeratione Liceti; cum non agglomerentur nisi multa fila, & illuderat vnum: sed certè per Vineam non potest non intelligere, nisi vineã Ord. Can. in Vniuersum) agglomerãdo ei Ilicetum quodam, quod Syluaiacus, & Fultignanum dixere Prisci apud Senas, quæ fuerat Eremitarum habitatio. Vniuit verò, atque incorporauit Pontifex præfatæ Vineæ (subintellige Canonicæ, in vniuersum. Nam Priuilegia data sunt Nobis ab ipso Greg. Agricola ad potiendum, & gaudendum omnibus, quibus potiuntur, & gaudent alij huiusmodi Canonici.)(Mãdãs amodò ad Vineam pertinere, & Vineam dici, & esse) si amodò significat nunc. Nunc pertinemus ad Vineam, i. Priuilegio gratuito; nil Nobis cum antiquis: idem ergo possumus dicere de alijs: modò, cum reformata est, ad Vineam pertinẽt, cum ad hanc Ecclesiam accedunt; sed meliori consulimus: amodò præteritum tempus significare, vt amodò, dicit ille Terentianus, induisse Vestem Eunuchi, qui iamdudum vitiauit Virginem (Enimverò exterminauit eam Aper, abegitq́, de Sylua, & deuastauit. Ceccus, qui tenax primarij, renuit ad nouum transire Institutum, socijsque struxit Insidias, quib. petiti, Iliceto eiecti sunt: iterũ idem Vinitor ipsamet insititia, de Syluaiacus iam Vinea adempta, transtulit, & Montem D. Ambrosij propè Eugubium, quem alij pariter Eremitæ incoluerant Vineæ coagmentauit, inibiq; plantauit. Tum Martinus V. ei succedens, eorundem propagines, ac ramos seuit in medio Vineæ, vberiori gleba campi Rhænani, inter arua Bononiẽsiũ, inq; ipsa extinctarum, seu eradicatarum antiquarum vitum fossa (quandoquidem D. Franciscus Ghislerius S. Mariæ de Rhæno, ac S. Saluat. de Bonon. inuicẽ vnitorũ, Prior ꝑpetuus, cupiebat, supplicatq́.

Teren.

caratq. illos eò deferri, asserẽs Monasteria sua à certo tẽpore citrà fuisse, & esse Canonicis totaliter destituta, seq; nequiuisse, quantũlibet sedula inquisitione adhibita, idoneos Clericos, & Canonicos in ipsis collocare.) Hos Gregorius impensissimè dilexit, sũmisque prosecutus est fauoribus, & gratijs, Martinus item ampliauit, Calixtus III. Iuliusq. II. præcipuis priuilegijs eos verè Canonicos esse declarauerunt, talesq. primitus legitimè creati, olim S. Saluatoris de Syluàlacus dicti, postmodùm à S. Saluatore de Bononia deriuarunt agnomen, nunquam à Scopeto, quod perperam eis affixum, cum primò Prioratum de Syluàlacus obtinuissent 1408. vti prædictum, postea Eugubinum 1414. dein Bononienses 1419. postmodũ 1420. ipsum S. Donati de Scopeto. Non est ergo vt aliquatenus huic primatus ascribatur, & per consequens nec inde sumatur denominatio: ꝙ si Archieps Antoninus eo vsus est, id more vulgi protulisse, qui ex titulo loci sibi familiaris religiosos vocitare consueuit: claret ex eo, quòd subdidit; sed magis propriè S. Saluatoris; tale quidam videre est in vita Domini Thomæ Kempis Malleoli per Iodocum conscripta. Habentur enim hi tituli. De Gherardo Mago Coinstitutore Clericorum Regularium, seu Fratrum D. Hieronymi, itemq; paulò infrà. De Institutis Clericorum Regularium, qui vulgò Fratres S. Hieronymi dicuntur: idq; propterea, quòd Gandaui Canonici Regulares D. Hieronymi Ecclesiam incolunt: nã cum per propria, & more sapientum loquitur, ait inferius de Animatione Thomæ ad Religionem Canonicam Augustini, &c. ipsi Canonici S. Saluatoris, P. Stephanum vultu Angelicum, vita, & eruditione conspicuum, ingenio præstantem, moribus suauem, Prothoparentem prædicant, quem in Generalem Priorem ipsis primis Comicijs electum, deinceps, quoad vixit, confirmarunt annuatim, idest quindecies. Dominum Franciscum Ghislerium proximè venerantur, optimè meritum, qui eos genuinis corticis finibus denuo inseruerit, & Canonico replantarit cespiti: secernuntur à Frigdionarijs bireto, quod album gerunt, Caputioq; cum Hasta, quod scapulare nuncupant: cæterùm eiusdem Canonicæ pinguedinis spiritali succo, per inhæsionis beneficium medullantur, ambæ Congregationes in fundo Clericali pariter cohærent, consimiliter ad vineã pertinent, eodem influxu fouentur, ac irrigatione virescunt, & vtramque Domino fructificantem vna sustinet radix, vnde viri pullularunt

lularunt

lularunt bonitate, disciplina, atque sciētijs illustres.) Nescio primū an de Sylua vinea exterminata sit: eiectus quidem B. Stephanus de loco Sylualacus: perbella allusio: vt Aper de Sylua veniens extermi net Vineam, & deuastet de Sylua. Sylua enim potius vastatur, vt vi
Ps. 79. nea plantetur: & Aper ille Dauidicus de Sylua venit, vt deuastaret Vineam. At etiam de Sylua venit Ceccus vt Sylua erat, & deuastauit Vineam, quæ in Sylua erat plantata: ille Ceccus, iam dictū est, fuit Commissus eius loci: vt videatur à Commissis nos destrui, & eijci à Clericis inseri Vineæ: & eadem insititia concedimus iam Vineæ Canonicali adempta per priuatam auctoritatem, schysmate omnia perturbante, non per publicam, & Pontificiam. In mōrem D. Ambrosij translata, &c. vbi non pariter Eremitæ incoluerant, si per Eremitas, addito pariter, intelliguntur Patres Eremitani, sed Eremiticam quidem vitam agentes ibi degebant, vt in superiorib. inibi plantata, particulari Vineæ coagmentarunt; in vniuersali con cedimus: solas item propagines, & ramos elegantius extensas in me dio Vineæ in vberiori gleba Campi Rhænani: equidem vberiori, vt potè; qui Indulta extendit sua vsq. ad Lateranenses dictos, ad quos ipsi appropiare curant: non autem extinctæ, seu eradicatæ vites fossæ Rhænanæ fuerunt. Nam si Ghislerius fuit Prior Perpetuus, vt erant maiores, solus superstes, non erat adhuc fossa omni vite destituta; neque adeo supplicauit, vt necessitate compulsus id ageret, sed, vt redditus vberiores Canonicis indigentibus impertiret, vnà consultans cum B. Stephano supplicarunt Pontificem, vt in Processu executoriali in superioribus: destituta totaliter sua. Monasteria equidem fuerant, vt ad ferè ipsum solum Canonicum deuoluerentur, ne putaremus illa Monasteria non habuisse tunc temporis Can. secum ipsum Ghislerium, sed tunc fuisse Priorem Commendatarium; quòd subolent verba Sirenij, & clarè alij dixerunt, vt alibi: itaque non impotens fuit idoneos Clericos, & Can. ibi collocare, sed sibi vnire, & in suum Monasterium adiungere, qui bonæ famæ essent; & ideo suæ personæ Ordinis Canonici Can. iam existentes Beatum Stephanum, & socios exorauit adiungere: non vt collocarentur Canonici, sed vt multiplicarentur. Scimus enim quid intersit inter collocare aliquos, vel multiplicare, hoc præsupponente præexistentiam, illo non semper: veros Canon. esse declarauerunt

Pontifices

Pontifices illi, sed non tales primitus legitimè creatos. Non enim de Nobis dicitur, nouellam in Vinea Dei plantationem, sed tunc legitimè reformatos: olim S. Saluatoris, sed nunquam de Sylualacus, vt est Priuilegium Greg. XII. nos volentis appellari Fratres S. Saluatoris absolutè: neque à S. Saluatore deriuatum agnomen Bononiæ, vt inferius in Apparatu, dum de Compilatore Priuilegiorum differit: titulus enim Noster fuit semper absolutè Can. Reg. S. Saluatoris, abstracto nomine ab Ecclesia S. Saluatoris de Sylualacus, Bononiensis, & Venetiarum: quamuis, ex diuina prouidẽtia, hic titulus Vniuersalis habuerit testimonium in Nostra primiori Can. & alijs. Discreti fuimus à Frigdionarijs Bireto, ꝙ albũ gestaui mus vsq. modò, cùm à Pont. Max. fęl. re. Paulo V. Decisione Congr. Card. Illustrissimorũ datum est nigrũ ad modum Clericorũ, & Can. & Prælatorum oĩum eo, ꝙ veri Can. Reg. ratihabiti sumus, vt patet per ordinationem, vt in libro de Habitu. Medullamur eius Canon. pinguedinis spiritali succo per inhęsionis beneficiũ, quemadmodũ & Frigdionaria: & ambæ in fundo Clericali pariter cohærent: & quæ concludit ad amplissimam Nostram laudem dicta, memoriã, amorem, gratiasq; requirunt, prout ego nomine totius meæ Congregationis ago, habeo, referre non possum. Habetur in fol. 32. bul la Innocentij Papæ II. pro Ecclesia, & Can. S. Mariæ de Rhæno, & additur (quæ famosa, & antiquissima olim S. Aug. Canonica, aliqñ bellorũ turbine euersa, sed per Reg. Can. restituta adhuc superest.) Voluissem dictũ esset, sed per Regul. Can. S. Saluatoris restituta, ne videatur fuisse, & esse aliorum Can. quàm eorundem, nisi existimẽ nos appellandos simpliciter Can. Reg. qua rõne, si de vniuerso Ord. Canonici corpore putamur, concedimus; si per Can. Reg. intelligũtur soli Lat. dicti, negamus: Nunquam n. hi illum locum habuerũt. Quòd fol. 40. memoratur fuisse Innoc. II. Can. Lat. & vocatũ antea D. Gregorium Guidonium; alio modo Annot. in Platinam fuisse. s. de regione Transtyberim familiæ de Papa, siue de Papareseis ex Inscriptione Pulpiti Marmorei in Aede D. Iacobi Transtyberim: Vide Platinam, & Annot. in eo Pontifice. Quòd fol. 52. per Bullam Lucij II. ad Rhænanos Canon. dicitur fuisse Canonicum eum Pontificem illius Ecclesiæ Can. & postea S. Crucis in Hierusalẽ. Nõ putandum ad aliam Ecclesiam Can. transmigrasse, cum, vt in superioribus dictum est, hinc inde hi Canonici tanq̃ in membra vnita

Greg. 12
Pau. V.
Inn. II
Platin.
Luc. II

vni corpori abirent. ficut etiam in Ecclesiam S.Potentianæ de Vr-
Hadr.4 be, prout in Bulla Hadriani Papæ IV. fol.78. fol.276. fit memoria
de Can.S.Aug.de Nicosia sub 1401.quod Monast.nos possidemus,
vt non possimus nos etiam gloriari de antiquitate nostra, vt alij ex
Natura illorum locorum, qui ad Nos deuenerunt? quod fol.288.
post Bullam Greg.XII.ad Can.Frigdionarios infertur.(Hic Ponti-
fex hoc ipso Anno 1408. in Oratorio D. Saluatoris de Syluvalacus
propè Senas peramplo Priuilegio familiam erexit Can.Reg. ad q̃
summè sibi dilectam duodecim extant ipsius Bullę,duas tamen hic
dumtaxat exarauimus,quòd reliquæ minus in re nostra forēt) (fa-
miliā Can.Reg.erectā) si intelligitur particularis sub vniuersali tit.
Can.Reg.bene dictum:Si (erectam familiā Can.Reg.)vt pro eodē
accipiatur,& prædicetur familia, & Can.Reg. aduertendum fuisse
quidem erectam illam familiam, sed pro Reformatione Can.Reg.
Gre.12. à Greg.XII.intentā, & cogitatā sæpius: q aūt in sequentibus Bullis
titulus declaratur ad Can.S.Saluatoris de Syluvalacus: Verba Bul-
larum examinanda pro titulo; Nam absolutè vocatur Congrega-
tio Can.Reg. sed quia scribitur Priori Congreg. qui olim erat Do-
mus S. Saluatoris de Syluvalacus, additur de Syluvalacus verbis S.
Saluatoris,non vt Congregatio hmōi ita appellanda statuatur,sed
vt certiores fieremus de Domo illa,cuius erat Prior:Prior Congre
Gre.12. gationis Can.Reg.patet ex Priuilegio primo Greg.XII. nos appel-
lantis absolutè Can.Reg. S.Saluatoris, quibus additum fuit illud
Monasterium,nō Oratorium: Sed hæc non faciebant ad rem, quæ
optimè adumbrātur inferius, cum subinferē: (porrò non amplius
auditur S.Saluatoris;vt olim,) (intellige titulus)(siquidē,& posses
sione iamdiù, & titulo, & iuribus spontè cesserant Religiosi Can.
Domo S.Ambrosij contenti,post hac recenter indepta S.Saluato-
ris Bonon.nuncupādi,)mirum non amplius audiri S.Saluatoris ti-
Gre.12. tulum;ergo titulus datus à Greg.XII. euanescit in acquisitione S.
Mart.5 Ambrosij;imò addita est īterpretatio eius Bullæ Martini V. (hmōi
drīam recentium ad veteres extitisse annunciat in Habitu, Obser-
uantia,Institutis,Constitutionibus,Consuetudinibus,Statutis:cæ
terùm Canonici,& antea cēsendi,nimirùm per Greg.creati) ergo
erāt antea Can. S.Saluatoris ita creati(a Gregorio creati:)trāseat,
si hæc creatura ad Reformationem iam ab Apostolis,& vltrà,crea-
tura Can.Ordinis referatur: vel si creati absolutè, eo conceditur

modo,

modo, quo etiam alia nouella plantatio nuncupatur. Nescio.n. quæ dria sit inter creare, & plãtare in eodem Ordine. Nam in principio creauit Deus Cœlum, & terram; & tunc plantauerat Dominus Paradisum voluptatis à principio: nisi velimus intelligere plãtationem esse actionem secundarum causarum, vt producat terra herbam virentem: creationem autem actum Dei creantis: & ita & nouella plãtatio, & creatio intelligatur Reformatio ad antiquam illam creationem primæuę Originis: numquam titulo spontè cesserunt Nostri: cessissent.n. titulo à Gregorio dato, sed Domui illi, quæ sub D. Saluatore de Sylualacus nuncupabatur, & viget: neque .n. nos titulum Domus particularis amplectimur, non habita possessione Domus, sed titulum illum retinuimus semper ex arcano mentis Greg. XII. inditum abstracta ratione, & collatione ad hanc, vel illam Domum, etiam si fuerit plusquam Lateranensis, proinde non S. Saluatoris Bonon. titulus nouus erigendus cessante ex cessione priori titulo, sed sub titulo vniuersali S. Saluatoris Sũma Dei Prouidentia in nostrum fauorem pro Domo prima, secũda, & paulòpost tertia intercedente S. Donato, vt triplex titulus Domorum S. Saluatoris adeò donatus esse tribus testibus efficacissimis probaretur; non igitur à recenter indepta Domo S. Saluatoris Bon. nuncupamur, sed S. Saluatoris: ignoro autem pœnitus, qua ratione asseratur fol. 295. confirmationem Vnionis Ambrosianæ cum Saluatoriana Domo à Titularis obitu reseruantis sibi administrationem temporalium, & Titulum, cum vnio sit essentialis aggregatio, incorporatio, annexio (vt verbis Bullæ vtar) administratio verò sit particularis actio, siue titulus, quem tñ scimus Ghislerium cessisse Stephano: ad eundem sensum intelligenda relinquũtur verba, quę fol. 325. post Bullam Eugenij, dum Can. Reg. S. Saluatoris Bonon. citat, præsertim cum fol. 338. Calixtus III. in sua Bulla, qua nos veros Canonicos Regulares testatur, numquam titulus Can. Reg. S. Saluatoris de Bononia, vt in titulo adijciatur, nuncupatur, sed absolutè addito tm̃ Ordinis S. Aug. vt videatur, q̃ à veritate, & charitate sit alienum verba Bullarum alterare, addito, vel aliquo diminuto: cum item fol. 377. Bulla Innocentij VIII. pro vsu Pontificalium concesso Prioribus S. Saluatoris, & S. Antonij Venetiarum hoc sit initium: Innocentius Episc. ser. ser. Dei: Dilectis filijs S. Saluatoris, & S. Antonij Monasteriorum Venetiarum, Priores guber-

Gen. 1.

Gre. 12.

Cal. 3.

Inn. 8.

nari solitorum Congregationis S.Saluatoris Ordinis S.Aug.Prioribus salutem,& Apostolicam Benedictionem:vnde ergo in titulo huius Bullæ extensio ad omnes Prælatos Congr. S. Saluatoris Bononiensis?vnde titulus idem fol.496.in confirmatione Priuilegio-
Iul.3. rum nostrorum per Iulium III.? cũ ipse dicat.Dilectis filijs modernis,& pro tpe existentibus Priori Generali,Visitatoribus,Abbatibus,Prioribus,Præpositis Congr.S.Saluatoris Ordinis S.Aug. Vnde idem,dum recensentur Antonius Cõtarenus; Augustinus Steuchus,Ludouicus Vanninus, Io.Petrus Delphinius Episcopi in vsu vestium Episcopalium?& tamen ibidem vult nos institutos Liçti, reformatos Bononię: quasi Institutio nostra particularis,& creatio non fuerit Reformatio Ordinis Canonici in vniuersum, sed Reformatio vocetur vnio, & incorporatio, & annexio cum S.Saluatoris
Pius 5. loco Bononiæ, & in extensione Priuilegiorum Pij Papæ V. Can. Reg.Ordinis S.Aug.Congreg.S.Saluatoris appellamur: vt Lateranensis,& S.Crucis Colimbriæ:& vnde fol.623.in appendice,quòd Can. Reg. ad quæcunque Ecclesiastica munia, & officia apti sunt, infert,Theseum Can.S.Saluatoris de Bon.Prothonotarium,& Magistrum S. Spiritus in Saxia Vrbis? fol. 398. Dum Iulius II. ma-
Iul.2. gnum Priuilegium ad Nostrum fauorem concedit, & asserit Nos gaudere Priuilegijs &c. eos tàm præfato Ordini Can.Reg. S.Aug. ac Congreg. de Frisionaria alias Lateranensi &c. post illa notatur hmõi(ly alias,temporis accipe,non loci: namque eorumdem gra-
Grè. 12 tias, & indulta pridem Greg. XII. ijsmet Canonicis de Sylualacus tunc nuncupatis communicarat in Priuilegio creationis dicendo. Gaudeant omnibus exemptionibus,libertatibus &c. hactenus cõcessis Can. Reg. hmõi.i.reformatis, quorum nullus adhuc extabat titulus,aut Congr.Martinus.n.Anno Pont.4.decem eorum Monasteria in vnum compingens,mandauit à Frigdionaria dici; quia illic constitissent, aut se collegissent Reliquiæ Canonici Ordinis ex alto ruentis;eidem aũt vnitati Lateranẽsis agnomẽ Eugenius indidit,sed verius reddidit,q̃ fuerat singularis Prouinciæ titulus, at Primariæ,nimirũ Romanę,& Patrimonij)Qđ ad Lateranẽses spectat
Gre. 12 non enarramus;sed dũ asserit,q eorũdẽ gratias cõicarat Greg.XII. si,pro eorundem,Can.Frigdionarios intelligit, nondum in titulũ, & Congregationem euectos:dicerem,si rectè concessum esset,dum Reformatio Frigdionaria facta est in eo loco,constitisse Can. Reg.

Verùm

Verùm aliena non curo: Verba Priuilegij nedum Gregorij nominantis Canonicos huiusmodi.i.verè Canonicos,sed ipsius Iulij declarantis,qua rõne intelligi debeant verba Gregorij.s. Adijcientes præterea,q de cætero non solùm prædictis Præeminentijs, Priuilegijs,& Gratijs decorentur,quibus gaudent in specie,vel in genere vniuersi alij Canonici:ita declarant Nos tunc antè additionem sui Priuilegij esse in statu gaudendi,quibus gaudebant vniuersi alij Canonici in genere,& in specie; q declarat Verbum,Canonici huiusmodi. Addit verò Iulius,vt gaudeamus, quibus non gaudebamus Priuilegijs &c.,omnium expressarum Religionum. Non igitur gaudebamus in Greg.Can. reformatorum Priuilegijs,sed omnium,& Vniuersorum:ergo ẽt eorum,si tùm degebant,qui erãt in Frigdionaria,quia non Congregationum Canon.Reg.Priuilegijs fecit nos gaudere,& potiri Greg.in specie,sed quorumcunque Can.Reg.huiusmodi.i.qui erant tunc Can.Reg. & fuerant, vel sub titulo Congregationis.i.multorum Monasteriorum vnitorum in vnam Congregationem,qualis non erat adhuc Frisionaria, vel sub titulo singularium locorum quorumcunque. Putabam me rebus nostris satisfecisse,& aliud non esse,cui obsistere deberemus,atque proinde dabam rationem,vt non amplius accenderemur,ad remittenda iacula,vel potius auertenda absque offensione Iaculantium. Verùm, postquam illa legi,quæ Pater optimus Basilius Sirenius,nomẽ Cæsariensis Doctoris, doctrinam, & bonitatem imitatus, dicit in suo Consilio,siue Responsione ad nonnulla quæsita,quæ indigent examinatione, non possum diffiteri nos aliquali indignatione excanduisse:vt si de rebus suis aliqua perstringerem,quæ vera diuulgantur,non excandescat ille,vel alij. Sciant læsam sæpius pacientiã fieri furorem:putent ignem gladio fodisse,qui sub cinere quietus latitabat:canem dormientem excitauerunt,vt alibi diximus etiam; qui, si latrabit,non mordebit. Sed neque latratus in lunam ciet: nõ aerem verberans pugnabo,& in incertũ. Protestamur autem,quoniã ita volunt,si aliqua in medium afferemus non placitura, ascribendum non Nobis, qui parùm delibantes de Congregatione Lateranensi dicta, prima sui Institutione Frisionaria appellata,suis eam laudibus decoratam,& nostris reliqueramus. Sed non verbis agendum:modestiam nostram vsque modò experti sunt: nomina non benè dicentium suppressa voluissemus,nisi ipsi sua nomina iactassent

Greg.
Iul.
Greg.

sent: dicta non benè tantum refellere, siue modestius, distinctione declarare proposuimus, vt fecimus. Verùm vsque ad viuum cor nostrum sua opinione, quasi paruulo colli pilo, vulnerauerunt & crine, & vno oculorum suorum fascinationem in nos iniecerunt: aduersus mentem sponsi, visionem, & ligamen sponsæ præcipuè desiderantis. i. vnionem, & charitatem in Ecclesia Dei non discindendam. Sed, antequam respondeamus obiectis, supposita verissima ab ipsomet Eruditissimo Sirenio præscribemus. fol. 17. sic dicit. (Idem Innocentius II. mandans Priori S. Mariæ de Rhæno, vt Clerici eius Ordines à Diœcesano Episcopo suscipiant, exprimit sacros) (citat litteras Apostolicas in libro Indultorum Can. Reg. fol. 39.)(nulla facta minorum Ordinum mentione. Quod & repetit eidem Lucius II. ijsdem verbis fol. 50. & Eugenius III. 65. & Anastasius IV. 76. & Alexander III. ipsi Priori Rhænano 88.) & fol. 18. hæc habet. (Innocentius VIII. Prioribus S. Saluatoris, & S. Antonij Venetiarum, præter vsum Pontificalium, Clericalis etiam tonsuræ, & collationis minorum, benedictionisq; Paramentorum, & Campanarũ facultatem impartiuit: ijsdem potestatem fecit Alex. VI. reconciliãdorum cœmeteriorum, erogandiq; 40. dies Indulgentiarum in benedictione solemni; Iuliusq; II. concessit Prioribus, & Præpositis Congregationis S. Saluatoris Bononiensis, vt gauderent omnibus præeminentijs, ac dignitatibus aliarum Congregationum, Prælatis, ac Personis qualitercunque concessis, aut de iure, vel consuetudine debitis. Bullar. Can. fol. 399.) Ex quibus verbis patet quòd, ad insinuandam facultatem suæ Congregationis, Ordines minores conferendi, &c. vtitur Priuilegijs Nostræ Rhænanæ Canonicæ, vt non verum sit, quòd infrà scribit in vnione Ambrosianorum cum Bononiensibus, nullam factam esse mentionem Ecclesiæ Rhænanæ: quod inferius improbabitur per litteras Martini V. & executorias Nicolai, & nũc improbat, cũ ante illos Põtifices, & tpa de Rhęnana Can. mentio habeatur. Sed in sui fauorem etiam aliena colligunt, vt in propriam naturam conuertantur æsi cibi. Verùm scimus veneno cibatos venenosam naturam acquisiuisse, & rudia fercula crassam corpori conditionẽ afferre, vt lautiora subtiliorẽ, & molliorẽ, vt sciatur cibum naturalem proprietatem suam etiã in alienis ventribus retinere. Quare, quãtũlibet ad se referant nostra, nostra tamẽ sunt, & concedimus, vt inter sororias Congregationes

com-

communicentur: reticemus, quòd nos vocet Can. Regul. S. Saluatoris Bononiensis, cum nunquam hoc appareat neq. in Greg. XII. neque in Martino Quinto, neque in executoriali Nicolai, vt sæpius repetitum est. Sed libet addere litteris Apostolicis cui libet diminuere, vel panno expuncto aliud inserere. fol. 21. cum de communitate Iurium, & facultatum vni loco concessorum cæteris alijs distribuenda differit, hæc habet (Eodem prorsus scopo Iulius Papa II. Congregationi Canonicorum S. Saluatoris Bononiensis, dicere auditur Anno 1512. fol. 397. Cuiusuis particularis Monasterij, seu loci tàm vniti, q̃ vniendi, præsentis, & futuri dictæ Congregationis, Priuilegia concessa, & concedenda in omnibus, & per omnia ipsi toti Congregationi, & alijs eius particularib. Monasterijs esse cõia, & ad illa extendi; sicut extendimus per præsentes. Quam nimirùm confirmationem ratificauit Paulus Papa III. fol. 490. ac Iulius pariter III. fol. 496. & eius vigore singuli eius familiæ Abbates, Priores, ac Præpositi liberè vtuntur fauoribus, & gratijs iampridem ab Innoc. VIII. & Alex. VI. Prioribus S. Saluatoris, ac S. Antonij Venetiarum tantummodò concessis, vt fol. 378. & 383. qualia sunt Pontificialiter Celebrare, Tonsuram, ac Minores conferre, Campanas, Paramenta, & quascunq. Vestes benedicere, Indulgentias 40. dierum Populo in solemni benedictione elargiri, Ecclesias, ac Cœmeteria, polluta reconciliare, & his similia liberè, ac licitè in dies exequuntur, permanentq; in pacifica possessione, nemine pœnitus contradicente. Consuetudo autem optima legũ interpres) Nõ solum quia Iulius II. participes nos facit facultatum singularum Canonicarum habemus, vt Pontificalibus vtamur; sed quia ipse Iulius II. facultatem hanc omnibus Prælatis, impartitur. At si in pacifica possessione sumus vbique eorum, quæ particularibus tantummodò concessa sunt locis, videlicet S. Saluatoris Venetiarum, absque vllo dubio antiquitate, nobilitate, & præeminentia erga Canonicos S. Mariæ de Charitate gloriamur, vt in superiorib. dictum est, dum de S. Saluatore Venetiarũ tractatur in libro de locis, dum sub Cruce S. Saluatoris accedebant, & cum ex Duce Serenissimo, & Senatu concessũ eis fuit particulare Crucis signũ infrà S. Saluatoris Canonicos constituũtur procedere. fol. 23. appellat Domum Frigdionariã: Frigidionariam his verbis (vt primùm nominetur Prior Frigidionarius (sic n. appellandus est, quãdoquidẽ

Ora-

Oratorium illud in honorem Matris Saluatoris à D.Frigdiano Lucensi Episcopo primitus extructum fuisse constat: licet temporum corruptela Frigionariam, vel Frisionariam introduxerit) quòd pertinet ad extructionem Oratorij à D.Frigdiano, si licebit, etiam scribemus: sin autem, alijs scribenda linquimus. Verùm, si à Frigdiano denominatum velint, potius dici deberet Frigdionarius, quàm dici, frigido verbo, Frigidionarius: Nam natura Ethymologiarum non diuersam omninò significationem patitur verborum; Sic .n. non esset Ethymologia, & à quacunque dictione quæcunq; dictio posset deduci; vt frigus etiam posset dici calidū, & bonum malum: sed aliqualem significationem, quamuis variam excerptam, tamen ex prima dictione: vt bonum, quasi bonum nomen; & frigus, quasi fragor, qui auditur in uētis, & tremore. Lege Isidorum in lib. Ethymol. Ethymologia .n. latinè veriloquium sonat. Cicero in Acad. applicatio verborum est, qua.s. de causa quæque essent nominata ita. Itaque si interrogemus: qua de causa Frigidionarius nuncupatur ille locus? respondebit, quia à Frigdiano extructus: non bona explicatio probatur, sed potius à Frigidiano. At D.Frigdianus, Frigdianus est appellatus, non Frigidianus. At quia veriloquium, teste Boetio in Topica Ciceronis, minus in vsu est in Latino sermone, Cicero vocat Ethymologiam notationem, quia notā facit rem, de qua prędicatur. Aristoteles nominat Symbolum; Fabius originationē: sed ego non facio Ethymologum, vt rationem verborum indagemus: nā potuisset dici Frigidarius: esset enim ahenum, in quo aqua frigida in balneo continebatur, ponenda in Caldarium, vbi calida fieret; An sit veriloquium, quòd locus ille extructus sit à D. Frigdiano, alij videant, si non ipsi videbimus. Vanescunt omnia prædicta, si impressionis errori Frigidionarius positus asseratur, cum deberet dici Frigdionarius. At infrà fol. 65. dum Eugenij verba citat, hæc habet (Concessa Congregationi de Frisionaria alias Lateranēsi, fol. 398) Bullario citato (quæ verba in vnguē repetit Iulius III. fol. 497. & citatus Ciacon. 814. Ordo Can. Later. Frisionariæ restitutus 1401.) nec putandum errorem impressionis in litteris: Pateant hæc, vt alias omittamus: Neque dicendum temporum corruptelæ Pontifices, & Auctores annuisse, & consensisse: fol. 26. (Vere baris autem ad nos minus pertinere, quæ alijs Religiosis tradita sunt: puta Prioribus Can. S. Saluatoris de Bononia, & Abbatib. Mo

Isid. Cic. Boet. Cic. Arist. Fab.

nacho-

nachorum ? at inanis prorsus timor. Nam inter Canonicos omnia communia scito: Quemadmodum.n.nostra illis,sic Nobis, quæ illorum sunt,impartita fuerunt,atque transfusa)& fol.30.& 31. dũ communicationem Priuilegiorum Mendicantium Ordinũ,& aliorum,suæ Congregationis,Nostræ,& alijs extensam esse refert; ex illa cõicatione non pendere probat participationem suæ Congregationis,sed æquè habere illa Priuilegia, vt illi illorum Ordinum: & quamuis multos legerit huius opinionis, vt,qui Mendicantes non habent aliquorum Priuilegiorum vsum,non possint communicare alijs; tñ etiam contrà opinionem communem,alioquin maxime venerandam,aliam acceptandam concludit,cum rationibus validioribus ornetur,& potioribus:& sequitur ita (Præsupponendum igr̃ pro intelligentia, Mendicãtium Ordines nihil erogare,ipsosq; Clericos Canonicos nihil ab eis mutuari; sed totum Apostolicæ Sedi acceptum referre.Eruditissimus autem Antonius Corduba,de Cõmunicatione Priuilegiorum agens,efficaciter concludit, quòd ij, quibus Priuilegia communicantur, possint ijs æqualiter gaudere, atque ij, quibus primariò concessa fuere, quia iam facta sunt illis propria ex æquo, nec eis fruuntur dependenter ab alijs, sed independenter omninò, ac si eis immediatè, specialiterq; & Originaliter elargita fuissent. Nam & casu quo ipsa à Primarijs auferrentur, nihil ob id deperditum fore communicantibus) Ergo optime, & eruditissime Vir; vbi est illa distinctio Naturæ, & Priuilegij, quam retines in libello Tycinensis reformato? q.d.alij sunt Canonici Regulares Natura, Nos ex Priuilegio, quia potimur illorum Priuilegijs? non fruimur dependenter ab alijs,sed indepẽdenter omninò, ac si Nobis immediatè,specialiter,& Originaliter elargita fuissent. Nam & casu,quo alijs,idest,vobis ipsa auferrentur,nihil deperditũ foret Nobis cõicantibus.Verba eadem sunt.Dum ergo de vobis dependentibus abs Mendicantibus tractatur in participatione eorũ Priuilegiorum ex Pio V. 1567. uos tanquam Originarij constituimini: dum de vobis,& Nobis:Nos Priuilegio, non Natura,non Origine,non Specialitate,non immediatione,vestris Priuilegijs gaudemus:& vbi sunt illa communia sicut vobis Nobis, & è conuerso impertita,vt inanis sit vester timor, Nobis verò maxime timendum? Eia Patres Optimi,si omnia communia sunt:inter Nos si oĩa æquè participata:cur nos deijcitis,profligatis? exinanitis? iam nunc hũc *Pius V.*

timorem inanem esse,& omnia inter Nos communia,& æquè participare,non dependenter aliorum Priuilegia probat eruditissimè in sequentibus Serenissimus Sirenius,nisi cantus sit Sirenæ,vel nisi suæ Sedis altæ zelus super Nos,super alios aliquantulum obnubilaret, quā nubem auferimus in moribus, infimos, nedum inferiores, Nos cōstituentes: in legibus vniformitatem,sororium statum,vnitatem,& virgas Sciluri non disiunctas,omnes nos esse contendentes, etiam si vestro Manipulo inclinemur ad mores: Simus saltem etiam Nos Manipuli: non dicatur Nos dici Canonicos,& non esse, & alia id genus, vt alibi:probat, inquam, ex Antonio de Corduba ex participatione Equitum S. Iacobi, Equitum Iesu Christi Can. Reg. S.Iacobi de Veles in Castella, & S.Marci Legionensis: inter quos aliqua Indulta non sunt in vsu,vt militare, vnam vxorem ducere, ex Emanuele Roderico ex participatione Societatis Iesu Clericorum alijs,sed secūdum sui propositum applicandis; & ex eo, q Priuilegium concessum incapaci, si postea concedatur capaci valet huic, etiamsi non illi:vt opus formatum charitate, si per peccatum mortale mortificatur, per gratiam subsequentem reuiuiscit, & ignis sub cinere latens,si discooperiatur,vires reassumit,ita hmōi fauores. fol. 40. dum de prorogatione, & perennitate Prælaturarum differit, quòd non sint transgrediendi termini Antiqui, ita dicit(nobis non licet transgredi terminos,quos Maiores nostri præfixerunt,& cum primis Martinus V.beneuolentissimus primæuæ nostræ Constitutionis Auctor, ipse verò Præfecturas hmōi annuas, siue biennales, vel triennales ad summum esse præcipit.)Primæua igitur Constitutio Can. Reg. Lat. dictorum fuit ab Auctore Martino V. At nostræ primæuæ Constitutiones fuerunt datæ Nobis ab Auctore Gregorio XII. per Commissarios Apostolicos verbatim dictatæ; antè Martinum V. secūndò,ergo,antè hanc primæuam Constitutionem non habuerunt aliam Constitutionem;Nos autem in Rhænana habuimus Petri Damiani; quas etiam habebāt illi in Canonica Portuensi,non vt Cōstitutiones,sed vt Regulā, qa Aug.Regulam nō habebāt,vt verè dictū sit primæuā Cōstitutionē fuisse ex Martino V.Auctore.Verùm,si per Constitutionē non Decreta,sed Ordinis, & Congregationis determinatiōnē intelligunt, vt statuta sit à Martino V. præterq̄ q non pōt sic verbū illud intelligi,cū sequatur, Præfecturas,huiusmodi esse annuas &c.præcipit:q non

Greg.12

non ad Ordinem , sed ad Ordinis iura pertinet, postquam Martinus V. Nostram esse iam Cōgregationem ex varijs Canonicis vnitis determinat, illa Congregatio constituitur, vt patet in eiusdem Martini V. vtrisque litteris. Namq. quòd Benedicti XII. Constitutionibus, quibus antea subdebantur, declarentur non amplius obligati, hoc est: quia sub nouam Congregationem erigũtur, & ideo optime primæuam Constitutionem appellat ad Congregationis initium, non ad antiquos Canonicos dicta referens, vt etiam intelligit Pontifex, dum sub vnam Congregationem colligit. fol. 42. (Namq. Congregationem Clericorum Canonicorum Saluatoris Lateranensis, Pontifices sæpè excellentissimis titulis cumulare audiuntur, ceu, Apostolicam, Primariam, Diuinam in terris familiã, Christianæ Ecclesiæ Primogenitam, Multiplices, & vberes fructus in vinea Domini afferentem, Normam Christianæ Religionis, Plantationem sacram, alijs præpollentem, proptereaq; excellentioribus prærogatiuis, & honoribus attollendam: ex quibus concludēdum, quòd nequaquam excludenda sit à fauoribus, & gratijs alijs concessis.) Audiuntur etiam Pontifices, dum nostram Congregationem multis laudibus efferunt, quæ particulariter insunt. Hi tituli Apostolica, Primaria, Ecclesiæ Christianæ Primogenita, ei honoratissimæ Congregationi, & omnibus alijs Can. Reg. sub vno Canon. Reg. Ordine contentis conueniunt. Illũ autem titulũ (alijs præpollentē, &c.) videant, an ita sit in litteris Sixti IV. sub datis 1477. vbi hoc modo hr̃. Repetentes autem animo quot, & quanta sint merita Religionis, & Congregationis hmõi in Ecclesia Dei, & quantùm inter alias polleat Religiones, dignum propterea, quin etiã debitum iudicamus, vt excellentioribus prærogatiuis, & honoribus gaudere debeat Collect. Priu. fol. 357. vbi possemus dicere, ꝙ comparatio fiat de Ord. Can. Reg. Congregatione ad alias Religiones non Can. Reg. vt inferatur, quantum polleat Canonicorum Regul. Religio inter alias Congregationes non Canonicorum Regul. dignum & debitum est, vt excellentioribus Prærogatiuis gaudeat. Verùm, esto, sit Comparatio inter Congregationem ipsam Lateranensem nuncupatam, & alias etiam Canonicorum Reg. Nostram .s. & S. Spiritus, & aliarum tùm in Italia, tũm extrà. Aduertant, non dicere litteras Pontificias alijs præpolleat, sed inter alias polleat: aliud est enim præ, quòd superioritatem, & exceptionem significat

Mar. 5.

ficat:aliud inter: q medium ab extremis æqualiter participatum indicat,vt etiam Nostræ conueniat inter suam,& alias pollere. Sed quo animo, (Deus Bone) mutant sententiam Apostolicam, cui multùm,vt par est,conferunt? an interpretatur (inter) esse,ac pre? nesciuit ergo Pontifex diuersam illorum verborum significationē. Sed hic fuit, dicunt, error abbreuiatorum, ut non emendauerit in Indultis Can.Reg.Lat. fol.61. Sui aporetici.i.ancipitis & dubitantis verba subinfert ita. (His auditis continuò Aporeticus. Hucusq. omnia insederunt animo meo,nonnulla tamen protulisti,quæ maiori indigeant elucidatione,quale est hoc de Ordinibus Antiquis. aut recentibus. Nam si quattuor præcipuos Mendicantium nouos asseris,quo modo RR.PP. S.Saluatoris Bononiensis ijs vetustiores comprobabis? Scio,q Paulus Morigia Conciuis tuus ipsos à Canonica Rhænana astruit ortum ducere. At Syluester Maurolicus Siculus in libro nuper ædito, quem inscripsit, Mare Oceano delle Religioni, id prorsus refellit,ostendens in quodam Oratorio S.Saluatoris de Sylualacus propè Senas,eos primitus institutos. Nec ab re me isthæc sciscitari arbitreris.Nam si eorum Societas recens enata ostendatur,non ergo participes erunt eius honoris, quem asseris vetustioribus reseruatum. Si antiquam affirmes, profectò subscribere videbere nonnullis ex ea Congregatione, qui (haud ita pridem relatu didici) sua ipsorum exordia longè nostris anteferre nituntur, puta Ordinem Canonicum,cum olim defecisset, in ipsis redintegratum buccinantes.Talia si admittantur:continuò omnia nostra corruunt, à tergo relinquimur, actumq; est de nobis. Sed prius dicas,rogo,putasne nos Frigidionarios Lateranenses verè,& continuata serie ab antiquis proficisci? an potius ex gratia,vel Priuilegio illis suffecti,ac subrogati? adhuc enim quidam obstrepunt præsertim Eremitæ) quibus respondet primùm ita Archiepiscopus narrare incipiens, quomodo Regulares Ordines à primæua obseruantia defluxissent,subdit: quòd, miserante Deo, citrà 70. Annos,pullulantes refloruerunt,& ait: flores apparuerunt in terra nostra (nempè quia Florentia caput censetur Thusciæ; Instauratio autem facta est in loco Frigdionariæ propè Lucam Hetruriæ Vrbem) ipsam præponit cæteris omnibus,inquiens. Nam Canonici Regulares à Regula sua relaxati erant, & deformati, sed reformati à Domino mediantibus duobus Viris scientia, & vita præclaris;ni

Archie.

mirùm

mirùm Leone, atque Thadæo. Et primus horum locus fuit, & est propè Lucam, diciturq; Frisionaria &c. Mox subinfert de alia Congregatione pariter Canonicorum Regularium in eadem Hetruriæ Prouincia proximè suborta, in hunc modum scribens. Et post eos quidam alii Religiosi sumpserunt statum, & Habitum Canonicorum Reg. approbante Greg. XII. circa ann. 1410. In quibus nota: Greg. 12
Instauratio Can. Regularium in Vniuersum facta est in loco Frigdionariæ, mox subinfert de alia Congregatione. Et post eos quidā alij. Ergo Reformatio est Instauratio Can. Reg. in Vniuersum non solùm Frigdionariæ, sed alibi facta fuit non ipsi soli. Ergo instaurarunt Ordinem Can. Reg. sed etiam per Nos Greg. XII. nota: quòd Arch.
quia dicit Archieps: Flores apparuerunt in terra nostra, ideo quia Florentia Ciuitas caput censetur Hetruriæ, ideo ob Instaurationē factam propè Lucam Vrbem Thusciæ, ipsam præponit cæteris omnibus: at nos melius, & vicinius dicere possumus, quia Senæ Ciuitas Thusciæ Florētiæ proximior, habuerūnt Nostram Instaurationem, ideo ratione ciuitatis propinquioris Nostra debet præponi alijs: præterquàm quod Verbum, post hos, qualiter fidem faciat posteritatis probant non facere tempora ipsa, in quibus ex Apostolicis litteris probantur Acta, & notantur & Nostræ, & eius Congregationis: nam non faciunt instaurationem, quibus non est potestas restaurandi. Sed Pontifex, cui est Potestas, & à quo pendet existentia instaurationis. Sequitur eodem fol. 62. (Verùm de prædictis duabus Societatibus Canonicorum Reg. q; spectat ad eorum initia ipse apprimè exploratum habebat, testisq; fuerat oculatus; imò & valdè familiariter vtebatur Patre Stephano Cioni Senensi (vt quidem refert Io. Baptista Signius lib. 3. de Ordine, & Statu Canonico fol. 192.) Is auctor fuit Cōgregationis S. Saluatoris de Sylualacus, nunc de Bononia) Nescio quomodo sibi contradicat: nam in Appendice libri Tycinensis ita inquit de Tycinensi & Archiepiscopo: (verum Pontificum diplomata examussim forsan nō legerat; & quid mirum cùm idem longè eruditissimo Archiepiscopo, in cuius vitula arauit, contigerit? profectò multa amplectenti singula peruidere difficile) Ergo quamuis valdè familiariter vteretur P. Stephano, tamen contigit non videre adamussim diplomata Pontificum: & testis oculatus dicit Nos S. Donati; quem oculo cernebat à Nostris habitatum, sed melius S. Saluatoris, non quidē

Bono-

Bononiensis,sed absolutè,& tamen,vrgentibus in contrarium quibuscunque,Nos Saluatoris Bonon. appellat, nullibi eo tituli adiumento reperto, sed à se inuento: quò protrahitur voluntas, & libertas aduersus Pontifices,executiones,litteras Apostolicas,& cætera huiusmodi.Quicquid sit de Philippo suo,cuius Chronica cetarijs magis,& fartoribus, & pharmacopolis vsui fore existiment, nihil ad Nos:de suis est etiam ergo inter suos cōtradictio.Fatemur etiam Nos,quòd Canonici Frigdionarij Lat.fuerunt,& sunt de illis Clericis à S. Augustino, imò à Sanctis Apostolis institutis, nec indigemus auctoritate Pontificum ad id fatendum: sed,quòd inde concludatur Nos non esse ex ijsmet, ipsi ijdem negant, vt non simus Nos,qui Schysma,& Hæreses interferamus, vt tanquam ex inimicis ipsa Veritas pateat, sed potius ab ipsis nunc nos esse eiusdē Ordinis verè Can. asserentibus nūc contradicentibus schysma oritur,& hæresis.i.controuersia; vt sciamus, qui sint electi, & argentū igne examinatum:alij nō Nos. Addit inferius fol.64.(verba Ponti cum repetita declarare se non obiter, sed ex mera deliberatione id pronunciare; Verborum enim geminatio, seu actus reiteratio denotat firmitatem propositi voluntatis, & consensus, prout in l. Quinquaginta.ff.de prob.& alijs vnà cum Bart. ibi &c. & vt etiam idem affirmāt Theologi positiui ferè omnes Verbum Christi:Amē Amen dico vobis)Quare ergo,Deus bone, Nos vocant S Saluatoris Bononiæ,cum sæpissimè eorundem Pontificum,& diuersorum iterata verba resonent S.Saluatoris nullo alio addito? Ergo ipsi firmitatem,voluntatem,consensum Pontificum alterant, mutant,variant,auferunt.Quòd addit fol 65.(rectè igitur, ac ritè Eugenius nouæ huic plantationi nempè Congregationi nuper instauratæ vnà cum Ecclesia nomen quoque redintegrauit, & ea propter Iulius II. in Priuilegio Magno communicans Can. suis S. Saluatoris de Bononia,quorum Protector extiterat, diuersa Priuilegia aliorum Ordinum à Nostris primùm exorditur inquiens: Concessa Congregationi de Frisonaria alias Lateranensi.) Vbi quæso in litteris additur Bononiensibus? ita dicitur. Congregationem S.Saluatoris Ord. S.Aug. Can. Regul. Præterea ad quid illud Initium à Nostris? præferuntur cæteris Ordinibus non Can.Reg. at quid argumenti eo,quòd ipsi Congregationi redintegrauit Ecclesiam,& nomen,ideo incipit à suis? sed si nouæ plantationi redintegrauit,

red.

reddidit, prout alibi scribit, tamen noua plantatio est, & illi nouæ, inter cæteras familias, & cœtus Canonicorum Regularium, concessa fuit Ecclesia Later. Vertamus Speculum. Si inter cæteras familias Canonicorum Reg. ille Pontifex dedisset Nobis eam Ecclesiam Later. non respiciens ad nouellam eorum, diceremur Nos soli ab Augustino, Apostolis, à Gelasio ab octingentorum Annorum Habitatione Canonici Reg. Lateranenses? quid moramini? côcludite & ita, vt concluderetis de Nobis: quòd. s. in Nostra Congregatione Ordini Can. Regul. in vniuersum restituerit Lateranensem Basilicam, ita in vestra: Ordini item Canonico in Vniuersum. Ergo ijdem sumus vobis ipsis fatentibus. Sed ne contradicamini, dicite: in qua sanè Congregatione, (& ne verba peruertam posita f. 65.) (quę sanè Côgregatio nihilominus pristinum titulum postliminio recuperauit, & ad præsens eo gaudet) vt ita intelligatur. Congregatio in vniuersum Canonicorum Reg. vel Congregatio illa, quæ per antiqua tempora Canonicè, & Regulariter habitauit in Laterano, in hac noua Congregatione, Restauratione, Reformatione, & Frisionaria, scilicet (numquam enim amplius dicta Lateranensis fuit antea. Hæc enim omnia nomina passim Serenius, & Tycinensis vsurpant) recuperauit? fol. 66. in Verbis (cur autem Indulta Canonicorum Sancti Saluatoris de Bononia, ac Nostra simul coegerim, id nequaquam ab re factum reputa: nam grauissimis de causis ea connectenda defuerunt: non tantum quia per extensiones omnia fermè communia existimentur, sed quià sororijs Congregationibus cuncta indiuisa: ipsos quippe veros, ac legitimos Canonicos censendos nihil est, quod dubitetur, supremis Christianismi Hierarchis Gregorio XII. Calixto III. ac Iulio II. & alijs id pluries contestantibus) perbellè in Vniuersum Ordinem Canonicorum Regularium in vnam colligit sororiam propinquitatem, cum tamen inferius nolit Nos à Rhænana Originari, fortasse quia Lateranensem eam appellet, vt Maurolicus, cum dicit Canonicos Rhænanos esse Lateranenses, idest huius Congregationis nunc Lateranensis dictæ, à Nobis exclusis quibuscunque, ad se tantùm trahentes Vniuersa. Ad Nos enim deueniens Historiographi habitum indutus, & Chronistæ, dum ab alijs didicisse fatetur, sed superficie tenus, & casu videtur, qui audierit ex ore veterum aliquorum suorum Venerab.

Patrum

cijs,quas obtinuerunt ab eodē Martino Anno 1430.Hinc in Actis Capituli Anno 1419. & sequentibus P. Stephanus, qui olim Prothoparens acclamatus fuerat, prædicatur Prior S.Ambrosij Eugubini,& S.Saluatoris Bononiensis, nulla facta mentione Rhænani. Hinc Archiepiscopus Antoninus loco citato, Monasteria eorum enumerans,non meminit Ilicætani,quia iam inde excesserant: sed dicit;Primus eorum locus fuit Eugubinus; secundus Florentinus. Quia.f.Vnio Bononiensis constabat solo nomine viuente Ghislerio.Hinc Martinus Pontifex nusquam vocat eos Rhenanos,quemadmodùm nos iubet dici Frigdionarios impositiuè. In vanum ergo laborant, qui talia comminiscuntur, cum Regulares Canonici S.Saluatoris nequaquam opus habeāt Originem mendicare à Canonia Rhænana,qui quatenus Canonici à primitiua Hierosolymitana Clericorum vnitate,ortum ducere demōstrantur. Nihil quin etiam adimi putarim præclaræ Congregationi ex eo, quòd à Rhæno minimè fluxisse asseratur;cum palàm sit, quòd Rhænanæ priori familiæ legitimè succedit,& omnia illius in se transtulit,cum augumento multiplici, vt quid etiam iacturam 15. annorum studiosè faciamus?ipsi non adierunt Oratorium S.Saluatoris Bonon. antè Annum 1423.vt patet ex Actis: eos verò Gregorius XII. Canonicos creauerat S. Saluatoris propè Senas, iam inde ab Anno 1408. (Congregatioq; Monachorum S.Iustinæ de Padua orta est 1410.) vt videas trilustre intercurrisse spatium. Inutiliter ergo Rhænana subinducitur Origo. Nec quippe nos ipsi Lateranenses Frigdionarij primordia aucupamur à Lateranensi, seu Frigdionaria Canonia, tametsi vetustos Canonicos illic residentes reformauimus, vt ex Annalibus liquet;sed his titulis vtimur, quatenus per Pōtifices nobis præceptiuè inditis cæterùm nosmet purè, ac nudè Apostolicos Clericos Canonicos profitemur. Hæc pro sñia Maurolici.(Primùm, Canonici S. Ambrosij Eugubini non erant huius tituli, sed loci: vocabantur.n. S.Saluatoris etiam relicto Monasterio Ilicætano,etiam adempto Ambrosiano. Secundum falsum,ꝙ nulli supererant ex vetustis Canonicis Rhænanis in vnione, cum superfuisset Ghislerius,cuius intererat cōtinuatio,& series Antiquorum. Imò aliqui fuerunt Canonici Nouitij, & Professi antè hanc vnionem ab ipso Ghislerio vestiti.Signius,lib.4.fol.399. cuius opus est æterna gloria dignum per ipsummet. Tertium,cum dicit ex dña Habi-

tus,Obseruantiæ,Institutionum, Consuetudinum, & Statutorum diuersam speciem induci Religionum,sibi contradicit, Tycinensi, Io.Andreæ, & omnibus legibus, non variari speciem Can. Reg. in reliquis vestibus, conseruato Rocheto pro essentiali,dicentibus: Hunc Habitum Canonicum trahebant Ambrosiani, & Rhænani: &(ò mira prolatio) (Quid.n.amplius secernit Cisterciēses ab Oliuetanis?)Ergo non sunt Monachi hi,atq.illi,quia hi nigrum,illi album deferunt Habitum Monachorum essentialem. Tertium,Martinus V.concedit Ambrosianis,vt se transferre possint ad Monasterium Bononiense,& illud reformare,vt discas reformatum locum, sed non personas:) optima disciplina,vt appēdantur Habitus, Tela, & Obseruantia S. Ambrosij ad muros Monasterij Bononiensis, & Muri,& Coquinæ retineant Obseruantiam,Instituta,& Habitū: Quid de Muris Veronæ, Vincentiæ, & aliarum suarum Ciuitatum sentiant,non curo: nam quamuis nullus adesset,qui eò accesserūt, reformarunt in semetipsis illa loca. At cum superfuisset Ghislerius, & non possit subterfugere in vno indiuiduo seruari ius vniuersitatis, inuentat Ghislerium non subijsse vllam reformationem, & cætera,quæ suprà,vt doceat è conuerso Rhænanos transijsse in Naturam Ambrosianorum:non memoratus, quæ dicuntur in executorialibus Nicolai relata à Signio,iuxtà præscriptum Martini:vt Ghislerius administrationem retineret vsque ad mortem, nisi aliter declarasset,quod & fecit, cum P.Stephanum ipse iam senio cōfectus eligendum in Priorem S.Ambrosij, & Rhænanæ postulauit: Non sunt hic inserenda verba Martini, & executoria in superioribus apposita.Nescit.n.bonus Pater(Nos aūt dicimus,bonus, sensu bonitatis veræ,q̃ in illo,& omnibus suspicimus,tùm hic,tùm alijs locis, non alio,quod profitemur, & declaramus) quòd circà Habitum, & Obseruantiam,quibus se personę ipsę pro tpe coaptare debeāt, Habuit Nicolaus auctoritatem alterandi, immutandi, & cum indigentibus ibi dispensandi; qui Habitus intelliguntur vestes superiores Rocheto. Semper fit mentio de duobus Monasterijs Bononiēsibus in litteris Martini,& executorialibus, & ipse Nicolaus determinat vestes, Rochetum suprà Tunicam,& infrà Scapulare album, & Cappam nigram.Quartum,ne præterire videamur;Inquit:(Erat Franciscus titularis Prior) Ergo non erat commendata Canonica illa,cum nullum alium titulum habuerit, nisi Priorem in capite,ne

Sign. Mar. 5.

Nic.

putes

putes Abbatem fuisse Commendatarium constituto Priore tanq. Vicario; vt aliqua habemus hmōi. Quintum, post mortem Ghislerij boni Patres nostri (eius verbis vtar, quæ tñ erga Nos sensu pariter sincero, & cãdido, veluti Nos suprà in illos, nō aūt ironico prolata ducimus) egerunt nouis lr̃is æditis à Martino V. 1430 ipse recordet in suis annotationibus in Bullarium Can. Hr̃ & alia Pontificis eiusmet, eorūdēq, Monast. ijsdem Canonicis collatio, eorūdēq; .i. trium, Ambrosiani, S. Mariæ de Rhæno, & S. Saluatoris. Non censenda proindè illa confirmatio à titularis obitu, sed cōfirmata sūt, quæ antea facta sunt ex voluntate, & declaratione ipsius Ghislerij: dum procurauit fieri Priorem Generalem Patrem Stephanum in Capitulo Acto Eugubij 1419. qui quamuis non diceretur Prior Rhænani; hoc fuit quia titulus nimis prolixus esset: & dum S. Saluatoris dr̃, etiam Rhænani dr̃, cum Mon. S. Saluatoris penderet à Rhęnano, & quia titulus Vniuersalis Can. Reg. S. Saluatoris iam relicto Ilicætano Bononiensi Monast. similis erat, & iccircò quasi caput Congregationis appellatum est: non quia Can. Reg. S. Saluatoris Bononiensis appellaremur; cum constet Martinum V. in Mari Magnō S. Saluatoris absolutè Nos appellare, vt patet in eisdem litteris: imò, quod præcipuum est, inde scitur alijs ab ipso Ghislerio cōmunicatam, & concessam administrationem illorum Mon. simul vnitorum: quia, cum esset Prior in vita vtriusq; Monasterij, potuisset participes facere Canonicos Ambrosianos, & fecit nedum habitationis in Rhænana, & S. Saluatoris statimac Vnio per executorias facta est, sed Prioratus S. Saluatoris, ab eo abdicans se, ꝙ cei tã, & indubiam Vnionem realem cum illo, & Rhænano demonstrat, nec eximimur à Rhænano, cum S. Saluatoris vocamur, cum Rhænano simul vniti, vt in litteris Apostolicis. Fallitur etiam, cum dicit ex D. Antonino: primus locus Noster Eugubinus, secundus Florentinus, eo quia solo nomine constabat Vnio Bononiensis: Nam dictum est, quòd Vnio constabat re, administratio tamen erat Ghislerij: Esto, quòd fuerit re vsque ad mortem: Vnioni non derogat administratio in persona particulari: & quòd Martinus Pontifex non vocet Nos Rhænanos, vocat Nos tamen S. Saluatoris nedum ex Ilicætano, verùmetiam præcipuè ex Bononiensi simul cum Rhęnano vnito, vt in litteris Apostolicis ijsdem. Ipse Silenius in Bull. fol. 287. nominatis Monasterijs à Greg. XII. S. Leonardi de Monte *Mart. 5*

Dorico,& S.Mariæ de Frisionaria (sic scribitur in Bulla) non apponi iudicat in Marginibus Casoretanam Mediolanensem, ꝙ Frigdionariæ subdita esset,& vt membrum haberetur: ita S.Saluatoris,& S.Mariæ de Rhæno locus alter alteri membrum. Secundum, perbellè Nos extollit, cum asserit Nos non habere opus mendicare á Rhænana Canonica Originem, cum demonstremur, quatenus Canonici, à primitiuis Clericis Hierosolymitanis: quod verissimũ est, sicut de ipsis etiam clarissimum, nisi verò velit dicere illos Rhænanos ex Hierosolymitana fluxisse, vt Nobis illam etiam Antiquitatem Rhænanorum,& S.Saluatoris Bonon. denegat: & adimeretur Congregationi præclarissimæ ex eo, quòd à Rhæno minimè fluxisse asseratur, cum palàm sit nos legitimè successisse priori Familiæ Rhænanæ,& omnia illius in Nos transtulisse. Ergo etiam Antiquitati successimus,& in Nos trãstulimus: quòd si hoc est: cur inferius, ne iacturam trilustrem accipiamus, inutiliter ait, subinduci Rhęnanam Originem? nescio, qua ratione constent, quòd à Rhæno asseramur fluxisse, quòd Rhænanæ priori framiliæ legitimè successimus,& quòd inutiliter subinducitur Origo Rhænana: quòd si ipsi Canonici Reg. non primordia à Laterano, aut à Frigionario loco aucupantur; non glorientur de Antiquitate,& celebritate illorum locorum, sed tantùm dicantur Apostolici Clerici Canonici sicut de Nobis etiam paulò superius asserit: In quibus etiam Nos, nullũ titulum alium expiscabimur, atq. Antiquitatem,& Celebritatẽ acquisitam ex Vnione à Rhæno, à S.Saluatore Venetiarum, à S.Augustino Nicosiensi; sed, vt illi, liberè vocitabimur: at, sicut illi his titulis vtuntur, quos Pontifices præceptiuè dederunt; ita Nos Canonici S.Saluatoris absolutè vocamur, Antiquitatẽ Rhænanorum,& aliorum Canonicorum locorum vetustissimorum participantes, si illis legitimè successimus, si omnia eorum in Nos transtulimus. fol. 68. inquit, (Periclitari autem Congregationem nostram de Primatu suo, nihil est quod pertimescas: æquo animo esto, si enim tale quidpiam scripti mandarunt optimi Patres, non nisi lacessiti à quibusdam ventosis hominibus id cogitarunt. Aristoteles porrò in Moralibus citatus à Barbat. c. olim. sub num. 46. de rescript. ait, quòd Virgam tortuosam volentes dirigere, flectunt eam in contrarium, cum alioqui nullus ibit inficias, ꝙ quemadmodum Italia Regina perhibetur regionum,& Roma caput Mundi, & Patriarchalis

Sal-

Saluatoris Basilicarum excellentissima;sic Lateranensis Congregatio flos,ac lucifer,imò Sol præstãtissimi Ordinis Canonici. Et ego quidem cum aliquandò ad me delatum fuisset doctissimi Viri Ioannis Baptistæ Signij insigne Volumen de Ordine Canonicorum, statim per Epistolas eidem gratulatus sum, opus æterna memoria dignum,nihilominus super nõnullis modestè, & amicè cõquęstus, quæ is,vt religiosum,eruditumq; decebat,benignè accepit,libensq; spopondit singula ad examen reuocaturum, ingenueq; expuncturum,perfecissetq.(puto) ni morte præuentus fuisset immatura.Solonis Græcorum quondam sapientissimi legem optarem præ oculis haberent,quicunque propria magnificant,nimirùm: Si quis ad alienum fundum sepem constituerit,extra terminos ne exceditо; si murum,pedem relinquito &c. Eam inquam distinctionem finiũ velim à cunctis bona fide seruari:sic enim vnicuique ius suum integrum foret,qui est legum scopus. Quicquid sit de duplici illo voto Greg.XII.de renunciando Papatui,ac surrigendis Regularium Ordinibus,quod Pater Signius astruit in calce lib. 1. fol. 103. ego nec probo,nec refello.Quis enim cognouit sensum ipsius?aut quis fuit illi à consilijs? id verò nil mea. Illud minimè admittendum, quòd tunc primum, idest in ea erectione, reparatus dicatur Canonicus Ordo,id quippè cordatus quisque audire refugit.Nec id propositi fuit Gregorio,qui apprimè nosset Ordinem,iampridem,i.Anno 1401.restitutum in loco Frigdionariæ, ad quem ipsemet superiori Anno litteras dederat Immunitatum,vt Bull. Can.fol.286. Quòd enim allegantur verba Pontificis in fronte eius Priuilegij, quo Ilicetani Patres Canonici creantur;scilicet excitat nostræ mentis Arcanum, ex quibus elici putatur cum suapte sponte tandem peperisse quod in arcano mentis iamdiù conceperat, nullus probarit, qui scholas vel à limine salutarit;quandoquidem ly Arcanum, nequaquam positum obiectiuè, vel substantiuè, nec innuit conceptum mentis, sed tale est, ac dicat Pontifex. Affectuosa dilectio, qua Domum illam prosequimur, mouet intima nostra ad benefaciendum illi &c. Annuit igitur Gregorius Religiosis illis rogantibus,quæ ad pacem essent,& quietem aĩarum suarum:at non ꝓprio consilio id commentus est.Audiuntur siquidem tres Commissarij in executionis processu testantes: In præsentia nostra personaliter constitutos,& id flexis genib.humiliter petentes,Sign.lib.2.f.165.

&

& antea fol. 162. fuimus per dictos fratres cum instantia debitâ requisiti. Auditur & Archieps Florentinus, qui cum probabiliter plu ries audisset à Patre Stephano sui amicissimo, qualiter Congregationis fundamenta iecisset: scribit tamen: segregauerũt se ab Eremitis, & sumpserunt habitum Canonicorum, vt sup. §. 2. Omnes. Quare cum animaduertissem Carissimum Signium maximè inniti verbis illis Pontificijs, Motu proprio, &c. scripsi ad eum. Ego cum tui venia, fortè commodius ea interpraetanda ducerem, non ꝙ nullo pœnitus motiuo sic decernat Pontifex, sed ꝙ non ad illud principaliter finaliter, quin potius habito respectu ad id, quod iustum est, ac proficuum: talem quippe Clausulam eatenus potissimùm apponi reor, ne litteræ subreptitiæ existimentur, subdidi porrò, dulcissime Signi, pete tibi signum huius rei à Domino Papa, experiere pro fectò, ꝙ statim atq. aurem precibus tuis accommodarit, te quidem voti compotem efficiet; motu tamen sibi proprio, qui in iustitiam tendit, non quasi instantia tua victus, sed quia petitionem tuã ęquitate subnixam cognouerit, ex certa scientia, quæ est recta ratio agibilium, maximè si superno collustretur radio. Ratione quin etiam idem suadetur; nam si de Ordine Canonico per eos reparando cogitasset Gregorius, accuratius certè rem tantæ molis, cui ex voto (vt asseritur) se obstrictum sciebat peregisset: si inquam tantopere ei in medullis hęsisset, poterat facilè aliud illis assignare Cœnobiũ, qui cùm nobis, tùm & alijs Religiosis plurima contulit, verùm statim atq. Eremitarum iniuria Ilicetano Monasterio deturbati sunt, fecit eis potestatem ad pristinum Eremiticum Dogma redeundi. Sign. lib. 2. fol. 184. Quòd si quis excusare nitatur, Gregorium id nequisse, rebus suis iam inclinatis ob schisma perniciosum, cur nõ concessit nouo Ordini perfugium quispiam saltem ex tribus Commissarijs, quos iam pridem Pontifex delegarat Canonicis de habitu inuestiendis, & per hoc Ordini excitando, surrigendoque? cum præsertim varia illis compertum sit commẽdata fuisse Monasteria: quemadmodùm singuli eorum nobis tradiderunt. Namq. abs Ioanne Dominici, accepimus Abbatiam Tremitanam, à Gabriele Condulmerio, Canoniã S. Saluatoris Venetiarum, q̃ postea dimisimus, demùm & Antonius Corarius Prioratum nobis adiecit S. Ioannis in Viridario Paduæ. Quapropter de Venerabili ea Congregatione illud affirmandum videtur, ꝙ complacuerit Patri Cœlesti dare pusillo

stillo illi Gregi Regnum, adeoq; exilem plantulam fœcundarit beni gnis influxibus, vt magnopere coaluerit, & instar proceræ arboris latè ramos extenderit, fructificetq; iugiter ingenti Christianæ Ecclesiæ bono. Verùm Gregorius non intenderat ex eis formatã Congregationem erigere, sed vnicum dumtaxat Prioratum Stephano, ac socijs tradere: propterea enim electum Priorem mandauit Diœcesano præsentandum, non modò in Senensi, sed & in Eugubino Monasterio, cum nostros ab omni Ordinariorum iurisdictione ipsemet exemisset. vt Bull. Can. fol. 288. Quin & ipse Ven. Signius, dũ de nouis legibus agit lib. 3. fol. 284. fatetur, ꝙ Priores Constitutiones vnum tantùm Monasterium confouebant. Hæc addidisse volui, vt habeas quod respondeas exprobranti huiuscemodi inania. Nemo tamen ex hoc inferat de Clarissima S. Saluatoris Congregatione. Ergo noua Religio iam iam ab Eremitico fonte scaturiēs. Claret namq; ꝙ Gregorius non creauit Ordinem ex Ordine, nec prorsus fuit ea, mutatio alleni, seu alterius in aliud, sed prouectio. Personas namq. transtulit è cœtu Mendicantium ad Institutũ Canonicorum, ac per id antiquum: non secus ac si nunc quempiam promoueat ad Ecclesiasticam dignitatem. Vel quemadmodùm Amnes oēs, ac fluui nostri vndecunque deriuentur, in Eridani naturam transfunduntur, statim atque in eius alueum effluxerint? Veri igitur Canonici existimandi: Vniusque, & eiusdem rationis nobiscum, eademq. Iuris dispositio in alterutris, quin & possumus inuicem eligi per Io. And. in Clem. in 1. de elect. ver. Habitus. Quã obrem cum Augustinus Manfreddi Gandinus eius Congregationis Chronista in calce Epistolæ suæ Apologeticæ scriptum reliquerit fiet aliquandò, quod ipse auguror, vtinamq. Vates bonus breui comprober, vt olim de omnibus nobis Vnicum celebretur Ouile, sub dulci, & periucunda fraternitate: dixerat paulòantea: ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Ego id perfici etiã atq. etiam exopto, expeto, & expecto. Saluatoremq. Nostrum Sanctæ Vnitatis amatorem toto cordis affectu deprecor, vt quandoquidem vtrique Societati his annis, si alias vnquam, Moderatores præfecit pietate insignes, sapientia in Diuinis, prudentia in humanis, dexteritateq. in transigendis negotijs conspicuos, nempè Alphonsum Bauotium illi, huic Petrum Franciscum Maletum, eisdē propitius tribuat in hoc efficaciter velle, & fœliciter eniti Illustrissimis

simisque Protectoribus nostris D.D. Iacobo Serræ, ac Io. Baptistæ Lenio idipsum sapere secūdùm lapidem augularem, qui fecit vtraque vnum: Vt quemadmodùm in sacrum Romanæ Ecclesiæ Patrū Collegium, vna & simul asciti sunt ambo; & ambo eiusdem nunc Ciuitatis Ferrariensis regimini, nimirùm Legatione, & Episcopatu Præfecti: ita sororias in eorum sinum traditas Cōgregationes adeò tenaci glutine iungant, vt charitatis interius, exteriusq; copulentur nexu insolubili, socialia in vnum corpus membra coeant, & vtrumque ramum radix vna vegetet, atque sustineat. Hoc faxit Deus. Iāque de his satis, in quibus Chronistam, potius quam Canonistam egisse dicar. Sed eò me pertraxit formido tua; vt scilicet amputarem opprobrium quod suspicatus fueras.) Primùm, vocat Nos Optimos Patres: & pōt fieri quòd optimo animo hic, & suprà, vt diximus cū bonos appellauit, vocauerit. Nos aūt ēt bona timemus inter mala. Secundum, miror, cum suprà dixerit: immediatè non au cupari primordia sua à Lateranensi loco, & Canonia, nunc dicat, ex excellentissima Basilica Lateranensi suam Congregationem Lateran. florem luciferum, solem esse præstantissimi Ord. Can. sed suas has laudes non refellimus, vt potè, ꝙ titulum illum, vel illos, vt includamus ēt Frisionariam, Pōtifices indiderint præceptiuè. Tertium, oro, vt mittat super quibus amicè, & modestè conquæstus est cū Signio Nostro in suo opere de Ordine Can. vt, quod non expunxit ille, faciant alij ad hoc parati: Verùm reticere quæstiones, & easdem proponere, neque sibi fidem adhibet, vt credantur, neque Nobis locum, vt expungantur; fecisset equidem si habuisset, cum singula in suis eruditissimis, Apparatu, correctione Tycinensis operis, indultis, & hoc consilio proposuerit, minus quæstioni proponenda, prout à quæstione Nos procurauimus absoluere; quā quæ refert tacitè apud Signium, nondum scita: an quæstione, vel conquęstu digna sint, proferant: & vel expungemus, & Nos, vel respondebimus. Quartum, Aduertat Nos nō excedere terminos Nostros: nunquam iactati sumus Aaronem, Apostolos, Marcum, Ermagoram, Iuuonem, Ruphum, siue Arnulphum tàm liberè, tàm faustè, tàm acclamatoriè: nunquam vestiuimus Saluatorem, Apostolos Rocheto, & Habitu præscripto Nobis à Pontificibus, Gregorio, & Martino, vt potius velimus Christum à Nobis exisse, q̄ Nos ab illo, à quo omne datum optimum, & omnis Paternitas in Cœlo,
&

& terra nominatur: quiescimus in angulo Domatis magis, quàm habitare contenti in magna domo cum muliere tametsi vocata sorore litigiosa: Nostræ Congregationis Originem in Reformationẽ Ordinis Canonici in vniuersum, quem scimus ab antiquis illis suprà nominatis Originem ducere, ascribimus Greg. XII. Martino V. successores Nos facienti, vt verbis suis vtar, Canonicis Rhænanis; à quorum etiam Antiquitate proijcere penitus volunt. Eo tñ in Ordinem Canonicum in vniuersum inserimur, quo etiam illis clamãtibus sensu nostrò vnius cum omnibus Canonicis Reg. Iuris, & dispositionis, & rationis sumus. At micas has cadentes de mensa dominorum nescio an canes, an filij eruant de manibus nostris: fatemur: panis idem est filiorum, & canum. At mica nostra quare non linquitur Nobis? ijdem sumus cum alijs, & eiusdem rationis, & Originis, & vt ipse fatetur, ductę, quatenus Canonici, à primitiua Hierosolymitana Clericorum Vnitatę. Si in Nobis dicimus reformatum Can. Reg. Ordinem in vniuersum, non excludimus alias Reformationes, vel Monasterium particularium, vel Congregationem pluriũ. s. Vnionem. Sed Nostram etiam inter alias, nõ præ alijs, Cõgregationem inter fecimus absque nullius præiudicio, contenti tẽporum, & annorum ratione, cui stãdum omninò est in litteris Apostolicis, & Annis Pontificum, ne videamur Annales nostro iudicio temporum facere, dum scribitur 1380. vel 1390. vel 1401. Quintũ, Nusquam dicimus tunc primùm. i. in Nostra erectione reparatum Ordinem Canonicum, vt putat dicere Nostros. Scimus. n. reparatum per antea tempora in Gallijs, & alijs Orbis partibus à plurimis Antiquioribus Reparatoribus, quàm Nostri; & sui fuerunt, vt dictum est ab alijs, & Nobis in primo libro. Sed reparatum in Nobis Can. Ordinem. At si per eos reparatus fuit, & (vt suo verbo vtar) restitutus, fuit iampridem Anno videlicet 1401. En temporum præscriptio libera in loco Frigdionariæ: Quomodo fuit continuatus Ordo Can. in illo loco, vt sex millies decantatur? nil restituitur, q ablatum non fuerit: quod nemo negauerit, qui scholas, vel à limite salutauerit. Ergo quæ Congregatio Frigdionaria appellata est, non continuato tẽpore viuit in illo Monasterio vsque ab Apostolis, ab Aaron, à Gelasio, à quocunque velint: restitutus est enim: nescio autem an pro Anno superiori intelligat 1407. cum nullibi poluerit 1408. nisi velit intelligi, dum de Nostra Erectione, vel Reparatione

differit,an pro 1400. cum posuerit expresse immediatè 1401. quod dilucidatione indigeret. At in Bullario ponitur 1407. Hoc verò nō arguit tunc temporis fuisse factam Reformationem, & restitutionem,cum de hoc nil in illis litteris. Et quamuis appositum sit in titulo exemptio,quæ primitus ad Reformatos manauit:vltronea apposita est,& nullam fidem facit,cum verba sint addita,nulla de Reformatione in litteris facta mentione; quod factum fuisset præcipuè in prima exemptione Reformatorum illorum. At peius est declarare verba Pontificis,vel Historiã in neutrum deducere: De hoc dicit:nil sua: quòd Gregorius duplex votum fecerit; nam non fuit quis eius consiliarius: non probat pro Nobis, sed non refellit pro se. Scit n.per Greg.XII. eundem reformatum, vel melius restitutũ Ordinem Canonicum in Frisionaria. Quòd si destruit votum, vel mentis arcanum,destruet etiam suam restitutionem. Sextum,vehementer admiror,& nisi amor propriarum rerum excusaret; qua ratione arcanum intelligat intima Nostra, cum pro intimis suis suffecerit abundantissimè verbum (mentis nostræ) nisi velit mentem esse frontem,oculos cilia,nasum eleuatum dicere. Sed oportet,vt faciamus Priscianum, & Ascensium. Excitat specialis dilectio, qua domum &c prosecuti sumus mentis Nostræ, idest, intimorum Nostrorum; & pro, mente, intelligas materiam mentis cogitationum Nostrarum intimarum non hucusque patefactarum, arcanum: Accedatur ad limina scholarum, ecce Calepinus: Arcanum, factũ absconsum,occultum,omnia hęc verba pro substantiuo ponuntur:id, quod est secretum,absconsum,occultum: ab Arca,in qua, quæ clausa sunt,secreta manent. Ergo id,quod in mente sua tanquam in Arcæ intimo erat, erat arcanum, secretum. Vel ab Arce,quæ tutissima pars Vrbis est,& in qua reponuntur fortiora, & validiora tanquam in secreto,vt Arcanus homo sit ille,qui non pandit secretum mentis suæ,i.id,quod secretum est in mente sua: Arcanus sensus,& similia,qui continet arcanum: qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit. Et vt à Calepino discedamus, & Donato, &
2.Co.12 Prisciano item; D. Paulus dicit de se Audiuit arcana verba,quę nō licet homini loqui: Ibi arcana non intelliguntur pro intima mente,& corde. Nam Deus habebat in intimo suo,cũ raptus fuit Paulus, arcana verba, idest, secreta sua ponenda in mente eius, secreta
Lyr. Diuina incomprehẽsibilia: videantur Patres. Nam Lyranus inquit.

Vidit Paulus tunc nudè Diuinam essentiam, ex Augustino ad Paulinum de videndo Deo: & infrà: Fuit ibi instructus de secretis Diuinis, quæ sunt incomprehensibilia, & per consequens inenarrabilia. Ecce quæ sunt arcana: secreta Diuina, idest, id, quod est in Diuinis, quod fuit reuelatum Paulo. Et Glos. ordin. quæ est Augustini, arcana verba, intimationem de secreta Dei essentia: & quod est arcanum, essentia Dei secreta in ipso Deo, quę est ipse Deus. Theodoretus alibi: per arcana verba intelligit res vidisse. s. eum Paradisi pulchritudinem, & Sanctorum, quæ in illo sunt, Choreas, & numerosam, ac modulatã Hymnorũ vocē. Hęc sufficiant. Neq; .n. nunc mihi sui fas docere Mineruã. Sat sit Priuilegium Greg XII. Frisionarijs ita se hr̄e. Pia Nos excitat, & inducit affectio, Nos inquit, nō mētis Nostræ arcanum. Non. n. deliberauerat in suis intimis, quæ ibi sunt, concedere, sed supplicationibus eorum inclinati. Quare corruit, ꝙ non proprio consilio id egerit Greg. auctoritatiuè, vt scripsimus in superioribus: quicquid sit de cogitatione Patrum Ilicætanorum, ꝙ rogauerint, quòd requisierint, quòd flexis genibus petierint, prætterquàmquod hæ petitiones narrentur à Commissarijs, non quòd rogauerint sumere Habitum Can. quamuis id cogitauerint. Sed postquam vel inuitum Stephanum Gregorius coegit ad id; à Commissarijs instanter petierunt idem, vestiri. s. eo Habitu, & ordinari in Constitutionibus, vt parere promptè viderentur, & non contraire, executionem igitur arcani repositi, & expositi Greg. XII. tãta cum instãtia, & humilitate petiuere. Hoc autem quod etiam voluntate Nostra desiderauerimus fieri Can. Reg. & non absolutè cogitarit, & fecerit Greg. quid detrahit ab auctoritate Gregorij? certè Reformatores Frisionarij loci, vel Restitutores Ordinis Canonici in illo loco non curarunt initio auctoritatem Pontificiam, quia, inquiunt, reformarunt, non nouam Institutionem acceperunt. Et quare restitutus Ordo? Sed ego non quæro aliena. Sed sit, quòd arcanum dicat intimum absolutè, & non quod in intimis asseruatur, intimè motus est à dilectione sua ad faciendum, quod factum est: in se habuit principium huius motus, & non ab alio absolutè: & vnde hinc probatur non sua electione fuisse Reformationem in Nostris? Iam expendunt in Pio Papa IV. (ex mera deliberatione, & certa scientia) & tñ ipsi procurarunt Præcedentiam, & probare conati sunt Antiquissimam Originem in Consilio fol. 63. & Ty-

Gl. ord.

Theo.

cinensis de Ordine Canonico p 4.fol.227(nota ex certa scientia: quę certissimam Apostolicæ Sedis declarationem exprimit) (nihilominus Greg.id fecit non Instantia Nostra victus,sed quia petitionem Nostram æquitate subnixam cognouerit ex certa scientia, recta ratione agibilium, maximè si superno collustretur radio). Hæc Serenissimi Sirenij verba,quæ Serenitatem Nobis aperiũt,& non debilitant mentem Pontificis,quòd diligentius debuisset votum suum implere, plura Monasteria conferendo Nobis,cum ipsemet afferat id nequisse Pontificem;nihilominus non perpendit sequacem Stephanum libentissimè amplexum esse Monasterio Ambrosiano cõcesso à Comite libentissimè assensum præbuisse, aliquos è nostris Bononiam cessisse, alios Fabrianum, vt Fratres Constantes appellati fuerint. Commissarij autem dederũt Monasteria sibi, & Nobis, cum licuit eis assumptis ad altiorem gradum; sed, quod non fecerunt alijs Commissarij nostri; dederunt Nobis Cõstitutiones, pro Nobis laborauerunt, & nomine Pontificis multa Priuilegia dederunt,vt potius inania hmõi sint, velle Pontificis illius temporis voluntatem quocunq.ferre,& potestatem. Miror vehementissimè, quę dicat à Gabriele Condolmerio datam similiter Congregationi Canon. S. Saluatoris Venetiarum, quam postea,inquit, dimisimus. Profectò legi aliqua omnia eius Canonicæ à tempore Plebanorũ vsque ad concessionem Nobis ab Eugenio Condolmerio:nũquam reperi hoc.Sed esto,nil dederit,nisi fecisse Nos Canonicos,& potestatem dedisse vbicunque reperiremus locum,vel loca accipiendi, non vt ipsi interpretantur, fuit in animo Pontificis vnum tantum conferre Prioratum, quamuis mandauit Diœcesano præsentari Priorem;quia nõ sequitur Prior Monasterij scilicet præsentandus Diœcesano,ergo non plura Monasteria possunt vniri simili regula:nam, si ille se serenat, plura huiusmodi Monasteria vnita leget, quorum Priores à Diœcesanis approbantur,quod postea successiuè statim & à Nobis, & ab alijs ablatum est: Et, si exemit Frisionarios, fuit, quia supplicauerunt, vt patet Bull fol.287. Nos eadem,& alia non supplicauimus: sed, quæ spontè initijs illis concedebat Greg. accipiebamus. At quandò consuluit Serenium Gregor. XII. quòd Nobis non habuerit in animo plura Monasteria vnire in Congregationem, quia videlicet Diœcesano Priorem subiecit; non sequitur ex hoc, ergo non habebat in animo Congregationem

Greg.

Bull.

gationem facere. Hæc sunt inania. Vltimùm, optimè in Eridani naturam transfusus noster amnis est vndecunque deriuetur, & in eius Alueum, effluxus. Veri igitur Canonici sumus, possumus simul eligi, vtinam vniamur, quod optauit Augustinus Manfreddi, alter Chronista Noster ab Augustino Gandino, vterque fuit nr̄ Mantuanus: sub Moderatore Nostro Alphonso Bauosio, & suo, Protectoribus Nostro, & suo, Illustrissimis Cardinalibus, summis Viris bonitate, virtute, prudentia, auctoritate, benignitate. Hæc omnia benè. Vtinam singula. Parcimus eis; parcant Nobis; non potuimus non respondere pro Nobis. Testimonium & hæc Narratio Nostra, ꝙ sua aliorum nulla reprehendimus, auferimus, refellimus: possemus facere; Calamum deposueram. Verùm sumere coactus fui ad manus meas deportato consilio. Pax, quæ exuperat omnem sensum sit in cordibus Nostris perinhabitantem Spiritum Sanctum in Nobis. *Phil. 4.* fol. 80. Dum de scapulari Nostro disputat auferendo, nisi Congregatio deprecata esset eo, quia in eo profitemur: legat ipsummet, & suos: non esse professionem Canonicorum Regularium signum in Habitu, vel essentiali, vel accidentali, sed professionis signum. Nam Habitus, & Professio, quæ duo faciunt Canonicum Regularem, non consistit in Scapulari: quò ad primum, & in alijs vestibus vltrà Rochetum, quæ accidunt Canonicis tùm forma, tùm colore, vt sæpius ijdem, neque in Scapulari curto, vel Rocheto demanicato. Sunt enim hęc signa professionis, quæ in Nobis tamen in Rocheto potuissent fieri, & in illis in Tunica, vel alijs priuatiuè, vel positiuè: vt scilicet non deferrent Cottam super Rochetū, veluti Augustiniani non deferunt Nouitij nigram Cucullam, cum supra Rochetum non habeant aliud Indumentum domi. Imò Nostri etiam Nouitij deferunt Habitum essentialem Canonicorum Regularium completum, non diminutum, & signum professionis non habent Scapulare diminutum, sed breue: vt hinc sciatur, professionem non fieri in Habitu, quicunque ille sit, sed signum eius: fol. 83. Quòd dicit: accepta potestate à Martino V. Nicolaum Cappam Griseam in Nigram Nobis commutasse, verum est: Scapulare autem Griseum in Album, nondum legimus. Putant verò eius fuisse coloris, quia Gregorius illud huiusmodi ex voto detulit, vt in superioribus, etiam Nobis dono dedit. Quòd si verum est, patet; quòd non simpliciter ex memoria pristini Habitus exorauerit il-

lud

lud Pater Stephanus (exorasset enim Album) tamen hæc talia sũt, vt non indigeant singulari indagine, cum non in Scapulari sit Habitus Canonicus essentialis. De Scapulari autem diximus plenius in lib. de Habitu: quòd non eximat aliquid ab Habitu Canonico, tamen forma suasum potestate Pontificis, vt vel deferentibus, vel non, detur, vel auferatur essentia Canonici Regularis. Si Pontifices concedunt, deferemus. Si auferent, item auferemus sine vllo præiudicio Canonici Ordinis, in Habitu lineo, & Professione Regulæ votorum essentialiter consistentis. Hæc perfunctoriè dicta circà Consilium illud. Reliqua, de Habitu vario Canonicorum Regularium, adde lib. de Habitu Canonico, cum nephas sit hinc inde trãscribere, nedum superfluum. Multa enim docta, & eruditissima habet Sirenius in fauorem totius Ordinis Canonici, Vir mihi quidẽ

Iud. 3. consuetudine, & visu non cognitus, notissimus tamen fama, & virtute. Decreueram Scutum de manibus tollere, gladium vtraq. ma-

Ps. 117. nu prehendere, Aioth imitari vtraque manu tanquam dextera vtentem, confisus in illo Domini: cuius dextera facit virtutem, cuius dextera exaltat nos, cuius dextera facit virtutem, veritatem Historiarum patefacere. Scimus enim quis fuerit ille binomius Leo, & Leonardus, cuius Ordinis, an Canonicus Cœli aurei, an Carthusiani, quis Thadæus, quis Bartholomæus, quis Iacobus, qui illi prę existentes Canonici, siue Eremitæ gestamina Mendicantium portantes, quæ Quinterniola dictitent de Chronicis, qui dederint Rochetum, & id genus quamplurima, vt tetigimus alibi. Verùm (testor Deum Testem Verum, & Veritatem) cum calamum acciperẽ, deuotione, quam habeo Patribus, & Canonicis suis, percussi cor meum, & in medio itinere, vt Dauid occisurus Saul in ambulanda

1. *Re.* 24 spelunca gladium retraxit, pallium abscidit, calamum eieci, quæ scribi incœpta erant, deleui. Sufficere modò putamus hoc, quòd possumus loqui, nunquam tamen os aperiemus, nisi maxime coacti erimus: neque locuti essemus, nisi nimis acriter lacessiti fuissemus: quòd ideo fecimus, ne videremur nostro dedecori consentire. Consilium illud hæc addere compulit. Hieronymus à Sorbo in Compendio Priuilegiorum dum asserit (Can. Reg. dictos Lateranen. ab Apostolis primam trahere originem, postea ab Augustino ordinatos regulariter) vsque huc si cum Lateranensi quascunque Congregationes, & loca Canon. Regul. in Vniuersum colligit,

bene

bene dicit; sin autem de hac singulari loquitur, sibi contradicit. Nam sequitur (quæ cum post aliqua temporis spacia varias habuisset à laudabilibus viris Reformationes; secundum quas varia sortita est nomina) hucusque bene: item si, per ly (quæ) intelligit Vniuersalem Congregationem Canonicorum Regularium, & sic vna ex illis in Vniuersum fuit reformata Congregatio Later. sicut & cæteræ: (quæ tandem fuit reformata in templo Sanctæ Mariæ Frisionariæ) obsecro: quæ est illa reformata? Later. quæ fuit ab Apostolis? sed Lateranum non erat tempore Apostolorum: Intelligo: postquam fuit Lateranum, Gelasius, qui erat Canon Lat. in Aphryca, venit, & in Laterano habitauit: ergo Lateranenses erant antequam Lateranum esset: erant Canon. Regul. antequam Lateranum esset, qui in Vniuersum fuerunt reformati in Frisionaria; vnde Congregatio Lat. non fuit appellata Lateranensis, sed Frisionaria, vt narrant Historiæ, postmodum Lateranenses dicti, quia sæpe ad Lateranum vocati &c. quæ dicit Sorbus. Reformatio Canonicorum Regularium in Frisionaria, non fuit reformatio Lateranensium, sed Canon. Reg. in Vniuersum, quod in maiorem laudem Later. dictorum cedit, & Institutio particularis Congregationis Frisionariæ. Nostrum Initium ponit in Ecclesia S. Mariæ de Rhæno, quod non verum est: neque enim Nos gloriamur, neque diligimus Vanitatem: fuimus quidem vniti Canonicis Rhænanis, quorum antiquitate potimur, & dignitate sicut Sancti Saluatoris Venetiarum, & Sancti Augustini Nicosiæ Diœcesis Pisanæ, in quas antequam vniti fuerint Conuentus illi, viguit absque intermissione Ordo Canonicus Regularis, vt dictum est in Superioribus: sed Initium Nostrum, quod fuit Reformatio Canonicorum Regular. relaxatorum tunc temporis, excogitata à Gregorio XII. fuit, dum Beatus Stephanus, & socij habuerunt Institutionem, & Habitum Canonicum eo loci liceti: qui Stephanus fuit vnitus iam existens Canonicus Regularis, & cum socijs Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Fratres Constãtes agnominati: neque fuimus à Gregorio confirmati, sed in Nostris Patribus ijsdem reformatus Ordo Canonicorum Regularium, qui labebatur in relaxationem Obseruantiæ. Itaque Nostrum verum principium non fuit mixtura, quã facit Sorbus, non bene intellecto Augustino Manphrido in sua Apologia, vel vt obseruantius dicam, non plenè: trium illorum Ma-

Sorb.

Gre.12.

nalt.

nast.Sanctæ Mariæ,& Sancti Saluatoris Bonon.& Liceti, quòd asserit, D.Anton. loqui de Nobis in sua Ciuitate, prout Neapoli Capuccini vocantur Fratres, siue Monachi (iux. vulgi morem in Regno omnes Religiosos Monachos vocitantis,sicut omnes Clericos sæculares Abbates S.Eufemij,quia locum habent ipsi Diuo dicatum) optimè dictum: diffusius suprà tractatum. Ex Io. Azorio Lorcitano Societatis Iesu (Anno Christi Domini 1410.cœpit alia Congregatio Canonicorum Regularium.Hanc fundarunt Stephanus,Hieronymus Viri Senenses Eremitæ Augustiniani.Hi enim cũ alijs paucis Gregorio XII. approbante ad ædem S. Saluatoris in Scopeto propè Florentiam migrarunt,& ibi Cœnobium extruxerunt;vnde dicta est Congregatio Scopetina,seu S.Saluatoris teste Volaterrano:vtuntur veste alba, Scapulari item Albo,& tunica Alba linea:cum prodeunt in publicum, & incedunt per Vrbem,assumunt pallium nigrum,quo teguntur.Quadraginta per Italiam Cõuentus habent.) Primum fallitur in tempore,vt sæpius dictum est, & patet per litteras Greg. XII.primas nisi addatur circà. Secundũ, in auctore. Nullibi enim reperitur,quòd Auctor Noster fuerit Stephanus;aut alios, sed Greg. XII. nisi velimus arcanum mentis eius Pontificis interprætari: sæpius autem replicatum est, quòd distinguitur auctoritas, & desiderium : quæ cum potuissent vniri in nostra Reformatione, tamen ex primis litteris nũmquam Stephanus nominatur: & proinde fallitur: cum dicit Greg. approbasse: Instituit, non approbauit: approbauit autem aliam Congregationem Canonicorum Regularium institutam à seipsis.Tertium,fallitur in loco, & tempore: Nam non primus locus noster fuit S.Saluatoris in Scopeto, sed nec ille locus vocatus vsquam fuit S. Saluatoris, sed S.Donati,secundum cuius agnomen cognominauit D.Anton. Scopetinos: sed neque S. Saluatoris nomen datum ex illo loco, sed,abstracta locorum omnium consideratione,S.Saluatoris absolutè vocati fuimus à Greg. XII. quamuis plurimùm referamus S. Saluatoris,Ilicæti,Bononiæ, & Venetiarum: sed hæc sæpissimè repetita:parcimus recentioribus sugentibus lac infirmum, à matrib. senioribus deprauatum.Ex Io.Baptista confectio (Canonici Regulares Congr.S.Saluatoris,alias Scopetini nuncupati, in Canonica S. Mariæ Rhæni apud flumen Rhæni, propè Ciuitatem Bononiæ initium habuerunt,in qua quidem sub instituto B.P.Augustini vi-

uentes

uentes cohabitabant: Istorum Ordo ab Innoc. II. Anno Domini 1136. fuit confirmatus, atque in dicta Canonica vsque ad Annum 1350. permanserunt: quæ cum eodem tempore à militibus Io. Visconti in obsidione Bononiæ deuastata fuisset, intrà Ciuitatem in Canonicam S. Saluatoris se transtulerunt, qui postmodum cũ quodam P. Stephano Senensi, & eius socijs Ilicætanæ Congregationis Eremitarum S. Augustini professis vniti Anno Domini 1408. confirmati fuerunt; & deinde Anno 1418. Habitu Canonicorum indu ti nomen Canonicorum S. Saluatoris sumpserunt. Hi etiam Fratres Scopetini vocati sunt à Monasterio S. Donati de Scopeto prope Florentiam sito, & nunc iam diruto: non quòd ab illo initium sumpsissent, sed quòd dictum Monasterium inhabitarunt; & propterea à titulo illius Ecclesiæ S. Donati de Scopeto Scopetinorum nomen sortiti sunt: qui, vt Canonicis Congregationis S. Saluatoris Lateranensis essent conformes, publico, communiq; Decreto statuerunt Anno salutis 1449. vt de cætero Domni vocarentur ad instar Canonicorum Regularium dictæ Congregationis Later. qui primaria eorum Institutione dicunt Domni: Et propterea eis concessum fuit; vt duplici Habitu Eremitico. s. & Canonicorum suprà Rochetum patiencia cum Scapulari induerentur: Quorum Ordo à Sede Apostolica quamplurimis Priuilegijs, & Immunitatibus sub titulo S. Saluatoris insignitus est.) Primum errat: quia vocat S. Saluatoris alias Scopetini: totum contrarium ei, quod dicit Archiep. *Archie.* Scopetini, siue vt melius dicitur, S. Saluatoris. Hic autẽ primò vniuersalem titulũ ponit, postea titulum adiectum ex loco singulari; Vide quàm aptè; quæ enim vltimo enumerantur, pro potioribus, & principalioribus habentur. Secundum, si initium sumit à Congregatione plurium locorum, & insitione, & vnione cum Rhænanis, benè dicit: illi enim Canonicæ, & eius antiquitati innitimur, verius, & melius quàm Lateranenses Laterano loco: si putant esse de his Lateranensibus, qui per multos centenos annos ibi morati sunt, antequam ab Eugenio introducerentur. Tertium, si confirmatus Ordo Canonicorum ab Innocentio in Rhænana. ergo antè institutus. Et quidem Maurolicus redigit vsque ad Annum, quo *Inno.* Miraculum Iconæ Beryti factum fuit Anno 700. vt maximè probari possit illos Can. Regul. qui antequam Canonicam Rhænanam erigerent, appellabantur, vt Sigonius dicit, & superius exaratum

Can. Regul. Sancti Augustini fuisse ex illis pendentes, quos Aug. D. Pater instituit sub Apostolica Regula, ex Aphryca post mortem Augustini in Italiam venientibus: sufficit aduersarios etiam Antiquitatem Rhænanam, & S. Saluatoris Bonon. ante millesimū per plures centenos annos deducere. Quartum (qui postea) Melius dixisset quibus postea vnitus Stephanus: qui non confirmatus fuit Canonicus Regularis 14c8. sed institutus à Gregorio XII. & Anno 1418. vnitus cum Rhænanis; non tunc Habitu Canonico indutus; sed cum indutus esset à Gregorio Anno 1408. dato sibi Scapulari ab eodem Gregorio, qui vouerat pro schysmate extinguendo portare intra Vestes Pontificias, & portauit; & ex benignitate in claustraliū decus, vt patet per litteras Pontificias dono donauit. Quintū, Falsissimū est: vt Domni vocaremur, vt confirmaremur Canonicis Lat. dictis; qui à primaria Institutione ita dicti sunt. Nam scimus Fratres etiam eos appellatos, nedum facta Congregatione eorum, sed ante vsque ab Apostolis ipsos Clericos, & Canonicos Regulares appellatos nomine Fratrum, quod non horremus, & ipse Sirenius in Apparatu ad Bullarium Apostolicos Clericos dicat appellatos Fratres. Si ergo eis non competit, ne dicant ab Apostolis originem ducere, & in litteris Apostolicis; imò potius titulus Domnus datus est Monachis à D. Benedicto: & pro hac re nunc hoc sufficit. In Bulla Anastasij Papæ IV. 1154. dici. Anastasius, &c. Dilectis filijs Ioanni Priori Sacrosanctæ Patriarchij Basilicæ Saluatoris Domini, quæ Constantiniana vocatur, pariterque Io. Baptistæ, & Io. Euangelistæ, eiusq; Fratribus Canonicis, tàm præsentibus, &c. gloriantur in Lateranensi Lateranenses: Canon. vocantur Fratres, antequàm Congregatio Frisionaria ingrederetur: quòd si ab Institutione Frigdionaria primaria vocati sunt Domini, non est, quòd glorientur de Lateranensibus, qui vocati sunt Fratres. Paschalis II. 1106. Dilectis in Christo filijs Rotoni Præposito, & eius Fratribus in B. Phrygdiani Ecclesiam Regularem vitam professis: falsum est, quòd Scapulare sit Eremiticus Habitus: fuit enim Canonic. S. Marci, & aliorum: & in accidentalibus Indumētis ijdē Canonici Regulares Lateranen. dicti consentiunt non esse formalem substantiam Canonicorum Regularium, sed in Rocheto, quolibet alio habitu superaddito: stomachamur eadem centies repetere. Sed stomacentur falsa asserentes, vt libros impleant, tacemus

enim

enim de prænomine.ſ.Domni. Chronica Canonici Ordinis Ioannis Philippi Nouarienſis Canonici Regularis Congr. Later. Cremonæ impreſſo per Cæſarem de Riccardis: Anno Domini 1535. die 11. Menſis Iulij infraſcripta leguntur. In lib.4.in cap 4. pag.56. (Lucius II.Papa Bonon.primum fuit Can.Reg.Monaſterij S.Crucis in Hieruſalē,& in ipſa Eccleſia Card.Presb.ſiquidem illud Collegium Can.Reg.eligebat Cardinalem de ſeipſis, aut de Monaſterio S.Phrydiani Lucæ,vt patet ex Priuilegijs ipſius Eccleſiæ:quorū tenor.Alex.III.&c.ſub Dat.Later.1166.Pont.Anno 7.)Reſpondeo ad hominem:Lucius II.non fuit Can. Reg. S.Crucis in Hieruſalē: ſiquidem illud Collegium,&c.vt ſuprà. At Alex.III. qui fecit illas litteras Anno Dom.1166,Pont.7,fuit poſt Lucium II.creatus Pōtifex,in ordine Pontificum poſitus 172.ab Onuphrio creatus 1159. 12.Cal.Octobr.ſcripſit autem litteras Anno 7.ſui Pontificatus.Lucius II.in ordine Pontificum ponitur à Panuino 168.ergo Pontifices interfuere Eugenius III.Anaſtaſius IV.Hadrianus IV.Idem aſſerit Platina,quamuis variet in ordine, & numero Pontificum. Ergo nedum cum factus fuit Cardinalis Lucius II.fuerunt datæ litteræ Alex. ſed neq. cum creatus Pontifex obſeruabatur illa Conſtitutio eligēdi Cardinalem S.Crucis ex eo Collegio, vel S.Phrygdiani vigore illius Priuilegij:relinquitur illud ſiquidem cum ſua rōne ex tempore deſumpta vanum. At auctores grauiſſimi, præter Chronicam,& Calendarium Rhænanum aſſerunt fuiſſe Can.Rhæn. fortaſſe hinc error datarum litterarum Alexandri poſitus eſt: In libro Indultorum,& Priuilegiorum Anno 1156. ꝙ falſiſſimum apparet; cum Alex.III.creatus fuit 1159.diceret:eſt error imprimentiū:concedimus: ſed concedat Nobis non eſſe rationem validā aſſumendi Cardinalē ad Colleg.illud ex illomet,vel Phrygdiani Collegio:Inſtitutionē Alex.qui nondum erat Pontifex,cum Lucius II.vocatus eſt à Can.Rhæn.ad Cardinalatum S.Crucis; ſanè Sigonius l. 2. de Epis Bon.titulo Victor hæc habet:Anno Chriſti 1124 in margine deſcripto.Honorius II.vocatus &c. cum Cardinales allegaret ī primis quattuor Ciues Bon.coaptauit Hubertum de Ratta uirū eruditiſſimum,tit.S.Clementis; Gerardum Alberti Caccianimici filiū ex ſorore progenitum S.M.Rhænanæ Can.Presbyt.tit.S.Crucis in Hieruſalem; qui poſtea Pontifex factus, Lucius II. eſt appellatus 1144.quo tempore Card.creauit S.M.Rhænanæ Canonicos Vbal-

dum Caccianimicum tit.S.Crucis in Hier.& Guarinum Epm Praenestinum. Itaque nescio qua ratione in fine vitae eiusdem Lucij II. auctor hic subinfert:Guarinum Can.Reg. virum Sanctum Compatriotam suum ex Mon.S.Crucis de Mortario Romam ad se accersiri fecit, & Praenestinae Ecclesiae Presbyterum fecit, & Cardinalem creauit:Panuinus dicit fuisse Can. S. Phrygdiani. In tanta varietate,& falsitate, ptisana desuper feriente pilo in Mortario non conteritur, quia desiccandum prius humidum à sicca veritate alienũ,

Panu.

2. Reg. 17.

vt faciebat illa mulier expandens velamen super puteum, in quem incidunt, qui vera occultant. At, vt germinet terra herbam virentẽ, & in aeternum viuentem veritatem, congregatis aquis in locũ vnũ, det arida apparere:non quidem inanis,& vacua, inutilis, & incomposita, ut sunt hmõi; & q̃ de S. Guarino scribit in lib. 4. videlicet. (B.Guarinus Christi Confessor,genere pclarus, Bononiae oriũdus, velut splendidissimum Sydus emicuit:factus iuuenis inuitis Parentibus in maiori Ecclesia Bonon. Clericus honorificè ordinatur. Verùm, cum ibi quaedam fieri vidisset, quae sibi displicerent, & Clericis non cõuenirent, coepit velle arctius Diuinis insistere obsequijs, & despectis, calcatisq; terrenis illecebris ad Monasterium S.Crucis de Mortario Deo militaturus accessit, ibiq; secundum D.Aug. Regulam Habitum ingenti desiderio indutus, breui tẽpore perfectionis culmen attingere meruit. Destinatus aũt ad Ecclesiam S.Phrygdiani de Lucca, à Canonicis benignè,& reuerẽter accipitur. Erat .n.inter Canonicos humilitate, & obsequenti famulatu, Doctor Verbo, Minister Exemplo. Contigit autem, cum post paucos annos ad Canonicam Mortariensem reuerteretur, compertaq; iamdiù eius fama, euenit, vt Ecclesia Papiensis proprio priuaretur Pontifice, sicq; inspirante Deo, cõi omnium voto tàm Clerus, quàm Populus vniuersus eum Episcopum elegerunt: quod Vir Sanctus praesentiens coepit totis viribus reluctari: cumq. nulla ratione acquiescere vellet, clàm fugit, & tandiù latuit, donec alter ibi consecratus fuit Episcopus. Post aliquãtulum verò temporis, fama eius crebrescente, felicis mem. Lucius Papa II. eum inuitum Praenestinum Episcopum consecrauit, & in Cardinalem sublimauit: qui cum equitatum praeciosum, aliosq; apparatus à Põtifice dono recepisset, mox venditis omnibus pecuniam pauperibus erogauit. Ad Episcopatũ autem suum accedẽs semper laudabiliter vixit, & clarus miraculis

obdor-

obdormiuit in Domino Cal.Martij.) B.Guarinus:Iam visum est su-
prà quis fuit B.Guarinus,vbi Can.Reg.Habitum induit,vbi peram
plius 40. Annos mansit, vnde vocatus Romam, & eius viri acta:
ex Sigonio,& Chronicis Rhænanis,vtnon sit vltrà repetendum, &
refellenda hæc. Quod autem Auctor Annalium Ecclesiasticorum, *Sigon.*
post Cęsarem Baronium, Abrahamus .s. Bzouius iniuita Greg.XII. *Chro.*
dicit, quòd nouus Ordo sumus, & quod Congregationem Nostrã ap- *Rhæn.*
probauit idem Greg.quòd Scopetinos nos vulgus appellat, quod Ca-
misiam lineam induimus, quòd Claustralium aliorum in morem
viuamus,tm̃ abest,vt responsione indigeat, quantùm adest, quod falli-
tur, si per nouum Ordinem excludit Reformationem Ordinis Ca-
nonici Antiquissimi in nostro nouo Ordine, siue melius Reforma-
tione,quam Greg non approbauit,sed instituit. Neque à Stepha- *Greg.*
no,& Iacobo Andrea initium sumpsit, sed à Greg.ipso insigni Pri-
uilegio hæc.s.Reformatio in Nostra Congregatione Ordinis Cano-
nici.Nam,quòd vulgus appellet Scopetinos,reticendum erat:quia
Supplementum Annalium tàm insigniter, & heroicè descriptorũ
à S. Mem. Cęsare Illustriss. Cardinali non vulgi morem sequi de-
buerat,eadem,quæ D.Antoninus Florentiæ scripserat, in medium
proferre: præterquàmquod citandum ei erat Supplementum, vt *D.Ant.*
est,quod impressum 1486.dicit vulgariter:impressum autem 1513.
dicit.Qui à quibusdam ignaris,vulgariter Scopetini,nuncupantur.
Si.n.per vulgus intelligit, de quo Lyricus. Odi profanum vulgus: *Horat.*
benè: At si per vulgus intelligit vniuersalem famam,malè. Qm̃ si
tàm sigillatim dixit Nos Claustralium aliorum in morem viuere,
non negamus Nos Claustrales esse, sed Claustrales Canonicos Re-
gulares, non alios, Pontifice illo exprimente, dum Scapulare con-
firmat concessum ad decorem Claustralium .s. Can.Reg. Sanè Ba-
ronius iam à Nostris expostularat veritatem rerum Nostrarum,vt
in suo Opere præclarissimo vera simpliciter poneret, quod facien-
dum erat omnibus, neque tm̃ alienis scripturis, & scriptoribus fi-
dendum.Verùm quæ hæc de Nobis dicit hic magnæ Prouinciæ Au-
ctor,&,vt puto, item doctrinæ, paruam castigationem exposcunt.
Vtinam alia eiusdem ita.Additur etiã in lib.7.c.18. Gregorius Flo
rentinus scelestus, & infidelis fuit missus à Patribus Nostris Romã
pro expeditione Monasterij Nicosiæ, quam summopere optabat
Venerabilis ille Prior,& Canonici;Sed ille malignus omnia confu-

dit,

dit, & illos Venerabiles Patres in maximo discrimine posuit, & se vsque ad mortem Patres Nostros supplantauit, & ita mortuus est; & illud Monasterium, quod antiquitus fuerat Canonicorum Reg. dedit quibusdam, qui se dicunt Canonicos Regulares, & nõ sunt.) In quibus verbis primùm notatur, quamuis scelestissimus fuerit quis ex suis, non debuisset ita appellare: quod est contrà charitatẽ, & opus malum, siue personam, paucis scitum, omnibus manifestare: Secundum, nescio an sibi appropriauerit, vel appropriare voluerit: sed iam erat ex suis: & quæ cuiusque sunt cõia sunt: Tertio, legitur in Bulla, in qua datur Monasterium S. Angeli Lucensis Diœcesis, quòd Canonici primæui illorum Monasteriorum petierũt vniri nostræ Congregationi Can. Reg. S. Saluatoris: quia quibus vniti erant: secum multæ intercesserant dissenssionis. Legantur litteræ. i. Can. Pisanæ Diœc. Nicosianis, 1507. à Iulio II. qui idem 1504 vniuit nostræ Congregationi Can. Reg. S. Saluatoris Mon. Nicosianũ ob nostrorum Can. Reg. exemplarem Vitam ad Instantiam Grassini Marti de Cassina Can. illius Monast. & Syndici: & quia quidam Gregorius Matthæi Prior annualis prætextu litterarũ Innoc. VIII. fecerat se Priorẽ perpetuum: & absens, cũ Can. Mon. illius annualẽ Priorẽ, nihilominus creassent, in materiã cõquęstionis vertit ipsos Can. Iulius sñiam dat: ꝙ Can. Mon. debeant eligere Priorem &c. En ꝙ Florentinus ille prius non dedit Monast. nobis: vltimum: possemus tacere, cum non de Nobis asserere iudicare teneamur, cum dicit & illud Mon. quod antiquitus fuerat Can. Reg. dedit quibusdam, qui se dicunt Can. Reg. & non sunt: at quia Nobis datum est Mon. miror maximè, qua rõne hæc dicere audeat. Nos nunquã dicimus Nos Can. Reg. sed neq. B. Stephanus dicit Nos Can. Regul. Greg. XII. & cæteri singuli, qui de Nobis scripserunt, & decreuerũt Põtifices: datæ declarationes sępius super hac re, vt temerarium, & sacrilegum sit cõtrariũ affirmare: & hic audet dicere, ꝙ non sumus. Ergo mendax Greg. XII. & in tot litteris mendaces sequentes Pontifices vsque ad ætatem suam, qui Nos Canonicos Reg. appellarũt, esse declararunt & cætera. O miram, quid dicam? quam appellem? tacere melius, quàm dicere, quod terminum huius transgressionis non attingit, hoc est non solùm non intrà suos terminos morari, sed alios à suis: quid dico à suis? à sibi datis, à Pontificibus, à Concilijs stabilientib. à Deo, à Saluatore, abijcere, propellere, abdicare.

Noluis-

Noluissem rõnes has concludere hac clausula: ne rñdeas stulto iuxtà stultitiam suam: alij nolunt nos esse Canonicos natura: multi Priuilegio tantum asserunt, at hic dicit, q nullo modo sumus: verũ cum stultitia in alterius præiudicium versatur: adijcit Spiritus sanctus: responde stulto iuxtà stultitiam suam, ne putet cautè, & proui dè dixisse: Iam non abhorreo hoc fine responsiones has omnes perstringendas vt clarè pateat, si hoc verum, & vltimum omnium, quæ de non benè dicentib. de nobis, & Nostris ad Nostram notitiam peruenerunt, vanum, & irritum est: facilè omnia nos singula alia simili ter esse. Non .n. dicimus Fratri Nostro fatue, vt gehennæ rei simus, q est omninò desipere, sed q est incautè se agere in aliquo, vt Euangelico diuiti dr putanti se diù victurum. Respondimus quanta potuimus modestia veritate proposita; vt non sit necessarium iterum excusationem inserere quã sæpius in superiorib. protestati sumus, & in hoc 8. lib. terminatur nunc Narratio Rerum gestarum Can. Reg. à me inutili collecta: dedi videlicet mea minuta, alij obtulerũt, & offerre possunt aurum, argentum, lapides præciosos; ego lanam, & pilos caprarum non reiectos obtuli: si habuissem pingue, nõ obtulissem macrum, q habuit hæc fecit dicit Saluator de Magdalena: oro oẽs meæ Congr. Concanonicos, & Fratres rõne senectutis (& paterni amoris audeo dicere filios) & alios à nobis quoscunq. vt si q viderint in illa minus benè limatè scripta, non impugnẽt libris, tractatibus, Apologijs inscriptis aduersus, & ꝯ hmõi: sed si qd corri gere, & emendare, vel addere opus fuerit: sub his nominib. dictitẽt. Additiones, Annotationes, Obseruationes. Ego.n. ideo non adieci numerum librorum, in quos secta est Narratio Nostra, vt si quos opus fuerit alios addere, his iungere absq. nouo generali Titulo facile sit: quod ego faciam vita, & Deo Comite Saluatore, si quæ addẽ da cognouero, imò faciendum esse necessariò censeo, cum multa nunc ad manus peruenerint, quæ non habebam, pro maiori elucidatione tàm rerum Nostrarum, q̃ aliorum. Multa item euenire possunt, vt circa ea, quæ dicta sunt, vel vltra, apponenda sint. Faciã quacunq. occasione oblata, siue additis libris sine Titulo, siue alio Titulo apposito: nam, et si retractare opus fuerit, cum de veritate certiores facti fuerimus, retractabimus. Retractauit.n. Augustinus, quę ad doctrinam, multò magis, quæ ad Historiam pertinet, oportet: ita enim fiet, vt existẽte defectu in hac Narratione Nostrã, addatur

Pro.26.

Luc.7.

Aug.

cor-

correctio;quod magis est,quàm pœnitus collectionem hanc destruere, & in nihilum redigere.Sic.n.fecit Scholiastes D. Hieronymi in vita Pauli de Hippocentauro, & haud grandi Homunculo, fabulosum eũ esse:at Hippocẽtaurũ,quod certior sit sñia, & portentosũ,aliud aĩal nõ inueniri,& passim alij in alios Auctores q̃ citant,vel ex quib.eã collecta est; marginib.eius p̃ter ipsã Narrationẽ nostrã,appositi legunt: tũ ex impressis, tũ ex manuscriptis elaboraui opus post Dat. lit.Patrũ Reuerẽdiss.Prioris Gñalis D.Alphonsi Bauosij Bon.RR. Visitatorũ D.Andreæ Cortonensis,D.Hier. Rauennatis, D.Io.Alberti Veneti, D.Aloysij Ferrar. In Dięta Nr̃a Candianæ celebrata Anno p̃terito 1620.Mense Maij vsq.ad hũc diẽ, q̃ Natiuit.B.V.M. dicatus est 1621.paucis mensib.quotidianis Concionib. declamãdis,scribendis, ordinandisq̃. opusculis proprijs iugiter incumbens; illis tantum oris,quibus & quantis per ætatem iam ad senium pertingentem licuit,& ocium à supradictis rebus. Quòd facilè non potuissem facere,nisi adiuuisset me D. Alphonsus Comi Ferrariensis Iurium Doctor nedum in scribendo opere, verùm in conferendis locis Iurium citatis, cui & propterea, & alijs etiam rõnibus plurimùm me debere profiteor;& cui æque,ac mihi(nisi fortasse magis) huius laboris fructus ascribendus ob singularem, & nunquã intermissam diligentiã tũ in animaduertẽdo meo calamo,tũ in corrigẽdo Impressoris typo.Tu Præsul Illustriss.qui me vt alibi cõfessus sũ ab ipso principio, cũ in hãc p̃clarissimã Congr. addictus fui, cuius Dignitate, & Amplitudine potiri indignus sum: fouisti,amplexus es; vt aliq̃d scire conarer à libera,& declíui ignorãtiæ Valle ad collẽ virtutis deduxisti,vt tibi, post Deũ,accepta oĩa mea referẽda existimẽ:q̃cunq.hæc sint,& si q̃ alia dedi, siue daturus sũ,eo aĩo suscipe, quo integerrimo,& cãdido oẽm Cõgr.rẽ suscepisti,& foues:aliorũ q̃ ante te fuerũt imitator,& q̃ post te veniẽt Præsulũ exẽplar; &

1.Ti.5. si licet aliq̃d in laboris mercedẽ q̃rere:dignus est.n.operarius mercede sua,& est merces operi,& labores manuũ nr̃arum mãducamus. Hoc tm̃ peto à te,& ab oĩbus Can.& alijs Nr̃æ Congr. socijs, vt de

Ps.127. peccatis meis pęnitẽtiã uerã agã: p̃teritã vitã negligẽter, ne dicam insolenter,actã emendẽ:quæ bona,& talẽta multa dedit mihi Deus fortasse vsq.nũc occultata,in mediũ cũ fœnore salutis cõis proferã: & vt cum oĩbus alijs grãm recipiã:orari.s.D.O.M.& Saluatorem,& intercedi B.V.M.eius Matrem,quibus honor, & gloria semper.

FINIS LIBRI VIII.



